
VITT. EMANUELE

F. ALFONSI DE CASTRO ZAMORENSIS

ORDINIS MINORVM REgularis obseruantiæ, Almæ prouinciæ sancti Iacobi, aduersus omnes hæreses Libri quatuordecim.

OPVS HOC NVNC DEnuo ab auctore ipso recognitū est, & multis ab eo locis supra omnes ante editiones auctum atq; locupleratū. Omnia autē additamenta huiusmodi notis * signata sunt. Vt autē cognoscas librū hunc plus habere in recessu q̄ sit in fronte promissum, lege nuncupatoriā auctoris epistolam.

VENETIIS M. D. XLVI.
AD SIGNVM SPEI.

ILLVSTRISSIMO ATQVE REVERENDISSIMO Dño. D. Petro Pacceco, S. R. E. Presbytero Cardinali, & Episcopo Giennensi, Frater Alfonsus a Castro Zamorēsis, Ordinis Minorū. S. P. D.

Paulus ille uas electionis, Illustrissime princeps, qui ad tertium usq; cœlum raptus uidit arcana dei, spiritu quodam prophetico afflatus, quo multa quæ futuris temporibus uentura mala prævidit, hæreses etiā quæ reliqua omnia mala multis parasangis antecedunt, futuras esse prædixit. Oportet (inquit ille) hæreses esse. Quam quidē prædictionē ueram fuisse, adeo re ipsa comprobatum est, ut nullum fuerit, proh dolor, a Christi Saluatoris nostri in cælos ascensione seculum ad hunc, usq; diem, in quo aliquæ non fuerint nouę ortę hæreses, aut ueteres reuocatę. Nam primo illo florentissimo, atq; aureo seculo, quo certissimam quisq; facile poterat fidei tenere doctrinam, quippe quā ab ipsis Apostolis uitæ & doctrinę Christi Saluatoris nostri testibus oculatis, plene discere poterat, non defuere hæretici, qui nouis doctrinis uarijsq; hęresibus populo imponere conarētur. Tunc enim Simon ille Magus, cuius in actis Apostolicis meminit Lucas, nouam atq; pestilentissimam tentauit inducere hæresim, quæ ab illo, uelut filia quędam a parente nomen deducens, utinā non apud tam multos in hunc usq; diem perseueraret. Sunt enim hæreses aliquot, quæ, quoniam a uitijs illis ad quę genus humanum est ex se procliue, suam trahunt originē, nullo unq; æui senio intereunt, aut obliuione sepeliuntur, quemadmodum nec ipsa uitia, quę illas semper sunt generare parata. Successit deinde Menander,

qui ueluti ouo progenitus eodem, similia Simoni docuit, adeo insaniens, ut seipsum uirtutē ex supernis a deo missam, non fuerit ueritus dicere? Tunc Hymenæus, & Philetus, teste paulo, resurrectionē mortuorū iam factā esse docebant. Tunc Ebion cæremoniarū ueteris legis acerimus propugnator, Vmbrā corpori, figurā ueritati adiungere conabatur. Tunc Cerinthus ille cuius conuersationē Ioannes Euāgelista adeo exhorruit, ut sub eodē quo ille tecto, uel ad breuissimū tēpus persistere nō auderet, Carnis delitias in regno dei futuras asserebat, & Iudaicam δευτέρωσιν populo persuadere cōtendebat. Altero mox seculo, quū Ecclesia genas suas plurimorū sanguine martyrum adhuc ornatas haberet, multæ atq; turpissimæ ortę sunt hęreses, q̄ Ecclesię uenustatē eximiamq; illius pulchritudinem, nisi spōsus Christus illā seruasset, quodāmodo obfuscare, atq; denigrare potuissent. Valētinus tunc magis Hesiodi fabulas, q̄ Apostolorū doctrinā sequutus, noua q̄dam atq; inaudita imaginatur rerū principia, triginta cælos, trigintaq; asserens secula, q̄ a triginta, quos ille fabulaē, dijs ꝑdire docet. Turpissimas quasq; atq; nefandas libidinis soboles Basilides tunc obnixe cōmendat. Tunc Martion ponticus pugnantes inter se deos somniauit, quorū unū uetus, alterū nouū cōdidisse Testamentū dicebat. Tatianus huius uestigia sequitur, & ut aliquid nouū p̄ter magistrū, quo clarior haberetur, cōfingeret, saluti primi hominis detraxit, illum prorsus damnatū, & minime per Christū assertum esse docens. Seculo isto iam prope finē uergente, Manes quidam persa, iuxta nomē suū insaniens, tam horrēdas nō sine magno totius Christiani orbis incōmodo, huic mūdo ex inferno inuexit hæreses, ut sanctissima quæq; prophanare, & obscœnissimas atq; execrādas hominū turpitudines sacratissimis altaris misterijs miscere docuerit. Deinde aliud

succedit seculum, in quo, pace data Ecclesiæ, qñ iam colla principū se Christo per Constantinū subdere cæperunt, meliora sperabamus. Sed ecce tunc Arriꝰ scintilla ꝓdit, ex qua (ut Hieronymus ait) quia nō statim repressa est, incendium adeo magnū & potens ortū est, ut Orientis & Occidētis Ecclesias grauissimis odijs, & uelut intestino quodā & ciuili bello alternāte, Principū fauore (ut moris est) multis seculis afflixerit. Ab isto Arrio tamq; ex colubro quodam alia ꝓdiere genimina adeo uenenosa, ut merito de illo, Esaiam ꝓphetam dixisse putemus. De radice Colubri egreditur regulus. Aerius si quidē, & Aetius, Eunomius, Macedoniusq; ab Arrio suoꝝ erroꝝ occasionē summentes, peiora q̄ ille docere tentarunt, nō solū in Christū, sed etiā in spiritū sanctū impijssimas blasphemias euomētes. Eodē seculo Pelagius Britto gratiæ diuinę se apertū hostē ostendit, dicens in hominis potestate, & arbitrio situ esse a peccatis omnibus cauere, & meritis suis gratiæ diuinę auxilio procul semoto, salutē assequi sempiternā. Post istos eodē fere seculo accedit Nestorius, unā Christi personā in duas diuidere p̄sumens. Hunc ꝓxime sequunt Eutyches, & Dioscorus, qui Carybdim uitare putātes, in scyllā inciderunt, duas Christi naturas in unā tantū uersas esse dicentes, ut uel sic unā cōtra Nestorium personā tuerentur. Istis omnibus iam senescentibus, & in interitū uergētibus hæresibus, q̄ per aliquot iam secula uixerant. Ecce Machārius quidā Antiochenus Episcopus oritur, unā tantū asserens in Christo uoluntatē. Hac ex orbe deleta hæresi ne nō uerū dixisse putetur paulus, quū hæreses futuras esse p̄dixit, aliq; mox per sua tempora uicissim successerunt, q̄ diuersis ducibus, uar ñq; argumentorum machinamentis semper Ecclesiam uexauerunt. Quas quia intra angustum unius epistolæ aluеum nō possum omnes corriuare, silentio eas

nunc prętereundas censui, latiorem. Campum illis posthea daturus. Sed ut semel cęptum prosequar institutum, opus est ut ad seculum hoc nostrum in quod fines seculorū deuenerunt, nostra percurrat oratio, ut uel inde re ipsa omnes sibi persuadere possint uerum esse id quod supradixeram, nullum fuisse ęculum a Christi seruatoris nostri in cęlos Ascensione, in quo aliquę non fuerint nouæ ortæ hęreses, aut ueteres renouatæ. Nam hoc nostro miserabili seculo tot tamq; pestilentes natæ sunt hæreses, quæ tantum negocij uiris doctis, atq; adeo toti ecclesiæ hucusq; facessunt, ut uix tot retro actis seculis tam multos, aut tam truculentos Ecclesia unq; perpessa fuerit hostes. Sub Leonis decimi tempora, quum respirationem aliquam ab hæreticorum infestationibus Ecclesiæ datam esse arbitrabantur omnes, ne hæreses, quæ in alijs multo fœlicioribus seculis inundauerant, huic nostro seculo tot uitijs pleno nō deessent, Ecce repēte atq; insperato Lutherus uelut Cerberus ex orto prodit omnem fere post se trahens damnaturum hæresum cateruam. Nam multiforme hoc monstrum, & (ut ita dicam) fabulosæ illius multicipitis hydræ serpentinam formam in se uno exprimens, quicquid ferme horrendum est ac pernicioſum, turpe, execrandum, abominabile, atq; incredibile, id a singulis hæreticis accepit, & se ipsum in eos omnes transformauit. Si poetarū more ludere Christiano uiro liceret, quemadmodum illi, Pythagoræ animam in Euphorbum translatam esse finxerunt, ita & nos multorum, ne dicam omnium hæreticorum animas in unum Lutherum transfusas esse diceremus. Nam in uo torum libera, quam docet, uiolatione, Turrelupinum se fecit. Sacerdotes omnes Episcopis æquans, in Aerium se transformauit. Ieiuniorum uirtutem, & meritum prorsus extenuans, Iouiniani mentem induisse uidetur Begardo-

rum,atq; Beguinarum insanum susceptt spiritum,quando superioribus suis obedientiam negandam esse docet. Quãdo uero Sanctos nõ esse orandos contendit, Eustachium in Concilio Gangrensi damnatum, & Vigilantiũ a beato Hieronymo acriter reprehensum, imitatur. Vt nõ solum uiuis,sed etiam defunctis,tortuosus hic serpens potentissime incõmodaret, suffragia defunctis nihil prodesse asserit. Qua in re multorum hæreticorum,Valdensium uidelicet & Albigensium,Græcorum & Armenorum figuram suscepit. Excõmunicationes ecclesię contemnens,& omnes Ecclesię Cęrimonias subsannans, Valdensem,Vuitclefitã, atq; Hussitam se esse aperte demonstrat. Quum operibus detrahit,ut fidem extollat,in Eunomium se trãsformauit. Quando mendicitatem libere pro Christo susceptam irridet,Desyderij Lõgobardi, & Guillelmi de sancto amore, spiritu impio ductus apparet.Quando Petri & successorũ eius primatum tam hostiliter insequitur,in Marsilium paduanum, aut in Ioãnem Vuitclef, se ipsum transfigurauit. Rara denicq; est ueterum hæreticorum familia,cũ qua non habeat aliquid cõmune Lutherus,prẽsertim ex his quę de moribus differunt.Nec solus Lutherus hoc seculo ꝓdijt, tanta est huius seculi infœlicitas, sed multorum hæreticorum agmine,ceu quodam Satellitio stipatus processit,qui illum tanq; ducem primo egredientem expectasse uidentur,ut illum deinceps sequerentur. Illi enim statim adhesserunt,Philippus Melancton,Conradus Pellicanus,Lãbertus,Fabritius capito,Osiander,Sturnius,Martinus Butzerus, multiq; alij temporis successu cateruatim se illius familiæ inseruerunt. Prodierunt etiam alij,qui & si multis Lutheri hæresibus subscripserunt,sub illius tamen uexillo militare dedignati,nouas quasdam confinxerunt hæreses, quibus inter eorum quemq; & Lutherum minime co-

ueniret, ut uel hoc nomine eorum quilibet propriam instrueret aciem, cuius ipse dux haberet. Fuit enim semper atq; est omnibus ferme hæreticis insita quædam popularis gloriæ cupiditas, quæ nimium eos solicitat nouam aliquam configere doctrinam, ut rei nouitate alios in sui admirationem trahant. Carolstadius a Luthero diuiditur, Zuinglius ab utroq; separatur. Oecolampadius his omnibus contradicit. Anabaptistæ denicq; omnium pestilentissimi cæteris omnibus aduersantur. Tot certe atq; tãta hoc nostro sęculo nata sunt hæreticorũ monstra, ut nouo quodam hercule monstrorum domitore esset nunc opus, qui illas omnes ex orbe profligaret. Quorum omnium hęreticorum sibilis serpentinis, q̃; totius ecclesiæ diuinis uocibus magna Germaniæ pars obedire malens, in uarias hęreticorum factiones diuisa est. Et utinam pestis hæc intra solos Germanię fines se contineret, & nõ in reliquas Christiani orbis partes tam sęue atque potenter grassaretur, ut iam rara sit Christiani nominis prouincia, in qua aliqui non sint, qui publice aut latenter Luthero nomina dederint, & in illius uerba iurauerint. Verum in hoc calamitoso atq; adeo miserando sęculo, deo ita disponente, qui Ecclesię suę immodicam curam semper habet, nõ defuere uiri bellatores strenui, dexterrimiq; milites, qui pro fide catholica uiriliter pugnarent, & se opponerent pro muro domus Israel. Non enim patitur deus Ecclesiam suam tentari supra illius potentiam, sed facit cũ tentatione prouentum, bonos cõstantesq; uiros, quos ante illa nõ habebat, illi reddens, & quos in latebris recluſos tenebat, in publicum prodire cogens, ut uel sic Ecclesiam suam, quę est uelut quędam castrorum acies ordinata, hostibus terribilem & formidabilem faciat. Nam, teste paulo, ob hanc causam Deus hæreses esse permittit, ut fideles suos probet, mun-

doq; faciat manifestos. Oportet, inquit ille, hæreses esse, ut qui probati sunt manifesti fiant. In tanta igitur hæresum inundatione, duplici ex causa mihi necessarium fore cēsui, ut aliquid in cōmunem utilitatem æderem, quod ceu anti dotum quoddam, tam late grassanti morbo aliqua ex parte posset occurrere. Primo quidem ut talentum mihi creditum, deo a quo acceperam cum usuris redderem. Deinde ut fidem meam hominibus qui solum ea quę foris patent, intuentur, manifesto aliquo testimonio probatum facerem. Ob has causas ante undecim iam elapsos annos, anno uidelicet tricesimo quarto supra millesimum quingentesimum opus quoddam ædidi quatuordecim libris partitum, in quo omnium hæresum quæ post Christi in cęlos ascensionem, in Ecclesia fuerant ortæ, certissimā primo rationem reddere curaui, mox contra illas omnes singulari quodam minimeq; omnium iudicio, infęlici certamine pugnaui, ut uel hac uia omnes istos recentes hæreticos, a sectibus iam olim ab Ecclesia reiectis, suas hæreses hausisse, apertissime demonstrarem, & sic illis fidem detrahendam esse conuincerem. Quod opus, illi deo fauente causamq; (ut Christiane loquar) suam agente, adeo catholicorum omnium oculis placuit, ut infra septennium fuerit iam quater typis excussum, ter Parrhisiis, semel Coloniæ. Quæ res animum meum uehementer stimulauit, ad opus hoc iterum diligentissime reuisendum, ut si quid forte deesse conspicerem, addendum curarem. Fateor quidē, nec uolo hac in re culpam meam deprecari, qui in plures annos opus hoc premere debuissem, & terq; quaterq; recognoscere, anteq; illud in publicum prodire permitterē. Sed utcunq; hanc tam celerem operis æditionem excusat, q; amicorum precibus compulsus, qui me quotidie solicitabant, atque ad ædendum impellebant, abortire coa-

ctus sum. Relegi opus semel & iterum & meo ipsius periculo didici secundas curas semper esse meliores, tertiasq; meliores secundis. Nam aliquot hæreses deesse comperi, quarum aliquas sciens omiseram, propterea q̃ de illarum erroribus non mihi plene constabat: & nolui in re tam seria temere quidq̃ diffinire. Alię autem multę hęreses, aliud mihi agenti, quum plurimos euoluerem authores, quos intentis semper in hanc rem oculis lego, occurrerunt. Deinde circa priores illas hęreses, quę in prima æditione habebantur, multa quę ad ipsarum hæresum pleniorem cognitionem, aut faciliorem expugnationem mihi uisa sunt necessaria, addidi, alia inuerti, alia quãuis paucissima prorsus deleui, ut meliora pro illis substituerem. Tot igitur ac tanta post primam illam Parrhisiensem, & alteram Colonienſem æditionem, additá, & inuersa atque permutata sunt, ut nouum iam opus merito censeri debeat, quod nouum iuste desideret patronum, præsertim cum prior ille, cui primo opus hoc olim nuncupaueram, extremum iam egerit diem. Nam cum primo illud ædidi, Illustrissimo Dño. D. Ioanni Tauerę. S. R. E. Presbytero Cardinali, & Archiepiscopo Toletano illud dicaui. Si quis igitur mihi exprobrare uoluerit, q̃ unica filia duos assequi generos uelim, opprobrium hoc duplici nomine facillime reijcere ualeo. Primo quidem unicam tantum esse negabo, sed hanc alteram esse illius germanam contendam. Deinde si quis forte eandem unicam esse euicerit, uiduam tamen illam esse, non poterit inficiari. Nihil igitur obstat, ut dote aucta præsertim cum illa absque liberis, & absque ullo manserit fœtu, alteri atque adeo Nobili tradatur marito. Quem cum summo studio, summaq; diligentia intra me ipsum cogitabundus inuestigassem, nullus alius præter te Illustrissime Princeps mihi unq̃ occurrere potuit, cui

tanto cum honore illam donare potuissem, qui omni uir tutis splendore ornatus, nemini huius temporis Episcopo secundus haberis: sunt enim in te uitę probitas, morum integritas, rerum gerendarum prudentia, cum sanguinis Nobilitate, quę in te est clarissima, tam dubio certamine contendentes, ut quæ cui prę ferat ur, non facile quis discernere possit. Tanta est generosi sanguinis tui claritas, ut siue paternum, siue muternum tuum genus exactissime quis perscrutari, & antiquissimas illius origines repetere uelit, comperiat certo nullum esse in Hispania, aut antiquitate uetustius, aut diuitijs opulentius, aut claris facinoribus Illustrius, nam Paccecorum familiam, a qua paterno sanguine ducis originem, uetustissimam apud Hispanos esse, facile intelliget, qui Cæsaris Cōmentarios legerit, in quibus ille (si me non fallit memoria) cum de rebus in Hispania gestis diserit, cuiusdam Paccci uiri tunc nobilis, atque bellatoris strenui apud Lusitanos meminit. Domus autem de Gueuara cui materni sanguinis causa insertus es, tanta pollet sanguinis nobilitate, tam longoq; sanguine censetur, ut non solū Regiæ antiquitati se equandam putet, sed ipsis etiam Hispaniarum regibus aliqui Historiographi non uereantur dicere uetustiorem. De tuorum autem morum integritate, rerumq; gerendarum prudentia, non est mihi nunc mens differre, ne rem per se clarissimam, aut obscuram, aut suspectam reddam. Præsertim q; Christianissimus atque adeo Inuictissimus Cæsar Hispaniarumq; Rex, tam integrum tuarum uirtutum dedit testimonium, ut omnium fere senatuum quos ille plurimos ad suorum regnorum administrationem iuste exercendam habet, te olim uisitatorem instituerit, ut si forte alias qua ex parte apud illos iustitiæ deliraret amusis, tua bonitate, & prudentia corrigeretur. Deinde ad hoc æcum e-

cum Tridentinum Concilium, & si multos Cæsar ex
tione sua uocauit Episcopos, te tamen propter zelum,
uem ad Ecclesiæ reformationem in te cognouit arden-
simum, omnium Corypheum, uel (ut rectius loquar)
tesignanum huc direxit, quem cæteri sequerentur. De-
um ob innumeras atque egregias animi tui dotes, ipso
æsare petente, Paulus tertius, qui nunc totius Eccleſia-
cæ nauis clauum, atque moderationem tenet, ad Car-
nalatus apicem te asciuit, splendorem non paruum tuo
omine tanto Collegio additurus. Vale Illustrissime
rinceps, & meum hoc studium, & officium erga te
eum agnosce. Datis Trideti ultima Nouembris anno
omini M. D. XLV.

INDEX hęreticorum omnium quorũ hæreſes in hoc opere recẽſentur, per quem indicẽ quilibet facillime reperire poterit cuiuſuis hęretici rationẽ, ita uidelicet ut ſciat quiſnam fuerit hæreticus ille, & quot qualeſq; hęreſes docuerit.

ACharius, in titu. de deo, 520. hęreſi. vi.
Acephali, ti. de Chriſto, 404 hære. iiij.
Adamiani, titu. de nuditate, 953. hęre. i. & tit. de nuptijs, 953. hęreſi prima.
Adamitæ, titu. de coitu, 474 hæreſi prima.
Adelphius, tit. de baptiſmo 277. hære. iiij. & titu. de oratione, 978. hæreſi prima.
Aerius, titu. de cibo, 390. hære. i. & tit. de epiſcopo, 596. hę. i. & titu. de ieiunio, 783. hær. iij. & ti. de nuptijs, 953. hære. prima. & ti. de ſacerdotio, 1116. hæreſi prima.
Aetius, ti. de deo, 520. hæ. vi. & ti. de peccato, 1022. hę. v.
Albanenſes, ti. de anima, 225 hære. viij. & titu. de baptiſmo, 277. hęre. iiij. & titu. de deo. 520. hære. i. & ti. de inferno, 812. hære. i. & ti. de judicio, 823. hære. ij. & titu. de iuramento, 826. hæreſi. i. & tit. de libertate arbitrij. 862. hære. i. & ti. de mũdo, 947. hæ. i. &. ij. & ti. de peccato, 1022. hę. i. & tit. de pſciẽtia, 1074. hæ. i. &. iij. & tit. de reſurrectione, 1107. hę. i. & ti. de ſcriptura ſacra, 1146. h. i.
Albigenſes, ti. de anima. 225. hęre. vij. & ti. de bapt. 277. hære. iiij. & ti. de cibo, 390. hære. i. & ti. de deo, 520. hære. i. & tit. de reſurrectione. 1107. hæreſi prima.
Almaricus, tit. de Adam & Heua, 189. h. iii. & ti. de beatitudine, 312. hære. i. & ti. de euchariſtia, 615. h. iiii. & ti. de inferno, 812. hære. i. & ti. de reſurrectione, 1107. hęre. prima.
Alogiani, tit. de deo, 520. hære. vij. & ti. de ſcriptura ſacra, 1146. hæreſi octaua.
Anabaptiſtæ, titu. de baptiſmo, 277. hæreſi. v.
Audiani, tit. de anima, 225. hæreſi quarta.
Angelici, titu. de idololatria 780. hæreſi prima.
Anticomaritæ, tit. de Maria uirgine, 894. hære. i.
Anthropomorphitæ, titu. de deo, 520. hære. ij. & tit. de eccleſia, 572. hære. iiij. & ti. de imagine, 797. h. i. & t. de pa

ſcha.1014.hæreſi prima.
Apelles,tit.de Chriſto.404. hære.ij.&.xij.& tit.de deo, 520.hære.i. & ti.de prophe tis.1076.hę.1. & ti.de reſur rectione.1107.hære.i.
Apocaritæ,tit.de anima.231. hæreſi tertia.
Apollinaris,titu.de Chriſto 404.hære.ij.&.iij.
Apoſtolici,titu.de apoſtolis 258.hær.ij. & ti.de iuramẽto.826.hære.ij.& ti. de pau pertate.1016.hęre.i. & ti.de purgatorio.1079.hære.i.
Aquarij,titu.de euchariſtia, 615.hære.vi.
Armachanus,ti.de ſacerdotio.1116.hære.v.
Arabici, titu.de anima. 225. hære.vi.
Armeni, ti.de Adã & Heua, 189.hæ.iij.& ti.d baptiſmo 277.hære.iij.&.v.&.vi.& vij.& titu.de beatitudine, 312.hæ.i.&.vi.& ti.de deo, 520.hæ.iij.&.xij.et ti.de eu chariſtia.615.hę.ij.&.iij.& vj.&.vij.& ti.de inferno, 812.hære.ij.& ti.de iudicio 823.hęr.iii.& ti.de nup.953. h.3.&.4.& ti.de papa.995. hæ.i.& ti.de pctõ.1022.h.i. &.ij.&.iij.&.vij.& tit.de purgatorio,1079.hę.i.& ti. de reſurrectiõe.1107.hę.iij. &.v.& tit.de ſacramentis. 1134.hæreſi prima.
Archontici,ti.de mũdo.947 hære.3.& ti.de reſurrectione.1107.hæreſi prima.
Arnaldus Brixienſis,titu.de beatitudine.312.hære.1.
Arrius, tit.de Chriſto. 404. hære.v. & titu.de deo.520. hære.vi.&.x.
Artemon,ti.de Chriſto,404 hæreſi prima.
Auſentius, ti.de uirginitate, 1204.hæreſi prima.

BAiolenſes,ti.de iuramento.826.hære.i.
Balthaſar,titu.de baptiſmo 277.hære.v. & ti.de imaginibus.797.hære.i.
Bardeſanes,tit.de fato.724. hære.i.& ti,de libertate arbitrij.862.hæreſi.i.
Baſilides,ti.de Chriſto.404 hære.vij. & ti.de martyrio 902.hære.i. & ti.de reſurrectione.1107.hære.i.& ti.de uirginitate.1204.hære.i.
Baſſus,titu.de Chriſto.404 hæreſi octaua.
Begardi & Beguinæ,titu.de beatitudine.312.hęre.iij.& v.& tit.de coitu.474.h.iii. & ti.de eccle.572.hæ.iij. & tit.de ieiu.783.h.iij. & ti.de obedietia.965.hę.i.& tit.de opibus.968.hæ.iij. & ti.de

peccato.1022.hęre.ix.
Berengarius,tit.de euchari-
stia.615.hæresi.iiij.
Blastus,ti.de malo.886.hę.i.
& ti.de pascha.1014.hæ.i.
Bohemi,titu.de eucharistia.
615.hære.ulti.& tit.de san-
ctis.1136.hære.i.
Borboriani, titu.de iudicio,
823.hære.i.
Brachitæ, tit.de anima. 225.
hæresi quarta.
Bugaurius de monte falco-
ne,tit.de operib9.968.hę.ij.
CAiani, ti.de idololatria,
780.hære.i.& tit.de Iu
da.821.hære.i.& ti.de lege,
851.hære.ij.& ti.de resurrec-
tione.1107.hære.i.
Chaldęi,ti.de Iuda.821.hę.i.
Carolstadius,ti.de imagini-
bus.797.hære.i.
Carpocratię siue Carpocra
tiani,ti.de Christo.404.hæ
re.i. & tit.de mundo.947.
hære.ij.& ti.de resurrectio
ne.1107.hære.i. & ti.de scri
ptura sacra.1146.hære.i.
Cathari, qui & Nouatiani,
uide in dictiõe Nouatiani.
Cathari alij siue Catharistę,
ti.de cibo.390.hære.i. & ti.
de eucharistia.615.hęre.i.&
ti.de iuramẽto.826.hæ.i.&
ti.de sacramẽtis.1134.hæ.i.
Cataphryges uel Cataphry
gi,tit.de baptismo. 277.hæ
re.ij.&.iij.& titu.de nupt.
953.hære.ij.
Celestinus, ti.de gratia.753.
hæresi prima.
Cerdon,tit.de Christo.404.
h.ij.& ti.de deo.520.hę.i.et
ti.de lege.851.h.ij.tit.de ma
lo.886.h.ii.& ti.de scriptu
ra sacra.1146.hære.i. &.iij.
Circuitores,ti.de martyrio,
902.hære.iij.
Circuncelliones,ti.de eccle-
sia.572.hære.i.& ti.de mar
tyrio.902.hære.iij.
Claudius Taurinensis,ti.de
Adoratione. 161.hære.i.& &
ti.de baptismo.277.hæ.vi.
Cerinthus,ti.de beatitudine
312.hæ.ij.& tit.de Christo,
404.hęre.i.&.xi.& ti.de le
ge.851.hære.i. & ti.de mun
do.947.hære.iij. & titu.de
scriptura sacra.1146.hæresi
iiij.&.v.
Coluthiani,ti.de malo.886.
hære.iij.
Constantinus quintus Im-
perator Cõstantinopolita-
nus,ti.de imaginibus. 797
hæresi.i.
Constantinus sextus impe-
rator, titu.de imaginibus,
797.hære.i.
Cozocenses, ti.de iuramẽto
826.hæresi.i.

Cyprianus, ti. de baptismo, 277. hæresi. v.

DAdoes, ti. de baptismo, 277. hære. iiij.

Decartitæ, tit. de anima, 225. hære. iiij

Desiderius Lõgobardus, ti. de Paupertate, 1016. hæ. iij.

Dioscorus, titu. de Christo, 404. hære. iiij.

Diotrephes, ti. de peregrino, 1033. hæresi. i.

Discalceati, ti. de calceamento, 371. hære. i.

Donatistæ, tit. de baptismo, 277. hæresi. v. & ti. de eccle sia, 572. hæresi. i.

EBion, a quo Ebionitæ, ti. de Christo, 404. hære. i. & tit. de lege, 851. hære. i. & tit. de scriptura sacra, 1146. hæresi. iiij. &. vi.

Elcesei, siue Elcesaitę, ti. de lege, 851. hære. i. & ti. de martyrio, 902. hære. i. & titu. de scriptura sacra, 1146. hę. vi.

Eluidius, ti. de Maria uirgíe 894. hære. i. & ti. de uirgini tate, 1204. hęre. i.

Encratitæ, uide in dictione Tatianus: Nam Encratitarũ princeps fuit Tatianus.

Ermigildus, tit. de deo, 520. hære. vi.

Euchitæ & Enthusiastę, uide in dictione Messaliani.

Eunomius, ti. de deo, 520. hę resi. vi. &. x. & titu. de fide 728. hæresi. ij.

Eustachius, titulo de sanctis 1136. hære. i. & ti. de templo 1180. hære. i.

Eutices, tit. de Christo, 404. hæresi. iiij.

Eutychius, tit. de resurrectio ne, 1107. hære. ij.

Augustus, ti. de Anima, 225 hære. iiij.

Felix, ti. de anima, 225. hære. iiij. & titu. de imaginibus, 797. hæresi. i.

Felix alius, ti. de uirginitate, 1204. hæresi. i.

Felix alius, tit. de terra, 1186. hæresi prima.

Felicianus, titu. de deo, 520. hære. vi.

Flagellantes, ti. de aqua, 268 hære. ij. & tit. de baptismo, 277. hære. ix. & ti. de euãgelio, 612. hære. i. & ti. de iuramento, 926. hære. ii.

Florinus, a quo Floriani, ti. de coitu, 474. hære. i. & tit. de iudicio, 823. hære. i. & ti. de malo, 886. hære. i.

GEminator, ti. de uirginitate, 1204. hære. i.

Genialis, titu. de uirginitate 1204. hære. i.

Gnostici, titu. de anima, 225 hære. iij. & ti. de bestijs, 369

hæ.i. & tit.de creatura,512. hæ.i. & ti.de deo,520.hæ.i. & ti.de iudicio,823.hæ.i. & ti.de malo,886.hære.ñ.
Gothi, ti.de deo,520.hæ.vi.
Greci,ti.de beatitudine,312. hæ.vi. & titu.de cibis,390. hę.i. & tit.de coitu,474.hæ re.i. & ti.de deo,520.hę.xij. & ti.de eucharistia,615.hæ re.ñ. &.vñ. &.ix. &.xñ. & ti.de inimicis,817.hær.i. & ti.de nuptñs,953.hęre.ñ. & iiij. & tit.de papa,995.hę.ñ. & tit. de Purgatorio,1079. hære.i. & tit.de restitutione,1104.hę.i. & ti.de suffragñs,1174.hę.i.tit.de unctione extrema.1209.hære.i. & ti.de usura,1229.hære.i.
Guilielmus Antuerpiensis, ti.de pauptate,1016.hæ.ñ.
Guilielmus de sancto Amore. Vide infra in dictione Vvillelmus.

HEracleonitæ,titu.de unctiõe extrema,1209.hæ resi prima.
Heliognosti,titu. de idolola tria,780.hære.i.
Hermānus kissuich,ti.de angelis,223.hæ.i.ti.de anima, 225.hær.vi.& ti.de inferno 812.hære.i. & ti.de mundo 947.hære.prima.
Hermias, tit.de anima,225. hære.iiij.& ti.de bapt.277. hæ.i.&.iiij.ti.de malo,886 h.i.& ti.de mũdo,947.h.i.
Hilarius,ti.de cãtu,373.he.i.
Hymeneus, ti.de resurrectione,1107.hære.i.
Hierachitæ,ti.de resurrectione,1107.hęre.i.

IAcobellus, ti.de Eucharistia,615.hęre.ulti.
Iacobitę,titu.de confessione 482.hęre.i.
Ianuarius, tit.de uirginitate 1204.hęre.i.
Ignoitę,titu.de Deo,520.hęresi.viij.
Ingeniosus,ti.de uirginitate 1204.hęre.i.
Ioachim Abbas, ti.de Apostolis,258.hære.i.& titu.de euangelio.612.hęre.ñ.
Ioānes Oecolāpadius,tit.de adoratione,161.h.ñ. & ti.đ bello,363.hę.i.& tit.de Eucharistia,615.hęre.iiij.& ti. de libertate arbitrij,862. hę re.i.& titu.de sanctis,1136. hęresi prima.
Ioānes Huss,titu.de ecclesia 572.hęre.i. & ti.de Euchari stia.615.hę.ult. & ti.de excõmunicatione, 704.hęr.i. & ti.de oratione, 978.hęre. iij. & tit.de Papa,995.hę.i. &'ti.de potestate,1052.hę.i. & ti.de p̃destinatione,1065

hęre.i. & ti. de prędicatione 1068. hęre.i. & ti. de sanctis 1136. hęre.i.

Ioānes de Rocsesana, titu. de ecclesia, 572. hęre.i.

Ioānes de Vvessalia, titu. de aqua, 268. hęre.ij. & titu. de ecclesia, 572. hęre.ij. &.iij.

Ioānes Vvitcleff, tit. de adoratione. 161. hę.i. & ti. de baptismo, 277. hę.vii. ti. de benedictione, 369. hęre.i. ti. de cantu, 373. hęre.i. ti. de cōfessione, 482. hęre.i. ti. de cōfirmatione, 498. hæ.i. & ti. de decimis, 516. hęre.i. & ti. de ecclesia, 572. hę.iij. &. iiij. & ti. de eleemosyna, 594. hę.i. & ti. de episcopis, 596. hę.i. &.ij. & titu. de eucharistia, 615. hę.iij. &. v. ti. de excōmunicatione, 704. hęre.i. ti. de exorcismo, 717. h.i. ti. de futuro cōtingēte, 747. hę.i. ti. de horis canonicis, 774. hę.i. ti. de ieiunio, 783. hæ.i. &.ij. ti. de imaginibus, 797 hę.i. ti. de indulgentijs, 809. h.i. ti. de labore. 836. h.ij. ti. de libertate arbit, 862. hæ.i. ti. de mendicitate, 916. hę.i. ti. de missa, 927. hęre.i. ti. de monachatu, 941. hę.i. tit. de oratione, 978. hęr.iij. &. iiij. ti. de papa, 995. ti. h.i. de potestate, 1052. hę.i. tit. de pdicatione. 1068. hę.i. ti. de reliquijs, 1094. hę.i. ti. de sacerdotio, 1116. hę.ij. &. v. tit. de sanctis, 1136. hære.i. titu. de uoto, 1214. hære.i.

Iouinianus, tit. de cibo, 390. hære.ij. titu. de beatitudine 312. hę. vij. tit. de gratia, 753. hę.ij. ti. de ieiunio, 783. hę.i. &.ij. tit. de libertate arbitrij 862. hę.iij. ti. de Maria uirgine, 894. hæ.i. tit. de peccato 1022. hę. viij. &. ix. ti. de uirginitate, 1204. hære.i.

Iulianus episcopus, titu. de gratia, 753. hære.i.

L Amperiani, titu. de uoto 1214. hære.i.

Leo tertius imperator Constātinopolitanus, ti. de imaginibus, 797. hære.i.

Leo quartus imperator, tit. de imaginibus, 797. hęre.i.

Lollardi, titu. de aqua, 268. hæresi.ij.

Luciferiani, ti. de anima, 225 hæresi.v.

Lutherus, ti. de absolutione, 175. hære.i. &.ij. tit. de bello 363. hære.ij. tit. de charactere, 381. hæ.i. tit. de cibo, 390. h.ij. ti. de cōciliis, 464. hę.i. ti. de cōfessione, 482. hęre.i. ti. de cōfirmatione, 498. hære.i. tit. de contritione, 506. hæ.i. ti. de ecclesia, 572. hę.i.

&.iij.&.iiij.tit.de eucharistia,615.hęre.v.&.x.& ult. ti.de excōmunicatiōe,704 hę.i.ti.de fide,728.hę.ij.tit. de gratia,753.hę.iij.ti.de ieiunio,783.hęre.i.&.ij.ti. de indulgentijs,809.hę.i.ti. de iniuria,818.hę.i.ti. de labore,836.hęre.ij.ti.de libertate 862.hę.i.&.ij.ti. de mendicitate,916.hę.i.ti.de merito 921.hęre.i.ti.de missa,927. hæ.ij.&.iij.ti.de monachatu,941.hęre.i.ti. de muliere 945.hæ.i.ti.de nuptijs,953. hę.iij.ti.de obedientia,965. hære.i.ti.de operibus, 968. hęre.i.&.iij.tit. de oratione 978.hæ.iij.ti.de ordinis sacramēto,988.hæ.i.ti. de papa,995.hæ.i.tit.de peccato 1022.hæ.iij.&.v.ti.de pœnitētia,1040.hę.i.&.ij.ti.de præceptis,1055.hæ.i.tit. de purgatorio,1079.hę.i.&.ij. &.iij.&.iiij.tit.de sacerdotio,1116.hæ.i.&.iiij.ti.de sacramētis,1134.h.i.&.ij.ti.dē sanctis,1136.hære.i.ti.de satisfactione,1146.hæ.i.ti. de scriptura sacra,1146.hę.vii ti.de scientia,1153.hęre.i.ti. de spe,1161.hære.i.

MAcedonius,titu.de deo 520.hære.x.

Macharius,titu.de Christo, 404.hære.vi.

Manichæus,titu. de anima, 225.hęre.iij.ti.de bello,363. h.i.ti.de bestijs,379.h.i.tit. de carne hu.387.hæ.i.ti.de cibo,390.hære.i.ti. de Christo,404.hæ.ij.ti.de creatura,512.hæ.i.&.ij.tit. de deo. 520.hę.i.ti.de diabolo,568. hæ.i.tit.de eucharistia,615. hære.i.ti.de Ioāne Baptista 819.hę.i.ti.de iudicio finali 823.hę.i.ti.de lege,851.hę.ij. ti.de libertate,862.hæ.i.tit. de malo,886.hæ.ij.ti.de nuptijs,953.hę.i.ti.de peccato 1022.hæ.iii.tit.de scriptura sacra,1146.hære.i.

Marcus,a quo Marcitæ,tit. de baptismo,277.hæ.ii.tit. de Christo,404.hæ.vii.tit. de resurrectione,1107. hæ.i.

Marcionitæ,ti. de baptismo 277.hære.iii.ti.de deo,520. hæ.i.ti.de lege,851.hæ.ii.ti. de nuptiis,953.hære.i.ti.de resurrectione,1107.hæ.i.tit. de scriptura sacra,1146. hæ resi tertia.

Martianus,ti.de virginitate 1204.hęre.i.

Marsilius Paduanus,tit. de ecclesia,572.hę.iiii.ti.de episcopis,596.hæ.i.ti.de papa 995.hære.i.ti.de sacerdotio 1116.hære.ii.

Maximilla, tit.de baptismo 277.hære.iii.

Maximinus,ti. de Deo,520. hæresi.vi.
Melchisedeciani, ti.de Melchisedech,906.hære.i.
Menander,a quo Menãdriani,tit.de creatura,512.hæ.i. ti.de mundo,947.hære.3.
Messaliani,ti.de anima,225. hæ.iiii.ti.de baptismo, 277 hę.iiii.ti.de eucharistia,615 hære.viii.ti. de labore,836. hære.i.tit.de oratione,978. hęre.i.&.ii.
Merangismonitę,tit.de Deo 520.hęre.vi.
Monothelitæ,tit.de Christo 404.hære.vi.
Montanus,tit.de baptismo 277.hære.iii.tit.de nuptiis, 953.hære.ii.&.iii.ti. de pœnitentia,1040.hęre. iii.ti.de prophetis,1076.hæ.ii.
Musoritæ, tit.de idololatria 780.hæresi.i.
Nazarei,titu.de lege,851. hæresi.i.
Nestorij,ti.de Christo,404. hæ.iii.ti.de eucharistia,615. hę.iiii.& ulti. & ti.de Maria uirgine,894.hęre.ii.
Nicolaus Gallecus,ti. de occisione,966.hęre.i.
Nicolaitæ,tit.de coitu,474. hę.i.ti.de mũdo,947.hę.iii.
Noetus, a quo Noetiani,tit. de deo,520.hęre.v.
Nouatiani,ti.de nuptiis,953 hę.ii.ti.de pœni.1040. h.iii.
Ophitę,tit.de idololatria, 780.hęre.i.ti.de resurrectione,1107.hęre.i.
Origenes, tit.de Adã & Eua 189.hæ.ii.tit.de anima,225. hęre.vii.tit.de beatitudine, 312.hęre.iii.tit.de deo,520. hę.vi.&.ix.tit.de diabolo, 568.hę.ii.ti.de inferno,812. hęre.ii.tit.de resurrectione, 1107.hęre.i.&.iii.
Pascentius, ti.de deo,520. hęre.vi.
Paterniani,ti.de carne humana,387.hęre.i.
Patritiani, titu.de carne humana,387.hęre.i.
Pattalorinchitę,titu.de silentio,1158.hęre.i.
Paulus Samosatenus, a quo Paulianistę,ti.de baptismo 277.hę.ii. & tit.de Christo 404.hęre.i.
Pauperes de Lugduno.vide in dictione Valdenses.
Pelagius,ti.de Adã & Heua, 189.hęre.iiii.ti.de baptismo 277.hę.viii.ti.de gratia,753 hę.i.et.ii.ti.de libertate,862 hę.iii.ti.de merito.921.h.ii. ti.de oratione,978.hę.iii.ti. de peccato,1022.hę.i.&.ix.
Pepusiani,ti.de muliere,945 hære.i.
Petilianus,titu. de martyrio 902.hære.ii.

Petrus Abailardus, ti. de bea titudine, 312. hę. i. ti. de Christo. 404. hę. viii. & ix. ti. de deo, 520. h. vi. xi. et. xiij. ti. de fide, 728. h. i. ti. de futuro cõtingẽti, 747. hæ. i. ti. de libertate arbitrii, 862. hæ. i. ti. de oratione. 978. hære. iii. ti. de tentatione, 1183. hære. i. ti. de timore dei, 1187. hære. ii.

Petrus Ioãnis, tit. de aía, 225. h. i. ti. de apłis, 258. h. i. ti. de baptiſmo, 277. hę. iiii. tit. de Chriſto, 404. h. x. ti. de euãgelio, 612. hære. ii.

Petrus Dreſenſis, ti. de eucharíſtia, 615. hęre. ulti.

Petrus Gnapheus, ti. de chriſto, 404. hęre. iii.

Photin⁹, ti. de xp̃o, 404. hę. i.

Philippus Melanchthon, ti. de libertate arbi. 862. hę. i.

Picardus, titu. de coitu, 474 hære. x.

Plotin⁹, ti. de ujrgi. 1204. h. i.

Prædeſtinati, ti. de prædeſtinatione, 1065. hære. i.

Priſcillianus, titu. de aía, 225 hæ. vii. ti. de cibo, 390. hę. i. ti. de creatura, 512. hæ. ii. ti. de deo, 520. hæ. v. ti. de diabolo, 568. hære. i. ti. de fato, 724. hęre. i. ti. de iuramento 826. hæ. ii. ti. de nuptiis, 953 hæ. i. & iiii. ti. de prophetis 1076. hære. ii.

Priſca, ti. de bapt. 277. hę. iii.

Proclianitæ, titu. de Chriſto 404. hę. ii. ti. de iudicio finali, 823. hę. i. ti. de reſurrectione, 1107. hæ. i.

Pſalliani, uide ĩ dictione Meſſaliani.

Pſeudoapoſtoli, tit. de apłis, 258. hę. ii. ti. de decimis, 516. hę. i. ti. de eccleſia, 572. h. iii. ti. de iuramẽto, 826. hæ. i. ti. de obediẽtia. 965. hę. i. ti. de papa, 1180. hę. ii. tit. de tẽplo 995. h. i. ti. de uoto, 1214. h. i.

Rhetorii. fo. 39* & tit. de hęreticis, 771. hę. i.

Rogatiani. ti. de ecc. 772. h. i.

Ruteni, ti. de euch. 615. hæ. ii.

Sabas, ti. de bap. 277. h. 4.

Sabellij⁹, ti. d̃ deo. 520. h. v

Samſei, ti. de lege, 851. hę. i.

Saturninus, ti. de coitu, 474 hę. i. ti. de creatura, 512. hę. i. ti. de mundo, 947. hę. iii.

Seleuc⁹, a quo Seleuciani, ti. de aía, 225. hę. iiii. ti. de bap. 277. hære. i. ti. de malo, 886. hę. i. ti. de mundo, 947. hę. i. tit. de reſurrectiõe, 1107. h. i.

Sethiani uel Sethoitę, titu. de idololatria, 780. hę. i.

Seuerus, a quo Seueriani, ti. de Adã & Eua, 189. hæ. i. ti. de reſurre. 1107. hæ. i. tit. de ſcrip. ſacra, 1146. h. i. et. v. et vi. tit. de uino. 1202. hæ, i.

Symeones, titu. de baptiſmo 277. hęre. iiii.

Simon Magus, titu. de coitu 474. hę. i. ti. de creatura. 512 hę. i. ti. de mũdo, 947. h. iii. tit. de resurrectiõe, 1107. h. i. ti. de simonia, 1159. hę. i.

TAscodrogitę, titu. de aĩa 225. hęre. iiii.

Tatianus, ti. de Adã & Eua, 189. hę. i. ti. de cibo, 390. h. i. ti. de nuptiis. 953. hę. i. ti. de scriptura sacra, 1146. hę. vi. ti. de uino, 1202. hęre. i.

Tesalitę, ti. de aĩa, 225. hę. iiii.

Tessarescędecatitę, tit. de pascha, 1014. hęre. i.

Tertullianus, tit. de aĩa, 225. hęre. v. &. vi. ti. de deo, 520. hę. ii. ti. de nup. 953. hę. ii.

Tetraditę, ti. de aĩa, 225. h. iiii

Thaboritę, tit. de tẽplo, 1180. hęre. i.

Thomas de Vio Caietanus ti, de Adã & Eua, 189. h. vi.

Turrelupini, ti. de uerecũdia 1200. hęre. i.

VAdiani, uide in dictione Anthropomorphitę.

Valentinus, tit. de Christo, 404. h. ii. ti. de deo, 520. h. i. ti. de peccato, 1022. hę. iii. ti. de resurrectione, 1107. hęr. i.

Valesii, ti. de eunu. 701. hęr. i.

Valdenses, tit. de baptismo, 277. hæ. vĳ. ti. de bñdictione, 369. hære. i. tit. de cantu, 373. hære. i. tit. de cibo, 390. hę. ii. tit. de coitu, 474. hę. i. ti. de cõfessione, 482. hęre. i. ti. de cõfirmatione, 498. h. i. ti. de ecclesia, 572. hęr. iii. & iiii. ti. de epis, 596. h. i. &. ii. tit. de eucharistia, 615. hę. iii. &. ix. ti. de exorcismo, 717. hęr. i. ti. de horis canonicis, 774. hę. i. tit. de ieiunio, 783. hę. i. &. ii. tit. de imaginibus, 797. hæ. i. ti. de indulgẽtiis, 809. hęre. i. ti. de iudice, 825. hęre. i. ti. de iuramento, 826. hę. i. ti. de labore, 836. hę. i. ti. de miraculis, 924. hę. i. ti. de monachatu, 941. hę. i. tit. de obediẽtia, 965. hę. i. ti. de occisione, 966. hę. i. ti. de peccato, 1022. hęre. vii. ti. de papa 995. h. i. ti. de potestate, 1052 gę. i. ti. de pdicatione, 1068. hę. i. ti. de purgatorio, 1079. hęr. i. ti. de sacerdotio, 1116. h. ii. &. iii. ti. de sanctis, 1136 hę. i. ti. de ordinis sacramento, 988. hęr. i. ti. de sepultura 1154. hę. i. ti. de unctione extrema, 1209. hęre. i.

Varimãd9, ti. de deo, 520. h. vi

Venustiani, uide in dictione Paterniani.

Vigilãti9, ti. de sctis. 1136. h. i.

Vvitcleff, uide in dictione, Ioãnes Vvitcleff.

Vuillelmus de sancto Amore, ti. de labore, 836. hę. ii. tit. de monachatu, 941. hæ. i. ti. de paupertate, 1016. hæ. iii.

INDEX materiarum in sequentes. xiiij. libros F. Alfonsi de Castro Minoritæ aduersus omnes hæreses, ordine literario.

ABsolutū se credēs, si non adsit cōtritio, nō est absolutus. 175
Absoluere & remittere uere peccata sacerdotem. 177. & 228.
Absolutus quādo quis uere dicatur. 181. & dein. 8.
Absoluendi potestatē nō oībus eē cōcessā. 186. & dein.
Absoluēdo sunt æquales sacerdotes quātum ad culpā, nō tū quātū ad pœnā. 187
Absoluendi modus & potestas a Christo collata post resurrectionem. 188
Absoluere an quilibet possit confitentes. 186
Accidentia panis in eucharistia non adoramus. 175
Actus apostolorꝫ reꝑcientiū hæreses & authores 1149
Adā & Euā propter primū peccatū non fuisse dānatos perpetua morte. 189
Adam ꝙ saluatus sit, rōnes euidentissimæ. 161
Adā post primū lapsum, nō imaginē dei, sed bñ similitudinē pdere potuit. 196.
Adā & Eua si nō peccassent, an ꝑ cōmixtionē humanū genus propagassent. 202
Adoptione filius dei est omnis iustus. 412
Adoranda oīa quæ deo adiacuerunt. 164
Adulterium, coitus cum cō iugata. 476
Afflictiōes & similia an mala, & quomodo. 890
Albanēsium error circa animam. 252
Altitudo dei qūo inscrutabilis. 225. & 748
Altaria cōsecrare & bñdicere solius est episcopi. 720
Altariū bñdictiones ex ueteri lege ortū habent. ibi.
Ambitio hæresum parēs. 124
Angelos tam bonos ꝙ malos a deo creatos esse. 224
Anima quomodo ad imaginē & similitudinē dei perfecta esse dicatur. 197
Aīa ex Deo uiuit, sine quo mortua est. 207
Anima rationalis, forma corporis est humani. 227
Animæ creatio quæ & quales. 228. & 232
Anima spiritus est. 242
Animas creari a deo. 237
Animā nostrā non esse corporeā, & ex anima patris, uelut ex corpore corpus, non generari. 238
Anima a Deo an a traduce

creetur, dubium esse, ibi. 244
Animas ex propagine non produci. 239
Animę origo siue creatio certa q̃ sit, non reperiri in scripturis. 238
Anima spiritꝰ est, proindeq; nec corpus esse potest. 242
Aías sceleratorꝝ hoium post mortem in dęmonia & quę cunq; bruta suis demeritis congrua non conuerti. 244
Aías in morte simul cũ corpore non corrũpi. 247
Aías transire de corpore in corpus ad uegetãdũ illud, Pythagoricũ est. 252
Aías obliuiõis poculũ potare figmẽtũ est poeticũ. 253
Aías añ ísusionẽ corpis peccasse, & í pœnã pctí í corpora tãq; ia carcerẽ fuisse ícluſas, Platonicũ est. 254
Aía xp̃i nunq; peccauit. 255
Anima nõ potest euagari ultra sensitiua. 316
Animas in purgatorio eẽ extra statum merẽdi & demerendi. 1086
Animas í purgatorio certas esse de sua salute. 1089
Animam aut dei esse substãtiam, aut ex substantia dicere monstrum est. 234
Animæ nostræ mutationes. 244. & 252.
Animas in purgatorio non peccare requiẽ q̃rẽtes. 1092
Annorum numerum ab initio mundi incertũ esse. 257
Anteq̃, quomodo in scripturis capiatur. 898
Antiquitati í scripturis quatenus deferendum. 76
Apocalypsim qui sint interpretati. 1151
Apocalypsim Ioan. eiiciẽtiũ hęreses & authores. ibidẽ.
Apocalypsim nõ recipit Lutherus. 730
Apostata an sit hæreticꝰ. 99
Apostolica sedes quãtum in se complectatur. 85
Apostolos p̃dicasse euãgeliũ Christi iuxta spiritualẽ sensum & non literalẽ 258
Apostolos pecuniã habuisse & in crastinũ sibi reseruasse probatur. 263
Apostoli cur tantum in noie Christi baptizabant. 281
Apostoli oẽs præter Paulum ex euãgelio uiuebant. 849
Apostolorꝝ genera. 4. 1070
Appropriata q̃ sint, & qũo a ꝓpriis differant. 566. & 568
Aquã a deo esse creatã. 269
Aqua benedicta an pluris sit uirtutis & efficaciæ, q̃ non benedicta. 270
Aquæ benedictæ usum non esse nouum. 274
Aquã nullius eẽ alimẽti. 660
Aqua q̃ calici in sacramẽto

miſceꝛ, quid repſentet. ibi.
Aquã ſolam pro calice cõſe crando nullo modo appo- nendam. 662
Aquã uino miſcẽdam in ca- licis conſecratione. ibi.
Armeni qui, & cur ab eccle ſia ſeparati. 202
Armenoꝝ arrogantia. 297
Arrius ex Origene ſuam do ctrinam hauſit. 541
Arrianorum hęreſis quãdiu durarit ibi. 161
Aſtris hoiem nõ alligari. 726
Aurum quaſi lutum calcare quid ſit. 768
Azymitę unde dicti. 616
Azymorũ dies q. 619

BAptiſmus uerus in aqua eſſe non in igne. 277
Baptizabimur in futuro per ignem. ibidem.
Baptiſmi an certa forma, & certa uerba. 285
Baptizati nõ uera baptiſmi forma, rebaptizandi. ibi.
Baptiſmus trinã merſionem an requirat. 280
Baptiſmi uera forma. ibi.
Baptizandum eſſe in nomi- ne trinitatis, expreſſis tribꝰ perſonis. ibi.
Baptizabant cur apli tãtum in nomine Chriſti. 281
Baptiſmi forma Grẽcis alia q̃ Latinis, & quę ſit. 282
Baptizare mortuos qũo cõ hęreſis eſt.
ſueuerint Marcionitę. 283
Baptiſma mortuis non pro deſſe. 287
Baptizari unus pro alio nõ poteſt. 288
Baptiſmũ gratiã cõferre. 292
Baptiſmus ſalutẽ affert, & remiſſionẽ peccatoꝝ. ibi.
Baptiſmꝰ uitę renouatio. 293
Baptizati chriſti iduũt. 294
Baptizãdũ nõ eẽ q uera for- ma ſit baptizatꝰ. 301. & 303
Baptiſmꝰ tã paruulis q̃ adul tis gr̃am & fidẽ cõfert. 295
Baptizare ſolum Chriſtũ in ſpiritu ſancto, cęteros autẽ miniſtros eiꝰ tantũ eẽ, ſiue boni ſiue mali ſint. 289
Baptiſmi idẽ ualor ſiue per bonũ ſiue p malũ fiat. 299
Baptizatus ab hęretico ſciẽ- ter uerũ baptiſmũ recipit, non tñ effectum. 302
Baptiſmi ueram formam te nere Latinos. 303
In Baptiſmo tria conſiderã- da, ibidem.
Baptizãdi forma uera a chri ſto pręſcripta. ibidem.
Baptiſma unũ tantũ. 304
Baptiſmus, mortis Chriſti figura. ibidem.
Baptizans ſecundo, iterum Chriſtum crucifigit. ibi.
Baptiſmũ non poſſe cõferri ſine euchariſtiæ collatione, 306

Baptiſmus etiã ſine chriſma te pfectus eſſe poteſt. 307
Baptiſmo indigere pueros omnes ad deletionẽ peccati originalis. 311
Baptiſmũ aquę nõ ceſſaſſe, neq; ſanguinis ſuperueniſſe. ibidem.
Baptiſmus ſanguinis qs. 312
Baptiſmi uicẽ effuſio ſanguinis ꝓ Chriſto ſupplet. ibi.
Beatos uidere eſſentiam dei. 312. & 313.
Beatitudinẽ non cõſiſtere in carnis delicijs. 318
Beatitudo ut perpetua erit, ſic & miſeria. 329
Beati, regnũ eſt Chriſti. 332
Beatitudinis multiplex acceptio in ſcripturis. 333
Beatitudinem perfectã & finalem in hac uita nemo cõ ſequi poteſt. 332
Beatitudinis potiſſimã partẽ eſſe uiſionẽ dei non ꝓbat ex illo. xvii. Ioã. Hęc autem eſt uita ęterna &c. 334
Beata ſua ipſa natura eẽ nulla creatura poteſt. 338
Bellare an licitum ſit homini Chriſtiano. 363
Belli cauſſa potiſſimũ ſemper inquirenda. 366
Bellare an ne liceat contra Turcas. ibi.
Bellare non cuiuſuis eſt munus, ſed ſolius principis. 291
Bellũ qũo malũ dicat. 291
Bellorũ tẽpore uitia maxime pullulant. 161
Benedictio. 369
Bñdictionib⁹ nr̃is an aliqd fieri poſſit maioris efficacię cꝫ non benedictum. 275
Benedictiones altariũ & fructuũ & huiuſmodi bonas eſſe, & ex ueteri lege ortum habere. folio 719
Benedictionibus res meliores quomodo fiant. 722
Benedictio myſtica, euchariſtia uocatur. 698. & 928
Benignitas non ſoli ſpiritui ſancto propria. 566
Beſtias & bruta rationis nõ eſſe capacia. 369
CAlceamenta portare homini licet. 371
Cęcilianus carth epi. 247
Cęlum & elemẽta qũo ſemper manebunt. 949
Cęlibatus ſacerdotũ. 1124
Canones apoſtolorũ naſcẽti eccleſię editos, Iſidorus in 48. capita digeſſit. &c. 49
Cantiçum quid. 377
Cãtus in eccleſiis pius eſt & ſanctus. 376
Caro Chriſti non per ſe adoratur, ſed in uerbo. 173
Caro Xp̃i uñ uiuificet. 688
Caro Chriſti nõ per ſe ſubſiſtit. 690
Carnẽ uerã Chriſtus aſſum

pſit ex uirgine. 416
In carne eſſe qui dicanẽ. 260
Carnem & corpus à deo bo no eſſe facta, nõ à dęmone malo. 387
Carnib⁹ ueſci licere, & Chri ſtianum eſſe. 932
Cathari & Cathariſtę unde dicti. 615
Cerei paſchalis benedictio nis inſtitutio, & quare. 721
Charitatis opera. 740
Charitatẽ non excidere qũo intelligatur. 770
Cerinth⁹ hęretic⁹. 123. & 322
χιλιασταί. 321. & 329
Chriſmatis cõficiendi ratio ab Apoſtolis defluxit. 501
Chriſma qñ cõficiatur. ibi.
Chriſma etſi exigatur in baptiſmo, nõ tamen illud exi gitur baptiſmus. 309
Chriſtiani unde & cur appellantur. 605. & 658
Chriſtus caput eſt eccleſię, nos membra. 55
Chriſtus qũo nobis eſſe uiſi bilis intelligatur. 56
Chriſti nomine qũo tota de ſignetur trinitas. 281
Chriſtus nõ eſt poſt genera lem reſurrectionẽ ſecundũ carnẽ mille annos in terra regnaturus. 320
Chriſtũ induere quid. 294
Chriſtũ fuiſſe uerũ deum, & cum hoc naturam habuiſ ſe humanam. 404. & 405
Chriſtus filius dei probat, & è cælo uenisſe. 406
Chriſtus ſeipſum, ꝓpria uir tute ſuſcitauit, eoq; filiũ dei ſe declarauit. 408
Chriſtus quomodo unctus dicatur. 282
Chriſtus filius dei natura, non adoptione. 281
Chriſtus quòd ſit ex ſemine Abraham. 418
Chriſtus ueram carnem ex uirgine ſumpſit. ibi.
Chriſtus unã ꝑſonã & duas naturas habere ꝓbatur, nõ duas perſonas cũ duab⁹ na turis ſeiunctim. 427
Chriſtus nõ ſolum corpus, ſed & animã rationalẽ habuiſſe probatur. 448
In Chriſto duas uoluntates fuiſſe. 450
Chriſtus obediens fuit ſecũ dum uoluntatẽ humanam, nõ diuinam. 452
Chriſtus ꝙ crucifix⁹ fuerit, nõ Simon Cyreneus, ut ſen tiunt impĩ hęretici. 454
Chriſtus uere paſſus, nõ pu tatiue, ut Marcionitæ men tiuntur. ibi.
Chriſtus ſua præſentia corporali nobis redemptionẽ parauit. 455
Chriſtus incarnatus ut homĩnem liberaret. ibi.

In Christo fuisse spiritum timoris domini. 458
Christus licet à conceptione fuerit beatus & perfectus, tamē tristitiæ eū apprehēderunt & passiones. 460
Christus lanceę uulnus nō uiuus sed mortuus est perpessus. 461
Christus uere surrexisse probatur. 462
Christus uere cū carne ascēdisse in cęlū ꝓbatur. 463
Christus filius dei patre nō est minor. 541
Christi corpus, ipsum sacrificium est. 1101
Christum filium dei uerbū esse probatur. 551
Christus dñs à dño. 536
Christus filius dei ultimum diem nouit. 553
Christū totum sub qualibet sacramenti eucharistię specie cōtineri integre. 687
Corpꝰ Christi sub specie panis animatū cōtineri. ibi.
Christꝰ totus etsi sub q̄libet specie in sacramento est, nō tamē q̄libet species totum Christum significat. 692
Christū negare passionis tēpore, impium esse. 902
Christus ī missa aliter offertur q̄ in ara crucis. 835
Christū surrexisse à mortuis die sabbati post paraseuē, probatur falsum. 1113
Plura uide in titu. deus, hęresi vi. vij. viij. &. ix. 520
Cibū nullū ex se immundū esse, eoq; omni cibo uesci licere. 391
Cibi omnes passim & sine discrimine q̄ edi non possint. 394
Ciboꝝ aliquoꝝ pro certo tēpore abstinentia, ex ueteri probatur instrumento, qui etiam lege diuina nō erant prohibiti. 397
Cibus nullꝰ coinquinat hominē, sed praua uolūtas, & inobediens ecclesiæ. 401
Cibus animę quis. 325
Circūstātię scripturę cōsiderādę ut recte intelligaē. 546
Clerici laborare debent. 840
Coitus promiscuꝰ illicitus esse probatur.
Coitus omnis secūdū cuius speciem aut modū generatio haberi non potest, dānabilis est. 474
Coitꝰ uiri cū fœmina tripliciter fieri cōtingit. 476
Coitus propter generationē & conseruationem speciei institutus. ibidē.
Coitū extra nuptias ēt uerente libidine, peccatū esse. 480
Completorium unde & cur institutum. 779
Cōmunicare an quis ꝓ alio

possit. 940
Cōmunicationis sub utraq; specie tollēdę causse 4. 697
Cōciliū gnale, uniuersalē ecclesiā esse, pbatur. folio 60
Conciliorū definitionib⁹ & traditionibus ea est prę stāda fides quæ uniuersali ecclesię. ibidē.
Cōcilij effigies uiua describitur, ex qua cętera formā celebrationis sumpserunt. 63
Cōcilia à Cōstantini tēpore libere cōgregari cœpta. 65
Cōciliorū q̄tuor primorū sanctitas & authoritas. fol. 80
Concilia prouincialia errare possunt. 465
Cōcilia gnalia negare, hęreticorū proprium esse. 464
Concilium gnale recte congregatum in fide errare nō posse. 465
Cōcilium gnale qn̄ dī recte congregatum. 470
Concordia doctorū ex spiritu sancto est. 75
Cōcupiscentia carnis quid, & quomodo peccatum dicatur. folio 1063
Confitens, anteq; sacerdos absolutionis uerba pferat, nō est absolutus. 180
Confessione nihil difficilius aut grauius ī tota lege euāgelica reperiri, qua peccator sacerdoti in aurē omnia sua peccata dicit. 482
Confessionem siue pœnitentiam sacramentum esse probatur, ibiq; gratiam infundi. 485, & 490
Cōfessionem esse necessariā, apostolorū temporibus institutam. 487
Cōfiteri iubemur, ut uerecūdiam patiamur tanq; pœnam pro peccatis. 492
Cōfessionē esse necessariam etiam si quantauis contritio adsit. 484
In cōfessione & pœnitentia etiam ut in cæteris dei gra & nomen operatur. 490
Confitenda peccata omnia quorū recordamur. ibi.
Cōfessionē auriculare à deo esse institutam. 485
Confitendū est sacerdoti, & soli deo confessum esse non sufficere. 490
Plura in pœnitentia.
Confirmatio quid. 499
Cōfirmatio armat & īstruit ad agones mūdi huius. 503
Confirmationē esse sacramē tum probatur. 501
Confirmatio & consignatio idem est. 499
Cōfirmatio quomodo dicatur, & ad quid utilis. ibi.
Cōfirmationis institutū esse in Actibus Apl̄orū. 500
Cōfirmationis in sacramēto

conferri gratiam. ibi.
Cõfirmationẽ nõ posse conferri nisi ab epis. 384, & 502
Cõscientię nostrę accusatio, maxima inferni pœna. 812
Cõsignatio eadẽ quę & confirmatio. 499
Consilium & p̃ceptum quo modo differunt 738
Continentiam angelor̃ esse, nuptias hominum. 1207
Contingens in rebus euenire probatur. 747
Cõtritio quę oritur ex consideratione & odio gehennę, nõ est dãnanda. 506
Cõtritionẽ necessariã pœnitentibus esse probat. 509
Contritio quę fit per discussionem, collectionẽ & detestationem peccatorum, esse bona probatur. 510
Cõuersationes hominũ fato nõ esse iputandas. fol. 724
Coopamur xp̃o opanti. 763
Corpus non esse carcerẽ animæ in pœnam. 254
Corpus uestis magis q̃ carcer dicendum. 256
Corpora nostra suapte natura mala non esse, & a Deo bona creata. 387
Corpis ptes tã inferiores q̃ supiores fecit deus. ibidẽ.
Corporeus sensus nõ est capax uisionis diuinæ. 315
Corpus nostrũ palpabile & uisibile fore in resurre. 1109
Corpa post resurrectionẽ fore semp̃ imortalia, pbat. 1111
Corpalis exercitatio qd. 785
Corpalis exercitatio ad modicum utilis, quomodo locus Pauli intelligẽdus. 786
Corpus dñi i manus domũ cuiq; suam deportandũ dabatur olim. 149
Corpus xp̃i uere sub panis specie cõtineri, pbat. 624
Corpus dñicum per scabellum pedum intelligi. 173
Corpus Christi mãducãtes adorare debemus. ibi.
Corpus Christi ex pane posse & rite confici. 615
Corpus Christi ipsum est sacrificium. 1102
Corpus Christi realiter cõtineri sub specie panis, et sanguinẽ sub specie uini. 644
Corpus Christi qũo panis dicatur. 636. & 644 1
Corpus Christi an peccatores recipere dicantur. 680
Corpus Christi in mortẽ uisibiliter oblatum & sensibiliter, & sufficere. 835
Corporis Christi alia oblatio inuisibilis, delicatior, & incruenta. ibi.
Plura in Eucharistia, Christus, & Caro.
Cras, omnis temporis futuri significatiuum. 267

Creare in scripturis nō sem per sumitur pro ex nihilo producere. 239
Creaturas omnes creatas eē a deo uno, & bono, non ab angelis. 512
Creaturę bonę nō malę creatæ sunt a bono deo. 512. & 889
Credere q̄ nr̄m intellectū excedūt, fidē ꝓprie esse. 729
Crescite & multiplicamini, quatenus obliget. 702
Crucē dn̄i adorādā esse. 163
Crux figura & signū Christi. 167
Cruces etiā aliæ a uera adorandæ sunt. ibidem.
Culpa dimissa, sequitur tamen pœna. 1082

DAmnatio erit perpetua. 332
Damnatos nō fuisse omnes homines ante Christi passionem probatur. 1025
Dānari nullū ꝓpter aliū, immo neq; ꝓpter primoꝝ parentū pctm̄ solū, pbat. ibi.
Dæmonis potentia q̄ sit magna. 797
Decimas sacerdotib⁹ esse solendas docetur. 516
Decimæ a deo instituę multis de caussis. ibid.
Decimas sacerdotes ēt diuites posse recipe tanq̄ earū dispēsatores in paupes. 517
Decimæ sacerdotibus male uiuentibus an sint denegādæ. 518
Decimæ an sint exigendæ secundum præcisam decimæ partis assignationē. 519
Decretales epistolas nō esse apocryphas. 582
Definiēdi potestas penes ecclesiam primùm, secūdò penes pontificem. 83
Defunctis missas & preces prodesse plurimum ex instituto apostolorum. 938
Deū a nullo & ab aliq̄b⁹ uideri qūo intelligēdū. 315
Deus res omnium secretissima. 520
Deus nisi fide sola inuestigari nullo modo potest. ibi.
Deum unum, eumq; bonū esse probatur. 521
Deum legis & prophetarū esse patrem domini nostri Iesu Christi. 522
Deus idem ueteris & noui testamenti. 525
Deus necessario bonus. ibi.
Deus nec figurā habere, nec loco claudi potest, ergo nec corpus habere. 529
Deus quomodo membra attribuantur. ibid.
Deum esse ueracē ꝓbat. 531
Deum posse aliter facere res q̄ facit. 747
Deus quod nō uoluit, nō le

cit: potuit tamen cum non uoluit. 749
Ex deo natus nō peccat, quo modo intelligatur. 769
Deum unum esse in trinitate. 520. & 523
Plura in Christus, & filius.
Δευτέρωσις Iudaica. 319
Diabolū ius & potestatē in homines habuisse. 456
Diabolū ex sua prima natura bonum esse creatum, & nō malum. 569
Diaboli casus cur fulguri cōparatus. ibi.
Diabolus nunc̄ à pœnis inferni liberandus est. 571
Diaconus quid. 609
Dicta sua quō quis examinare debeat. 158
Didrachmatis exactio qd in Petro signet. 1002
Diē ultimū filiū dei scire. 552
Diuinitatē Christi in cruce nō doluisse, nec passam fuisse, sed humanitatē. 444
Diuitijs renunciare qd. 1016
Diuitias ecclesiā ecclesiasticosq; uiros possidere posse. 591
Docere & iubere, proprium esse episcopor̄, & aliorum prælatorum. 62
Docere plebem ad quos pertineat. 76
Doctores oēs simul errasse, impossibile esse. 73. & 75
Doctor̄ sacror̄ omniū concors de aliqua re sententia, aquę efficax est ad reuincēdā hęresim, sicut cōcilia. 79
Doctrinā nouā inducere uolens, quō eam, pbare & cōfirmare debet. 154
Dom⁹ dei, est eccha dei. 574
Donatistarum arrogātia pene se solos ecclesiā esse asserentium. 297

E
Ccleſia errare nō pōt. 40 & 580
Ecclesia spiritū dei habet. 40
Ecclesia sola ius habet interpretandi scripturas. ibi.
Ecclesię propriū esse, discernere inter scripturas. 41
Ecclesiā efficacissimū testē, etiamq; oculatum esse. 50
Ecclesię in primordio etiā sine omni scripturæ pręsidio creditum est. ibi.
Ecclesiæ in oibus q̄ agenda uel credenda sunt, obediendum esse, etiamsi scripturæ authoritas desit. 51
Ecclesiam uniuersalem cōcilia generalia rite cōgregata sufficiēter exprimunt ac re præsentant. 54
Ecclesia uniuersalis quo pacto congregari possit, cū sit toto orbe terrar̄ diffusa. 60
Ecclesiam uisibilem esse, hominumq; sensib⁹ obiectā. 55. & 572

Ecclesia quid sit. 55
Ecclesia catholica qñ cõgregata uere esse dicatur. 60
Ecclesia quãdo aliquid definiuisse dicatur. 63
Ecclesia qũo alicuius sententiam probasse dicat. 78
Ecclesiæ unitas unde. 77
Intra Ecclesiam esse tam bonos, qñ malos. 572
Ecclesiã errare nõ posse. 580
Ecclesiam canones & leges condere posse. 582
Ecclesię in omnibus esse obediendum. ibidẽ.
Ecclesiã quędã statuer posse ultra ea q̃ Christ⁹ & apli. 582. & 583. ferè per totũ.
Ecclesiã nihil statuere aliud qñ quod deus. 588
Ecclesiã ecclĩasticosq; uiros diuitias possidere posse. 591
Ecclesia auroꝛ cõparat. 810
Ecclesia qũo super Petrum fundata intelligat. 997
Ecclesia scripturꝛ sensum interpretari debet. 478
Ecclesiastici an pauperes ad eo esse debeant ut sola sint eleemosyna contenti. 591 & 1021
Ecclesiam noua sacramenta nõ posse instituere. 1212
Eleemosynam erogari posse fratrib⁹ mendicantib⁹. 916
Eleemosyna sola à supplico æterno non potest prꝛserua re. 744
Eligere hoís proprium. 864
ἐνθουσιάσται. 662
Episcopus unde dicat, & qđ eius munus. 137. & 607
Episcopũ simplici sacerdote esse dignitate superiorẽ probatur. 596
Episcopatum nõ esse alium ordinẽ à sacerdotio. 597
Episcopus an peccator & iustus eligi possit. 611
Plura de Prꝛlatis.
Erasmi opinio refellit eo loco Ioan. Ego & pater unũ sumus. 545
Erasmi sententia examinata ibi, Fides est substantia rum, &c. 729
Error & hꝛresis differũt. 240
Essentia in deo quid. 534
Esse proprium est dei. 548
Est, non per significat expo-nendum semper. 627
Euangelij sensus in quo consistat. 41
Euangelium nunquã desiisse nec finiuisse. 612
Euãgelio deseruientibus, ex eo uiuere licet. 836
Euangelia sacra reijcientium hꝛreses & authores. 1149
Eucharistia olim dabatur in manus domũ cuiq; suam deportanda. 149

Eucharistiam esse oino adorandam. 174
Eucharistię sacramentū post baptismum longe institutum. 307
Eucharistię sacrm ex pane rite confici posse. 616. &. 620
Eucharistia in consecranda quomodo panis & uinum trāsmutentᵉ in corpus christi, credendū magis q̄ indagandum. 712
Eucharistiæ cōficiēdę uerba a Christo præscripta. 622
In eucharistia realiter corpꝰ Christi & sanguinem cōtineri sub speciebus panis & uini. 624
Eucharistiam māna in ueteri testamēto figurabat. 637. &. 653
Eucharistiā mazime confirmare uerba Christi Ioānis vi. cap. probat. 636. &. 638
In eucharistiæ sacramēto an post consecrationē maneat idem panis qui fuit ante cō secrationem. 649
Eucharistiæ sacramētū post cōsecrationē nō uocari panem aut uinū, nullo modo, sed corpus & sanguinē. 652
Eucharistię panis quomodo in carnem nertitur, & uinū in sanguinem. 654
Ad eucharistæ susceptionē opus esse peccatoꝝ discussione, & confessione, & pœnitentia. 669
Eucharistiæ manducatio ad charitatē Christi consequēdam & conseruandam potissima uia. 664
Eucharistię nois significatio & etymologia. 665
Eucharistiæ sacramentū cæteris est excellentius, quòd in hoc fons gratiæ ipse recipitur. ibidē.
Eucharistiæ utilitas. ibidē.
Eucharistię sacramentum feria quinta maioris hebdomadæ cōfectū non esse maioris efficaciæ q̄ alio tēpore confectum. 667
Ad eucharistiæ susceptionē uniuscuiusq̄ uita inquirenda & examinanda diligenter probatur. 670
Eucharistiā uerā & mali suscipere, sed nō sine ipsorum dānatione, probatur. 680
Christū bis in cœna ad mensam recubuisse, & i secūda eucharistiā instituisse. 681
Eucharistiæ sacramenti gratiam non uirtute signi, sed significati conferri. 688
Eucharistiæ sacramenti species nequaq̄ gratiam conferre. ibidē.
Eucharistię manducatio sub

utraq; ſpecie nõ eſſe a Chriſto præcepta probatur. 688
Euchariſtiæ ſacramenti uirtute nõ plus gratiæ cõferri qui ſub una ſpecie, q̃ qui ſub duplici ſumpſerit. ibi.
Euchariſtiam conficienti ſacerdoti nõ licet ſub una ſpecie ſumere, & quare. 692
Euchariſtia etſi ſub qualibet ſpecie Chriſtum cõtineat, non tamẽ quælibet ſpecies Chriſtum ſignificat. ibidẽ.
Euchariſtiã cur ſub ſolo pane ſumere eſt inſtitutũ. 696
Euchariſtia ſacramentorum omnium præſtantiſſimũ, & unde dictũ euchariſtia. 927
Euchariſtia myſtica benedictio. 698. & 928
Euchariſtia ex ſe ſola oblatio munda. 930
Eunuchum fieri non eſſe neceſſe ad deo bene ſeruiendum. 701
Excõmunicatio quibus ſit infligenda. 706
Excõicandi poteſtatẽ eccleſia habet a Chriſto. 705
Excõmunicatio nõ pro leui re, ſed letali, eiq; ſi admixta ſit pertinacia. 707
Excõmunicatio propter dãnati utilitatẽ inuenta. 708
Excommunicatio medicinalis eſt. 709
Excõmunicatio maxime fugienda. 710
Excõmunicatos nullarũ pre cum eſſe participes. 711
Excommunicationem morte eſſe peiorem. 714
Excõmunicationem eſſe pœnam internam. ibidẽ.
Cum excommunicatis non eſſe colloquẽdum & ueſcẽdum. ibidẽ.
Cum excõmunicato colloquium non prohibetur, ſi modò ex charitate fiat. 716
Exorciſmus quid, & unde inſtitutꝰ, & ad quid pſit. 717

F Acere pro permittere in ſcripturis. 889
Fato hominẽ ſubiectum nõ eſſe, &c. 724
Ferdinãdi & Helizabetæ Hiſpanorũ edictũ de non trãſferẽdis ſacris literis in uulgarem linguam. 144
Feſtorum celebrandorũ pro ſanctis conſuetudo. 1137
Fideles non omnes ad conuentum de fide conuocandos. 63
Fides non a plebe, ſed a patribus diſcenda. 76
Fides formata & informis quæ. 177
Fides formata per charitatẽ, forma eſt oĩum uirtutum, & illa ſola iuſtificat. 740

Fides in Christum, uita est æterna. 334
Fidem nō esse cōcludendam intra limites nostri intellectus. 729
Fides quid. ibidē.
Fides est substātia rerum, argumentum &c. quomodo intelligendus locus. ibidē.
Fides non in uisibilibus & persuasibilibus, sed uirtute dei solūmodo cōsistit. 731
Fides, gradus itelligēdi. 732
Fides sola non saluabit, si in peccatis pseueremus. 733
Fidem solam non iustificare. 735
Fides formata non sola iustificat. 740
Filialis timor dñi. 460
Filium nō esse minorem patre, sed eundem cum patre deum. 541. & infra.
Filium dei esse, est eē deum, æqualem patri, & consubstantialem. 544. & 548
Filius dei adorādus est. 549
Filium dei uerbū esse & uere dici. 551
Filium dei ultimū diem scire. 552
Filius propter peccatum patris non damnatur neq; punitur. 1027
Fingere quid dicatur. 238
Forma quid. 226
Fornicationē simplicissimā esse peccatum. 478
Fornicatio est coitus soluti cū soluta, lege Christi prohibita. 477
Fratrib⁹ mendicantib⁹ eleemosynā etiam irrogari posse. 594
Fratres Christi qui, & quō dicantur. 901
Fulguris lux parum durat. 569
Futurum contingens probatur. 747
Gloria bonor⁊ oper⁊ deo soli tribuenda. 762
Græcor⁊ baptisma. 282
Græci schismatici. ibi.
Græci ad sacerdotiū nuptos prouehunt, nō tamen post susceptum sacerdotiū licet uxores ducere. 1128
Gratia opus esse tam ad bonum incipiendū q̄ etiam perficiendum. 760
Gratia per peccatum amittitur, qua bene liberum arbitrium operabatur. 764
Gratiam resumi posse amissam probatur. 881
In grā an quis se esse sciat, & de ea certus esse & de sua iustitia possit. 771
Gratia deperdita an homo possit non peccare, & bene agere. 881

Hæreticos cur esse permittat deus. 38
Hæreses ex peruersa scriptu
ræ intelligẽtia oriunt. ibi.
Hæreticos suos errores ex
scripturis male intellectis
haurire & probare. 41
Hæreticorũ dogmata multa
esse q̃ scripturarũ testimo-
nijs refelli non possint, nisi
ecclesiæ traditione. 45
Hęresis & error differũt. 240
Hæresis notã non statim in-
currit si quis citra scriptu-
ræ sacræ & ecclesiæ iniuriã,
doctissimi etiã & sanctissi-
mi dictis nõ assentiat. 68
Hæresis nõ temere quid ap-
pellandum. ibid.
Hæresim ex mala scripturæ
intelligentia oriri. 143
Hæreticum consummat per
tinacia errori coniuncta, &
gloriæ cupiditas. 99. & 110
Hæretici quomodo agnoscẽ
di. 151. cap. xiij.
Hæretici semper res nouas
maxime & peregrinas opi-
niones amant. 152
Hęreticus quis propriè dicẽ
dus est. 93
Hęreticum ostendit libertas
pronunciãdi omnia & asse
rendi. 158
Hæreticum esse aliquem, cor
rectionis impatientia maxi
me probat. 158
Hęreses belli tempore maxi-
me incrementũ sumere. 161
Hæretici baptizati nõ debẽt
rebaptizari. 298. & 300
Hęreticum nullum bene sen
tire. 771
Hæreticos pœna corporali
puniendos esse. 772
Hæreticorũ id uel proprium
eẽ, libros quoslibet sacros,
reijcere à canone. 1147
Hieronymus refellitur. 609
Hymnus quid. 377
Hispanorum quorundã ido
lolatria. 142
Hoc est corpus meum, non
tropice exponendum & fi-
guratiue. 625
Holocaustũ quid, & quo à
sacrificio differat. 1226
Homo omnis in fide errare
potest, etiã si papa sit. 39
Hominũ scriptis non tam te
naciter nos addictos eẽ de-
bere, q̃ fit plerunq;. 67
Homo sine anima esse nõ po
test. 174
Homines dici, secundũ car-
nem uiuentes. 317
Homo nihil aliud q̃ corpus
& anima. 388. & 418
In hoie naturæ tres. 443
Hominẽ astris nullo pacto
alligari & fato. 725
Hominem nõ dãnari solum

propter peccatum primor̃ parentum. 1026
Homines ante passionẽ christi non fuisse dãnatos, probatur. 1025
Homo potuit peccare ex libero arbitrio etiam si nulla dæmonis interueniſſet tentatio. 1028
Hominem per gratiam iusti ficatum posse peccare. 1036
Homo idem qui uixit, resurget. 1109
Horis canonicis cantãdis di cendisq; nõ frustra tempus teri. 774
Horas orandi statas esse, nõ inuentum est humanũ, sed diuinum. 776
Hora tertia, sexta, nona, cur potissimum orare consuetum. 776. & 778
Hosti fides p̃standa. 1198
[Acobi epistolam reĵcientes hæretici conuincuntur. 1150
Idololatria in deum nihil iurioſum magis. 780
Idololatrarum miræ & multiplices sectę. ibi.
Ieiunium esse bonum & sanctum opus, & à deo institutum. 783
Ieiunium est uirtus, & uia ad alias uirtutes. ibi.
Ieiunio & eleemosyna ora- tio se in altũ subleuat. 784
Ieiunium proprie nõ corporalis exercitatio, sed spiritualis. 786
Ieiunium solum, si cęterę uirtutes absint, nullius eẽ momenti. 787
Ieiunia certis tẽporib⁹ instituere potest ecclesia. 789
Ad ieiunia ecclesiastica an quis obligari possit. 792
Ieiunium etiam quantũlibet perfecto necessarium. 795
Imaginem dei esse, & similitudinem, differunt. 197
Imagines in tẽplis esse posse. probatur. 797. & 799
Imagines Iudæis interdictę, quia ad idololatriam proni. 800
Imagines utiles, eò q̃ sint idiotarum literę. 801
Imagines ideo uenerandæ, q̃ nos in exẽplaris memoriã uenire faciunt. 802
Imaginum usus nõ recens, sed à tempore Apl̃or̃. 803
Imagines cur Iudæis prohibitæ. 805
Immortale quid duob⁹ modis dicitur. 247
Impossibilia nobis non p̃cepisse deum. 1055
Incarnatus ideo filius dei, p̃ baĩ, ut nos redimeret. 455
Incarnatus ut dicatur filius

dei,neceſſe eſt ut carnẽ habeat. 432
Indulgentiarum uſus in eccleſia ſerò receptus. 809
Indulgentię non contemnẽdæ quòd ab eccleſia inſtitutæ. ibi.
Indulgẽtias ſoli epiſcopi cõcedere poſſunt. 811
Infernum alium eſſe q̃ hic in mundo. 814
Infernum an homo hic pati dicendus ſit. 813
Inferni pœnam eſſe perpetuam. 814
Ad infernum Chriſtum uere diſcendiſſe. 815
Infirmitas noſtra omnia poteſt per Chriſtũ. 756. & 761
Inferni nomine purgatoriũ aliquando uocatur. 1091
Inimicum nec eſſe decipiendum, nec ei damnum inferendum. 817
Inimicus quantumuis alteri, proximus tamen eius eſt. ibi.
Inobedientia eccleſiæ, inobedientia eſt dei. 584
Ioannes Vuitcleff qualis uir fuerit. 161
Ioannis locus.xvñ. Hæc eſt uita æterna, ut cognoſcant te ſolum deum uerum &c. non intelligi de uiſione beatifica & faciali. 334
Ioannis locus, Ego & pater unum ſumus, Arrium apertiſſime conuincit. 546
Ioannis.vi.locus, Niſi manducaueritis carnem filij hominis &c. de corporali eſu eſt intelligendus. 688
Ioannes euang. euangelium conſcripſit contra Ebionis dogma. 851
Ioannis locus.xv. Sine me nihil poteſtis facere, quomodo intelligendus. 876
Ioannis euangelium & apocalypſim reſpuentes q̃ ſint. 1151.
Iudas corpus Chriſti & ſanguinem ut cæteri Apoſtoli ſumpſit. 680
Iudæis ante.30. annum Geneſim & cantica canticorũ legere non licebat. 143
Iudæi potiſſimum à deo ob idololatriam derelicti. 782
Iudæos mendicando uiuere. 918
Iudex an poſſit damnare aliquem ad pœnam. 825
Iudicium futurũ probat̃ uiuorum & mortuorũ. 823
Iudicium uniuerſale nondũ factum eſſe. 824
Iurare an Chriſtiano liceat, & q̃ ſic probatur. 826
Iuramentum dei nõ eſſe malum,imo bonum. 827

Iurauit Christus, & Paulus sæpius. 828
Iuramenta ad roborãdos humanos contractus an sint licita. 829
Iurare cur Christus prohibuisse intelligatur. 830
Iuo Carnotensis historicus. 161
Iustificatus per baptismum, peccare potest. 766. & 835
Iustus omnis an scit se esse in gratia, & certus esse de sua iustitia debet. 770
Iustus in omni opere bono non peccare probatur contra Lutherum. 968
Iustus quantũuis, si non fuerit a deo adiutus, peccabit in posterum. 972

Laborem manuũ monachis licitum esse. 836
Lanceę uuln? Christus mortuus non uiuus est passus. 461
Laudare, species est honoris. 1138
Leprosi cur se sacerdotibus ostendebant. 180
Legem ueterẽ cum noua simul non esse obseruãdam in omnibus. 851
Lex cessasse adueniente gratia probatur. 853
Legem ueterem esse bonam, & a deo bono datam. 855
Lex quomodo peccatũ pesæpius. 828 perisse dicatur. 856
Lex laudanda. 858
Lex iusto quomodo non est posita. ibidem.
Librum de quæst. uete. & no. testamenti non esse Augustini. 906
Libertas nimia pronuncian di omnia pro libito, hæreti cum facit. 158
Libertas Christiana in quo sit sita. 775
Libertas triplex. 754
Liberum arbitrium nostrũ sine gratia dei nullum posse præceptum implere bonum. 755. & 758
Liberum arbitrium ex se & suã conditione potest eligere quãlibet uolitionẽ malam. 755
Item quodlibet opus mediũ quod nec bonũ sit nec malum. ibidem.
Liberum arbitrium quantum ex se sine Dei auxilio nullum potest bonũ opus operari. 758
Liberi arbitrij est, postquam deus uoluntatem nostram excitauit ad bonum, cõsentire aut dissentire. 755
Liberi arbitrij non est, postquã uoluntas cum dei adiutorio operari cœpit, et bo

num inceptum perficere, et in eo pseuerare sine dei speciali gratia. 760
Liberi arbitrij nostri quãta potestas & necessitas. 755 &. 864
Liberum arbitriũ bene potest, opari donec adsit ei gratia. 760
Liberum arbitrium nos habere probatur. 862
Libertas uarie capit in scripturis. 863
Liberum arbitriũ æque tollunt qui nimis ei tribuunt, atq; qui nihil. 872
Liberi arbitrij insufficientia. 878
Liberũ arbitrium nihil agere ualet sine dei assistentia & concausatione. 877
Libertas nostra ubi & quomodo ad bonum. 879
Liberum arbitrium prædesti natio & reprobatio nõ auferunt. ibid.
Liberum arbitriũ per quodcunq; peccatũ libertatẽ nõ amittit ut bonum opus facere non possit, etsi non meritorium. 881
Liberum arbitrium post acceptam gratiam posse peccare. 882
Libertatem arbitrij ut non tollit peccatum, sic nec gratia. ibidem.
Ligni nomine hõ designatur. 287
Loth filiæ an cum patre concumbentes, peccasse dicantur. 702
MAchabæorum liberos è canone reijcientiũ hæreses & authores. 1148
Machabæorum libri sacri p bantur. ibidem.
Malum quod rei accidit, duplex esse, culpæ, & pœnæ. 886
Malum multiplex, idq; omne aduentitium & accidentale. ibidẽ.
Malum à deo non esse, nec deum facere malum probatur. ibidem.
Malum nihil esse à natura. 887
Mali alicuius deus author esse potest, ut afflictionum & angustiarum, & similium. 890
Mane orandũ, & quare. 778
Manetis insania mira, unde & Manichæi dicti. 234
Mãna in ueteri, quod in nouo Eucharistia. 637. & 643
Manus appellatione in scripturis potestas indicatur. 547
Marcion quis fuerit. 286
Maria uera mater Christi fi

lĩ dei, non tantum hominis. 428
Maria cur dei genitrix uere sit nominata. 438
Mariam uirginem dei genitricem post Christi natiuitatem non fuisse carnaliter cognitam à Ioseph probatur contra Eluidium. 894
Mariam esse ueram dei genitricem, sicq; uere esse appellandam. 902
Mariam initio concionis in uocandi origo unde. 987
Ad martyrum sepulchra nocturnis uigilijs discursus sublatus. 149
Martyres nõ esse qui se pro peccatis interimunt. 904
Martyrium non omnes patiuntur qui mortẽ ab alijs inflictam patiuntur. ibi.
Materia prima quæ. 270
Matrimonium sacramẽtum esse institutum in signum. 958
Matrimonium cõcernentia. 961. Quære Nuptias.
Melchisedech qui Abraham benedixit, purum hominẽ fuisse. 906
Melchisedech panem & uinum deo obtulit. 931
Melchisedech figura sacerdotij nouæ legis. 932
Melius in scripturis aliquãdo id dicitur, quod minus malum est. 1228
Mendacis hominis præmiũ, ut ueritatem dicenti nõ cre datur. 532
Mendacio ne in hoste quidẽ uti licere. 817. & 1198
Mendacij consideratio, an excusabile aliquando sit. 910
Mendicitatem non esse ex lege prohibitam, immo meritoriam probatur. 916
Mendicare quid. 918
Mẽdicantium religiones nõ esse dæmonum inuentionem probatur contra Valdenses. 942
Meretricius coitus prohibetur. 480
Meritum & præmium nobis debetur non operis natura, sed iure promissionis. 763. & 921
Meritum quibus modis dicatur. 921
Meritum nostrum aliquod an esse possit ad promerendam gloriam. 922
Meritorum uarietas. 357
Mereri uitam æternã ex sua uirtute hominẽ sine dei auxilio non posse. 924
Millenarium numerum pro infinito cap. 328
Millenarij qui. 327

Miracula per quē fiant. 414
Miracula cur ferè Christus post habitum sermonem se cisse legatur. 154
Miracula uera an fiant in ecclesia. 924
Miraculum quid. ibid.
Miracula an à sanctis fieri dicantur. 926
Miracula ad sanctorū exaltationem fieri. ibid.
Miseria perpetua erit sicut & beatitudo. 329
Misericordię dei & remissionis peccatorum nullus definitus numerus. 1047
Missam nihil esse aliud q̄ sacramenti eucharistiæ consecrationem. 928
Missam esse sacrificium & oblationem probatur. 929
Missam uere dictā esse à deo institutam probatur. 928
Missa sola ex se oblatio mūda. 930
Missam primam Antiochiæ Petrus celebrauit. 928
Missam non tantum esse in memoriam cœnæ, sed & passionis, & mortis Christi. 935
Missam sacerdotis, & illius & populi peccatis prodesse. 937
Missam pro defunctis dici, esse ex instituto Apostolorum. 938
Mitti ad prædicandum qui dicantur. 1068
Monachos esse de religione Christiana. 942
Monachos laborare debere & quomodo & quos probatur. 836.&.842
Monachis laborem manuū sustentandæ uitæ causa licitum esse. 839.&.844
Monachi ociosi taxant. 849
Monachos omnes sine discrimine ad laborē manuū non teneri. 842
Monachus nisi lege diuina exemptus, si nō laborat, nō manducet. 848
Monachatui qui detrahant. 942
Monachi se totos suaq; deo uouentes, holocaustum faciunt. 1226
Montanus quis fuerit. 285
Mors duplex corporis & animæ. 207
Mors pœna peccati. 208
Post mortē nec bene nec male agendi tempus. 287
Mortem sibi infligere nullo modo licere. 904
Mos populi dei, & institutа maiorum pro lege tenenda, 50
Mulieres quare docendi potestatem non habeāt. 947

Mulieres ad sacerdotiū pro moueri non posse. 945
Mundus non ab angelis sed a deo factus. 512
Mundum finiendum proba tur. 948
Mundum a deo creatum eē, non ab angelis. 949
Mundum non fuisse ab ęter no probatur. 947
Mundū creatmu a solo deo, & non ab angelis. 949

NAturam nullam ex seip sa beatam esse, nisi so lum deum. 338
Naturæ duæ ut in Christo, sic & duæ uolūtates. 450
Naturę in Christo duæ, secū dum quas aliquando mi nor, aliquando æqualis pa tri scribitur. 550
Necessitate absoluta omnia fieri nequaquam. 747
Negare Christum persecu tionis tempore, esse pecca tum probatur. 902
Negans uoce Christum, cor de autem credens, peccare probatur. 903
Nihil quid soleat sacra scri ptura appellare. 877
Nocte media cur ad orandū surgere institutū, & unde. 776
Nomen alicui nunquā mu tauit deus sine magnis sub sequentibus būficijs. 997
Non occides, cū late pateat præceptū. 967. & 1198
Nuptiarum author Christ?. 954
Nuptiæ secundæ & tertię & quartæ nō dānandæ. 955
Nuptijs inesse sacramētum, & gratiam conferri. 959
Nuptiarum nomen frequen tius in sacris literis cū ma trimonij. 906

OBdurare quid peccato res. 888
Obedientia, uoluntaria est subiectio. 452
Obediēs Patri Christus fuit non secundum uolūtatem diuinā, sed humanā. ibid.
Obedientiā omnium ab ec clesia præceptorum nobis esse tenendam. 582
Obedimus deo monēti nos, & sic eo operante coopera mur. 761
Obligari an homo possit ul tra id quod dominus præ cepit. 942
In obseruationibus ecclesia sticis esse permulta quæ fa cere necesse est, quorum ta men ratio nō omnibus pa tet. 51
Obtulit seipsum Christus i cruce semel & pro semper in missa autem a sacerdote

offertur, sed aliter. 935
Occidi iuste maleficum posse ex iudicis & iuris præscripto, probatur. 966
Occidere nō licere sine iudicis sententia. 1198
Ociose uiuentes taxant. 850
Ociositas aiæ inimica. 839
Offerre idem & accipere potest. 936
Officium quando quis exequi dicatur. 745
ὁμούσιον. 606
Operis quod quisq; facit, ei⁹ filius dicitur. 245
Operari post mortem nō licet. 289
Opera nostra quantūuis bona per solam misericordiā dei acceptabilia fiunt. 491
Opera ad iustificationem requiri. 733
Opera necessaria esse ad beatitudinem cōsequendā. 741
Opera etsi non ualeant iustificare, disponunt tamen ad iustitiam de manu dei gratis recipiendam. 743
Operis bonitas aut malitia unde censeatur. 380
Operis nostri gloria omnino deo tribuenda. 762
Operari nostrū omnino esse ex deo. 763
Operari nos et deum simul, ibidem.
Op⁹ aliquod quomodo meritum fiat. ibidem.
Opera nostra quomodo dicenda meritoria. 921
Opera nostra quātūlibet recta facta, an sint dicēda peccata. 968
Opera bona tam perfecto q̄ imperfecto, denicq; cuicūq; hominum generi necessaria probantur. 977
Opus factum ex uoto melio⁹ quàm idem sine uoto, & quare. 1222
Olei sacri usus in ecclesia, & quid designet. 308
Oratio duplex, priuata, & publica. 374
Orationē quæ ad deum fiat, duplicem esse. ibid.
Orationem longā non prohibuit Deus, sed multiloquium. 380
Orandus q̄ sit filius dei, cōtra Origenem. 541
Orandi certum etiam tēpus præfiniri recte posse, ut mutinarū, & similium. 778
Orationē esse utilem probatur contra Pelagium. 983
Orationē ad uitæ æternæ cō sequutionem non sufficere. 978
Orandum non semper. 979
Orare semper oportet, quomodo intelligendum. 981

Orationem sanctam, utilē, & præceptam esse. 983
Orationis uirtus. 984
Oratio specialis an plus ꝙ generalis profit. 986
Orare sanctos nos posse probatur. 1137
Ordine esse sacramētū, pbaī, & gratiam conferre. 988
Ordinis sacramentū sensibile in se signum habet. 989
Ordinis sacramentum non esse recens. 990
Ordinis gradus esse impares. 891
Ordinū nomina ab apostolor̄ tempore fluxisse. 994
Originali peccato ante baptismum omnes obnoxij̄, & proinde gehēnę. 311. & 1022
Originali in pctō nasci paruulos, & ob id quoq; baptizari probatur. 1022
Originale peccatum iugum cur dicitur. 1023
Origenes an hæreticus. 196
Origenem magis pium est credere saluatum quàm dā natum. ibidem.
Origenem resurrectionē car nis non negasse. 1111
Osculum quodlibet nō esse peccatum, sed quod ad coitum solicitat. fol. 480
PActum etiam hosti seruādum. 1197
Panis mysticus tam in fermentato ꝙ azymo confici potest. 616
Panis mysticus in sacrm, nō figura, sed uera caro. 638
Panis appellatione quomodo utatur scriptura. 652
Panem & uinum sacramentum eucharistiæ post consecrationem nō uocari, sed corpus & sanguinem. 649
Panem discipulis deus non tradidit in cœna, sed carnē & sanguinem. 652
Panem uerti in corpus Christi & sanguinē probaī. ibi.
Panis sub specie corpus & sanguinem Christi continerí integre. 686
Papam esse hęreticum posse, & errare in fide. 39
Papæ solius nō esse interpretari scripturas. 40
Papę ut sacerdoti dei obediē dum esse. 86
Papæ seu pontificum nomē nō esse inane probaī. 996
Papatum nō amitti propter peccatum. 1013
Partes corporis tam inferiores ꝙ superiores à deo bono creatas esse. 387
Paruuli etsi actu nō credūt, habitū tamen retinent quo ad actum credendi perueniunt. 296

Paruulis prodesse baptisma nec rebaptizandi sunt. 298
Pascha. xiiij. luna inuiolabiliter non esse celebrandum. 1014
Pascha dñico die celebrandum. 1015
Pastor bonus quis, & quis malus. 138
Patropassiani unde. 534
Paulū multa solo uerbo tradidisse, quæ nusquā scripto mandauerit. 49
Pauli locus quomodo intelligendus ibi, Alioqui quid facient qui baptizātur pro mortuis, &c. 285
Paulus quomodo deum uidit. 316
Pauli locus. i. ad Timotheū, Corporalis exercitatio ad modicum utilis, quomodo intelligendus. 785
Paulus manibus laborat, in aliorum exemplum. 837
Paulus laborauit non ex necessitate, sed ex perfectione. 850
Pauli epistolas reiścientium hæreses & authores. 1149
Pauperes de Lugduno, qui & Valdenses. 308
Pauper quis dicatur, an is qui nihil propriū habeat, & an solus pauper ad æternam beatitudinem perueniat. 1016
Paupertas an omnia peccata consumat. 1018
Paupertas spiritus est omnium rerum terrenarū contemptus, & eius excellentia. 1018
Paupertas tam habitualis q̄ actualis bona est, & licita. 1019
Paupertatē esse utilem. ibi.
Peccatores potissimū accusabit deus q̄ monenti non obedierint. 761
Peccatū nihil subtrahere de natura. 198
Peccatum detestari timore pœnæ quomodo contingat. 506
Peccata ut remittantur, manifestentur necesse est. 485
Peccata quāuis confessa, per solam tamē misericordiam dei remittuntur. 491
Peccatum timore pœnæ fugimus dupliciter. 507
Peccatū licet remissum sit, pœna tamē peccati tolerāda est. 1081
Peccata nos uitare posse, & quomodo. 761
Peccare quomodo non dicatur qui ex deo est. 763
Peccatorum nostrorū deum nullo modo esse authorem dicendum. 887

Peccatum etiam habenti fidem imputari posse. 1030
Peccata an sint aliqua prorsus irremissibilia. 1031
Peccato primi parentis homines nō fuisse damnatos ante passionē Christi. 1025
Peccatum angelorum ex libero ,pcessit arbitrio. 1029
Peccatū contra spiritū quod nam est irremissibile. 1031
Peccato omnē hominem ob noxium esse. 1036
Peccatum omne esse à libero arbitrio, non à dæmone. 1028
Peccatum nullum esse irremissibile. 1031
Peccatū in spiritum sanctū quodnam & an sit irremissibile. ibidē.
Peccatum leuius propter uitandum grauius permittitur. 1033
Peccata omnia non esse paria. 1035
Peccata etiam post gratiam perpetrata remitti probatur. 1036
Peccatū uox equiuoca. 1062
Peccatorꝝ duo genera. 773
Periuriū lege diuina esse prohibitum. 833. quid sit. 1197
Permissionem dei in sacris actionem ipsius uocari solemne est. 888
Permittimus, quæ non probamus. 1034
Persona in deo quid. 534
Personarum pluralitas in diuinis probatur. 535
Personis in diuinis omnia q̄ ad se dicuntur, omnibus æque cōuenire & nulli propria esse. 566
Pertinacia cum errore hæreticum perficit. 109
Petrum Antiochiæ primam missam celebrasse. 929
Petro cur nomen mutatum, 997
Petrus cęteris Apostolis maior declaratur. 998. & 1001
Petrus Lombardus, sententiarum magister. 680
Petrus non primū caput ecclesiæ, sed uicarium. 1003
Petrus quomodo intelligitur petra. 998
Pietas uera quæ. 334
Pœnę timore peccatum fugimus dupliciter. 507
Pœna peccati infligitur etiā remissa culpa. 1041
Pœnitentiæ partes esse treꝝ. 1040
Pœnitentia quę ex timore gehennæ oritur, an inanis & noxia sit dicenda. 1046
Pœnitentię uirtutem nō pro semel, sed pro semper ualere probatur. 1047

Plura

Plura in tit. confessio.
Polycarpus martyr Ioannis euangelistæ discipulus. 53
Potentia nō solo patri asscribenda uenit, sed & filio, & spiritui sancto. 566
Potestatem tam laicalem q̄ ecclesiasticā non amitti per peccatum mortale, probatur. 1052
Præceptum, Crescite & multiplicamini, quatenus obliget. 702
Præcepta affirmatiua & negatiua. 701
Præceptum & cōsilium quo modo differant. 738
Præcepta dei cum dei adiutorio implere potest homo. 762
Præceptorum omnium dei nobis possibilis obseruatio. 1056
Prædestinatio ad uitam æternam nō ex nostris meritis, sed sola dei misericordia pēdet. 880
Prædestinatione sua deus sic prædestinatos non necessitat ad bonum, ut male agere & perire nequeant. 1066
Prædestinatū ad uitā etiam si mala opera agat, nunquā posse diaboli membrū esse: & illum qui est à deo ordinatus ad mortem, quātum cunq; bene uiuat, nunquā posse esse mēbrum dei, falsum & hæreticum probatur esse. 1065
Prædicare nullo modo licere cuiquam nisi missus sit à superiore. 1068
Prædicationem cuiq; sine discrimine nō esse liberā. ibi.
Prædicatum quis mitti dicatur. 1069
Prædicatio aliquo loco & tēpore multis de causis prohiberi potest. 1071
Prædicandi tempus quod. 1072
Prædicatio uerbi dei quando prohiberi in aliquo potest. 1071
Prælatorum munus. 137
Prælatorū negligentia & sonordia hæresum causa ē. ibi.
Prælatis ecclesiæ esse obediendum. 582
Prælatos & superiores non debere corripi ab inferioribus probatur. 1171
Præmium debetur nobis nō operis natura, sed iure promissionis. 922
Presbyter qd significet. 607
Primatum Petri cur hæretici tantopere oppugnent. 997 & 1008
Primat? Petri institutio. 997
Primitias & decimas domi-

no offerre quid. 761
Primogenitus quis & quomodo dicatur. 900
Principium omnium rerum esse unum, illudq; bonum. 889
Probaī quid apud Paulum. 671
Procedere ab aliquo qd. 563
Promiscuus coitus qs. 474
Prophetæ sacrarum literarū interpretes sunt. 74
Prophetas contrario spiritu nō fuisse inspiratos, falsaq; prędixisse, probatur contra Apellem. 1176
Prophetas intellexisse q̄ p̄dixerint & loquebanī. ibi.
Propria non esse in personis diuinis potentiam, sapientiam, benignitatem, sed appropriata. 566
Psalterij i ecclesiis usus. 376
Purgatoriū posse ostendi ex sacris literis. 1082
Purgatoriū inferni loco aliquando uocari. 1091

QVadragesimalis ieiunij institutio, Christi est. 792
Quęstiones circa animę creationem uarię. 237

REbaptizandū nullo modo esse. 301
Redemptionē nobis factam esse per Christum. 455
Regnum Christi beati sunt, & beatitudo. 331
Religionem priuatā an quis intrare possit. 942
In religione priuata an cuiq; uiuere liceat. ibi.
Remissioni peccatorum sem per esse locū probaī. 1047
Renum cinctura quid in ueteri lege significabat. 1129
Reprobatio ut est prædestinationis priuatio, non nostris demeritis, sed diuina uoluntate fit, & iustè. 879
Reprobatio quæ fit per actū uoluntatis positiuū, nunq; fit sine demeritis. 880
Res à deo creatæ, etiam per nos meliores fieri possunt. 271
Resurrectio prima qd. 327
Resurrectio secunda qd. ibi.
Resurrectionem futurā certò credendū probaī. 1107
Resurrectionē carnis qui negarint. ibidem.
Resurrexisse Christū die dominica. 1113
Resurrectionē carnis Origenem non negasse. 1111
Resurrectionis tempore corpus nostrum erit palpabile & uisibile. 1109
Resurget idem qui uixit homo. ibidem.
Retinere peccata, est non re-

mittere. 485
Reuerentialis timor. 460
SAbbati sanctificatio. 775
Sacerdotes scientię custodes & legis esse debent. 62
Subditi cum prelatis in conuentum conuocari non debent. 63
Sacerdotis euangelici circa pœnitentem absoluēdum, & ueteris legis sacerdotis circa leprosum differentia. 181
Sacerdotes oēs quantum ad absolutionem habere equalem potestatem. 186
Sacerdotum distinctio in ueteri testamento. 598
Sacerdoti non licet unā tantum speciem sumere. 690
Sacerdos omnis ex hominibus constituitur. 908
Sacerdotis & laici distinctio. 940
Sacerdos quomodo sibi cōmunicans in missa, populo cōmunicat. ibid.
Sacerdotes legis ueteris habuerunt possessiones & agros. 542
Sacerdotes non esse omnes Christianos. 1116. nec dignitate pares. 1123
Sacerdotē non amittere consecrandi potestatem, etiam si mortaliter peccet. ibid.
Sacerdotes cælibes esse debent. 1124
Sacerdotem coniugatum eē, duob⁹ modis intelligi. 1125
Sacerdotibus nunquā licuit uxores ducere, licet iā uxorati aliquādo sint ad sacerdotium prouecti. 1127
Sacerdotem infimum in absentia Episcopi non posse exercere munus episcopale. 1132
Sacramenta non reiterabilia. 386
Sacramēti eucharistię uis & utilitas. 662
Sacramentum quid. 961
Sacramenta omnia esse mysteria. ibid.
Sacramenta ecclesiæ negantium hæreses & authores. 1134
Sacramenta omnia conferre gratiā debite suscipiēti. ibi.
Sacramenta noua nō potest instituere ecclesia. 1212
Sacramentum confirmationis tempore apostolorū ab alijs quàm ab ipsis apostolis non esse peractum. 503
Sacrificia in omni lege fuisse. 929
Sacrificium aliquod an status euangelicus admittat. ibidem.
Sacrificium quid, & quomo

do ab holocausto differat. 1226
Salus nulla nisi p grām. 759
Sanguinis baptismus quis. 311
Sanctos esse ab hominib⁹ honorandos,& orandos. 1137
Sanctis honor exhibitus, exhibetur deo. 1138
Sancti pro nobis intercedere possunt. 1139
Sanctorum patrum omnia dicta an usq; ad ultimum iota tenenda nobis sint. 71 &.75
Sapientia ex ore dei nō effla ta,sed prodiens. 235
Sapientiā nō solius filij propriam esse. 567
Satisfactionem pro peccatis esse necessariā. 1041.et.1146
Scabellū pedū dñi quid. 171
Schismaticus an sit hæreticus. 97
Schismatū incōmoda. 162
Scriptoribus sacris dissentientibus,modò non cōtra fidem euāgelicam & ecclesiam alterutri parti pro libito adhęreri potest citra reprehensionem. 67
Scriptorum ecclesiasticorū dicta omnia an usq; ad ultimum iota tenenda nobis sint. 71
Scripta ecclesiasticorum scriptorum a pōtificibus probari & recipi,quomodo intelligendum. 72
Scriptorum sacrorum dicta nō esse reįcienda & flocci-pendenda.
Scripturæ sensus non in nuda litera consistit,eiusq; interpretatio penes ecclesiam est. 478
Scripturas humanas a diuinis discernēdi potestatem a deo habemus. 41
Scripturarum interpretatio uera & certa penes quos. 40
Scripturam nullā cuiuslibet hominis quantūuis docti & sancti efficacem esse ad hæresim reuincendam, nisi &c. 67
Scripturæ sacræ librorū authorem nullum in scribendo errasse firmissime credē dum. 68
Scripturam non esse omnibus apertam, & intellectu facilem. 145
Scriptura sacra ut potissimū metaphorica. 245.&.530
Scripturas, testium locū,nō iudicis tenere. 466
Scripturę sacræ quoslibet libros ex canone reįcere,pprium est hæreticoꝝ. 1146
Scriptura sacra turris ē my-

ſtica Dauid, &c. ibi.
Scripturam aliquam ſacrā eſſe quomodo credere poſſimus. 40. & 1152
Senſus uerus ex ſcripturis quomodo eliciendus. 33 & 41
Sententiam deus mutare nouit. 1066
Sermonis elegantiam nō pugnare cum Chriſtiana religione. 130
Serpentem qui Adam & Heuam decepit, qui coluerint. 780
Serpentē æneum quare Ezechias confregerit. 799
Seruilis timor & initialis. 459
Signa nō adorari, ſed ea quę per ea repręſentantur. 175
Silentium ſeruare digito naribus oriq; appoſito, ridiculum. 1158
Similitudo & imago differunt. 197
Similitudo in qualitate fundatur apud Ariſtotelem, in ſcriptura uerò ſacra in ſubſtantia. 427
Simon Magus primus hæreticus. 124
Simonia reprobatur. 1159
Synodus Epheſina ſecunda damnata fuit. 439
Solicitudo nimia oīs à Chriſtiano abſit. 268
Spiraculū quod ſpirauit deus in Adam, an anima fuerit dicendum. 228
Spiritualia dona nō poſſe uēdi. 1159
Spirituſſanctus eādem uim nunc habet, quam habuit tempore Apoſtolorum, & eodem modo eccleſiam illuminat. 74
Spiritus ratiò ſine additamēto pro tertia perſona in diuinis ponitur. 230
Spiritus acceptio multiplex in ſcripturis. 229
Spiritum quem ſufflauit in diſcipulos Chriſtus, longe diſtare ab eo quem in Adā inſpirauit. 230
Spirituſſanctus concilijs generalibus adſiſtere probatur. 468
Spiritum timoris domini in Chriſto fuiſſe. 458
Spiritus ſanctus & dominus & deus eſſe probatur, non creatura. 557
Stellis hominem non alligari. 725
Studia generalia non eſſe inutilia in eccleſia. 1167
Subſtantia in deo quid. 534
Sufficiētiam nobis omnem gratia confert. 758
Sufficientiam noſtram oēm

ex deo esse. 878
Suffragia & oblationes defunctis prosunt. 1174

TEmpla in honorem dei & sanctorũ erecta, esse sancta & bona. 1180
Tentatio est ignis probationis. 1084
Terra quomodo scabellum pedum dei. 171
Terrę nomine omnia corporea significari in scripturis. 269
Tertullianus. 237
Testamentum utrunq; à bono deo conditum esse. 525 & 890
Testamẽtum uetus reijcientium hæreses. 1147
Theobutes hæreticus. 124
Timor dñi multiplex. 459
Timore pœnę peccatum fugimus dupliciter. 507
Timor seruilis etiam nobis prodest. 508
Timor dei seruilis unde originem habeat. 1188
Timorem domini esse in futuro seculo. 1193
Timor pro reuerentia. 460 & 1194. & pro uerecundia. 1201.
Tyrannum quemlibet licite & meritorie posse occidi si superioris mandato, falsum & hæreticum. 1195
Tyrannus qs dicatur. 1196
Titulis librorum nõ tenaciter credendum semper. 47
Tradita nobis multa esse sine scripto. 49
Traditionib⁹ uniuersalis ecclesiæ, etiam si testimonijs sacræ scripturæ non cõprobentur, tantam fidem adhibendam esse, quanta ipsis sacris scripturis adhibetur. 45
Traditiones conciliorum generalium rite congregatorum esse ab omnibus recipiendas. 54
Trahere ad se deus nos quo modo dicatur. 879
Translatio sacræ scripturæ in linguam uulgarem, hęresim parit. 143
Transsubstantiationis uocabulum nõ esse recens. 654
Transsubstãtiationis nomẽ quando & quare confictũ. 658
Triceſimus annus maxime prædicationi aptus. 1072

VAldenſium hęresis unde orta. 144
Vasa quædam in honorem, quædam in contumeliam, quomodo fiant. 883
Verborum sensum sola ecclesia ius interpretandi habet. 38

Verba diuina an semp iuxta simplicissimã significationem & grammaticam accipienda sint. 42
Verbis docentis non minus credendum, quàm scripturæ. 46
Verba & uoces an æquam si dem & uim habeant obligandi sicut scripturæ. 49
Verecundiam esse in rebꝰ naturæ. 1200
Vermis conscientiam significat. 812
Vestes sacræ,& pallæ & uasa qua reuerentia contrectãda. 721
Victorinus Afer Hieronymi præceptor. 197
Viduę deo deuotę si nubant, damnantur. 1219
Vinum pro cõsecratione calicis esse apponendũ. 659
Vini usus licitus probatur. 1202
Virginitas nunq; sola. 1207
Virginitatem prælialere matrimonio.1205.& martyrio æquipollere. 1207
Visio facialis dei nobis erit in futura uita &c. 312
Visionem dei, beatitudinem esse,non probatur ex Ioan. xvij. Hæc est uita. 334
Visitare iniquitates nostras ut dicatur deus. 368
Vita æterna multis nominibus uocatur. 334
Vitam æternam hominẽ non posse promereri ex uirtute sua sine dei auxilio. 877
Vnctio extrema sacramentũ est,& confert gratiam. 1211
Vnio ecclesiæ duplex. 97
Vocabulorꝫ nouitas orthodoxũ offendere non debet, modò de re constet. 657
Voluntatis nostræ operationes esse triplices. 755
Votorum trium excellentia. 1221
Vota probantur. 1223
Cum uoto opus melius esse q̃ simile sine uoto. 1222
Vox canentis in ecclesia qualis esse debeat. 376
Vox docentis quàm scriptura ad fidem docendam efficacior est, & proinde tam uoci quàm scripturæ credendum. 46
Vsuram peccatum esse. 1229
Vxorẽ ducere sacerdoti non licet. 1125

FINIS.

FRATRIS ALFONSI DE CASTRO, Zamorensis, ordinis Minorum, in quatuordecim libros quos aduersus omnes Hæreses ædidit.

PRAEFATIO.

INTER plurima & uaria scelera, quæ humanũ genus omne, potissimũ Christianũ, inuadũt atq; deuastãt, hæresis unũ est, eo cęteris pei⁹, ꝙ cũ sit pestilẽtissimũ, latius se diffundit, acuti⁹ penetrat, tenacius adhæret, atq; ideo difficilius curatur. Quantũ enim noxiũ sit, inde potest cẽseri, ꝙ fundamentũ impetit totius pietatis, sine quo nihil sint reliqua omnia profutura. Sine fide nãque (ut ait Paulus) ipossibile est placere Deo. Per hãc sancti uicerũt regna, opati sunt iustitiã, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonũ, extinxerũt impetũ ignis, effugauerũt aciẽ gladiꝝ, cõualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra uerterũt exterorũ. Hæc est uiaticũ uiæ huius: sicut ꝓpheta inquit, Ex fide iustus uiuit. Hæc est deniq; (sicut dicebã modo) basis & fundamentũ totius Christianæ structurę, super quã uelut super firmissimam quãdam petram Deus fundauit ecclesiam suam. Super quã & nos omnes fundari præcipit Paulus, ut stabiles & immobiles simus a spe euãgelij quod audiuimus. Quapropter si ex hui⁹ bonitate, hæreseos malitiam metiri cõuenit, dicemus ex oppositio hæresim pessimum esse uitium. Tãto enim (iuxta Augustini sententiam) aliquod malũ est peius malũ, quanto magis adimit de bono. Hinc patet ꝙ male de republica Christiana mereantur ij qui fidem oppugnant, qui hæreses uel inuehunt, uel illatas tuentur: quoniam destructo fundamento, necesse est ut

Heb. 11

Aba. 2 Heb. 11

Colo. 2

quicquid superædificatum fuerat, decidat. Hæretici autem fundamentũ hoc quod à Christo ipso iactum, & ab apostolis eius mũdo ostẽsum est, eruere conantur: quoniam etsi alijs in rebus sæpenumero inter se dissentiũt, in hoc tamen unũ oẽs conuenerunt, ut aduersus Christi & Apostolorũ doctrinam cristas erigant. Nec qui hoc agerẽt, pauci fuere: quod est in primis dolendũ & graue, siquidem egressi à nobis. Quot nanque barbaræ nationes aduersus filios Israel olim cõmotæ sunt, tot, imò plures, contra fidem catholicam & doctrinam euãgelicam insurrexerunt. Nec adhuc cessauit hæc oppugnatio. Multa siquidem hostium castra in circuitu eius posita sunt, uallauerũt eam undique, ut ad terram prosternerent. Ab oriente Simon, Menander, Valentinus, Manes. Ab occidẽte, Priscillianus, Vigilantius, Petrus Abailardus. A meridie, Tertullianus, Nouatus, Donatus. A Septentrione, unde panditur omne malum, Pelagius, Ioãnes Vuitclef, Ioãnes Hus, Martinus Lutherus. Concussa est igitur à quatuor angulis, machinæ ex omni parte contra eam admotæ sunt. O quot sophisticę collectiones, quot fallaciæ, quot scripturarũ tortiones atque dilaniationes appositæ sunt, ut hoc qđ Christus iecit fundamentũ, uidelicet fides, rueret? Verùm post tot bellorũ incursiones, post tot iacta aduersus illud tela, fixum & immobile ad finem usque seculi permanet fundamentũ, quoniã dñs promisit se rogaturũ pro ecclesia, ut eius fides non deficeret. At qualiter deficere poterit, illo pro ea rogãte, qui semper exauditur? Adiuuat ergo eam Deus uultu suo. In medio eius stat, ut non cõmoueatur. Quo fit, ut nusquam hæreticorũ acies aduersus ecclesiam præualere possint, aduersus quã (domino teste) nec inferorũ portæ præualebũt. Nec tamen ab hac infestatione ideo abstinuerũt hæretici, aut in posterũ

Lu. 22.

Ps. 45. Mat. 15

unquã abstinebũt. Oppugnãt etenim semper, quãuis nũquam expugnare ualebũt. Sicut nanque Iebuseus olim semper mãsit inter filios Israel, in ipsa etiam Hierosolyma, nec usquam deleri potuit, Deo ita aut permittẽte aut disponente ad Iudæorũ ignauiam repellendam, ut uidelicet scirent inter eos habitare, quos timere, & ꝓpter quos uigilare eos oporteret: ita etiam nũc quantũlibet ecclesia ab hæreticis expurgetur, semper ad nostrũ exercitamentũ Iebuseus erit in medio. Oportet hæreses esse (ait Paulus) ut qui probati sunt, manifesti fiant. Quia ergo semper futuros hæreticos ꝓuidit Apostolus, ideo omni qua potest sedulitate ac solicitudine admonet, ut eos deuitemus, & ab eorũ cõmercio abstineamus: quoniam sciebat quantũ nocumẽti habita cũ eis cõmunio posset afferre. Sermo enim eorum ut cancer serpit. Hac de caussa plures ecclesia stici scriptores moti, anxiè laborauerũt in inquirẽdis hæreticis, eorũque erroribus, ut eos nobis describerent: ut inde postmodũ forent alĳs uel sic noti ĳ quos iuxta Pauli ꝓceptũ deuitare oportebat. Inter quos primus ex his qui extant, est Irenæus Lugdunẽsis episcopus, Apostolorũ temporib⁹ ual de uicinus. Hic elegans opus de hæresib⁹ cõposuit quinque partitũ libris, in quorum primo oẽs hæreses & illarũ authores enumerat, quæ ad suũ usque tẽpus ecclesiã oppugnauerant. In alĳs uerò libris aduersus aliquas illarũ disputat. Post hunc eodem ferme tẽpore Tertullianus extitit, qui quanuis ipse postmodũ hæreticus, prius tamẽ cũ catholicus esset, librũ composuit de præscriptionib⁹ hęreticorũ, cuius appendix est libellus alter de hæresibus. In quo breui cõpendio hæreticorũ omniũ qui ante illum fuerant, nomina & hæreses pandit: quãuis nõ omnes illorũ errores descripserit. Philaster Brixiẽsis episcopus, quẽ beatus Augustinus testaẽ se Me

Ioſ. 23. Iudi. 2.

1.co.6.

2.Ti.2.

diolani cũ beato Ambrosio uidisse, maiusculum opus de hæresibus edidit, nec illas omittẽs, quæ ante Christi aduentũ apud Iudæos olim fuerãt. Hoc ferme tempore Epiphanius Cyprus Episcopus uo lumen de hæresibus græcè scripsit, sex libris (ut Augustinus testatur) distinctũ, opus tamen eodẽ Augustino teste satis paruum. In quo octoginta dũta xat enumerauit hæreses, adiũctis etiã eis quæ olim apud Iudæos fuerant exortæ. Ab istorũ duorũ episcoporũ libris hauriẽs Augustinus, precib⁹ Quod uult deus impulsus, opus de hæresibus ad eũdem Quod uult deũ edidit. In quo eas duntaxat descripsit, quæ post Christi in cœlos ascẽsionẽ ecclesiam iuaserũt. Quapropter à Simone illo mago, de quo Act. 8. in Actis Apostolorũ fit mentio, suam auspicat hi-
storiã. Post illos omnes egregios uiros, Guido de Perpiniano Carmelitani instituti, & postea Elnensis episcopus, librũ de hæresib⁹ cõposuit, in quo illas hæreses addidit, quæ post August. fuerũt exortæ, nec illas omittens quæ olim apud Iudæos fuerant. Verùm hic nõ contentus est hæreticorũ nudã narrare historiã, prout Augustinus & Philaster fecere, sed cũ singulis hæreticis manus conferere tentauit, & quasi ad singulare puocat certamẽ. Quam rem adeò infeliciter agit, ut sæpenumero ueritatem dicas succũbere, si ex illius pugna censura ducẽda sit. Omitto cp in ipsa etiã historiæ narratione deficit. uelut enim parũ diligens historiæ inqsitor, multas hæreses omisit, etiã ex his quæ circa tẽpora sua pullulare cœperũt, cuiusmodi sunt Albigenses, flagellãtes sese, Petrus Abailardus, Henricus Tolosanus, Almaricus, Durãdus de Valdach, aliíque multi hæretici, quorũ errorũ nusquã Guido meminit. Aliqñ hæreses cõmutat, tribuẽs huic quæ sunt illius. Aliquando etiã errores ex diametro apertissimè pugnãtes eidẽ factioni tribuit, ut facile est apud

eũ inuenire, cum de errorib⁹ Armenorũ loquitur. Demũ post istos oẽs, quidam frater Bernardus de Luzẽburgo, omniũ hæreticorũ catalogum descripsit, opus certè laboriosum, quãuis in illo sæpe hallucinetur, multos ibidem recensens q meliori lapillo fuissent notãdi, ut est Papias, & alĩ de qbus inferius dicemus. Alios etiã plures ibidẽ miscet, q nullo pacto ad hæreticorũ familiã spectare uidentur, quoniã Christũ per baptismũ nunq̃ fuerũt induti, ut est Auicenna & Auerrois, qui cũ nunq̃ Christo nomina in baptismo dederint, nullo pacto fieri potest ut hæretici dicanť. Nã alioq oẽs gentiles philosophi forẽt hac ratione sub hæreticorũ nomine scribendi. Hi ergo omnes q hæreticorũ historiã texuerũt, in hoc unũ laborauerũt, ut hæreticorũ factiones describerent, & sic uelut indice alĩs ostendisse uiderenť hostes fidei, à quorũ cõmunione abstinere oportebat. qui labor non parũ ecclesiæ catholicæ hucusq̃ profuit, & nũc indies plus prodest: qm̃ primus gradus ad oẽm uirtutem capessendã (ut regius ppheta ait) est declinare à malo. huic autẽ pxi mus est, facere bonum. Arator etenim prius agrũ à spinis aut qbuscũq̃ noxĩs herbis expurgat, & sic terra ex acceptis postmodũ seminib⁹ segetes pducit. Ad hũc modũ medicus præscribens leges infirmo qbus incolumitatẽ & assecutam tueri possit, pri⁹ illũ docet cibos à qbus est illi abstinendum. In omni etiã doctrina non minus laborandũ est ut errores extirpenť q̃ ut ueritas doceať. Nã extirpatis erroribus, ueritas clarius agnoscit, agnita ardentius amatur, amata denicq̃ uehemẽtius defendit, & cautius custoditur. Quòd si hoc in qualibet doctrina obseruať, multo salubrius id fiet in theologia, hoc est in doctrina euãgelica, in qua (ut est apud Augustinũ) nullibi periculosius errať, aut fructuosius aliquid inueniť. Bene ergo nostris cõmodis prospexe Psal. 33

runt,q̃ hæreticorũ historiã texuerũt,ut inde cognoſceremus eos à quorum commercio nos abſtinere oportebat. Verùm etiamſi hic eorũ labor utilis ualde fuerit,multo tũ magis mea ſententia noſtræ uti litati conſuluiſſent, ſi plus laboraſſent ut oſtenderent hæreſes & errores,à q̃bus erat præcipuè abſtinendũ,q̃ hæreticorũ nomina,q̃ illarũ hæreſum fuerũt authores. Nã ex hæreſi cognita facillimè quiſque cognoſcet pertinacẽ eius authorem aut fautorem eſſe aut fuiſſe hæreticũ. At hæretico ꝓſcripto, & uelut tali diffamato,non ſic cognoſcitur q̃d uitandũ ſit in eo. Plerique etenim norũt Arriũ Sabellium & Neſtoriũ fuiſſe hæreticos,& uelut tales ab eccleſiæ cõmunione electos atq; damnatos: non tamen perinde Arrianos, Sabellianos, aut Neſtorianos agnoſcũt,q̃a uidelicet ignorant quid fuerit in cauſſa ut eccleſia Arriũ aut Sabelliũ aut Neſtoriũ tali inuſſerit nota. Omitto q̃ in Catalogo plures hæretici nomine deſcribũtur,quorũ tamẽ nulla citatur hæreſis,ꝓpter quã conſtet eos meritó ſic fuiſſe notatos,ut ſunt Adelbertus Gallus,Clemẽs Scotus,Petrus Conſtantinopolitanus, Petrus Olerñ, Valdemarius,Nicoſtratus,Euagrius Põticus,aliique multo plures. Quid quæſo iuuat ſcire hos fuiſſe olim hæreticos,ignorata cauſſa ꝓpter quã tã triſtis ſit in eos dicta cenſura,præcipuè cũ iſtorũ libri non extent,qui hac occaſione forent ab idiotis uitãdi? Cum igitur ob hæreſim quã quiſq; docet aut tuet, ſit hereticus uitãdus. & non uice uerſa ꝓpter hæreticũ hæreſis ab eo aſſerta: uident mihi (quod citra inuidiã & eorũ ſuggillationem dixerim (conſultius illi fuiſſe facturi, ſi plus laboraſſent in hæreſibus prodendis, q̃ in hæreticorũ nominib? recenſendis. Qua in re neminẽ hucuſque, ex his quos legi, uideo exactè laboraſſe: quoniã etſi Auguſtin?, aut Philaſter, aut Tertullianus, aut Guido, aut Catalo

gus,omniũ hęreticorũ factiones descripsissent, nul lus tamẽ eorũ omnes cuiuslibet hęretici errores re censuit,imò eorũ quilibet plures omisit.Aliquas sĩ quidẽ tribuit hæreses Cataphrygibus aut Gnosticis Philastęr,quarũ nec meminit Augustin⁹ de eisdem hæreticis loquens. Aliquas item Augustinus impingit Manichæis, quas nullo pacto cõmemorat Philastęr.Guido autem quum Augustęsequi uideatur,nec aliũ prætęr Augustinũ circa ueteres hæreticos enarrandos eũ uidisse appareat,cũ de qualibet hæreticorũ factione disserit, non plures illi errores impingit, q̃s apud Augustinum legit:quãuis apud alios authores,si eos legisset,potuisset plures reperire. Vnde apertissimè conuincitur eos in hoc tãtum laborasse, ut hæreticos nobis uelut indice ostenderent.Quæ omnia mihi pressius intuenti, ui sum est opus aggredi,in quo nõ tantũ studebo ut omnes recensęam hęreticos,quãtum ut omnes describã hæreses,quæ ad nostrũ usq; tempus,scriptorum quos potui habere,memoria conseruauit,supplens ex uno,qđ aliũ omisisse uidero. Quo facto, fiet una omniũ hæresum cõgeries,à qua quenlibet catholicũ abstinere oportebit.Et sic facilè quisque agnoscet toxicũ quod uitandũ est, & semitã à qua declinare debet.Vt autem ex hoc nostro labore facilius quilibet,pficere ualeat,hæreses ipsæ non iuxta tempora in q̃bus ortæ sunt,disponent, sed iuxta rerũ materias circa quas uersant. Quapropter res ipsæ de q̃bus tractant,per dictiones iuxta alphabeti ordinẽ digestas distribuentur.Sub qualibet uerò dictione hæreses illæ disponent,quæ ad rem per dictionem illã significatã spectare uidebuntur. Quo ordine obseruato,facillimũ cuique erit, propolita semel quacũque materia,scire hæreses quæ iam circa illã exortę sunt,& quas uitare oportet.Cum uerò unãquanque hæresim pertractabo,hunc tenebo

ordinem. Primò post enarratā hæresim, hęresiarchā prodam, uelut illius factionis ducē: qui postmodū sub eo duce militauerūt: q etiā deinde errorem iam emortuū ab inferis reuocarūt. Tum contra ipsum errorem aliqbus argumentis, eisque breuissimis disputabo, qbus hærelis (mea qdem sententia) reuinci possit. Exequent hoc alij doctiores fortius & efficacius, ego pro modulo meo pstabo quod potero. Nolui fusius spaciari, quanquā forsan sæpe id agere facillimè potuissem, in cāpo latissimè patēti, sed in Arctū omnia cōgressi, strictius omnia expendi, consultius fore iudicans, pauca idonea afferre, quā multorū animos loquacitate mea pgrauari. Quòd si de omnibus hæresibus esset latè disputandū, fieret necessariò ut modū unius uoluminis etiam magni, nostrū excederet opus: quoniā nec in trib⁹ aut quatuor uoluminibus, ne dicā in uno, possent omnes hęreses coaceruari. Iccirco breuitati studere decreui, & in compendij formā omnia redigere. Quæ uerò restabunt, ad alios scriptores, si quos scierim, remittā, unde uberius haurire quisq; possit. Postremò si quod celebratū fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definierit, definitionē & decretū subiungā. Quantus autem hic noster labor fuerit, lector candidus & à liuore alienus facilè iudicabit, cū ad solas hęreses recensendas oportuerit plurimos authores euoluere, plurima lustrare uoluminā, præsertim q cū inter recentiores sæpenumero non conueniat, oportuit ab alijs uetustiorib⁹ ueritatē petere. Quo labore transacto, cū uiderem mihi restare maiorē, uidelicet aduersus tot serpentes pugnare, tot monstra domare, deterrebar ab incepto, pondere tantarū rerū pressus: qm considerabā me sumpsisse materiā meis uiribus minimè (ut iuxta Horatij pręceptū decebat (æquā: retraxissemque pedem, nisi dñm audissem dicentē, Vnus ex uobis fu

gabit mille: Non est enim nũc manus domini aut infirmior, aut ipotentior ad me roborandũ contra hæreticos, q̃ olim fuit ad præstãdum auxiliũ & robur Sampsoni contra Philisteos, quorũ mille una asini mandibula interemit. Quapropter etsi consistant aduersum me omnium hæreticorum castra, nunquam timebo, quoniam in domino confido quòd à dextris mihi erit, ne commouear. Hac ergo fiducia munitus, in campum descendo, contra omnes & singulas hæreses pugnaturus. Sed antequã ad pugnam accedamus, prius pro certamine necessaria parare oportet, utpote ostendere symbolum eorum hostium cum quibus pugnandum est, & arma quibus præliari oportet, iudices sub quibus certaminis periculum est subeundum. Nam si nullus sit iudex, nullus erit certãdi finis, præsertim ad uersus pertinaces. Verum ne dum falsos aliorũ errores exagito, in aliquem ipse, dæmone instigante, & deo permittẽte incurram, illud in primis testor, & testatum esse semper uolo, me nolle unquam ab ea fide quam catholica tenet ecclesia, uel latum pilum discedere. Quòd si fortè aliquid simile deprehendatur, non ex industria dictũ esse uolo, sed per incuriam aut ignorantiam ab homine qui errare potuit, elapsum, & iam nunc pro recantato haberi peto. dicam etenim cum Augustino, quòd errare potero, sed hæreticus nunquam ero.

Deu. 32

Iud. 15.

FRATRIS ALFONSI DE CASTRO, Minoritæ aduersus hæreses liber primus.

Quid sit hæresis. Cap. I.

E hæresibus tractaturus, ab hęresis definitione auspicādū censui. Prius enim oportet, iuxta Aristotelis p̄ceptū, hæresis definitionē statuere, ad quā uelut ad gnomonem sit quęuis assertio de hæresi examinanda. Hæresis iuxta nominis uerā & integrā significationē electio dicitur, q̄ scilicet eā unusq̄sq̄ eligat discipli nā, quam putat esse meliorē: uenitq̄ à uerbo grę co αἱροῦμαι, qđ latine sonat eligo. Inde philosophorū sectę aut opiniones, hæreses appellatæ sunt. ex qua uocis significatione alicui fortasse uideretur doctri nā euāgelicā hæresim fore appellandā, cū eā plurimi errores alios deferentes, sibi eligant, eò q̄ existi mēt esse ueriorē. Verū hoc statim dissoluet q̄sq̄, si consideret euangelicā doctrinā nō ab homine proditā, aut aliqua humana ratione inuentam, sed sola Dei inspiratione & reuelatione agnitā, ac ideo non ex nostra electiōe obuenisse alicui, sed sola Dei uoluntate eam manifestante. Nullus enim suæ tantū innixus prudentiæ, illi assentire posset. Quo fit, ut prius à Deo edoctū esse oporteat, q̄sq̄ hāc uerè & tenaciter (ut decet) amplectaī disciplinā. Sic enim dicit ipse ueritatis magister, Null⁹ uenit ad me, nisi pater meus traxerit illū. Quapropter iuxta uocis proprietatem quantūlibet extensa dictione, minime hæresis appellari potest. Cui sententiæ fauet Theophylactus super illud ad Colos. 2. Videte ne quis uos seducat per philosophiā & inanē fallaciā secundum traditionem hominum. sic enim ait, Vides quēadmodum per uaria, humana quędā, homi num sensus & cogitatus, captiones eiusmodi ema

Ioā. 6.

narint. Fóque hęreſes dicũtur, ꝙ hominum ſint ua
riæ ſentientiũ opiniones. Sed Chriſtianorũ hæc fi-
des nequaquam humano aliquo ſenſu uel iudicio
conſtat, & ideo nec nomẽ aliquod ſortita eſt iſtiuſ
modi, ut hæreſis diceretur. Hæc ille. Sententia ergo
quã pro ſuo arbitrio ſibi quiſq; eligit, hæreſis ap-
pellatur. Hinc (mea ſententia) uiri catholici nomen
hæreſeos cõtrahentes, aſſertionẽ à uera fide deuian
tem, hæreſim appellauere, quaſi non à Deo habitã
aut reuelatam, ſed hominũ electione inuentam, nec
ſacris literis conformem, ſed ueritati fidei repugnã
tem. Omnis enim ueritas ad fidem ſpectãs, cui cre
dere tenemur lege diuina, à Deo ipſo reuelata eſt,
nec ex hominũ electione pendet. Alioqui ſi ex ho-
minis electione penderet, quiſq; impunè illi diſſen
tire ualebit: cui manifeſtè obuiat Paulus, q in pri-
ma ad Corinthios epiſtola, capite ſecundo ſic ait,
Sermo meus & prædicatio mea non in perſuaſibi-
libus humanæ ſapientiæ uerbis, ſed in oſtenſione
ſpiritus & uirtutis, ut fides ueſtra non ſit in ſapien
tia hominũ, ſed in uirtute Dei. Si ergo aliqd huma-
na ratione inuentũ eſt, illud minime fides eſt. Quo
fit, ut ſi res ſe offerat, ad cuius alterã ex oppoſitis
partem tuendã fides nos cogat, ibi aſſertionẽ con-
trariam, hęreſim appellemus. Sic igit euenit, ut hoc
nomen hæreſis, quod Ethnicis promiſcuũ eſt, omni
opinioni, ſiue uerę, ſiue falſæ: theologis, q eo pau
lo cõtractiore ſignificato utunt, ſit infame, eò ꝙ in
fide, in qua oportet captiuare ītellectũ in obſequiũ
Chriſti, proprij iudicij ſententia præfertur ſacris li-
teris, aut eccleſiæ definitioni, aut conſiliorum tradi
tionib⁹. Qui autem ſacris literis, aut eccleſiæ defi-
nitionibus contradicit, ſpiritui ſancto huius recto
ri & illarũ authori contradicit. Qui uos (inqt Chri Lu. 10.
ſtus) ſpernit, me ſpernit: q autẽ me ſpernit, ſpernit
eum q miſit me. Et alibi, Qui ſpernit me, & non ac Ioã. 12.

cipit uerba mea, habet qui iudicet eũ. Qui ergo ecclesia contempta, aut sacris literis posthabitis, soli suæ prudẽtiæ innititur, adeò arrogans est, ut huic 2.the.2 uerè tribui possit quod dicit Paulus, Qui extollitur supra omne quod dicitur Deus. Quam superbiam idem gentium doctor alibi clarius exprimit 2.Ti.6. dicens, Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secũdum pietatẽ est doctrinæ, superbus, nihil sciẽs, sed languẽs circa quæstiones & pugnas uerborũ. 1.re.15. Nolle etiam acquiescere (ut est in primo Regnorũ) quasi peccatũ ariolandi est. Grauissimum ergo peccatũ est, propriæ sententiæ adeò tenaciter adhærere, ut præ illa quis ecclesiã contemnat, quæ à Deo regitur. Vnde Gregorius, Cum nequissimi spiritus uniuscuiusque animã in prauis operib⁹ inuoluũt, sed integritatem fidei uitiare non possunt, quasi ad huc inferiora membra polluũt. Qui autem in fide corrumpuntur, usque ad uerticem constuprantur. Malignus enim spiritus ab infimis membris quasi ad summa pertingit, cũ actiuã uitam polluens, castam celsitudinem fidei, diffidentiæ morbo corrumpit. Hæc ille. Vides hic, ut quemadmodũ fides est basis totius Christianæ uirtutis, ita hæresis sit totius nequitiæ complementũ. Hac ergo de caussa, & non immeritò, hæresis nomen Christianis famosum est, quod Ethnicis est promiscuũ: q̃ apud hos liberũ sit cuique pro suo iudicio sentire: apud illos uerò, quantũlibet rationes urgeant, nunquam licebit aliud q̃ ecclesia sentire. Ostensa ergo nominis ratione, superest ut rei definitionẽ statuamus. Hæresis est dogma falsum fidei orthodoxæ repugnãs. Dicimus hic dogma falsum omnem enunciationẽ falsam, siue illã quis dogmatizet, siue illam secum tacitus affirmet. Nam utrũque hæresis esse potest. At præter enũciationem hæresis neq̃ inueniri. So-

la enim res effecta, absque iudicio intellectus desinentis peccatū esse potest, hæresis autem minimè. Qui enim furatur, etsi contra scripturā id fieri uetā tem agat, non est hæreticus, nisi credat furtum non esse peccatum. Fornicationē sacra scriptura prohibet. at qui fornicatur, nisi hoc impunè fieri credat, non est censendus hæreticus. Opus ergo solū sine intellectus errore, hæresis nō est, quantūlibet opus sit ex scriptura prohibitū. Propter quod admonere oportuit, ut cum simoniam aliquando hæresim appellari audieris, intelligas, non opus ipsum quo simonia cōmittitur, esse hæresim, sed errorem quo credit spiritualia esse uenalia. Sic enim uocatur à Gregorio Nazianzeno, in fragmēto quodā à Gratiano positum. i. quæstione prima, cap. qui studēt. Sed obstabit quispiā, si res acta, intellectu minimè circa eā errante, hæresis non est quare deprehēsus in exercitio Iudaicæ ceremoniæ, aut alicuius ritus Sarracenorum, utputa quia sabbatū obseruat, aut agnū Paschalem comedit, uelut hęreticus punitur. Quòd si ex facto dicas suspicionem oriri, ut id qđ facit, ita esse faciendū credat: cur non eadem ratione fur aut fornicator ansam suspicionis præstat, ut suspicemur illū sic facere, qa sibi licere credit? Cui obiectioni respondetur, magnū esse inter hæc & illa discrimen. Sunt enim aliqua peccata ad quæ homines sunt natura procliues, ut sunt carnis illecebræ, auri sacra fames, honoris appetitus. Hæc ergo cum talia sint ut in illa præcipites feramur, etiā repugnante conscientia agimus. Sunt alia peccata, q̄ secus se habent, ad quæ uoluntas non fertur, eò q̄ nihil habent quo possint allicere uoluntatem. qua propter cum ad illa uoluntas indifferens ac dubia sit, intellectum cōsulit, ut sciat quid facto opus sit: neque in his repugnante conscientia aliquid agere tentat. Est enim intellectus uoluntati à cōsiliis. Sæ-

penumero autem accidit,ut rex, inconsultis omnibus,imò omniũ consilio posthabito,in id ad quod pronus est,præceps ruat, & quod libuerit agat:cũ tamen sæpissime in reliquis,consulẽtibus cedat,& ex eorum consilio fieri omnia præcipiat. In his ergo ad quæ uoluntas non est prona, nusquam intellectus iudicio spreto aliquid operatur. Ad ceremonias autem has uel illas obseruãdas,nulla est à natura pronitas in uoluntate,nisi fortè ex consuetudine exequendi eas, quæ altera est natura. Iccirco uehemens est suspicio, ut ibi uoluntas regatur ab intellectu,ita ut quod facit, sic credat esse faciendũ.
Mat.7 Sic enim saluator ait, A fructib⁹ eorũ cognoscetis eos.Nam(ut Aristoteles tertio Ethicorũ ait)qualis est unusquisque,talia dicit & operatur. Ex hac sola(ut opinor)ratione simoniacus appellatur hæreticus à Gregorio in Registro dicente,Quisquis per pecuniam ordinatur, ad hoc ut hæreticus fiat ordinatur.Nã ex hoc q̃ impreciabile licetur,uerisimile est eum male sentire de sanctitate ecclesię,quasi credat eam uelle spiritualia liceri, quã tñ ecclesiã credere tenetur sanctã,ímaculatam,sine macula & sine ruga.Ecclesia igitur de his quæ foris patent iudicat,quæ non est dubium esse mala. An autem intellectus sit concors operi necne,Deus nouit q̃ intuetur cor.Homines autem nesciunt nisi quę foris patent, quanquã uehemens est suspicio, ut in illis magna sit intellectus ad opus cõuentio. Et hac de caussa punitur ex facto istorũ uelut hæreticus,qui propter alia opera quantũlibet per sacram scripturã prohibita,minime ut talis punietur,eò q̃ ibi suspicari nõ liceat,ut quod facit,sic credat esse faciendũ. Vt ergo ad propositam hæresis definitionẽ redeamus:colligamus, nullibi hæresim reperiri posse sine errore intellectus.omnis enim hæresis dogma falsum est:at non omne dogma falsum hæresis

est,cū multi sit errores,in qbus (etsi ptinacia adesset)nullū peccatum est.Fuisset tamen graue peccatū(ut iam diximus)si hæresis esset.Nō est ergo omnis error cēsendus hæresis:quia nec omnis ueritas ad fidem catholicam pertinet. Non enim exigitur à Christiano,ut sciat numerū & uim elementorū, motum & ordinē et effectus syderum,naturas animaliū,fruticum,fontium,lapidū,et alia innumera: quæ etsi Christianus ignoret,aut circa illa erret,falsum pro uero asserendo,nullū peccatum est. Vnde Augustinus in Enchiridio cap.21.In his atque huiusmodi fallitatib⁹,salua fide quę in deo nobis est, fallimur:& uia nō relicta quæ ad illum nos ducit, erramus. Qui errores etiam si peccata non sunt,tamen in malis huius uitæ deputandi sunt, quæ ita subiecta est uanitati,ut approbent hic falsa pro ueris,respuantur uera pro falsis,teneantur incerta ,p certis.Quāuis enim hæc ab ea fide absint, per quā ad ueram certámque atque ęternam beatitudinem tendimus, ab ea tamen miseria non absunt in qua adhuc sumus.Hæc Augustin⁹. Iam uides qualiter non omnis error appellandus est hæresis,sicut nec omnis ueritas fides appellatur. Error ergo ille qui fidei catholicæ obuiat,hęresis dicitur.Meritò ergo hæresim superius definiuim⁹ ꝙ sit dogma falsum, fidei orthodoxæ repugnans. Propter quod meritò quęrendū erit,quę sint illa qbus fidem adhibere tenemur.Opposita enim ex mutua collatione facilꝰ cognoscūtur.Sic enim postquam cognouerimus q̄ sint illa quæ ad fidem catholicam spectant,manifestè colligit,ut omne quod illis repugnare certò sciuerimus,hęresim esse decernamus.Inde etiam ostēdetur,qbus armis utendū erit ad hæreses expugnādas. Fides autem catholica , quam indubie tenere oportet,est ea quam sacræ literæ produnt.Et nō solum hęc,sed quicqd(etiam sine sacris literis)sancta

mater ecclesia uniuersali traditione nobis crēdendum proponit. Si ergo quodlibet horum diuina lege credere tenemur: fit necessariò, ut quicquid alicui horū repugnat, hæresis esse credatur. Ideo oportet ut singula hęc singulis capitulis differamus. Et primo quæ sunt scripturæ qui pro canonicis habēdæ sunt, inquiramus.

De scripturis canonicis quibus hæreses reuincendæ sunt. Cap. II.

CVm ergo aduersus hæreticos sit nobis pugna designata, expediens mihi uidetur ut arma quibus dimicandum erit, prius assignētur. Sic enim in carnali militia uidemus, ut prouocanti ad singulare certamen & prouocato simillima sint arma. Nō enim fas est cuiq; pro libito armis uti, sed ea oportet utriq; esse paria simillimaq;. Quo fit, ut ante cōgressum prodantur arma quibus certaminis periculum subeundū est: in qua re sępenumero euenit, ut non modica sit ante pugnam de telis eligendis dissensio, cū iter eos de hac re non cōuenit. Neque multum ab hoc instituto distat disputandi ratio. Sunt enim in unaquaque scientia, principia in ea notissima, tāquam communia omnibus arma, quibus sublatis (ut Aristoteli placet) nullī disputationi relinquit locus, nullumq; telum quo configere possis aduersarium. Ne ergo in posterū pluries disceptandum esset de scriptura, oportuit primū statuere quæ canonica sit, cui credere qsque teneatur. Nam sicut in alijs scientijs, prima earū principia, nullus qui eas, pfitetur, negat: ita in negocio fidei, pro unico & indubitato principio, a quolibet q se pro Christiano gerit, haberi debet, uerum esse quicquid in sacris codicibus continet. Credi enim par est non solū a Christiano, uerum et ab Ethnico uel mediocriter pio, & de deo ea solùm quæ naturali ratione haberi possunt, sentienti: deum adeò uera-

cem esse,

cem esse,ut mentiri nequeat. Si ergo deus mentiri non potest,scriptura ab eo condita,falsa perinde esse nequit.Et qcquid per aliorũ ora deus nobis insinuare uoluit,erit perinde uerum,ac si ab ore ipsius dei prodijsset.Loquutus est nãque dominus deus Israel(ut ait Zacharias apud lucam (per os sancto rum qui a seculo sunt prophetarũ eius.Et prophe- Luc.1. Ps.44.
ta regius testatur linguam suam calamum esse scribæ uelociter scribentis.Hoc epitheto spiritum sanctũ designans,cuius gratia (ex Ambrosii sentẽtia) tarda molimina nescit. Hoc etiã uel ipsorũ prophetarum testimonio euidenter patere põt,cum solẽne sit apud eos hæc addere,Hæc dicit dominus deus. Cui sententiæ adstipulatur Paulus. Multifariã,in- Heb.1.
quit.multisq; modis olim loquens deus patribus in prophetis,nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio.Ecce qualiter Pauli testimonio deũ ore prophetarũ locutũ fuisse constat. Et beatus Petrus eandem sententiã docet,dicens. Non enim uolũtate humana allata est aliquãdo prophetia,sed spiritu sancto inspirãte locuti sunt sancti dei homines. 2.Pe.1. Hier.15
Et ipse dominus deus cuidã prophetæ dicit:si separaueris speciosum a uili,quasi os meũ eris. Deniq; dominus in euangelio, quum discipulos ad prædicandum mittit,fiduciã eis quasi parum ad loquendum audacibus præbens,dicit: Nõ enim uos estis mat.10
qui loquimini,sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Ex quibus omnibus manifestè colligi scripturas aliquas diuinas esse,illas.s.quas homines aliqui deo inspirante scripserunt:imò (ut uerius dicam)quas deus ipse manibus hominũ scripsit.his omnibus fidem integrã præstare debemus, nec eis magis q̃ deo illarũ authori refragari licet. Harum ergo scripturarũ testimonia,tanquã prima in hac scientia principia, & uelut arma omnibus cõmunia suscipienda sunt,quibus & hæreticum se

tueri oportet,& nos aduersus eundē pugnare. Est enim sacra scriptura, turris Dauid cum propugnaculis munita,ex qua mille clypei pendent, omnisque armatura fortiū. Hæc est etiā torrens unde Dauid lapides sumpsit,quibus superbū Goliath prostrauit.arma Saulis, quæ magis grauant q̄ iuuāt, ratiocinationes sunt ex humana prudentia manantes. Nā (ut dicit Hieronymus in epistola ad Theophilum Alexandrinum)fides pura, & aperta confessio,non quærit strophas & argumenta uerborū. Vnde patet miserè errasse Felicianum hæreticū Arrianum dicentem,in caussa fidei magis rationibus q̄ scripturarum testimonijs utēdum esse.Illa enim circa quæ nostra fides uersatur (ut aliàs longiori tractatu differemus)supra omnem rationem sunt, nec ad ea inuestiganda nostri intellectus lucernula sufficit lumen effundere sufficiens. Vnde Basilius in expositione psal.115. sic ait: Deniq; in quolibet studio,quod ordine in finem procedit, impossibile est primorum subiectorum demōstrationes inquirere,sed necesse omnium artium quæ pbatione nituntur,principia sine uestigatione aut ratione posita, reliqua quæ deinceps sequuntur, cum ratione ostendere.Sic & theologiæ mysterium ex fide minimè rationibus probata ædificium quærit. Hæc Basilius. Velle igitur rationibus conuincere, sacrā scripturā esse ueracem:tanta mihi uidetur dementia,ac si quis uellet rationibus fulcire prima alicuius scientiæ principia.Sacram scripturam esse ueracem axioma est cuilibet se pro Christiano gerenti,contra quem solum arma sumpsimus. Nō enim aduersus Ethnicos & Sarracenos est nobis sermo, sed aduersus eos q̄ se Christianos iactant, cū nihil minus sint. Qui omnes uelut primum in hac disciplina principiū credere tenentur sacram scripturā esse ueracem. An uerò talis scriptura diuina sit uel

Can.4 1.re.17

humana,quíspiam fortè uertet in dubium. Idcirco uidendū eſt quinā ſunt hi libri qui pro canonicis habendi ſunt,quorū dictis uelut diuino oraculo refragari nō licet, & quorum teſtimonio reuincendi ſunt hæretici. Vt ergo ſciamus libros quos pro canonicis habere oportet,audiamus quid in hac parte cōciliū Laodicenū in ſuorū decretorū ca.59. definierit. CONCILIVM LAODICENVM. Non oportet ab idiotis pſalmos cōpoſitos & uulgares in eccleſiis dici:neq; libros qui ſunt extra canonē,legere,niſi ſolos canonicos noui & ueteris teſtamēti. Quę autē oporteat legi,& í authoritatē recipi,hęc ſunt. Geneſis,Exodus,Leuitic⁹, Numeri, Deuteronomiū,Ieſu Naue,Iudicū,Ruth, Regū libri quatuor,Paralipomenon libri duo,Eſdræ, Liber pſalmorū numero centūquinquaginta,Prouerbia Salomonis,Eccleſiaſtes,Cātica canticoꝝ, Iob, Heſter,Duodecim ꝓphetarum libri,id eſt,Oſee, & Amos,Ioel,Abdias,Ionas,Michæas,Naum, Abacuc,Sophonias,Aggeus,Zacharias,Malachias, Eſaias,Hieremias,Ezechiel,Daniel. Noui teſtamēti, id eſt euāgelium ſecundū Matth. ſecundū Marcū, ſecundum Lucā,ſecūdum Ioannē,Actus apoſtolorū,Canonicæ epiſt. ſeptē,Iacobi una,Petri duę, prima,& ſecūda:Ioannis tres,prima,ſecūda,& tertia: Iudæ una : Epiſtolæ Pauli numero 14. ad Romanos,ad Corinth. prima & ꝫ. ad Galat. ad Ephe. ad Philippenſes una,ad Coloſſ. una,ad Theſſalonicēſes duæ,prima & ſecunda,ad Timotheum duę,prima & ſecunda,ad Titum,ad Philemonē, ad Hebr. Hæc conciliū Laodicenū. Sed iam uideo quātum exultet hæreticus ex ratione librorum in hoc catalogo aſſignata,cū uideat pleroſq; ibi omitti,q paſſim ꝓ canonicis habenē. Nā & hoc maximè cupiūt hęretici,ut oēs quos potuerint libri a canone auferanē, neq; in catalogo ſacroꝝ uoluminū cōnume-

Concilii Laodicenum.

rentur. Vident enī non licere authoritati cuiuscūq; scripturæ sacræ repugnare: quapropter summopere nitūtur scripturas minuere, ne arma habeamus quibus eos configere possimus. Cuius rei uel hoc testimonium efficacissimū esse potest, quòd si fortè cōtra suam assertionē afferatur ex quopiam sacræ scripturæ libro locus aliquis tam apertus, ut non patiatur adulterinā aliquam expositionē, sicq; claudat hæreticū, ut nullam illi rimulam qua elabi possit, relinquat: statim ad hoc eis cōmune asylum cō fugiunt, ut non uereantur inficiari librū illum esse canonicū, aut ullo modo ad sacram scripturā pertinere. Dicet ergo hęreticus quispiam. Ecce Laodicenum cōcilium in spiritu sancto congregatū de libris canonicis definit, nec tamē inter eos cōmemorat librum Tobiæ, aut Iudith, aut Sapientię, aut Ecclesiasticum, aut Machabæorū libros, aut Apocalypsim: nō sunt ergo hi pro canonicis habēdi. Hæc collectio cuicūq; uel parū docto logico est īfirma. Nam etsi sufficiens argumentū ad probandum aliquid sit, quia iste aut ille idem dicit, non tamē sufficiens est ad aliquid negandum, quia ille non dicit. Quo fit ut ex hoc, quòd libri præfati a cōcilio Laodiceno prætermissi sunt in ratione sacrorū librorū reddenda, non oporteat libros illos a sacro instrumento reiiciendos. Cæterùm fieri potuit, ut tūc de libris illis fuerit ab eis dubitatū, & in re tam seria noluisse temere quicq; definire, donec plenius fuissent edocti. Sed instat hæreticus. Si dubitatum est ab illis in spiritu sancto congregatis, qualiter nos audemus uelut certi asserere, de quo illi dubiī fuerunt? O forte argumētum. Quid cogit ut perpetuò dubitetur, quod semel dubitatum est? Respondeat uel parum eruditus logicus, sint'ne sufficientes hæ collectiones? Olim dubitatū est de hac re, ergo nūc dubitatur. olim licuit uertere in dubium, nūc ergo

licebit. Prima collectio clarè ostenditur infirma ex hominis profectu in addiscendo, ut continuò discẽdo proficiat: quo fit ut plura nunc certò sciat, quæ olim uel sibi erant dubia, uel penitus ignota. Cur non idem dicendũ de ecclesia in membris eius? Erit ne ecclesia semper in eodem statu, ut nunquã proficiat? Absit. Proficit enim ut in uirtutibus & bonitate, ita in scientia & doctrina, deo eã quotidie plenius illustrante. Propter hoc in Canticis Ecclesia comparatur auroræ. Quæ est ista, inquit, quæ pro- Can. 6
greditur quasi aurora cõsurgens? Aurora autẽ temporis successu magis splendet, uehemẽtius rutilat. Sic etiam si uelimus ecclesiam a calce (ut dicitur) ad carceres reuocare, quãm parua lux in principio nascentis ecclesiæ? siue eam ad Abel usque iustum referas, siue ad mortem Christi, quãdo noua surgit è cælo: tũc enim pauciſſimis notum mysterium illud abscõditum. Illi etiam quibus nosse datum est (Apostolos excipio) nõ tam plenè & perfectè sicut posteri. Nimirum progreditur aurora, consurgitq; sol, effunditq; ob oculos nostros lucis suæ uberiores radios. Quo fit ut multa nunc sciamus, quæ a primis patribus aut dubitata, aut prorsus ignorata fuerũt. Secũda collectio ostenditur debilis, imò inanis, ex mutatione rerum, ex qua oritur etiã decretorũ uariatio & mutatio: unde euenit ut quod olim licebat, iam nõ liceat. Cæterùm cum res quæ ad fidem pertinent, nunc statæ sint & fixæ, neq; ex hominum pendeant uolũtate, in hac re (ut alias dicemus) decretorũ innouationes non proueniũt ex nouitate rerum, sed ex nouã illarũ rerum scientia: quibus compertis, ecclesia a spiritu sancto edocta definit. Qua definitione data, non licebit dubitare, de quo antea licebat. Beatus Cyprianus in epistola ad Donatũ inter multa mala quæ numerat, hoc unum est, auditu fieri posse quod factum est. Alio-

BIBLIOTECA

qui si liceret omnia uertere in dubium, quæ olim dubitata sunt: licebit perinde dubitare an obligemur ad obseruantiã legitimorum, an baptizati ab hæreticis rebaptizandi sint. Nam hęc olim ab illustribus uiris ecclesię dubitata sunt. Nec tamẽ ideo nunc dubitare licet, ecclesia illud fieri uetante. Ad hunc modum olim ab aliquibus dubitatum est de libro Sapiẽtię, an esset Salomonis. Ab alijs de libro Tobię, an esset canonicus. Ab alijs de libro Iudith, eadem ratione. Ab alijs de libris Machabęorum simili de caussa. Ab alijs de epistola ad Hebræos an esset Pauli. Ab alijs de epistola quæ sub nomine Iacobi circunfertur, an sit eius. Ab alijs denique de libro Apocalypsis. Nũc uerò iam nulli de hac re dubitare licet, quia ecclesia postmodum diuino spiritu amplius illustrata, censuit libros præfatos meliore q̃p antea lapillo numerãdos: quod patet ex cõcilio tertio Carthaginensi in suorum decretorũ ca. 47. sic definiente. Concilium Carthaginense. Item placuit ut præter scripturas canonicas nihil in ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarũ. Sunt autem scripturæ canonicæ. Primus Genesis, Secũdus Exodus, Tertius Leuiticus, Quartus Numeri, Quintus Deuteronomium, Sextus Iesu Naue, Septimus Iudicum, Octauus Ruth, Nonus Regum lib. 4. Paralipomenon lib. 2. Iob unus, Psalterium Dauidicum, Salomonis lib. 5. Libri duodecim prophetarũ, Esaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Hester, Esdræ libri duo, Machabęorum lib. 2. Noui autem testamenti. 27. Euangeliorum lib. 4. Actuum apostolorũ lib. 1. Pauli apostoli epistolæ quatuordecim, eiusdẽ ad Hebræos una, Petri apostoli duæ, Ioannis apostoli tres, Iudæ apostoli una, & Iacobi una, Apocalypsis Ioãnis lib. 1. qui sunt uigintiseptẽ. Hæc concilium Carthaginẽse tertium, cui interfuit beatus pater Augustinus.

Concilĩ Carthaginense.

Vides hic nullum librum prætermissum eorũ qui in sacro uolumine passim circunferuntur, præter duos Esdræ: reliquos autem omnes sacris scripturis connumeratos. Hanc eandem rationem sacrorum librorum reddit Innocentius papa huius nominis primus in epistola ad Exuperium Tolosanum episcopum circa finem. quæ epistola habetur in libro conciliorum, sub hoc titulo, Decreta Innocentij papæ. Is enim põtifex sanctus perinde ac doctus sic ait: Qui uerò libri recipiãtur in canone sanctarum scripturarum, breuis annexus ostẽdit. Hęc sunt ergo quę desiderata moneri uoce uoluisti, Mosi lib. 5. id est Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, necnon & Iesu Naue, & Iudicũ, & Regnorum lib. 4. simul & Ruth. Prophetarum libri sedecim. Salomonis lib. 5. Psalterium. Item historiarum Iob. 1. Hester. 1. Iudith. 1. Machabęorũ. 2. Esdræ. 2. Paralipomenon. 2. Item noui testamenti euãgeliorum lib. 4. Pauli apostoli epistolæ. 14. Epistolę Ioãnis tres, Epistolę Petri duę, Epistola Iudę, Epistola Iacobi, Actus apostoloruni, Apocalypsis Ioãnis. Hęc Innocentius. Ecce eosdem libros a põtifice summo, sancto simul & docto, inter canonicos annumeratos, quos concilium Carthaginense tertium illo ferme tempore sacros & canonicos cẽsuit. Beatus Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana, capite octauo, eundem etiam librorum catalogum recenset. Ex quo Augustini loco scrupulus tollitur, qui fortè quempiam urgere poterat ex catalogo librorum sacrorum superius citato ex cõcilio Carthaginensi, & Innocentio papa. In utroq; siquidem loco adscribuntur quinque libri Salomoni: quod fieri nequit nisi Ecclesiasticus tribuatur Salomoni, quem constat non esse Salomonis, sed Iesu filij Sirach. Verùm hic scrupulus tollitur per ea quæ Augustinus dicit illo octauo capite secun-

di libri de doctrina Christiana. Sic enim sacros libros enumerans ait, Salomonis tres, Prouerbiorum, Cantica canticorum, & Ecclesiastes. Nam illi duo libri, unus qui Sapiētia, & alius qui Ecclesiasticus inscribitur, de quadam similitudine Salomonis esse dicuntur. Nam Iesus filius Sirach eos scripsisse cōstantissimè perhibetur. Qui tamen quoniā in authoritatē recipi meruerunt, inter propheticos numerandi sunt. Hæc Augustinus. Verum de eo quod dixit librum qui dicitur sapientia, esse Iesu filij Sirach, postea recantat in secundo libro Retractationū, cap. iiij. sic inquiens: In secūdo sanè libro de authore libri quem plures uocant sapientiā Salomonis, quòd etiam ipsum, sicut Ecclesiasticum, Iesus filius Sirach scripserit, non ita cōstanter sicut a me dictum est, postea didici, & omnino prababilius cōperi non esse hunc eius libri authorē. Hæc Augustinus. Qui etsi dicat librum Sapientiæ non esse Iesu filij Sirach, nec tamē dicit esse Salomonis, nec etiam retractat id quod alibi dixerat, utrunq; librum, Sapiētiam scilicet & Ecclesiasticū propter quandam similitudinē cum libris Salomonis, dictos esse illius. Atque ita siue Sapientia sit Salomonis, siue non, intelligimus quo pacto fieri possit ut Salomonis libri sint quinq;, quēadmodum concilium Carthaginense refert: quoniam Ecclesiasticus etsi sit a Iesu filio Sirach editus, tamē propter similitudinem cum alijs Salomonis libris, sæpe dicitur esse Salomonis. Et meritò meo iudicio Salomonis dici potest, cum multa sint in libro illo ex Salomonis libris mutuata. Post istas iā enumeratas scripturas, non est alia quæ canonica scriptura aut diuina mereatur appellari. Nam quāuis aliæ multæ sint quæ magnam habeāt authoritatē, multo tamē prænumeratis imparem. Canones siquidē apostolorum numero quinquaginta per beatum Clemē-

tem (ut dicitur) aut collecti, aut translati, primum post scripturas sacras tenent locum. Quapropter beatus Damascenus in quarto libro de fide ortho doxa, recensito canonico librorum catalogo, cõtinuò post subiungit & canones apostolorũ per Clementem: & beatus Isidorus in eo uolumine quo omnium conciliorũ decreta cõgessit, canones apostolorũ ante omnium cõciliorum decreta locauit: non quòd maior sit illorũ authoritas, q̃ cuiuscũq; concilij ut decet cõgregati, sed propter apostolorũ, ut suspicor, maiorem reliquis omnibus & sanctitatem & dignitatẽ. Conciliorum siquidẽ omnium probè congregatorũ decreta, ut postmodum ostendemus, firmissimã habent authoritatẽ, quibus nemini licet repugnare. Nec tamen ideo conciliorum decreta, sicut nec apostolorũ canones, pro scripturis diuinis habenda sunt, cum diuinas præceptiones nulli liceat euertere aut immutare: apostolorũ autem canones, & conciliorũ decreta, nouis succedentibus causis in multis antiquata sunt. Post cõciliorum decreta proximũ locum tenent decretales epistolæ a summis pontificibus emissæ: longè tamen in his quæ fidem catholicã spectant, a cõciliorum definitionibus earum authoritas abest. Sed quia ex hac mea assertione quispiã fortè ansam suspicionis accip et, me hoc loco uelle docere papam esse concilio inferiorẽ, decreui hanc suspicionẽ tollere: quoniam cum de hac re uariæ sint theologorũ non infimæ sortis sententiæ, nolo in præsentiarum aut uni aut alteri subscribere. Non est enim intentionis meæ uarias hominũ opiniones in hoc opere discutere, in quo solam catholicã & synceram fidẽ pertractãdam suscepi. Siue igitur papa sit superior reliquo Christianorũ concilio, siue inferior, alijs & in alium locum disputandũ relinquens, hoc unum cõstanter asseuero, eas fidei definitiones, quæ a ple

no & integro concilio,& rectè(ut decet)cõgregato datę sunt,hoc est quibus papa & reliqui in cõcilio cõgregati subscripsere,maioris esse roboris & momenti,q̃ illas quas solus pontifex definiuit. Nam hoc tale cõcilium quod papę authoritate & cõsensu rectè congregatũ est, non posse in fide errare, ab omnibus ueris Christianis firmissimè hucusq; creditum est:& nos alibi, deo duce,apertissimè ex sacris literis cõuincemus. Ad papã solum absq; congregatione cõcilij posse in ijs quę ad fidem spectãt, errare,multi non cõtemnendę authoritatis theologi asseruerunt:imò aliquos pontifices summos in fide errasse cõpertum est. Deinde si tãta esset solius papę authoritas, quãta totius concilij plenè & rectè congregati,frustra tantus labor pro conciliorũ congregatione sumeretur.At cum semper iudicatũ fuerit conciliorum cõgregationes maximi esse momenti ad lites quę de rebus fidei emergere subinde cõtingit,tollendas:cõuincitur inde aliquid magis esse authoritatis penes totum cõcilium rectè(ut decet(cõgregatum,q̃ penes solum pontificem. Vnde manifestè error Gratiani deprehẽditur,qui in uolumine decretorũ in exordio distinctionis uicesimæ ita dicit.Decretales itaq; epistolæ canonibus cõciliorum pari iure exęquantur. Hoc autem uel ex eo conuincitur esse falsum,q̃ nulla recta ratio patitur ut regula quæ a rectitudine deuiare potest,ullo pacto æquetur rectissimę atq; certissimę infallibilicq; regulę. Quòd si forte in Gratiani excusationẽ quis dixerit dictum illius ad solas caussarum definitiones esse referẽdum,in quibus decernendis(excepta semper fidei caussa) nõ minor est papę potestas,q̃ totius concilij:hęc interpretatio etsi uerum habeat sensum, nescio tamen an uerè scriptoris mentẽ exprimat: quoniam idem author distinctione decima nona eiusdem libri capite,in canonicis scripturis,

dicit decretales epistolas esse scripturis diuinis annomerandas,& in earum ordinem referendas: motus authoritate Augustini malè intellecta, corrupteq; citata. Sic enim eam citat Gratianus. In canonicis scripturis ecclesiarum catholicarum quãplurium diuinarum scripturarum solertissimus indagator authoritatẽ sequatur, inter quas sanè illę sint quas apostolica sedes,& ab ea alij meruerunt accipere epistolas. hęc ibi. Quã literam si Augustinus legeret, ualidissimè oppugnaret: tantum abest ut sit Augustini. Ex ea enim plurima Christianę fidei incõmoda obuenirẽt. Primò ut litera illa habet, oportet diuinis scripturis annumerare nõ solùm epistolas quas põtifices alijs dedere, sed quas ab alijs recepere. Hęc autem adeò manifesta est ineptia, ut nõ sit opus eam oppugnare. Quod autem ex ea litera hoc habeatur, quis non uidet? Sic enim ait, Inter quas, scilicet scripturas diuinas, sanè illę sint quas apostolica sedes & ab ea alĳ meruerũt accipere epistolas. Prętera decretales illę epistolę per alios posteriores pontifices, aut per eosdem a quibus missę sunt, reuocari possunt, sicut de multis factum esse cõstat, pro qua re cõmune est eorum prouerbium, Par in parem non habet imperium. Qua sententia significare uolunt priorum pontificũ decretis non teneri pontifices posteriores, quin liberum sit eis, cum uiderint, ea reuocare. Quo solo argumento satis edocent eorum decretales epistolas nõ esse scripturas diuinas, cum has toti ecclesię nedum pontifici non liceat ullo pacto infringere. Rursus plurimę pontificum epistolę decretales per cõtrariam consuetudinem abrogantur, quod nullo pacto canonicis diuinæ scripturæ libris conuenire potest, cum illis nulla quantumlibet inueterata consuetudo obesse possit. Accedit huic, quòd magna ruditas est, eas epistolas quæ sæpe ob res tempora-

les eásque parui momenti editæ sunt, diuinis scripturis uel de longinquo conferre, tantum abest ut in earum ordinẽ referantur. Quod si fortè Gratianus decretales illas epistolas cõmendare uolebat, per uera testimonia, quæ non desunt, eaq; efficacissima, id faciendũ erat, non per falsa: quoniã falsa & cõficta testimonia plus authoritati derogãt quàm arrogent. Nam ut cæteras decretalium epistolarũ laudes prætereamus, quæ decimanona distinctione leguntur, uel ista sufficit, quòd uniuersalis ecclesiæ consensu probantur: quoniã inter cæteros Ioãnis Vuitclef errores cõdemnatos in concilio Constantiensi, sessione octaua, is unus est, quo sic ait. Decretales epistolæ sunt apocryphæ, & seducunt a Christi fide, & clerici sunt stulti qui studeant eis. Verùm ut dictis nostris pleniorẽ quisq; fidẽ adhibeat, cognoscatq; Augustinũ perperam a Gratiano intellectum, corrupteq; citatum, operęprecium est uerã Augustini literã in medium afferre, eiusq; ueram intelligentiam edocere. Is enim beatissimus pater in secũdo libro de doctriua Christiana capite octauo (nam ex eo libro sumptũ est id fragmentum quod Gratianus citat) sic ait. In canonicis autem scripturis, ecclesiarũ catholicarum quãpluriũ authoritatẽ sequatur, inter quas sanè illæ sunt quæ apostolicas sedes habere, & epistolas accipere meruerunt. Hæc Augustinus. Quæ longissimè distant ab his quæ Gratianus adducit. Nam eo loco beatus pater Augustinus de libris canonicis scripturę differens, hanc regulam nobis assignat, ut illi libri pro canonicis habeãtur, qui a pluribus catholicis ecclesiis recipiuntur, inter quas ecclesias Augustinus firmiter credit eas esse cõputandas, quæ apostolicas sedes habuerunt: de eis scilicet ecclesiis intelligens, quas apostoli uelut earum episcopi rexerunt. Illas enim Augustinus pręcipuas esse catho-

licas ecclesias credit, quæ epistolas apostolicas accipere meruerunt, id est quibus apostoli suas dederunt epistolas, ut Romanæ ecclesiæ, Corinthiorũ, Thessalonicensium, Colossensi. Ephesinæ, Hierosolymitanæ, Antiochenæ, aut Alexãdrinæ, quas omnes apostoli aut uerbis docuerũt, aut scripto. Quare Augustinus putabat eas copiosius in fide illustratas esse oportere, ꝙ firmiorẽ ac pleniorem apostolicum habuissent sermonẽ. Nec ĩmeritò tunc id credebat beatissimus pater, quoniã nõdum ab hostibus Christianæ religionis prouinciæ illæ captæ populatæq; fuerant. Putauit autẽ Gratianus illud pronomẽ relatiuum, uidelicet quas, ubi dicitur, inter quas sanè illæ sunt, quę &c. ad scripturas debere referri: quod non ita se habet, sed ad ecclesias referendum est: quod ex sequentibus maximè patet quibus illa minimè cohęrere possunt. nã scripturę, diuinę non habuerunt sedes apostolicas, nec recipere possunt epistolas apostolicas. Verũ ut litera suo sensui cohęrere possit, literã Gratianus mutare decreuit, & loco alterius relatiui ab Augustino nominatiuo casu positi, scilicet quæ, ille posuit accusandi casum, & dixit quas. ubi Augustinꝰ dixerat apostolicas sedes in accusatiuo, ille dixit apostolica sedes in nominatiuo. Sed quoniã his permutatis literę sensus adhuc minimè constabat, aliquid addere, aliquidq; minuere ei uisum est. nam ex litera Augustini abstulit hoc uerbum habere, addiditq; ex suo cerebro hæc tria uerba, scilicet, ab ea alĩ. Atque ut semel dicamus, ubi litera Augustini sic habet, Inter quas sanè illæ sunt, quæ apostolicas sedes habere, & epistolas accipere meruerunt: Gratiani litera ad scripturas diuinas relata sic habet, Inter quas sanè illæ sint, quas apostolicas sedes, & ab ea alĩ accipere meruerunt epistolas. Quarum literarũ differẽtiam facilè quisq; agnoscet. Ex quo loco quisq; fa-

cilè colliget quãtum interfit utrum ex ipſis puriſſi mis fontibus aquã haurias, an ex turbulẽtis riuis, aut putridis lacubus. Nam ſi Gratianus illũ locũ in Auguſtino legiſſet, uir alioqui (ut puto) doctus, clarè errorem deprehendiſſet, etiam ſi litera uitiata fuiſſet in eo codice quo utebatur: præcipuè ſi conſi deraſſet beatum Auguſtinũ, qui libros de doctrina Chriſtiana ſe cõponere ob ſacrarum literarũ intelligentiam profitetur, nullo pacto de ſummorũ põtificum decretalibus epiſtolis fuiſſe locutũ, nec ullam ante illa uerba aut poſtmodum de illis feciſſe mentionem. Dictorum ſiquidẽ inielligentia (ut beatus Hilarius. iiij. de trinitate docuit) ex cauſſis dicẽ di ſumenda eſt. Cum ergo beatus Auguſtinus in toto illo tractatu de doctrina Chriſtiana ſemp uerſetur circa doctrinæ diuinitus reuelatæ intelligentiam, uel inde colligere potuiſſet literã illam nullo pacto ad decretales epiſtolas eſſe referendam. Hoc etiam ex ipſiſmet uerbis Auguſtini in eodẽ capite poſt relata uerba ſubiunctis plenè cognoſcere potuiſſet. Nã poſt aſſignatas iam regulas ad ſcripturas canonicas dignoſcendas, deinde expreſſis omnes eas nominibus proprijs appellans, ait: Totus autem canon ſcripturarũ in quo iſtam cõſiderationem uerſandã dicimus, his libris cõtinetur: quinq; Moſeos, id eſt Geneſi, Exodo, Leuitico, Deuteronomio, & uno libro Ieſu Naue. Atq; ita per omnes libros qui in cõmuni biblia deferuntur, diſcurrens, nullas recenſet decretales pontificũ epiſtolas, cum tamẽ illum dixerat eſſe totum canonẽ ſcripturarũ, in quo capienda erat cauta illa quã prædixerat cõſideratio. Nec mirari quiſquã debet q; pro hoc Gratiani errore cõuincendo tantũ ſudauerimus, quoniam ſermo erat de capite, & non de umbra (ut dicitur) aſini. Non eſt quidem res parui momenti, an talis ſcriptura pro diuina ſit recipienda, an pro hu-

mana.*Oportebat igitur hunc errorē omnibus pa * lam facere,ne alijs deinceps errandi occasionē Gratianus præberet,prout hactenus multis magni nominis uiris præbuit, qui sola Gratiani authoritate freti, uerba illa Augustini in suis scriptis citarunt corrupta & lacerata,quēadmodum in Gratiani decreto legerant. Nam Ioānes de Turre Cremata (ut alios multos prætereā)hunc Augustini locū prout Gratianus illum corruperat, citat libro quarto de summa ecclesię parte secūda capite nono. Thomas de Vjo Cardinalis Caietanus in libro de primatu Romanæ ecclesiæ cap. xiiij. Hæc Augustini uerba prout a Gratiano corrupte citantur, affert ad probandū Romanę ecclesię primatū. Si autē literā illā in ipso Augustino Caietanus legisset,uir certe longe doctissimus,& ingenij acumine præditus,facile agnouisset nec uerbū ullū illic Aug. dixisse, quod primatui Romani pontificis utcūq; fauere posset.)

Quòd solus librorum canonicorum sensus literalis efficax est ad hæreticos uincendos,& quis sit dicendus literalis sensus. Cap. III.

CAeterùm hoc admonere oportet,sacrā scripturam sępenumero multiplicē pati intelligentiā in una eadēq; litera. Est enim ibi historia, quæ res gestas loquitur, quā literalē sensum usitato ac uulgari nomine appellant. Allegoria, in qua aliud ex alio trahētes, quid de diuinitate & humanitate,de Christo & ecclesia sit credendū,ostenditur. Tropologia,in qua figuratiua quadā locutione de moribus ordinandis disseritur. Anagogia,per quā de cęlestibus differentes ad superiora ducimur. gratia exempli,Si de Hierosolyma tractare uelimus,dicimus iuxta historiā esse quādam ciuitatem in Iudęa sitam. Iuxta allegoriā ex nominis interpretatione dicim⁹ significari ecclesiam, propter pacē nimiam in ea existentem, quā Christo nato angeli nuncia-

runt,quã Christus moriens discipulis obnixè cõmendauit,quã discipuli ipsi sic custodierunt,ut spiritu nõdum recepto, in eius expectatione suspensi habuerint cor unum,& animã unam. Quid putas nunc post receptũ spiritum, nisi id quod Christus eis precatus est,ut unum uidelicet essent,sicut ipse & pater unum sunt?Secundum tropologiã significat animã cuiuslibet iusti,cui bestiæ uitiorũ pacificæ sunt,ut iã nihil sit in quo eũ accuset cõscientia, sed in pace sit tabernaculũ eius, ut ait Iob. Denicq; iuxta anagogiam designat supernã illam Hierosolymam matrem nostrã,quæ(teste Paulo libera est: cuius pax tanta est,ut exuperet omnẽ sensum:quæ utinam custodiat corda & corpora nostra a cõturbatione hominum. Sunt & alia id genus tam multa in sacris literis, ut operosum esset recensere,imò uerius dixerim,mihi impossibile. Cũ ergo tot possint eidem literæ sensus accõmodari, hoc aduertendum est,nullum eorum sensuũ in argumentationẽ adducendum,nisi qui uerè & germanè literã explicat,quem literalem sensum(ut dixi)nostri theologi appellitant. Nam cum alij sensus intra literæ corticem magis lateant,oportet ut ratiocinatione & discursu, & per quasdã rerum similitudines deducãtur.In quibus deducendis facilis est error,cum per humanam inquisitionẽ hoc fiat.Sic enim Donatus & ei succedens Rogatus dicentes intra illos solos & eorum asseclas ecclesiam cõtineri,uolentesq; errorem suum sacrę scripturę testimonio fulcire,adducũt illud Canticorũ.Indica mihi ubi pascas,ubi cubes in meridie?Per hoc efficere uolẽtes ecclesiã ad solã meridionalẽ plagã, quã ipsi incolebãt,redactã esse.Futile satis argumentũ, & ex falsa intelligẽtia, ut patet:nempe ex sensu mystico satis abstruso, & infideli minimè patenti. Sic etiã Lutherus uolens ostendere omnem hominẽ cuiuscũq; status aut sexus esse

Iob.5.

Gal.4.

Can.1.

xus esse sacerdotem, assumit illud. Vos autē genus electū, regale sacerdotium &c. At literalis sensus patentior est, cum ex uocum significatione aut ex eius coniunctissimo uicino hauriatur: quo fit ut solus sensus literalis efficax sit ad dogma aliquod destruendum aut fulciendum. Sic enim ait Augustinus in epistola ad Vincentium Donatistā, quæ est in ordine quadragesimaoctaua. Quis autem nō impudentissime nitatur aliquid in allegoria positum, pro se interpretari, nisi habeat & manifestissima testimonia, quorum lumine illustrētur obscura? Hæc ille. Beatus Hieronymus in secundo lib. cōmentariorum super Matthæum, pertractans de fermēto a muliere absconso in farinæ satis tribus, postquā retulit quorundam expositionē applicantium parabolā illam ad trinitatē personarum, & unitatem essentiæ, hæc uerba subiūgit. Pius quidē sensus, sed nunquam parabolæ, & dubia ænigmatum intelligentia potest ad authoritatē dogmatum proficere. Hæc ille. Cum ergo nullus sacræ scripturæ sensus alius q̄ literalis efficax sit ad hæresim reuincendā, operæprecium erit ingrere qs pro literali sensu habendus sit. Sensus literalis multiplici uia habetur. Aliqñ ex ipsarum uocum nuda significatione. Aliquando capitur non ab ipsis uocibus, sed a re per uoces significata. Non enim fieri potest, ut semper iuxta primam uocum significationem sensus literę capiatur: alioqui multa absurda, & quæ piæ aures horrent, reperirentur in sacris codicibus tam in nouo q̄ in ueteri instrumento: qualia sunt omnia illa quæ deo membra corporalia uidētur tribuere, aut cum deus dicitur agnus, leo, petra, uitis, uermis, & id genus plura, quæ omnia dicit Christus per similitudinē, nō per proprietatem. Et ut breuissimo compendio utar, ubicūq; metaphora aut trāslatio aut figurata aliqua locutio inuenitur, ibi non est dicē- 1. Pe. 2.

dus sensus literę is quem uoces prima significatio ne exprimũt, sed is q deducit ex similitudine quã res uocib⁹ significata cũ alia re habet: qualia sunt multa in nostra communi locutione, ut si uoracem aliquem appellare uolueris, lupum dixeris: si auarum, talpã: non q hæc sint uere, sed magis illa quorum dicũtur istæ similitudines. Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana capite quinto. In principio cauẽdum est ne figuratam locutionẽ ad literam accipiamus. & infra, Qui enim sequitur literã, translata uerba sicut propria tenet, nec illud quod proprio uerbo significat, refert ad aliã significationẽ. Sed si sabbatum audierit uerbi gratia, nõ intelligit nisi unũ diem de septẽ qui cõtinuo uolumine repetuntur. Et cũ audierit sacrificiũ, nõ excedit cogitatione illud quod fieri de uictimis pecorũ terrenisq; fructibus solet. Ea demũ est miserabilis animæ seruitus, signa pro rebus accipere, & supra creaturã corpoream oculum mẽtis ad hauriendũ æternũ lumen leuare non posse. Et in eodẽ lib. ca. 10. Huic autẽ obseruationi qua cauemus figuratã locutionẽ, id est translatã, quasi propriam sequi, adiungenda etiã illa est, ne propriã quasi figuratã uelimus accipere. Demõstrandus est igitur prius modus inueniẽdæ locutionis, propria ne an figurata sit. Et iste omnino modus est, ut quicqd in sermone diuino neq; ad morũ honestatẽ, neq; ad fidei ueritatem, prie referri potest, figuratũ esse cognoscas. Morum honestas ad diligẽdũ deũ & proximũ, fidei ueritas ad cognoscendũ deũ & proximum ptinet. Hæc Augusti. Cum ergo iam cõstiterit de locutiune figuratã esse, hoc cauendum est, ne præscriptũ esse putet, ut quod semel res aliqua per quandã similitudinẽ significauerit, hoc eam semp & in omni loco significare credatur. Vna siquidem & eadem res multis proprietatibus gaudet, propter quas plurium rer;

similitudinem, ac ideo significationem gerit. Quo fit ut eadem res aliqñ diuersa, aliqñ oppolita repręsentet, ꝓpter diuersas ꝓprietates in ea repertas, per quas nō tantum diuersis rebus, uerum etiā oppositis, similis inuenitur. Leo enim propter cōstantiā & fortitudinem Christum repręsentat, ut ibi, Vicit leo de tribu Iuda. Idem & propter uoracitatem dæmonem significat, ut apud Petrum Aduersarius uester diabolus tāquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. De figuratis locutionibus satis me dixisse arbitror pro breuitate quam tenere decreui. Sit ergo ex ante dictis hæc regula, Eum esse literalem sensum, quem uoces aut res uocibus expressæ significant. Nec tamē omnis talis, sed ille solus quē spiritus sanctus intendit. Quod uel ex eo manifeste colligitur, si recolamus id quod paulò antè dixi mus, sacrorum scilicet librorū authorem esse spiritum sanctum. Ille enim uere germanus literæ sensus est, quem scriptor intendit. Ille uerus uocis sensus, quem uocis prolator per eam intelligi uoluit. Scripturis enim perinde ac uocibus affectus & cogitatus nostros testamur. Cū ergo spiritus sanctus sacræ scripturæ sit author, ille pro uero eiusdē scripturæ sensu haberi debet, qui à spiritu sancto intenditur. Omnis autem alius adulterinus est, aut nothus. Vnde Hieronymus super Epistolam ad Galatas. Quicunque scripturam aliter interpretatur quam sensus spiritus sancti efflagitat, licet ab ecclesia non recesserit, hæreticus appellatur. Hæc Hierony. Cæterùm de sensu parabolarum, qui eum intra literalem circunsepire uoluerit, non ab re faciet. Si autem nollet, non obsto. Verùm circa parabolas ipsas quarum frequens est usus in euangelijs, hoc admonendum censui, quòd (ut Augustinus dicit) sic accipendæ sunt, non ut essent, sed ut esse possent: ut cum (gratia exempli) dici-

Apo. 5

1. Pe. 5.

dicitur, Simile est regnum cœlorum homini patrí-familias q exĩt primo mane conducere operarios. Quod si forte nusquam id contigit, ut per illas easdẽ temporum uicissitudines iret atque rediret paterfamilias, ociosósq; quos semper inueniebat, in uineam suam mitteret, id tamen fieri potuisse nihil prohibet: quod satis est parabolæ. Sed quoniã sæpenumero contingit ut eidẽ literæ plures accõmodentur sensus literales seclusis alijs q de mystica rerum significatione hauriuntur: hoc casu cauendum est, ne ullus eorũ reĩciatur, dummodo ex alijs sacræ scripturæ locis testimonium habeat, uoces illas alicubi id quod nunc eis tribuitur, significare: & sensus qui ex tali uocum significatione illi literæ accõmodatur, si ueritati fidei catholicæ minime obstet, uterq; eorũ tanquã germanus & uerus literæ sensus cẽsebitur. Quid enim obstat scripturã sacram esse adeò fertilem, ut binos fœtus edat? Sic enim de ecclesiæ doctoribus qui sciunt quantumlibet abstrusos literæ sensus eruere, mystica significa-
Can. 4 catione dicitur, Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, oẽs gemellis fœtibus, & sterilis nõ est inter eas. Hoc autẽ testimonio beati Augustini tertio lib. de doctrina Christiana capite 27. comprobatur. Sic enim ait. Quando autẽ ex eisdem scripturæ uerbis nõ unum aliquid, sed duo uel plura sentiuntur, etiã si lateat quid senserit ille qui scripserit, nihil periculi est si quodlibet eorum cõgruere ueritati ex alijs locis sanctarum scripturarum doceri potest: id tamẽ eo conãte q diuina scrutatur eloquia, ut ad uoluntatẽ perueniatur authoris per quẽ scripturã illã sanctus operatus est spiritus, siue hoc assequatur, siue aliã sententiam de illis uerbis quæ fidei rectæ non refragatur, exculpat, testimonium habẽs a quocũq; alio loco diuinorum eloquiorum. Ille quippe author in eisdẽ uerbis quę

intelligere uolumus,& ipsam sentẽtiam forsitan ui dit.Et certe dei spiritus qui per eum hæc operatus est,etiã ipsam occursuram lectori uel auditori sine dubitatione præuidit,imo ut occurreret,quia & ip sa est ueritati subnixa,prouidit.Nam qd in diuinis eloquijs largius & uberius potuit diuinitus proui deri, quàm ut eadem uerba pluribus intelligantur modis , quos alia non minus diuina conteſtantia faciant approbari? Hæc Augustinus . Et de hac re hæc dicta sufficiant.

Quòd sacrarum scripturarũ interpretatio , quam quisque fidelis amplecti tenetur, ad solam eccle siam pertineat. Cap. .IIII.

QVanquam regulam præscripsimus per quã cognosci ualeat, quocunq; sensu signato,sit ne uerus sacræ scripturæ sensus,an nõ, mul ti tamen illa abutuntur:libereq; ac pro libito scripturam interpretãtur,ut eam in sui erroris testimo nium trahant. Vt enim inquit Augu. in lib.83.quæ stionum quæstione sexagesimanona,Nõ potest error oriri palliatus nomine Christiano nisi de scripturis non intellectis.Sic enim a principio nascen tis ecclesiæ usque ad seculum nostrum factum esse reperimus. Nam & beatus Petrus testatur Pauli- 2.Pe.3.
nas epistolas ab aliquibus perperam intellectas,q eas in suum errorẽ detorquere conabãtur.Sic enim ait,Sicut & charissimus frater noster Paulus secun dum datam sibi sapientiam scripsit uobis, sicut & in omnibus epistolis loquens in eis de his in quibus sunt quædam difficilia intellectu,quæ indocti & instabiles deprauãt,sicut & cæteras scripturas, ad suã ipsorum perditionẽ.Arrius plures admodũ sacræ scripturæ locos in sui errores cõprobationẽ attulit,oẽs tamen male intellectos . Fecerũt & hoc ipsum Nouatiani,Donatistæ,Pelagiani , Nestoriani,& q nõ?Omnib? enim hoc cõmune fuit,ut scri-

pturis perperam intellectis, pestilenterq; expositis, suos tutati sint errores. Et hanc proh dolor hodie incursionem à Lutheranis patimur, qbus adeò frequens est euãgelium, & Paulinæ epistolæ, ut nihil aliud spirare uideantur. Verùm deo immensæ agẽdæ sunt gratiæ, qui omnes has ecclesiæ infestationes, ad suam & ecclesiæ gloriam uertit, quæ ictib⁹ percussa, ad meliora prouehi cogitur. Nam huiusmodi hæreticorum causa factum est, ut relictis quí busdam nugis, quibus à trecentis annis hucusque homines sese dedidere, ad meliora studia se transtulerint. Quo fit ut multo plures uiros doctos nunc ecclesia possideat, q̃ à quadringentis retroactis annis hucusq; habuerit. Oportet enim (ut ait Paul⁹) hæreses esse, ut probati mãnifesti fiant. Quod exponens Augustinus in libro super Genesim contra Manichæos, ait, Ideo diuina prouidẽtia multos dí uini erroris hæreticos ipse permisit, ut quum insultant nobis, & interrogãt nos quæ nescimus, uel sic excutiam⁹ pigritiã, & diuinas scripturas nosse cupiamus. Propterea apostolus ait· Oportet hæreses esse, ut probati manifesti siant. Hi enim deo probati sunt, qui bene docere possunt: sed manifesti esse hominibus non possunt, nisi quum docent: docere autẽ nolunt, nisi eos qui quærũt. Multi autẽ ad q̃rendũ pigri sunt, nisi per molestias & insultus hæreticorũ quasi de somno excitẽtur. Qui homines si bonæ sint fidei, nõ credũt hæreticis, sed qd illis respondeãt, diligẽter inquirũt. Nec eos deserit deus, quin petẽtes accipiant, & quærẽtes inueniãt, & pulsantib⁹ aperiatur. Hæc Augustinus. Si ergo hæreses sunt, & ex peruersa sacræ scripturæ intelligẽtia (ut infrà longius dicemus) oriũtur, oportet penes aliquẽ esse potestatẽ interpretandi sacrã scripturã, cui interpretationi quilibet fidelis assentire teneatur. Alioq nulla patet uia cõuincendi hæreticũ, si cuiq;

1. co. 11

liceat pro suo arbitratu eã interpretari. Verùm quia possibile est ut hoc ab aliquo negetur, sic rationib⁹ illud fulcire oportet, ut uel impudentissimus sit q obstet. Qua de causa unum quẽlibet hæreticũ cõuenio, & rogo an credat aliquem esse aut usquam fuisse hæreticũ a uera fidei regula deuiantẽ? Nullus (opinor) inficiabitur aliquẽ fuisse usquam, qui a recta fidei regula discesserit, nisi forte ex secta rhetoricorum fuerit: qui (ut Philastro placet) æstimarũt omnes hæreses ueras esse, hæreticosq; semper bene sentire. Quod adeò magna est demẽtia, ut Augustino lib. hæres. cap. 72. impossibile uideatur hominem ullum adeò stupuisse, ut hoc asseuerarit. Non dubito quin Arrianus hæreticũ censeat Sabellium, Sabellius uice uersa Arrianũ. Pelagius si superstes esset, iudicaret Lutherũ a uera fide deuiare, Lutherus hoc idẽ impingit Pelagio. Sunt enim corũ assertiones adeò pugnantes, ut altera alteri minimè cohærere queat. Si ergo (ut par est) cõcedat aliquẽ fuisse hæreticum, percõtabor tũc an pateat uia qua homo ille doceri possit, ut nisi malitia obstet, excitari possit ab errore? Quod si abnuit, fateat necesse est nullam culpam esse imputãdam hæretico q̃ ab errore non discedat, utpote quia immedicabili ignorantia laborat. Dominus enim (ut ait Augustinus in quodam sermone) seruum pigrum non damnaret, si ea quæ fieri nullo modo poterant, imperaret. Si uerò concedet aliquã uiam patere qua homo ab errore auocari possit, docericq; perperam sacrã scripturam intellexisse, quæro a quo docẽdus erit? Nõ ab alio homine, quia de quolibet homine caussabi tur illũ decipi, nolletq; ob id interpretationẽ eius amplecti. Omnis enim homo errare potest in fide, etiam si papa sit. Nam de Liberio papa refert Platina illum sensisse cum Arrianis, & Anastasium secundum huius nominis pontificẽ fauisse Nestoria-

nis,qui hiſtorias legerit,non dubitat. Cæleſtinum papam etiam erraſſe circa matrimoniũ fideliũ quorum alter labitur in hæreſim,res eſt omnib⁹ manifeſta.Neq; hic Cæleſtini error talis fuit,qui ſoli negligentiæ imputari debeat, ita ut illum erraſſe dicamus uelut priuatã perſonam, & non ut papam, qui in qualibet re ſeria definienda conſulere debet uiros doctos:quoniã huiuſmodi Cæleſtini definitio habebatur in antiquis Decretalibus,in ca. Laudabilẽ,titulo de cõuerſione infidelium:quã ego ipſe uidi & legi.Si ergo nulli homini iure tenemur in interpretatione ſacrarũ literarũ credere, propterea quòd quilibet homo ſolus errare poteſt,erit neceſſariò iudiciũ interpretatiõis penes totã eccleſiam, penes quã ius fuerat diſcernendi ſacras ſcripturas ab humanis.Nam hæc errare nõ poteſt,quũ a ſpiritu ſancto ſit edocta.Nullus enim uerius ſcripturã aliquã interpretari poteſt, q̃ qui mentẽ & ſpiritũ ſcriptoris habet.At certum eſt eccleſiam ſpiritum
Ioã.14 dei habere.Sic enim Chriſtus promiſit· Aliũ paracletũ dabo uobis,qui ſuggeret uobis omnẽ ueritatẽ.Et alibi de ſeipſo dicit·Ego uobiſcũ ſum uſq; ad
mat.27 conſummationẽ ſeculi.Si ergo deus eccleſiæ ſemp adſtat,& ſpiritus eius ſuggerit illi omnẽ ueritatẽ, quî fit ut falli poſſit, aut ſcripturã interpretari neſciat,quæ ab authore ſcripturæ quotidie edocetur?
Pro.31. Adde q̃ eccleſia ſpõſa eſt Chriſti, ĩ qua cor uiri ei⁹ maximè cõfidit,ut dicitur in lib.Prouer.At nõ bene in ea confidere diceretur, ſi illi ſcripturas offerret,quarũ claues apud ſe retineret. Hoc autẽ eueniret ſi ſcripturis eccleſiæ traditis, earũ intellectũ nõ traderet,ſed penes ſe retineret deus.Nunquid celare potero Abrahã,ait deus,quæ facturus ſum?Si ergo Abraham deus celare noluit quę facturus erat,
Gen.18. quãto minus celabit eccleſiam ſcripturarũ intelligentiam?? Propterea eccleſia hoc habet,ut uerbum

dei possit a uerbis hominum discernere: nam alias nesciremus hoc esse euangelium Matthæi, illud uero Marci uel Lucæ nisi testimonio ecclesiæ id asserentis didicissemus. Certum est autem hãc potestatem discernendi scripturas diuinas ab humanis ecclesiam nõ aliunde habere, quàm a deo: nec ob aliã caussam, quam ne in his errare ecclesia, in quibus non errare maximè oportebat. Vnde manifestè conuincitur, ut si penes ecclesiã sit discretio uerborum dei a uerbis hominum, sit etiam penes ipsam ecclesiam potestas discernendi sensum diuinum ab humano. Alioqui enim nihil profuisset si ecclesia deo docente sacram scripturã uerã discernat a falsa, & in scriptura uera nesciat falsum sensum a uero separare. Nõ enim minor erat iactura si falsum sensum ecclesia pro uero susciperet, q̃ſ si scripturas hominum pro diuinis amplecteretur. Hieronymus super epistolã ad Galatas· Non putemus in uerbis scripturarum esse euangeliũ, sed in sensu: nõ in superficie, sed in medulla: non in sermonum folijs, sed in radice rationis. Hæc Hieronymus. Quo fit ut qua lege credimus ecclesiæ dicenti hãc esse scripturam diuinã, eadem lege credamus ei dicenti hunc aut illum esse sensum scripturæ diuinæ. Nam parum referebat scripturas tenere, si uera earũ intelligentia ecclesia fraudata esset. Nõ enim cõtentio est in uerbis, sed in rebus. Constat alijs uerbis Græcos uti, alijs Latinos. Aliud est hispanis idioma, aliud Gallis, aliud Germanis, aliud Britãnis. Nõ est terra iã unius labij, cum tamen eadẽ sit res de qua loquuntur. Nihil itereſt an uerba Christi hoc aut illo idiomate proferas, modò eũdẽ referas sensum quem ille intelligi uoluit. Ad eundẽ modum minimum refert eadẽ tenere uerba, si oppositis secumq́ pugnãtibus sensibus a diuersis exponantur. Nos etenim Christũ adorãtes, & corã eo procidentes dicimus.

Aue. Iudæi eidem illudentes dicebant, Aue. Verba sunt eadē: quis tamen nesciat inter nostra & illorū uerba magnū esse discrimē ex uario sensu, uariaq; intentione? Iudæi enim illusionē, nos autem reuerē tiam eisdem uerbis significamus. Cum ergo tantū interſit, ut hoc aut illo sensu uerba capiēda sint, maximè oportuit penes eccleſiā esse ius scripturas interpretandi, non aliter q̄ diuinas scripturas ab humanis discernendi. Alioq; nulla pateret uia qua hæreſis reuinci poteſt. Nā cum omnes hæretici (ut diximus) suos errores scripturis cōfirmēt, qui ex scriptura minimè oriuntur, sed ex adulterino eius sensu: quo pacto sensus ille reiecti poterit, ſi illū hæreticus uelut germanū literæ sensum recipe uelit? Aut a quo reiecietur, ſi penes nullū ſit authoritas ſacrā ſcripturā interpretādi? Dices fortè rationibus & argumētis & coniecturis præcedentiū & ſequētium uerborum cōtextu, uerū literæ sensum elici poſſe. Fateor hęc plurimùm iuuare, nec tamē rem omnino abſoluent: qm̄ nec ſemper coniecturæ cogunt, nec argumēta euidēter colligunt, præcipuè in rebꝰ fidei, ubi minima eſt argumentorū uis. Adde quòd multa ſunt quorū uerus sensus longiſſimè a litera diſcedit, tantū abeſt ut ex ea conīci poſſit. Sed ecce dum ad bellū accingimur, & arma paramus ad cō greſſum, ſigno adhuc minimè ad pugnā dato, inuadit nos unus ex his quos expugnare decreuimus, nēpe Lutherus. Quiſnā is ſit, quum de hæreſibꝰ figillatim agetur, enarrabimus. Is enim in ſuo libro de captiuitate Babylonica, quum de ſacramēto eucharistiæ diſſerit, ſic ait: Verbis diuinis nō eſt faciē da uis, neq; per hominē, neq; per angelū, ſed quantū fieri poteſt, in ſimpliciſſima ſignificatione ſeruāda ſunt: & niſi manifeſta circūſtantia cogat, extra grammaticam & propriam accipienda nō ſunt, ne detur aduerſarīs occaſio uniuerſam ſcripturā elu-

dendi. Hæc Lutherus. O fomentum plurimarū hæ resum. Iam Lutherum percontari uellē, an semper iuxta simplicissimam significationē, & iuxta solā grammaticam uerba accipiēda sint, an aliquādo licebit extra grammaticæ limites diuagari? Quòd si id licere neget, in uanum ergo laborauerūt tot illustres uiri in eruendis ueris sacræ scripturæ abstrusissimis sensib⁹: nec tantū oporteret circa eam labore impendere, si sola grāmatica sufficiat, & uerbo simplicissima significatio. Adde quòd multa tunc in sacris literis reperientur, quæ uel parū pius homo aut rideret, aut abominaret: quale est illud, ut unum aut alterū ex multis afferā: Ego dispono uobis mēsam, sicut disposuit mihi pater, ut edatis & bibatis super mēsam meā in regno meo. Cui alludere uidetur illud Esaiæ, quū de retributione iuxta unusquisq; opera singulis donanda differens, ait his qui in luxu & fastu uitā hanc transegerunt, Serui mei comedēt, uos autē esurietis: serui mei bibēt, uos autem sitietis &c. Quę si iuxta solā uerborum simplicissimam significationē (ut Lutherus ait) accipienda essent, quis nō uidet ex hoc ansam præberi Cherinto fouēdi suam impiā hæresim, qua ait in illa expectata beatitudine futuras esse carnis delicias? Omnibus etiam uel illud notissimū est quod Christus ait: Pater maior me est. Si nulla ibi requiratur interpretatio præter illam quæ ex uerborum simplicissima significatiōe hauritur, certū est inde arma gratis donari Arrianis, quibus suam excitēt iādiu sepultam hæresim. Si nulla alia expositio est adhibēda sacris literis præter illā quæ ex grāmaticæ regulis hauriri potest, satis exultabūt inde Marcion hæreticus, & Manichæus eius imitator, dicentes legem ueterem fuisse malam: quoniam Paulus ait: Lex autem subintrauit, ut abundaret delictum. Et idem Manichæus se triumphasse de ca-

Lu. 22.

Esa. 65

Io. 14

Ro. 5.

Ioā.10 tholicis credet, quum ait prophetas omnes erraſſe, quoniã Chriſtus ait: Quotquot ante me uenerunt, fures ſunt & latrones. Ex his ergo luce clarius oſtẽditur, ut ſi Lutherus nolit cõſentire Cherinto, aut fauere Arrio, interpretationẽ ſacrarum literarũ extra grãmaticæ alueum non ſolùm admittat, uerũetiam exigat. Quid, ꝙ Lutherus ſæpiſſime ſui inſtituti immemor, ſacram ſcripturã quæ a catholicis obĳcitur, expoſitiõe minimè regulis grãmaticę cõuenienti detorquet, & in alienum ſenſum trahit? ut facile eſt uidere quum uerba Chriſti quibus panẽ in ſuum corpus uertit, dilacerat. Sic enim exponit, hoc, id eſt hic panis, eſt corpus meũ. Verũ ut ubiq; tyrãnidem exerceret, noluit legẽ quã tulerat, pati, Vult enim Lutherus (ut uerè ſe Phariſęorũ fermentum habere oſtendat) nobis onera importabilia imponere, quum tamẽ ipſe nec digito uelit ea mouere. Quũ enim prius legem ſtatuiſſet de inhibenda ſcripturę interpretatione, in eam quã uidiſtis expoſitionem prorupit, de qua infrà in titulo de euchariſtia diſſeremus. Si ergo tibi Luthere tribuis poteſtatem ſacram exponendi ſcripturã quę tibi obĳcitur, cur non permittes tot ſapientibus facultatẽ exponendi eas quas nobis obĳcis authoritates? Tibi temere licebit pro tuo arbitratu deprauare ſcripturas, & catholicę eccleſiæ non licebit aliquid exponere? Vis enim has quibus inniteris authoritates non exponi, nec ſummis digitis tangi, ſed iuxta literam accipi: nefaſq; eſſe ais a literę cortice uel tantillum diſcedere: cum tamẽ has, quę nobis & ueritati fauent, mira libertate contrectes, detorqueas, alienes. Eſt ne fortè tibi alia ſcriptura cõ nobis, ita ꝙ illa exponenda nõn ſit, hęc autẽ etiam a canibus dilaniari permittatur? Aut ſi fortè tibi eadẽ eſt ſcriptura ſacra quæ & nobis, unde hęc tibi & tuis cõplicibus audacia, ut quã nobis admitis interpretã

dí poteſtatē, uobiſ ipſis arrogetis? Eſt ne forte a nobis ablatum regnū dei, ut daretur uobis? Si hoc ita eſſe aſſeritis, oſtendite uos eſſe eam gentē facientem fructus, cui Chriſtus regnum hoc ſe daturum ſpopondit, & credo. Eos tamē fructus neq; uidimus, mat. 21
neque ſpero uidebimus, niſi deus ſua benigniſſima pietate ueſtros miſeratus errores, a tenebris in lucem uos aliquādo reducat. Quòd ſi fortè Luthero uexatio iam dederit intellectū, ut nobis perinde ac ſibi permittat ſacras ſcripturas interpretari: hinc iam eueniet, ut quū inter nos & illum de uera literę intelligentia non cōueniat, ſit penes alium iudicium, qui omni cōtentione ſubjata, uerū & catholicum ſenſum oſtendat. Is autē talis ſit oportet, ut falli nequeat. At omnis homo falli poteſt, ut paulò antè oſtendimus. eccleſia autem falli non poteſt, in his maximè in quibus multū intereſt non falli. Cō uincimus ergo penes eccleſiam eſſe poteſtatē & diſcernendi ſcripturas diuinas ab humanis, & in eiſdem ſcripturis diuinis ſenſum diuinū ab humanis ſeparādi, cuius diſcretioni & iudicio quilibet fidelis tenetur obtēperare in uno perinde ac in altero.

Quòd aliqua ſunt quibus ex uniuerſalis eccleſiæ definitione fides integra adhibenda eſt, etiā ſi ex preſſis ſacræ ſcripturæ teſtimonijs non ualeant comprobari. Cap. V.

AT multa ſunt hęreticorum dogmata, quæ teſtimonio ſcripturarū minimè refelli poſſunt, ſed ſolùm uniuerſalis eccleſiæ traditione reȷciuntur. Hanc autem eccleſię traditionē plurimi hęreticorū ſubſannāt, deridéntq;. Nam & ea ſe ab eis derideri queritur apud Iob, dicens· Nunc autē rident me iu Iob 30
niores tēpore. quod exponens beatus Gregorius, ait· Omnes hęretici ętati uniuerſalis eccleſiæ cōparati, iuniores tempore congruè uocantur, quia ipſi ab ea, non autē ipſa egreſſa eſt ab illis. Vnde rectè

1.Ioā.2 quoq; per Ioannem dicitur· A nobis exierunt, sed non erant ex nobis: na si fuissent ex nobis, permansissent utiq; nobiscum. Iuniores ergo tēpore sanctā ecclesiam irrident, quum hi qui ab ea egressi sunt, doctrinę eius uerba despiciūt. hęc Gregorius. Ideo hoc iaciendum est solidissimum fundamentū, quo tanq; firmissimo præsidio aduersus hæreticos sępissime in posterum nos munire oportebit· Vniuersalis ecclesię traditiones aut definitiones in his quæ fidem spectant, etiam si aperta scriptura in earum comprobationē desit, non minoris sunt authoritatis q; ipsa sacra scriptura. Hanc autē assertionem, ut non facile ruat, pluribus oportet rationibus fulcire. Prima, quia non minus efficax est ad docendū fidem & mores uox docentis, q; scriptura: imò lōgè efficacior: quod uel authore Hieronymo in epistola ad Paulinū de omnibus sacrę scripturę libris satis constat. Sic enim ait· Habet nescio quid latentis energię, uiuæ uocis actus, & in aures discipuli de authoris ore transfusa, fortius sonat. Dic ergo an præbeas fidē euangelijs, eò q; ab hominibus scripta fuere, an quia a deo ipsis hominibus inspirata, qui & corda & manus eorum ad scribēdum mouebat? Non dubito te hac ratione ad eorum fidem adduci, q; credis eos in scribendo diuino afflatos spiritu. Quid ergo prohibet diuinū spiritum ástare ecclesię loquenti, perinde ac euangelistę scribēti?

matt.10 Cum ipse dicat apostolis· Non estis uos qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Nunquid destituit deus iam ecclesiam suā spiritu suo, ut per os eius loqui dedignetur ut antea?

matt.28 Absit. Nam ipse dicit· Ego uobiscū sum usq; ad cōsummationē seculi. Si ergo credis scripturę diuinę per manus euangelistarū & apostolorū scriptę, cur non credis uoci diuinæ per os ecclesiæ prolatæ? At dicis fortè te scire hanc scripturam esse diuinam, ac

ideo te illi prębere aurem: nec tamen ita scis uocem illam esse diuinam, ac ideo non credis, creditutus autē si tibi aliqua ex parte innotescceret uocē illam ecclesię hoc aut illud asserētis esse diuinā. Dic obsecro, unde scis hunc librū esse Matthæi, illū Marci, illum uerò Lucæ, aut illum Ioānis? Num adsedisti scribentibus? Quòd si dicis te hoc scire ex titulis qui eorum scriptis appositi sunt, erit hac ratiōe ut non tenacius adhæreas ut credas primum ex quatuor euangelijs esse Matthæi, q̄ ut credas librū de ciuitate dei aut de trinitate esse Augustini. quod si annuis, certè uacillat fides tua, & baculo tenerrimo innititur. Quis enim nescit q̄ sæpissime errent titulorū inscriptiones, adeò ut eundē librum duorum aut trium authorū diuersis titulis inscriptum reperias? Quo fit ut pro talibus inscriptionib⁹ defendendis raro uelim cōtendere. Ne autem negem primum euangelium esse Matthæi, aut epistolā ad Romanos esse Pauli, ceruicem libentissime gladio opponam. Verùm fortè dices (ut par est) te credere hoc euāgelium esse Matthęi, illud uerò Lucę, quia ecclesia ita testatur. Si ergo credis ecclesię dicēti hoc euangelium esse Matthęi, illud uerò Lucæ, quę res est tā seria, ut ex ea cętera ferme omnia pendeāt: cur non credis eidē ecclesię dicenti reliqua, etsi scripturis ea minimè confirmet? Nunquid ut crederes ecclesiæ dicenti hoc euangelium esse Matthæi, exigis ab ea testimonium ex scriptura diuina, sine qua minimè crederes? Nunquid oportuit ut Matthęus testaretur de Luca eum scripsisse euāgelium, aut Lucam hoc idem testari per scriptum de Matthæo? Si hoc ita est, ut semper scriptura quælibet in sui comprobationē alterius scripturę testimonium exigat, quis nō uidet hac ratione abeundū esse in īmēsum sine fine? Quo fiet ut nunquā scire quis possit certò de scriptura aliqua, esset ne diuina, an humana. Si

uero hoc nō exigitur, cur ecclesię absq; ullo diuinę scripturę testimonio dicenti tibi hoc esse euangeliū Matthęi, credis: in alijs autem sine scripturę diuinæ testimonio non uis credere? Nōne eadē est ecclesia quę hoc asserit & illud? Nōne scripturarū discretio est res adeò seria, perinde ac quęuis alia? Cæterùm ut fortius agamus, & clarius hominem conuincamus, hoc unum gratis donamus, te absq; scripturę sacræ & ecclesię testimonio, sed sola sancti spiritus illustratione edoctum scire euangelium esse huius uel illius, ac ideo dicas te credere illi: Dic ergo, cur credis euangelistę, & nō ecclesię, cuius ipse euangelista mēbrum unum futit, cum ecclesia tanto euāgelistas excellat, quāto integrū corpus singulis præstat mēbris? Si uni fidis, cur diffidis cunctis? Si mēbro tribuis tantum, cur toti nihil tribuis corpori? Præterea nō legimus Christū aliquid scripsisse, sed solùm uerbo docuisse, ex cuius uerbis multa præterierunt euangelistę, quorū nullam prorsus fecere mentionē. Vnde Ioānes euangelista in ulti. euā. sui cap. ait· Sūt & alia multa quę fecit Iesus, quę si scriberentur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribēdi sunt libros. Pari ergo ratione credendū est, nec eos omnia quæ Christus dixerit, scripsisse: quale est illud, Beatius est dare q̄ accipere: quod Paulus testatur Christū dixisse, cū tamē nullus euangelistarū illius dicti meminerit. Act. 20 Et Lucas ca. 1. Actorū apostolicorū refert de Christo domino nostro, q̄ post resurrectionē suam præbuit seipsum discipulis suis uiuum in multis argumētis, per quadraginta dies apparēs eis, & loquēs de regno dei, ex quibus uerbis uix unū & alterum scriptum reperies. Credendum est tamē apostolos alijs uerbo narrasse tam facta q̄ dicta, atque ita ex ore in os, & ex pectore in pectus transfusa, ad nos usq; pueniſſe sine alio quouis scripturę testimonio.

Insuper

Insuper multa fuerunt apostolorum dogmata & præcepta de regimine ecclesiæ, quæ scripto minimè fuerunt mãdata. Nam Actorum apostolicorũ cap. 15. dicitur ꝙ Paulus electo Sylla profectus est, traditus gratiæ dei a fratribus. Perambulabat autem Syriam & Ciliciam cõfirmans ecclesias, præcipiẽs custodire præcepta apostolorũ & seniorum. Et sequenti capitulo dicitur de Paulo & eius discipulo Timotheo in hunc modũ, Cum autẽ pertransirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata quę erãt decreta ab apostolis & senioribus qui erãt Hierosolymis. Hęc parum nostro proposito conducunt, quoniam apostolorũ canones reperimus quos ipsi ad regimen tunc nascentis ecclesię ediderunt. Hos per quadraginta & octo capita digestos, Isidorus in principio conciliorũ collocauit. Quos a Clemẽte papa & martyre (ut dicitur) translatos, Zepherinus & Leo summi põtifices & sexta synodus approbarunt. Damascenus tantum illis tribuit, ut in fine decimioctaui capitis quarti libri de fide orthodoxa, uideatur eos in numerum canonicorũ librorum referre. Nam cum de canonicis libris disserit, eorum catalogo recẽsito, nulla prorsus distinctione facta, subnectit canones apostolorũ per Clemẽtem. Sed his dimissis, uel illud maximè nostrã assertionem cõfirmat, quod Paulus ait in. 2. ad Thessa. epist. Itaq; fratres state, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonẽ, sine per epistolã nostrã. Et in secũda ad Timotheũ epistola. Tu ergo fili mi confortare in gratia quę est in Christo Iesu: & quę audisti a me per multos testes, hæc cõmẽda fidelibus hominibus qui idonei erunt & alios docere. Ex quibus duobus locis satis clarè ostenditur Paulũ aliqua uerbo solo tradidisse, quę nusq; scripto mãdauerat. Tunc peto an præcepta habeant uim & robur suum a scriptura, an ab animo obligãtis? Si ex

2. Th. 2

2. Ti. 2.

animò solùm pręcipientis pēdent, quū uoces ęquè animum testentur, ac scripturę: quî fit, ut uerba ab uno ad alterum transmissa, non habeant ęquā uim obligandi sicut scripturæ? At dices uerbis non esse tantam fidem adhibendā, quanta debetur scripturis, eò quòd uerba citius faciliusq; permutātur, minuuntur, augentur, depraūturq;, quàm scripturę. Esto, sed nunquid ideo semper diffidendū erit uerbis, ut nunq; alicui credatur, nisi scripturis cōprobet? Absit. Hoc enim modo omnis cōuictus humanus peribit: non crederē me incepisse aliquādo, nō crederem talem esse patrē meum, & talem matrem meam. Nulli credere, ac omnibus, summę demētię est. Nōne testes sunt efficacissimi ad rei comproba-
Ioā. 8. tionem? In ore duorum uel trium, inquit Christus, stat omne uerbum. Quis autē efficacior testis esse potest, q; ecclesia, quę oculatus testis est, & spiritu ueritatis afflata, mēdax esse nequit? Ecclesiam uerò oculatum esse testem eorum quę refert, sic cōuincimus, quoniā ecclesia ex omnibus fidelibus cōstat, non solum pręsentibus, uerūetiam pręteritis, & in posterum futuris. Aliàs tot oporteret ecclesias fingere, quot secula fluxissent. Cui tamē sententię manifestè ipse ecclesię sponsus obuiat dicens· Vna est
Can. 6 colūba mea, una est amica mea. Et apostolus· De-
2. co. 11 spondi uos uni uiro uirginē castam exhibere Christo. Virginē dixit, non uirgines. Si ergo una est, fieri oportet ut hæc eadē ecclesia quę nunc est, audierit Christum prędicantē, uiderit morientē, cōgratulata fuerit resurgenti, cōspexerit in cęlos ascendentē, assederit euāgelistis & apostolis scribentibus, astiterit docentibus. Si ergo horum omnium ecclesia est testis oculatus, erit per omnia ei credendū, cum certum sit eam neq; mētiri uelle, neq; ignorare quę asserit. Pręterea in primordijs ecclesię nascētis, cum primò oriebatur, post receptum spiritum sanctum

aliquod temporis spacium interiectum est usq; ad primam euāgelij conscriptionē: quo tempore nulli dubium quin credendū esset ecclesię circa credenda & agenda a Christo mādata, etiam si tunc ecclesia omni scripturę prędio careret. Erit ne fortè dicendum ut breuior sit nunc ecclesię authoritas, q̄ tunc? Aut detrudemus ecclesiam in tam angustos limites, ut eam nunc ex scripturę testimonio pendere dicamus, quę olim minimè pendebat? Erit ergo sine ulla hęsitatione tenēdum, uniuersalis ecclesię traditionibus & definitionibus, etiam si hęc nullis scripturę sacrę testimonijs cōprobentur, tantam fidem esse adhibendam, quanta ipsismet scripturis sacris debetur, quum illis linguā ęquè nūc moueat spiritus sanctus in locutione earum rerū in quibus nostra salus pendet, sicut olim mouit manus scriptorum ad scripturas sacras scribendas. Sed ne hęc nostris solùm rationibus ductus dixisse uidear, expedit ut ostendam hanc eandē fuisse mentē probatissimorum quorūcunq; uirorum qui de hac re fecere mentionē. Augustinus in epistola ad Ianuariū quę est in uolumine epistolarū eius. 118. Illa quę nō scripta sed tradita custodimus, quę quidē toto orbe terrarum obseruātur, datur intelligi uel ab ipsis apostolis uel plenarijs concilijs (quorum est in ecclesia saluberrima authoritas) cōmendata atq; statuta retineri. Vnde hęc quin ita facienda sint disputare, insolētissimę insanię est. Hęc ille. Et in epistola ad Casulanum presbyterū. In his rebus de quibus nil certi statuit diuina scriptura, mos populi dei & instituta maiorū pro lege tenēda sunt. Et sicut pręuaricatores diuinarum legum, ita cōtemptores ecclesiasticarum cōsuetudinum coercendi sunt. Hęc Augustinus. Alia sunt quāplurima eiusdē beatissimi patris huic proposito conducentia testimonia, quorū omnium uel illud pręcipuū est, quod aduer

sus Crescónium grãmaticum scribens ait·Proinde quãuis huius rei certum de scripturis nõ proferatur exẽplum, earũdem tamen scripturarum etiam in hac re a nobis tenetur ueritas, quũ hoc facimus quod uniuersę iam placuit ecclesię, quã simul ipsarum scripturarũ cõmendat authoricas, ut quoniã sancta scriptura fallere nõ potest, quisquis falli me ruit huius obscuritate quęstionis, eandẽ ecclesiam de illa cõsulat, quam sine ulla ambiguitate sancta scriptura demonstrat. Hęc Augustinus. Hoc etiam confirmatur testimonio Ioãnis Damascẽni, qui in 13. capi: 4. libri de fide orthodoxa, docens qualiter deum adorare debeamus ad orientẽ, dicit. Nõ scripta est autem hęc apostolorũ traditio: nam multa sine scripto nobis tradita sunt. Idem quoq; in. 17. eiusdem libri cap. Est autẽ hęc traditio nõ scripta, perinde ac adorationis ad orientẽ, adorare scilicet crucem, & alia plurima his quę dicta sunt similia. Hęc Damascenus. Sed Origenes etiam in hanc manibus (ut dicitur) ac pedibus it sentẽtiam. Is enim homilia quinta supra librum Numerorũ sic ait·In ecclesiasticis obseruationibus sunt nonnulla quæ omnibus quidem facere necesse est, nec tamẽ ratio eorũ omnibus patet. Nam ꝙ (uerbi gratia) genua flectimus orantes, & ꝙ ex omnibus cęli plagis ad solam orientis partẽ conuersi orationẽ fundimus, non facilè cuiquã puto ratione compertum. Sed & eucharistiæ siue percipiẽdę, siue eo ritu quo geritur explicãdæ, uel eorũ quæ geruntur in ꝺaptismo uerborum gestorumq;, & ordinũ, atq; interrogationũ ac responsionum quis facilè explicet rationẽ? Et tamen omnia hæc operta & uelata portamus super humeros nostros, quũ ita implemus ea & exequimur, ut a magno põtifice & eius filijs tradita & cõmẽdata susceꝑimus. Hęc Origenes. Vides hic qualiter Origenes testatur aliqua esse quę nobis facere

est necessarium, etsi eorum nulla ex scripturis ratio pateat, sed sola ecclesiæ obseruatio. Irenæus etiam Lugdunēsis episcopus & martyr, martyrisq; discipulus, huic sententię subscribit in cap. 4. tertij libri aduersus hæreses, dicens: Tantæ igitur ostensiones quū sint hęc, nō oportet adhuc quęrere apud alios ueritatem, quā facile est ab ecclesia sumere, quum apostoli quasi in depositorium diues plenissimè in eam cōtulerint omnia quę sunt ueritatis, ut omnis quicunq; uelit, sumat ex ea potū uitę. Hęc est enim uitę introitus: omnes autē reliqui fures sunt & latrones. Propter quod oportet deuitare quidē illos: quę autem sunt ecclesię, cum magna diligentia diligere, & apprehendere ueritatis traditionem. Quid enim? & siquādo de aliqua modica quęstione disceptatio esset, nōne oportet in antiquissimas recurrere ecclesias, in quibus apostoli conuersati sunt, & ab eis de pręsenti quęstione sumere quod certū & rei liquidum est? Quid autē si neq; apostoli quidē scripturas reliquissent nobis, nōne oportebat ordinem sequi traditionis, quē tradiderunt his quibus cōmittebant ecclesias? Hæc Irenæus. Huius authoritas non parui est momenti, nam præter sanctitatē & doctrinā qua polluit, discipulus fuit Polycarpi martyris, quē Ioānis euāgelistę discipulū fuisse plures testant historię. Abeāt ergo Ioānes Vvitclefus, & Ioānes Huss, & Mart. Luthe. eorūq; cōplices, ut quib⁹ uolent suas iactent insanias, derogentq; quātum uoluerint ecclesiæ authoritati. Nam mihi horum per tot secula probatissimorū uirorum sufficisset authoritas, etiā si nulla ratione superius euicissem. Dicamus ergo in omnibus quæ aut credenda aut agenda sunt, ecclesiæ esse obediendū, etiam si scripturę authoritas desit, quāuis hęc ei deesse nō possit, quum hanc ei authoritatē ipsæmet scripturę tribuant. Nam alioqui qualiter asseremus Mariæ

perpetuam uirginitatem, aut filium dicemus patri consubstantialem, quum hæc minimè in sacris literis reperiantur? Mariæ siquidē perpetua uirginitas in sacris literis nusquā clarè inuenitur, nisi fortè in figuris multis & ænigmatis, quæ (ut tertio cap. diximus) minimè ad dogma aliquod adstruendū sufficiunt. Filiū autem consubstantialitas etsi ex euangelio conuincatur, nusquā tamen (ut Arrius Athanasio opponebat) expressè in euangelio reperitur. Vtrunq; tamen ecclesiæ uniuersalis traditione tenemus, cuius firmissima est authoritas. Sūt & alia id genus multa quæ operosum esset recēsere: quę etsi non sunt scripturis expressa, eorū tamen aliqua ecclesia spiritu sancto afflata ex collatione scripturarum colligit, alia per sola uerba ab uno in alterum per tot secula transfusa retinuit: cui illud regij propheta alludere uidetur: Sicut unguentum in capite quod descendit in barbā, barbam Aaron, & in orā uestimēti eius. Ita ut a Christo capite in apostolos transmissa uerba, sint iterū ab ipsis apostolis in uestimentum effusa, usq; in oram uestimenti, id est in finem usq; ecclesiæ, quæ tunica est incōsutilis quā hæretici scindere conantur. Præterea si nihil asseren dum est nisi ex scripturis expressis probari possit, ut ait Lutherus, qualiter ipse testatā se credere purgatorium esse, cum tamē alibi dicat purgatorium nō posse ex sacris literis probari? Verùm nec mirū, quoniā Lutherus sæpissime tanq; turdus (quemadmodum dicitur in prouerbio) sibi malum cacat.

Psal. 132.

Quòd ecclesiā uniuersalē concilia generalia ritè cōgregata sufficiēter exprimāt ac repræsentent: quorū cōciliorū definitionibus & traditionibus ea erit præstāda fides, q̄ uniuersali ecclesię debeā. Ca. VI.

OStendimus satis (ut opinor) manifestè, uniuersalis ecclesiæ traditionibus & definitionibus esse sine ulla hæsitatione obtemperādum. At dubi-

tabit quispiam fortè, ubinam uniuersalis ecclesia unquã congregata fuerit ad aliquid definiendum, aut quo pacto unq̃ congregari possit, cum sit toto terrarum orbe diffusa? Nam hæretici quidam sunt, nempe Vvitclefuitę, Hussitæ, Lutherani (horum hi storias enarrabimus cum inferius ad singulas eorum hæreses deuentũ fuerit) qui ne ecclesiam aperto Marte inuadere uideantur, negant quicquã eam unquã sanxisse, & ideo fingunt nobis quãdam ecclesiam inuisibilem, uereq̃ mathematicã, ab omni sensu abstractam. Quę etsi uisibilis esset, nihil unq̃ definire posset, q̃ cum tam latè pateat, minimè (ut dicũt) ad aliquid definiendum tota unquã insimul congregari ualuit. Et quoniã hoc est ualidissimum eorum scutum quo muniuntur quum eis ecclesiæ authoritas obiicitur, ideo ad eius extenuationem, imò uerius dixerim destructionẽ, ante omnia annitendum erit. Nam in posterũ cum aduersus singulas hæreses pugnabimus, frequens nobis admodũ erit ecclesię authoritas, qua tanquã acutissimo telo hæreticos configemus. Quapropter ut nullũ eis in hac parte relinquerimus scutũ quo se tueri possint, hoc prius ostẽdendum fuit, ecclesiam uisibilẽ esse, sensibusq̃ hominũ obiectam, alicubi iam sæpe cõgregatã, sæpeq̃ olim congregabilẽ. Sed ante omnia prius oportebit iuxta Aristotelis præceptũ ostendere quid sit ecclesia, ne ex re perperã intellecta (ut sæpe contingit) sit disceptatio. Ecclesia de qua nũc agimus, quæ militãs dicitur, est fidelium omnium cõgregatio, quę corpus unũ est cui⁹ caput est Christus: nos autem singuli, alter alterius mẽbra. Nam quod oẽs nos unũ corpus sumus, cuius corporis caput est Christus, testatur Paulus in epist. ad Ro. Ro. 12
Sicut enim, inquit, in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra nõ eundẽ actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo.

1.co.12 Et iterum in prima ad Corinthios epistola idem confirmat dicens·Sicut enim corpus unum est, & membra habet multa,omnia autem membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt: ita & Christus. Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus,siue Iudæi, siue Gentiles,siue serui, siue liberi. Iam uides quomodo ex Pauli sentētia omnes fideles qui semel Christo in baptismo dedicati sunt, unum corpus efficiant, cuius ipse Christus sit caput. Quod autem corpus ipsum ex omnibus fidelibus compactum sit ecclesia,testatur idē Paulus in epistola ad Ephesios,ubi loquēs de Christo redemptore nostro ait·

Ephe.1 Et omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius. Et iterum ad Colossenses quasi eandem repetit sententiam·Adimpleo,in-

Colo.1 quit,ea quæ desunt passionū Christi in carne mea, pro corpore eius quod est ecclesia. Cum ergo singuli fideles qui sunt uelut mēbra corporis huius quod est ecclesia,uisibiles sint,& oculis hominum obiecti atque patentes,qui fit ut ecclesia quæ totū est corpus,inuisibilis sit? Non est enim uerisimile, aut rationi cōsentaneum, ut id inuisibile sit,cuius omnes partes ex quibus coalescit,uisibiles sunt & conspicuę. Verū iam uideo eos aduersus quos agimus,id negare quod assumpsimus, omnes scilicet huius corporis partes uisibiles esse,cum caput ipsum,quod Christus est (uti ipsi asserunt)inuisibile sit.Sed hoc cauillum ita reiiciemus,ut nullus tergiuersationi pateat locus. Nā siue loquaris de eo ante gloriā resurrectionis,siue postmodū,utrobiq; eum per carnis assumptæ dispensationē uisibilem repe-

Baru.3 ries. Nonne Baruch propheta de eo dicit·Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus cōuersatus? Si enī de eo quū doloribꝰ & morti obnoxius erat,

loquaris, quid prohibet ut qui esurit, sitit, lassatur, tristatur, crucifigitur, non etiam uideatur? Nõne ad illud tẽpus refertur quod Esaias de eo ait· Vidim⁹ eum leprosum, & cuius non erat aspectus. Si uerò post susceptã immortalitatis stolã id dicas, uel illo solo Actuũ apostolorũ testimonio cõuinceris: Quibus & præbuit seipsum uiuũ post passionẽ suã in multis argumentis, per dies quadraginta apparẽs eis. Qualiter autẽ potuit multis argumẽtis ostẽdere apostolis se uitam recuperasse, nisi apostoli eum uidissent? Preterea discipuli in castellum quod dicitur Emaus euntes (etsi oculi eorum tenebantur ne eũ agnoscerent) nonne Christum uiderũt? Insuper Thomæ prius incredulo, postmodũ uerò fideli, dicit ipsummet caput iã glorificatũ: Quia uidisti me Thoma, credidisti. Alĩ etiam cõdiscipuli dicunt eidem Thomæ· Vidimus dominũ. Et Paulus in prima ad Corin. epist. testatur de pluribus qui Christũ post resurrectionẽ suam uiderunt. Sic enim ait· Visus est Cephæ, & post hoc undecim. Deinde uisus est plusquã quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent usq; adhuc, quidã autẽ dormierunt. Deinde uisus est Iacob, deinde apostolis omnib⁹. At dices fortè tũc ideo uisibilẽ fuisse, eò q; suę claritatis radios continuerit, inuisibilis futurus si omnem glorificatæ carnis splendorẽ effudisset. Id esse falsum tribus testib⁹ cõuincitur, Petro scilicet, Iacob & Ioanne, ut in ore duorum uel triũ stet omne uerbum. His enim ab eo in montẽ excelsum ductis, transfiguratus est ante eos, & resplenduit facies eius sicut sol. Ipsum uerò sic transfiguratũ discipuli uiderunt. Nã si nõ uiderunt, quomodo post modum testes eius rei esse possunt? Et si Petrus nõ uidit, quo ergo alectus dicit: Bonum est nos hic esse? Si ergo Petrus & alĩ duo Christum trãsfiguratum uiderunt, quî fit ut nunc eum stola immortali

Esa. 53.

Act. 1.

Io. 20.

1. Co. 15

mat. 17

tatis indutum uidere nō possumus, quātalibet claritate fulgeat? Nam transfiguratus symbolū quod dam futuræ īmortalitatis dedit, & in ea fuit refulgentia, in qua nunc ad dexteram patris residet. Sic enim ait glossa cōmunis quæ ordinaria appellat, Marci nono. In ea fuit claritate in qua erit peracto iudicio. Et Beda ibidem. Transfiguratus saluator non substantiā ueræ carnis amisit, sed gloriam futuræ uel suæ uel nostræ resurrectionis ostēdit. Qui qualis tūc apostolis apparuit, talis post iudicium cūctis apparebit electis. Hæc Beda. Est ergo caput ecclesiæ Christus, omni tēpore uisibile: & cum de alijs ecclesiæ membris nō sit qui dubitet ea esse uisibilia, colligit inde, totū corpus esse uisibile. Adde q̄ eadē ecclesia aliqñ uocatur grex, iuxta illud Petri. Pascite qui in uobis est gregem. Huius autē gregis oues singulæ sunt singuli fideles, quos eidē Petro ut uerbo & doctrina pasceret, cōmisit dñs dicens. Pasce oues meas. At quomodo erit grex inuisibilis, cuius omnes oues cōspicuæ sunt? Aut quomodo pastor pascet gregē quē non uidet, nec eum ullo modo cognoscere potest? Vt enim oportet pastorē uultū cuiusq̄ pecoris sui cognoscere, ita etiā totū gregem, ut sciat suū gregem ab alieno discernere. Oportet ergo ut grex qui a pastore debet pasci, sit ei uisibilis: & corpus cuius singula membra sunt uisibilia, ipsum quoq̄ corpus integrum sit uisibile. Nā quāuis fides qua ipsum corpus solidat, & charitas qua uiuificatur, & spirit⁹ sanctus quo regitur, omnes inuisibiles sint, nihil tamen obstat ut corpus ipsum sit uisibile: quēadmodū nihil prohibet hominē uisibilem esse, quāuis anima qua corpus eius uegetatur, inuisibilis sit. Verū q̄a in caussa fidei efficaciora sunt sacræ paginę testimonia (ut capite secūdo diximus, & infra in titulo fides, longius differemus) q̄ omnes quantūuis urgentes ra-

1.Pe.5.

Ioā.21.

tiones, ideo ad huius rei cõfirmationem aliqua afferam tam clara testimonia, ut nisi malitia eũ iam excæcauerit, apertè uideat ea non nisi de uisibili ecclesia posse accipi. Cum sacra historia describit dedicationẽ tẽpli a Salomone extructi, iter cętera ait: 3. Reg. 8.
Conuertit rex Salomõ faciẽ suã, & benedixit omni ecclesiæ Israel. Omnis enim ecclesia Israel stabat. Sed si ecclesia esset inuisibilis, qualiter ad eam Salomon faciem suã cõuertisset? Præterea Christus docẽs gradus per quos fraterna correctio debeat incedere, tertio loco iubet dicẽdum esse ecclesię. Si autẽ ecclesia est inuisibilis, nulla patet uia ut quis ecclesiã cognoscere ualeat ad aliquid ei denũciandũ. Huic accedit, ꝙ Paulꝰ maiores natu ecclesiæ Ephesi, Mileti cõgregatos sic admonuit. Attẽdite uobis & uniuerso gregi in quo uos posuit spiritus sanctꝰ regere ecclesiam dei, quã acquisiuit sanguine suo. Act. 20
Qualiter autẽ homo mortalis poterit regere id qđ minimè uidere potest? Rursum idem Paulus in prima ad Cor. epist. Ego enim sum minimus apostolorũ, qui nõ sum dignus uocari apostolus, qm̃ per secutus sum ecclesiam dei. Et iterũ ad Galatas. Audistis enim conuersationem meam aliquando, qm̃ supra modũ persequebar ecclesiã dei, & expugnabam illã. At minimè fieri potest ut corporalis persecutio qualis illa erat, inferri possit in eũ qui inuisibilis est. Quòd si id fieri contendas per id quod Christus eidẽ Paulo dixit. Ego sum Christus, quẽ tu persequeris: nec tamen Paulus tunc Iesum uidebat, utpote ad dexterã patris residentẽ: qs nõ uidet illud ea ratione ab eo dictũ qua alias dixerat, Amẽ dico uobis, quãdiu fecistis uni de his fratribꝰ meis minimis, mihi fecistis? Quã ergo persecutionẽ se ecclesiæ intulisse postmodũ Paulus fateꝰ, hãc eandẽ se passum Christus queritur, eò ꝙ naturale est capiti, ut reliquis corporis mẽbris compatiatur. Satis 1. co. 15 Gala. 1. Act. 9. mat. 25.

iam pro hac re utcũq; paucis dixisse arbitramur: si quæ fortè dicenda restabũt, inferius in titulo Ecclesia differentur. Nũc ad reliquum accingamur, ut ecclesiam uidelicet quã iam uisibilẽ esse ostendimus, alicubi iam congregatã, & aliqñ cõgregabilẽ) quã tumlibet latè pateat (cõprobemus. Hoc autem satis (ut existimo) cõprobabitur, si ostenderimus cõcilium generale ritè congregatũ sufficienter ecclesiam uniuersalem repræsentare. Nam eo ipso ostensum erit toties uniuersalem ecclesiã in locum unũ coisse, quoties generalis synodus ecclesiæ ritè congregata fuerit. Quòd autem cõcilium generale repræsentet uniuersalem ecclesiam: si ipsius cõcilij in hac parte ualet testimoniũ, citò ꝓpositum nostrum efficiemus. Concilium nãque Cõstantiense, qđ nõ dubito in spiritu sancto fuisse congregatum, ut rei exitus docuit, inter cætera quæ quarta sessione definita sunt, hoc primũ decernit: Et primò ꝙ ipsa synodus in spiritu sancto cõgregata, legitimè generale cõcilium faciens, ecclesiam catholicã militãtem repræsentãs, potestatem à Christo ĩmediatè habet, cui quilibet cuiuscũq; status uel dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad extirpationem dicti schismatis, & reformationem generalem ecclesię Dei in capite & in membris. Hæc concilium. Ecce uides qualiter cõcilium Constantiense testatur se repręsentare ecclesiam catholicam militãtem. Verũm scio nõ defuturos qui huic testimonio obĵciãt id quod Pharisæi Christo obiecerunt · Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est uerum. quibus respondere idem concilium meritè posset id quod Christus eisdem Pharisæis respondit, Et si ego testimonium perhibeo de meipso, uerum est testimonium meũ, quia scio unde ueni, & quò uado: uos autem nescitis unde uenio, aut quò uado. Vos secũdũ car

Ioan. 8

Ibidẽ

nem iudicatis,ego non iudico quẽquam.& si iudi
co ego,iudicium meum uerum est,quia solus non
sum,sed ego(Christus dixit)& qui misit me pater.
Cõcilium autẽ dicere posset, Ego, & qui docet me
spiritus sanctus,qui suggerit nobis omnem uerita
tem.Et in lege uestra scriptũ est,quia duorũ homi-
num testimonium uerũ est. Sed hæc licet aduersa-
rium non cõuincant, bene tamen affectum docere
possunt.Aliter ergo assertionẽ nostram firmemus.
Primò sic, quia usu cõmuni & uniuersali hominũ
locutione reperimus, ut quoties primates omnes
alicuius reipublicæ,quibus a populo ius decernẽ-
di cõmissum est,in unum quẽlibet conuenerint lo
cum,dicamus rempublicã congregatam esse,eò q̃
ab his cæteri omnes pendent.Ad hunc modũ cum
in cõcilio generali omnes episcopi, quos solos de⁹
posuit regere ecclesiã suam, cõueniant, dicitur tũc
respublica Christiana,hoc est catholica ecclesia cõ
gregata. Hoc manifestè ostenditur in eo loco tertij
Regum,quem superius alteri negocio aptauimus.
Postquã enim sacra illa historia descripsit magnifi 3.reg.8
cam illam templi constructionẽ,sic ait,Tunc con-
gregati sunt omnes maiores natu Israel cum prin-
cipibus tribuum, & duces familiarũ Israel ad re-
gem Salomonẽ in Hierusalem, ut deferrent arcam
fœderis domini de ciuitate Dauid, id est de Sion.Et
postquã dixerat arcam illatã esse in oraculum tem
pli,subnectit,Conuertitq; Rex faciem suã, & bene
dixit omni ecclesiæ Israel. Omnis enim ecclesia Isra
el stabat.Hæc ibi.Quo ex loco clarè patet conuen-
tum illum in quo fuerant cõgregati maiores natu
Israel,& principes tribuum,& duces familiarũ,ge
minata uice appellari omnẽ ecclesiam. Rursus con
cilio coacto Hierosolymis pro magnifica illa quæ-
stione decidẽda,an scilicet legitima essent simul cũ
euangelio obseruanda:postquã dixerat conuenisse

apostolos & seniores uidere de uerbo hoc, & in ea
Act.15. re definisse, dicit: Tunc placuit apostolis & senioribus cum omni ecclesia eligere uiros ex eis, & mittere Antiochiam. Vides hic iterum conuentū illum apostolorū & seniorum uocari uniuersam ecclesiā. Et beatus Gregorius hoc idem asserit, qui loquēs de quatuor illis illustribus nec unquā satis laudatis concilijs, uidelicet Niceno primo, Cōstantinopolitano primo, Ephesino & Chalcedonensi etiam primis, sic ait, Cunctas uero quas præfata uenerāda concilia personas respuunt, respuo: quæ uenerātur, amplector: quia dum uniuersali sunt cōstituta consensu, se, & non illa destruit, quisquis præsumit absoluere quos ligant, aut ligare quos absoluunt. Hæc ille. Ecce qualiter Gregorius asserit in cōcilijs decreta, uniuersali consensu esse cōstituta: quod minime uerū esset, nisi censeret idem beatissimus pater generale cōcilium uniuersam ecclesiā repræsentare: præcipuè cum proprium episcoporū ac aliorū prælatorū munus sit docere, quod ad subditos mi
1.Pe.5. nime pertinet. Solis enim prælatis dicitur, Pascite qui in uobis est gregē. Et cum Christus Petrum reliquis omnibus ptulisset, nihil aliud dixit ꝙ pasce
Ioā.21. oues meas. Prælatorum ergo est docere & iubere, subditorum est discere & obtēperare. Pastorē oportet pascere oues, ouium autē solum est pasci. Hoc
Mal.2 enim Malachias propheta testatur, qui ait, Labia sacerdotis custodiunt scientiā, & legem exquirent de ore eius, quia angelus domini exercituū est. Si ergo sacerdotes sunt a quibus scientia exquiritur, non autē subditi: non erit necessariū, ut in cōuentū qui fit pro re aliqua differenda, subditi cū prælatis conuocentur. Quòd si dicas subditos omnes esse mēbra huius corporis, & ideo debere simul cū prælatis cōuocari: respondetur per id quod ait Paulus
2.co.12 in.1.ad Corinth.epi. Et si dixerit auris, quoniā non

sum oculus, non sum de corpore: non ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus, ubi auditus? Prælati siquidē, quorum partes sunt docere & regere, oculorū funguntur officio, quoniā hi pro reliquis membris uident, eáq; quò mens uoluerit, dirigunt. Subditi uerò, quorū est obedire, aurium exercent officium, quoniam hæ sunt per quas doctrina quælibet & fides habetur. Fides nāq; est ex auditu. Non ergo subditi excluduntur a corpore, eò q; Ro. 10
ad id officium nō admittuntur, quod nō est illis in corpore dispēsatū. Nōne dicimus corpus aliquod humanū uidere si eius oculi uideant, quāuis cætera mēbra nō uideant? Nunquid ideo dicemus corpus non audire, quia multa in corpore mēbra non audiant, quāuis aures opus sibi cōmissum debitè exequantur? Tunc enim reuera totū corpus id exequi dicitur, cū mēbrum id quod sibi ex officio incumbit, operatur. Quo fit ut tunc ecclesiā quę unū corpus est, aliquid definisse interpretemur, cū illud omnes illi ad quos spectat, cōgregati, atq; consentientes decreuerint. At cum ñ omnes ad cōcilium generale cōuocentur, cōsequens est, ut in ea re definienda dicamus generale cōcilium ecclesiam uniuersalem repræsentare, cum id agāt quod ad nullū aliū spectare dignoscitur. Quòd si adhuc fortè contendas, fideles omnes ad eum cōuentum esse cōuocandos, in quo est aliquid de fide definiendū: tam claris id scripturę testimoniis reñciemus, ut nullus amplius scrupulus urgeat. Primū enim concilium ab Apostolis cōgregatum describitur Actuū. 6. In diebus autē illis (inquit) crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorū aduersus Hebræos, eò q; despicerētur in ministerio quotidiano uiduæ eorum. Conuocantes autē duodecim multitudinem discipulorū, dixerunt, Non est æquum nos derelinquere uerbum dei, & ministrare men-

sis. Considerate ergo fratres, uiros ex uobis &c. Vides ibi minime conuocari plebem, aut ꝑmiscuã multitudinem, sed ꝓcisè multitudinem discipulorum. Multo autem efficacius nostrũ propositum confirmat id quod in 15. ca. eiusdem libri scribitur, in quo nobis cõciliorum effigies ad uiuum depingitur. Sic enim ibi dicitur, Et quidã ascendentes de Iudæa docebant fratres, quia nisi circũcidamini secũdum legem Moysi, nõ potestis saluari. Facta ergo seditione nõ minima Paulo & Barnabæ aduersus illos, statuerũt ut ascẽderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex alijs ad Apostolos & ꝓsbyteros in Hierusalem super hac quæstione. Et parum infrà, Conueneruntq; Apostoli & seniores uidere de uerbo hoc &c. Et tãdem inquisitione facta inter eos, lata est ab Apostolis & senioribus sentẽtia in hũc modum, Visum est spiritui sancto & nobis, nihil ultrà imponere uobis oneris, q̃ hęc necessaria, ut abstineatis uos ab ímolatis simulacrorũ, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, à quibus custodientes uos bene agetis. Hæc ibi. Ecce apertã celebrãdi cõcilij regulam: ex qua, temporũ successu, cum ecclesia iam liberata esset à persecutione tyrannorũ, reliqua generalia cõcilia modũ & formã suæ celebrationis sumpserũt. Vides tamen ibi minime cõuocari omnem populi Christiani multitudinem, sed solùm Apostolos & seniores cõuenisse, diligentiq; examinatione ex collatione scripturarũ facta, sententiam tulisse, quam usq; in hodiernum diẽ catholica ecclesia amplexata est. Si ergo non oportet ad aliqd in fide definiẽdũ promiscuæ plebis multitudinem cõuocari, sed solũ maiores ecclesiæ, ꝙ hi sunt quorũ interest in ea re definire, & ꝙ ad eã rẽ agendã uniuersalem repræsentant ecclesiã, cõsequens est ut generale cõciliũ ad qđ primores ecclesiæ oẽs cõuocantur, uniuersam etiã repręsentent ecclesiam.

cleſiam. Ex quo etiam colligiſ, cõciliorũ generaliũ ritè congregatorum traditiones, tanquam ab uniuerſali eccleſia emanãtes, eſſe ab omnibus recipiendas. Præterea ſi conſilia generalia minimè uniuerſam repræſentarent eccleſiã, ac ideo ab eis ſuſtollatur poteſtas in cauſſa fidei decernendi, omnia prorſus erunt in eccleſia ambigua, nec uia aliqua patebit qua hæreſes extirpari poſſint, imò inexhauſta ſuggerẽt fidei oppugnãdę materia, cuicũq; libuerit nouas excitare hæreſes, aut ſuſcitare ſepultas. Niſi enĩ publica aſtitiſſet Niceni cõcilĩ definitio aduerſus Arriũ, et Cõſtãtinopolitani aduerſus Eunomiũ & Macedonium, & Epheſini aduerſus Neſtoriũ, & Chalcedonenſis aduerſus Eutychem, adhuc eorũ hæreſes uiuerent, nec deeſſent qui ſub earum authoribus militarẽt, quum quicqd ex eis ſcripturis obĩceretur, praua interpretatiõe in alienũ ſenſum detorquerent. Hac enim ſola cauſſa factum eſt, ut tempore illo quo eccleſia tyrannorum rabiem perpeſſa eſt, Chriſtianiſmus fuerit in plurimarũ hæreſum ſciſſuras diuiſus: quia ſcilicet epiſcopi catholici in unũ conuenire nõ poterant, ut eis obſtarent, uſq; ad tempus Conſtantini, à quo cœperunt concilia cõgregari, ex quorũ frequentatione plurimis hæreſib⁹ itum eſt obuiã. Rurſus de filĩs Iſrael hoc legimus, ut quicquid inter eos dubitatiõis oriebatur, ad Moyſen, ut ab eo decideretur, deuoluebat. Deinde quum Moyſes in montẽ ſubĩt legem recepturus, ſi fortè aliquid interea ortum fuiſſet, de remedio prouidit. Habetis (inquit) Aaron & Hur uobiſcum: ſi quid natũ fuerit quæſtionis, referetis ad eos. Inſuper ne poſt eorum mortem Synagoga remedio careret ad quęſtiones finiẽdas, uide qualiter dominus prouiderit. Sic etenim ait in deuterono. Si difficile & ambiguũ apud te iudiciũ eſſe perſpexeris ĩter ſanguinem & ſanguinẽ, inter cauſſam & Ex. 24 Deu. 17

cauſſam,leprã & non leprã, & iudicum intra portas tuas uideris uerba uariari,ſurge & aſcẽde ad locum quem elegerit dominus Deus tuus, ueniesq; ad ſacerdotes Leuitici generis,& ad iudicẽ qui fuerit illo tẽpore,quęresq; ab eis,qui iudicabũt tibi iudicij ueritatẽ,& facies quodcũq; dixerint qui præſunt loco quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius: ſequeriſq; ſententiam eorum,nec declinabis ad dexteram uel ad ſiniſtram. Hæc ibi. Vides igitur quæſtionem dubiam minimè ad plebem eſſe deducendam,aut ad reges aut duces, ſed ad ſacerdotes Leuitici generis,quorum definitioni obtẽperare præcipit. Vides etiam quantũ Deus ſynagogæ proſpexit,qui in omnẽ euentũ de remedio
Eſa. 5. ei prouidit. Quod bene per Eſa. pphetam inſinuat dicens,Quid potui facere uineæ meæ, quód non feci? Quid ergo putas eũ feciſſe eccleſiæ ſuæ? Nonne credendũ erit æquè proſpexiſſe eccleſiæ ac ſynagogæ? Imò multo magis,quum de ea dicat alius pro-
Agg. 2 pheta,Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ, pluſquam primæ. Erit ergo dicendũ perinde ac de ueteribus patribus enarratum eſt,Si difficile atque ambiguũ iudicium eſſe perſpexerit quiſpiã, ueniat ad primores eccleſiæ,qui cõcilio coacto,reqs(ut de cet)maturè diſcuſſa,docebunt eũ iuxta legem Dei, ſequeturq; ſententiam eorum, nõ declinãs ad dexterã neq; ad ſiniſtrã. Hinc patet q; inani labore fatigatur Guido Carmelita, qui in ſuo primo li. de hæreſibus conuertit ſe ad probandum ea quæ in quatuor illis primis concilijs definita ſunt: ad quẽ modum oportebat eum etiam probare omnia quæ in reliquis cõcilijs decreta fuere: qd opus fuiſſet immenſum. Quapropter cõſultius eſſet conciliorum authoritatem,eorumq; in definiendo certitudinem comprobare: quo facto,breui cõpendio omnes cõciliorum definitiones roborantur.

Quòd aliorum hominũ quantũlibet sanctorũ scripturę nõ sufficiãt ad hæresim reuincendã. Ca. 7.

HActenus disseruimus de hæresi, & de his qbus hæresis reuinci potest: uerũ sunt multi q alios habẽt gnomones quãuis fallaces, & ad munus id exequendũ minimè certos, ad quos tamen uolunt omnes assertiones de hæresi examinare, ac ideò facillimè de hæresi pronunciãt, nulla prorsus habita ratione qua id euincere possint. Sũt enim plerique qui sic afficiũtur aliquorũ hominum scriptis, ut si fortè quempiã uiderint qui uel digito trãsuerso ab eorũ sentẽtia discedat (oculatus testis loquor) hæresim statim inclamẽt. Quapropter hoc oportuit etiã ostẽdere, nullã uidelicet scripturã, cuiuslibet hominis quantũlibet docti, quantũlibet etiã sancti, esse efficacẽ ad hæresim reuincẽdam, nisi ex sacræ scripturæ testimonio, aut ex ecclesiæ definitione id esse cõstiterit. Hoc autẽ facilè quisq; perpendet, si prius hoc apud se discutiat, quale oporteat esse testimoniũ, ut nos cogat ad fidẽ alicui rei præstandã. nã id solum efficax erit ad reiciendũ quicqd illi rei clarè dignoscatur repugnare. huiusmodi uerò testimonium quod nos alicui credulitati faciat obnoxios, oportet ut à tali persona habeatur, de qua cõstet eã nec posse falli, nec fallere uelle. Quòd si falli potest aut fallere, quocũq; eius testimonio adducto, citra fidei iniuriã, aut hæresis labem reiciet: caussabitur enim statim eũ in illa re deceptum, aut decipere uoluisse: q; utrũq; horũ euenire poterat. Nam qd obstat, ut eũ q falli potest, falsum fuisse dicamus? At ois homo ex peccato primorũ parentũ adeò obtusum traxit ingeniũ, ut ad uerã rerũ notitiã minimè penetrare ualeat, quo fit ut sæpe in discernẽdo fallatur. Nã inter incõmoda quę in hac uita patimur (teste Augustino) est fallax iudiciũ. Atq; ita propheta dixit, omnis homo mẽdax: & (ut est in prouerbio)

quandoq; bonus dormitat Homerus. Nō est ergo æquum, aut rationi consentaneū, ut ei qui aut falli aut fallere potest, qualis est quis purus homo, sub interminatione gehennæ credere teneamur. Nā inde eueniret ut sæpissime falsa pro ueris recipere teneremur, & uera pro falsis: quod nefas est dicere. Præterea quum sæpe inter doctissimos atq; sanctissimos uiros de eadem re non conueniat, erit necessarium ab aliquo eorum discedere, neq; tamen cū fidei iniuria, aut hæresis nota, cū id fieri nullo modo possit, ut oppositis secumq; pugnantibus assertionibus quis assentiat. Hieronymus ait Paulum simulatione tantū & nō uerè reprehendisse Petrū, Augustinus autem ait Petrum uerè iustéq; à Paulo reprehensum. Hieronymus ait eū qui ante baptismum duas habuerit uxores, susceptō postmodum baptismo posse ad sacerdotiū promoueri: cui assertioni refragantur Ambrosius, Augustinus, cæteriq; omnes. Augustinus, uniuersi mūdi fabricā ait fuisse à Deo etiam quo ad uarietates formarū uno eodemq; tēporis momento extructā, nullamq; prorsus admittit in ea re temporis successionem, sed illa dierum uolumina interpretatur angelicæ cognitionis alternationes. Cui interpretationi adeò contradicitur, ut nullum unquam ex sacris scriptoribus uiderim qui illi in hac parte assentiat. Sunt & id genus multa. Quis ergo tā demēs erit, ut ei qui alterutram partē harum assertionū amplecti uelit, hæresis notam impingat, q̄ alicui doctori sacro repugnet? Non erit ergo unquā citra temeritatē aliqd appellandū hęresis eò q̄ sanctorū dictis repugnat, modò nō obuiet scripturæ sacræ, aut ecclesiæ definitioni. Vnde Augustinus in Epistola ad Hieronymum quæ est in ordine aliarum epistolarum 19. sic ait, Ego enim fateor charitati tuæ, Solis eis scripturæ libris, qui iam canones appellantur, didici hūc

timorē honoremq́ deferre, ut nullum horum auctorem scribendo erraſſe aliquid firmiſſimè credā: aut ſi aliquid in eis offendero literis, quod uideatur contrariū ueritati, nil aliud q̄ mendoſum eſſe codicem, uel interpretē nō aſſecutū eſſe, uel me minimè intellexiſſe non ambigā. Alios autē ita lego, ut quātalibet ſanctitate uel doctrina polleant, non ideo uerū putem quia ipſi illa ſenſerunt, ſed qa mihi per alios authores canonicos, ſcilicet ſacræ ſcripturæ, aut probabili, id eſt euidenti ratione, quod à uero non abhorreat, perſuadere poterunt. Nec te frater mi arbitror ſic libros tuos legi uelle, tanquā prophetarū & Apoſtolorum, de quorū ſcriptis q̄ omni errore careant, dubitare nefariū eſt. Abſit hoc de pia humilitate & ueraci de temetipſo cogitatione. Hæc Auguſtinus. Quare fateor me nō poſſe cohibere iracundiam quoties uideo aliquos ita addictos hominum aliquorum ſcriptis, ut impium autumēt, ſi uel in modica re quis ab eorum ſententia diſcedat. Volunt enim hominum ſcripta uelut diuorū oracula recipi, illumq́ honorem illis exhiberi, qui ſolis ſacris literis debetur. Non enim iurauimus in uerba hominis, ſed in uerba dei. Ego enim miſerrimā hanc dicerem ſeruitutem, ſic eſſe humanæ ſententiæ addictum, ut non liceat ullo modo illi repugnare: qualem patiuntur hi qui ſe tantū beati Thomæ, aut Scoti, aut Ocan dictis ſubijciunt, ut ab eorum placitis, in quos iuraſſe uidentur, nomina ſortiantur, quidā Thomiſtę, alij Scotiſtæ, alij Ocaniſtæ appellati. Paulus quidem iuſſit captiuare intellectum noſtrū, ſed in obſequium Chriſti, non autē in obſequiū hominis. Quo fit ut hi qui tā leuiter de hæreſi pronūciant, nō expēdentes de qua re loquantur, ſæpe ſua ipſorum feriantur ſagitta, incidantq́ in eam foueā quam alijs parabāt. Nam uelle humanas ſcripturas in diuinarū ordinē cōnume 2.co.10

rare,hoc uerius ego dixerim hæresim: quod faciũt hi qui humanis scriptis dissentire impiũ autumãt, perinde ac diuinis: quales ego uidi in tantã insaniã deuenisse,ut nõ sint ueriti in publica ad populum concione hoc effundere,Quisquis a beati Thomæ sententia discesserit,suspectus de hæresi est censendus. O fortes uerbi Dei,imò,uerius dixerim,uerbi Thomæ prædicatores. Erit ergo beatus Bonauẽtura suspectus de hæresi putandus, ꝙ in multis obtuiet beato Thomæ? Erit ergo beatus Anselmus suspectus de hæresi dicendus,ꝙ cõtra beati Thomæ sententiã nõ putat amatorem uirginis, qui festum Conceptionis celebrare respuit? Nec tamen ista sic à me dicta uelim,ut quispiã putet his uerbis oẽs illius instituti aut ordinis homines uelle mordere. Noui enim ex eis plures doctos,& cordatos,ac uerè pios,quibus,cũ ista aguntur,aut ab alijs ut plurimum indoctis dicuntur,ualde displicent. Valde enim displicet etiam mihi,ꝙ & nostrũ sodalitiũ in uerba Scoti ferè iurasse uideatur. Ego quidẽ beati Thomæ sanctitatem ueneror,eius doctrinæ multũ tribuo,ꝙ multum ecclesiam illustrauerit: nõ tñ puto adeò esse illi fauẽdum,ut per omnia oporteat cũ illo sentire. Necꝫ hoc ego unq̃ de beati Thomę humilitate crediderim, ut uelit quẽpiã suis dictis sic esse addictum, cum nec ipsemet eisdem adeò fuerit addictus,ut meliora ostendenti nõ fuerit paratus obtemperare. Nam sæpe suam ipse reuocauit sentẽtiam. Beatus nanq̃ Augustinus optat suorum operum lectorem nõ esse dictis eius prorsus deditum. Sic enim ait tertio de Trinit. cap. i. Sanè cum in omnibus literis meis non solum pium lectorem, sed etiam liberũ correctorem desiderẽ, multo maximè in his,ubi ipsa magnitudo quæstionis utinam tam multos inuentores habere posset,q̃ multos cõtradictores habet. Veruntamen sicut lectorem meum

nolo mihi esse deditum, ita correctorē nolo sibi. Ille me non amet amplius q̄ catholicam fidem. Ille se non amet amplius q̄ catholicam ueritatē. Sicut illi dico, Noli meis literis quasi scripturis canonicis inseruire, sed in illis & quod non credebas, quum inueneris, incunctanter crede: in istis autem quod certum nō habebas, nisi certum intellexeris, noli firme retinere: ita illi dico, Noli meas literas ex tua opinione uel cōtentiōe, sed ex diuina lectione uel inconcussa ratione corrigere. Hæc Augustinus. Verùm non est hic prætermittendū quod glossator uoluminis decretorum ait, ut saltem hac ratione uel illius ineptiæ misereamur, uel eius audaciam irrideamus. Is enim exponens hanc proximè citatam Augustini authoritatem, quę ponitur in eo libro distinctione 9. cap. Noli, sic ait, Loquitur hoc secūdum ea tēpora quum adhuce scripta Augustini & aliorum sanctorum patrum nō erant authentica, sed hodie iubentur teneri usq; ad ultimum iota, ut infra. 15. distinc. cap. ulti. Hæc glossator. Quis iam ferat ut hominem tam apertè mendacem non insectetur? Vbinam. 15. distinc. cap. ulti. iubetur sanctorum patrum dicta usque ad ultimū iota teneri? Aut qualiter præcipi potest, cum sanctorū patrum sententiæ sæpe (ut superius ostendimus) inuicem repugnent? Nō potest certè deus contradictoria præcipere, tātum abest ut papa præcipiat. Quòd si omnia sanctorum patrum dicta iubentur usq; ad ultimū iota teneri, quis non uidet hac ratione contradictoria præcipi, cum illorum sententiæ inuicē contradicāt? Ecce quales sunt decretorum glossatores, quibus tāta fides adhibetur. Nunc etenim uel hoc solo argumēto apparet esse uerum quod isti glossatori Ioānes Dunus Scotus impingit, dicēs. Mittūt & remittūt, & tandem nihil ad ppositum. Sed scio undènā bonus homo ansam erroris acceperit. Nā

illo ultimo cap. 15. distinc. Gelasius papa, cuius est decretum illud, recēsens libros catholicorum uirorum qui legi possunt, illis annumerat epistolā Leonis summi pontificis ad Flauianum, in cuius commendationem talia subiūgit uerba, Cuius textum aut iota si quisquā disputauerit, & non eam in omnib⁹ uenerabiliter receperit, anathema sit. Hæc ibi. Bonus autem glossator quod de sola illa epistola dictum est, parum rē circūspiciens, putauit ad omnes iam enumeratos libros esse referendum. Quantum autem fallatur, uel grammaticā sciens probè deprehēdet. Colligamus ꝙ sanctorum ecclesiæ doctorum scripta non sunt sic suscipienda, ut nobis liberum non sit aliter sentire ꝙ ipsi senserunt, præcipuè cum inter eos de re eadem non conuenit, aut aliunde illorum assertio non comprobatur. Quòd uero in eodem loco Gelasius papa plurimorū sanctorum uirorum scripta approbat, sic accipiēdum est, ut intelligamus hac ratione probari, ꝙ catholicæ fidei minimè repugnent, ut nihil scilicet in eorū scriptis reperiat quod à fide orthodoxa discedat: non tamen sic ut omnia illorum dicta pro lege suscipienda sint. Sunt enim multa quæ etsi fidei non repugnent, non tamen ad ea credenda catholica fides nos constringit: ut gratia exempli ꝙ cælum habeat materiam huic inferiori simillimam, nec repugnat fidei catholicæ, nec etiam est fides catholica, sed liberum est cuique quam uoluerit sententiam amplecti. Sic etiam illa sacrorū uirorū opera quæ a Gelasio papa probātur, aut quęuis alia a quouis summo pontifice in posterum probata, probantur uelut cum fide catholica cōuenientia, quòd scilicet ab ea minime discedant: non tamen pro fide catholica nobis traduntur, aut pro fide à nobis suscipi illo pontificio decreto iubentur. Nō est ergo scriptis cuiuscunque hominis quātalibet sanctitate & do-

ctrina pollentis,adeo tenaciter adhærendum,ut & si ratio adsit,nō liceat discedere. Nec tamē ideo illustrium uirorum & per multa secula probatorū dicta sunt reijcienda aut floccipēdenda. Nā hoc esset maximæ audaciæ atq; superbiæ, qualem se habere ostendunt hoc nostro calamitoso tēpore Lutherani,& olim ostenderunt Vuitclefuitæ,ac longe antè Petrus Abailardus, ut beatus Bernardus testatur in epistola.190. Hi enim non erubuerunt,nec nunc erubescunt,omnium sanctorum dictis repugnare. Nam si obijciantur eis quorūcunq; illustrium uirorum quantūlibet etiam sanctorū testimonia,statim proclamant,Homines sunt ac nos. Fateor,homines sunt,uerūtamē homo homini nihil præstat? Nōne stulto intelligens aliquid interest? Nunquid non inter prophanū & sanctum erit aliquis ordo? Vide quid propheta Ezechiel reprehēdat, Inter sanctum(inquit)& prophanū non habuerunt distantiam. Habenda est certè ratio uitę perinde ac doctrinæ,quoniā(ut inquit Ecclesiasticus)anima uiri sancti enunciat aliquādo uera,magis q̄ septem circūspectores sedentes in excelso ad speculandū. Et beatus Ioannes in epistola, Vnctio eius docet uos de omnibus. Est etiam aliquid deferendū antiquitati, non q̄ uelim rerum æstimationem a solis annis sumi,quoniā hoc stultissimū est,cum hac lege oporteret etiam uitia cōprobare,quæ antiquissima reperiuntur:sed q̄ antiquitas uitæ & doctrinę accedēs, magnum pōdus efficiat. Nam qui uirum per multa secula laudatum cōtemnit,eoipso cōtemnere uisus est eos omnes a quibus ille laudatus fuit,& in precio habitus. Si ergo uni uiro docto simul atque sancto,ac per multa secula probato,tantum tribuēdum est, ut citra impudentiam nō liceat ab eo nisi ratione adducta, & hoc cum reuerentia discedere, quātum erit tribuēdum omnibus illis in eadem re

Ezec.33

cap.37

1.Ioā.3

consentientibus? Tunc certè temerarium erit aduersus omnes sentire, cum inter omnes de eadē re conuenit. Nam etsi errare & labi in aliquibus potuerunt, ut homines: in rebus tamen arduis ad fidem spectantibus ut cōcorditer errauerint, nunquā credam: quoniā hoc Christi pollicitationi & perpetuę spiritus præsentiæ maximè repugnat. Ipsius enim
Ioan.14 Christi uerba sunt hæc, Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabo uobis, ut maneat uobiscū in æternū, spiritū ueritatis. Et infra. Paracletus aūt spiritus sanctus, quē mittet pater in noīe meo, ille uos docebit oīa, & suggeret uobis oīa quæcūq; dixero uobis. Quòd si hæc ad solos apostolos dicas esse referēda, qualiter uerū erit quod dicitur, Et maneat uobiscum in æternū? aut quare apostolis hæc promittūtur? Nunqd̄ ppter ipsos solos apostolos? Non certè, sed propter ecclesiam, quę tunc apostolorum doctrina illustranda erat. Si ergo propter ecclesiam dicta illa, & promissiones illæ factæ, cū eadem sit nūc ecclesia, quæ tunc, nec minus etiā egēs spiritu illustratore q̄ tunc, fit ut ecclesię omni tempore dati sint a Deo doctores, quos spiritꝰ sanctus edocet omnia ad salutē necessaria, & suggerit illis interpretationē eorum quæ Christus dixit, ut istorum doctorum interpretationibus ecclesia illustretur: sicq; fiet, ut spiritus ī ea maneat in ęternū: quod
Eph.4 etiam apostolus manifestè ostendit dicens, Et ipse quosdam quidem dedit Apostolos, quosdā autem prophetas, alios uerò euangelistas, alios autem pastores & doctores. Ecce qualiter præter Apostolos dominū dedisse doctores & prophetas Paulus testatur. Prophetas autē beatus Ambrosius declarat esse sacrarum literarū interpretes. Verùm si hoc neget Lutherus, de doctoribus nō potest negare quin eos dixerit a Deo datos fuisse ecclesiæ. Ad quid autem dederit, ipse Apostolus declarat subiungēs, Vt

uidelicet iam nō simus paruuli fluctuantes, & circ
cūferamur omni uento in nequitia hominū, in astu
tia ad circūuentionem erroris: ueritatem autem fa-
cientes in charitate, crescamus in illo per omnia,
qui est caput Christus. Hęc Paulus. Si ergo ad hoc
dati sunt, ut non circūferamur omni uento doctri-
næ ad circūuentionem erroris, non est possibile ut
omnes simul errauerint, qui ut nos nō erraremus,
missi sunt. Quapropter etsi uni aut alteri ex docto
ribus sacris refragari liceat, omnibus tamē in eadē
re concordibus contradicere minimè licebit. Quo
fit ut concors omnium sacrorum doctorū tam pre
sentium q̄ præteritorū de aliqua re sententia, æquè
efficax sit argumētum ad hæresim reuincēdam, si-
cut ecclesiæ in cōcilio cōgregatæ definitio: quoniā
nullo pacto credibile est ut deus illos omnes erra-
re permitteret: imò non est credibile eos in unā ean
dēq̄ uenisse sententiā, nisi a spiritu sancto uno eorū
omnium magistro fuissent edocti. Hoc enim argu-
mento beatus Augu. lib. 18. de ciuitate dei, cap. 41.
probat scripturę sacræ ueritatē aduersus Ethnicos:
quoniā in illa numerosa philosophorū multitudi-
ne uix reperietur unum aut alterum dogma (euidē
tibus exceptis) quod inter omnes cōuenerit. Nam
posteriores etsi præcessorū scripta perlegerint, illis
tamen assentire contempserunt. Quo factum est, ut
priorum philosophorū discipuli inter se pugnaue-
rint, & suorum magistrorum dogmate posthabito
proprias sectas docere curauerint, quò quisq̄ alio
& sapientior & acutior uideri posset. Aristoteles di
scedit a Platone, Plato a Socrate, Socrates a Pytha-
gora. Hoc autem nō alia ex caussa uenisse putan dū
est ut magistris discipuli repugnauerint, discipuli
inuicē cōtenderint, nisi quia proprio ducebātur spi
ritu. Quapropter nisi spiritus ille sacer, qui unus
semper & ubiq̄ est, sanctorum uirorum mentem

mouisset, docuisset q̃, fieri minimè poterat ut concorditer quicq̃ sentirent, præcipuè cum ex his plures coqui, longoq̃ terrarũ spatio separati, idiomateq̃ diuisi fuerint, atq; ita aliorũ libris minimè lectis, sed diuino spiritu suggerẽte, eidẽ subscripserit sententiæ. Omnium ergo sacrorum doctorũ de aliqua re ardua concors sententia, cui nunq̃ ab ecclesia, aut ab alijs uiris catholicis impune cõtradictũ est, pro uera ecclesiæ definitione tenenda erit, atque illi tanq̃ ecclesiæ definitioni firmissimè credendũ: quoniã ecclesia corpus unum est, ex populo patribusq; collectum. Patres uoco episcopos, põtifices, ac alios quoscunq; prẽsules, & magistros aut doctores, qui nos fidem edocentes, spiritualiter generant. Ad istos patres spectat docere plebem, è quibus aliqui nẽpe præsules ex officio id facere tenentur, alij a charitate ut id faciant impelluntur, uelut
1.Co.12 reliqui doctores ac magistri. Ad plebẽ autem reliquã non spectat docere. Nam (ut dicit Apostolus) diuisiones gratiarũ sunt: nunquid omnes apostoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? Si ergo homines quorum interest in ecclesia docere, aliquã certam assertionem sine repugnãtia docuisse cõstiterit, erit proculdubio talis assertio uelut catholica etiã si scripturæ locus ad eius cõprobationem deesset. Nam id quod inter omnes cõuenit, etiã si locorum aut temporũ spatijs distent, censendum est totius ecclesiæ esse fidem. Non enim a plebe fides discẽda est, sed a patribus. Ea ergo quã omnes patres tradunt, fides catholica est iudicanda, quoniã id sonat catholica græce, quod uniuersalis latine. Hoc autem expresse colligitur ex tertia synodo, quæ una est ex his quatuor quas beatus papa Gregorius fatet se uelut sancta quatuor euãgelia recipere. Illa nãq; synodus quæ Ephesina prima est, in epistola a toto cõcilio ad Nestorium hæ-

reticum destinata, quæ ante eiusdem concilij decreta est, sic eidem Nestorio loquens ait, Non autē sufficit uel tuæ religioni tantūmodo fidei symbolum confiteri quod expositum est per idem tempus spirito sancto largiente, & uenerando & magno cōcilio apud Nicæam cōgregato. Hoc enim non intellexisti, nec rectè interpretatus es, quinimo peruersè, licet sono uocis eadem uerba protuleris. Sed cōsequens est etiā iureiurando fateri te q̄ anathematizes quidē tua prophana & polluta dogmata, sentias autem & doceas quæ nos uniuersi per orientē seu occidentem episcopi & magistri præsulesq̄ populorum credimus & docemus. Hæc concilium. Quibus uerbis nullā aliorum fecit mentionem q̄ episcoporum, magistrorū, & præsulum, quorum fidem censet cōcilium esse necessariò recipiēdam. Quòd si dicas illa uerba esse referēda ad eos qui cōcilio cōgregato interfunt: hæc adeò futilis est respōsio, ut non esset opus aduersus eā pugnare, nisi aduersus homines ageremus quibus manifestissima etiam probanda sunt. Congregatio siquidē in unū locum nō exigitur ut uera dicatur ecclesia, sed animorum adunatio per iūcturas charitatis, qualem habuerunt illi de q̄bus dicitur, Erat eorū cor unū, & anima una. Nō enim ecclesia ex loci unitate pēdet, ut una esse dicatur, sed ex animorū in Christo concordia. Hanc autem cōcordiam satis cōuinciur esse inter eos qui etsi locorum spatijs & tēporum interuallis separati fuerint, eidem tamē unanimes subscripsere sententiæ. Quòd si Vuitcleff aut Lutherus, aut quiuis alius eorum in hac parte imitator, his rationibus nō mouetur, ut credat se teneri ad sacrorū omnium doctorum concordē de fide sententiam amplectendā, etiam si expressus sacræ scripturæ locus illis minimè suffragetur, hoc saltē haud negare poterūt, illorum dicta pro hac re esse

Act. 1.

ualida,ut ex illis constet illam esse ecclesiæ sententiam,quæ per tot tẽpora penes illos sacros authores seruata reperitur. Nam si in re ardua Cyprianꝰ errauit,correctus postmodum fuit ab Hieronymo, Augustino,cęterisq; sequacibus. Hieronymus etiã in qbus hallucinatus est,a posterioribus notatur. Idem etiam contigit Augustino, ſicubi lapsus est. At cũ Cypriani sententiã confirmat Hieronymus, multo eo posterior eidẽ subscribit Ambrosius,eandem amplectitur Augustinus,eidẽ adhæret beatus Gregorius,Cassiodorus,Beda, Bernardus: satis arguitur hinc,hanc fuisse ecclesiæ uniuersalis sententiam,cum horũ assertioni per tot secula protractæ nunq; ecclesia cõtradixerit. Satis enim rem probat (de arduis loquor,in quibus nihil per indulgentiã præterire licet) qui non contradicit quum potest. Nunq; ſiquidẽ uerius dici potest,ut qui tacet,consentire uideatur,q; cum res est adeò seria,ut tacere pernicioſum ſit: loqui uero, & utile & necessariũ. Si ergo ecclesia ad illorum uirorum cõmunem sententiam per tot secula tacuit,certè uel hoc argumẽto uisa est illorũ omnium sententiã probasse, idẽq; cum illis sensisse. Eadem ergo ferè lege coercendus est,qui sacris doctoribus de re ardua sine ulla unquã repugnantia cõcordibus cõtradicit, ac ſi uniuersalis ecclesię traditioni cõtradiceret. Arrogantiſ ſimus ergo iure cẽsebitur,qui ſibi tantum tribuit, ut tot sacris doctoribus posthabitis, tot sapientibus, quorũ doctrina fulget ecclesia ut sol & luna, contemptis, propriæ hæreat sententiæ. Hunc enim talem in figura repręsentauit Ismael ille hęreticorũ
Gen.16 typus,de quo dicitur, Manus eius contra omnes, manus omnium cõtra ipsum. Meritò enim omniũ manus cõtra eum leuãtur, cuius manus aduersus
Pro.3. omnes insurrexerunt. Ideo dicitur a Salomone·Ne innitaris prudentiæ tuæ. & iterum, Ne ſis sapiens

apud temetipſum. Et beatus Paulus ait, Nolite eſſe prudẽtes apud uoſmetipſos. Quod exponẽs Theophylactus ait, Hoc eſt, nolite ueſtræ prudentiæ uel uiribus ita cõfidere, ut exiſtimetis nemine uos indigere cõſultore, & quæ recta ſunt ſuggerente. Moſes enim etſi Dei colloquio iuuaretur, opus tamen habuit quẽ cõſuleret ſocero. Hæc Theophylactus Huic accedit, quòd ſemper ſacrę literę ad alios nos mittunt, ut ab eis doceamur. In Deutero. nãq; dicitur, Interroga patrẽ tuum, & annũciabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi. Et apud Iob, Interroga generationem priſtinã, & diligẽter inueſtiga patrum memoriam. Et in Actibus Apoſtolorũ Paulo iam parato ad legem Dei ſuſcipiendã, percontanticq; dominum de ſua uoluntate, ac dicenti, Domine, quid me uis facere? reſponſum eſt ei a domino, Surge, & ingredere ciuitatẽ, & dicetur tibi quid te oporteat facere. Et tandẽ mittitur ad eum Ananias, qui eum baptizet & doceat. Poterat quidẽ dominus ſuam per ſeipſum Paulo inſinuare uoluntatẽ, & de lege ſua docere eum: noluit tamen, ex hoc anſa præberetur alicui ſic ſuperbiẽdi, ut ab alio doceri nollet, aſſerens ſe iam a domino edoctũ. Hac igitur ratione & Paulum mittit ad Ananiã, & Cornelium ad Petrum. Non erubeſcit Paulus, uir alioqui doctus & cui dominus apparere dignatus eſt, ire ad Ananiam ut ab eo doceatur, & erubeſcet Lutherus ire ad Hieronymũ, aut Ambroſium, aut Auguſtinũ, ut ab eis aliquid diſcat? Libentiſſimè ſuſcipit Paulus quæ per Ananiam dicuntur, quãuis nihil ei de Anania dictũ fuerit a domino: & Lutherus duriſſimum reputabit, Cypriani, Chryſoſtomi, Hieronymi, Auguſtini, Ambroſii, cæterorũq; illuſtrium uirorum ſuſcipere doctrinã? Paulus poſt. 14. annos a reuelatione ſuſcepta aſcendit Hieroſolymã, ut conferret euangelium quod prędicabat in gentibus, cũ

Ro. 12.

Deu. 32.

Iob. 8.

Act. 10

Gal. 2.

his signanter qui uidebantur aliquid esse: & hoc quidem, ne fortè in uanũ curreret, aut cucurrisset: & dedignatur Lutherus aut Vuitclefus conferre euãgelium suum cum Hieronymo, Ambrosio, Augustino, Cypriano, Hilario? Nisi fortè Lutherus caussetur certiorẽ se esse de suo quod prædicat euãgelio, q̃ Paulum de suo, ac ideo Paulo opus esse ut quærat cum quo euangelium suum cõferat, Luthero autem id facere nõ esse opus? Adde q̃ sacra concilia (quorum suprema est in ecclesia post sacrã scripturam circa fidem authoritas) non dedignãtur in suarum definitionum robur, sanctorum patrum testimonio uti: & dedignabitur Vuitcleff aut Lutherus omnibus uiris clarissimis simul etiã in unum consentientibus cedere? Concilium siquidẽ Toletanum quartum, in capite nono suorum canonũ citat Cyprianum & Hilarium in suæ sententiæ cõprobationem: & cõcilium Constãtinopolitanum, quod sexta synodus appellatur, in quo cõdemnatur Macharius episcopus Antiochenus, asserẽs in Christo esse tantum unam uoluntatẽ, unicãq; operationem, plurimum utitur testimoniis sanctorum uirorum, scilicet Athanasii, Ambrosii, Cyrilli, Augustini, quibus plena est adhibita fides. Et cum ex presſa scripturæ sacræ testimonia pro illa re deessent, uisum est toti concilio sufficiens testimonium esse ad illam hæresim reuincendã concors, illorum sanctorum uirorum testimonio. Quid ergo dicam, nescio, nisi q̃ Lutherus plus sibi tribuit q̃ omnibus cõcilijs, quum nolit his credere, quibus suprema concilia propter uitæ sanctitatem, & doctrinæ eminentiam, integerrimã præstitere fidem. Quòd si fortè Luthero aut Vuitclefo non persuasero hunc honorem deberi sacris authoribus, & per multa secula laudatis, ut non facilè & pro libito liceat ab eorum sentẽtia discedere, saltem his coram quibus

caussa

cauſſa agitur, ſatis eſſe perſuaſum arbitror. Neque his ultrà aliquid dicam præter id quod M. Æmilium Scaurum dixiſſe narrat Valerius Maximus, quod huic propoſito mihi maximè cõducere uidetur. Is enim uitæ clariſſimæ & exploratæ probitatis uir, quum a Vario Sucronenſi homine parũ ſyncero accuſaretur apud populum, & accuſator oratione lõga peroraſſet: ille maximo cõpendio uſus, eò q̃ ſua & populi erat fretus cõſcientia, dedignatuſq̃ oratione cõtendere, Quirites (inquit) Varius Sucronẽſis ait, Æmilius Scaurus negat: utri potius credendũ cenſetis? Quibus uerbis applaudente populo, uir illuſtris futilem hominis accuſationẽ eua ſit. Quæ percõtatio nulli propoſito mihi magis cõgruere uiſa eſt, quàm huic. Nã ſi Lutherus ait, Cyprianus negat: Lutherus ait, Hieronymus abnuit: Lutherus ait, Auguſtinus cõtradicit, Lutherus ait, Ambroſius obſtat: Lutherus ait, Gregorius repugnat: utri parti potius credendum cenſetis? Nõ dubito uos tacitã pro his uiris clariſſimis laturos ſententiam, ſicut & tunc pro Marco Æmilio lata eſt. Satis tamẽ hinc honoris habebit Lutherus. Nã etſi uictus tandẽ, cũ tot illuſtribus uiris certaſſe diceẽ. Quòd ad ſolam ſedem apoſtolicã aut generale concilium ſpectat de hæreſi cenſere. Cap. VIII.

Lib. 1. de fiducia ſui.

QVanuis regulæ præſcriptæ ſint, ſacra. ſ. ſcriptura, & eccleſiæ definitiones, ad quas quę uis aſſertio de hæreſi examinanda eſt, multi tamen in pluribus aſſertionibus cõniuent, nec ſciunt diſcernere an ſint hæreſes, an nõ, q̃ ſacram ſcripturã aut eccleſię definitiones non integrè retinent: aut ſi recordãtur, nõ penetrant ſcripturæ ſenſum, ac ideo minimè aliquid colligere poſſunt, ut ex ea hæreſim cõuincant. Nam cum uarij ſint hominũ ſenſus, uariè etiam iuxta ingenij ſui qualitatẽ ſcripturam interpretantur. Quo fit, ut ſæpe inter doctos ac pios

uiros non cõueniat in re etiam ualde seria: cõueniret tamen si possent facilè regulis uti, easq; cuilibet propositioni applicare. Cum ergo sæpe tales cõtentiones eueniant, oportet ut penes aliquẽ sit iudiciũ qui in ea definiat, & lites tollat. Alioqui dabitur ansa nouas pro libito excitãdi hæreses, cum nõ deficiant scripturæ, etsi malè intellectæ, quibus innitantur, sicut nunq; defuere hæreticis. Pelagius enĩ dicit hominẽ sola liberi arbitrij potestate posse & uitare peccata, & gloriã mereri. Nam si non potest (inquit) uitare peccata, iam nõ sunt ei peccata, quia nullus peccat in eo quod uitare nõ potest. Et iterũ,

Ioã.1. Dedit eis potestatẽ filios dei fieri, his qui credũt in nomine eius. Si ergo í nostra est potestate filios dei fieri, filius autẽ non dicitur nisi ad hæreditatẽ spectet: in nostra ergo dicit esse potestate assequi illam æternã gloriæ hæreditatẽ. At Hierony. & Augu. cæterique catholici obijciunt Pelagio ex innumeris sa-

Eph.2. cræ scripturę locis illud Pauli, Gratia enim saluati estis per fidem, & hoc nõ ex uobis, dei enim donũ est, non ex operibus, ne quis glorietur. Ecce ergo caussa agitur, & non de umbra (ut dicitur) asini, sed de capite. Iudex ergo requiritur, qui sententiam dicat cui obtẽperare oporteat. Talis autẽ iudicãdi potestas nõ est in aliquo inferiori episcopo, aut in collegio cui præest. Quod uel inde manifestũ euadet, si prius fidei quã amplecti tenemur, qualitatẽ & modũ ostẽderimus. Hoc autẽ est fidei peculiare, ut una sit omnium ubiq; terrarũ existentium. Non enim alia est fides ecclesiæ Salmanticensis, nec alia permittitur ecclesiæ Zamorẽsi, aut alia ecclesię Barchinonensi. Sicut enim una est uniuersalis ecclesia, ita una omniũ fides, Paulo teste qui ait, Vna fides,

Eph.4 unũ baptisma. Hinc fides catholica dicitur, quod latinè sonat uniuersalis, quia una est totius uniuersalis ecclesiæ. Quo fit, ut caussa quæ de fide uenti-

latur, res sit talis, quę uniuersam tangat ecclesiam. Quod ergo omnium interest, ab omnibus approbari debet, uel ab eo qui omniū loco præest. Qualiter ergo inferior aliquis episcopus, aut totū collegium cui præest, poterit sententiā ferre in caussa fidei, quæ est res talis, ut ei uniuersa ecclesia sit obnoxia? Hac eadē ratione nec uniuersitas alicuius academię quātalibet literarū eminentia polleat, potest sic de hæresi censere, ut eius censuræ teneantur oēs obtēperare. quāobrē rectè dici solet articulos Parisienses nō transire mōtes. Non ideo assertio aliqua pro hęresi ab oībus habenda est, qa hæc aut illa academia censuit esse hæresim. Nil enim obstat qn totus ille cōuentus cōniuere possit, cū ille nō sit pro quo deus rogauit ut fides eius non deficeret. Hac etiā lege cōuincimus, puincialia cōcilia nō habere plenum & integrū ius definiendi in caussa fidei, cū eorū sentētię cęteri, puinciales nō astringātur: pręcipuè cū talia cōcilia possint etiā in fide errare, sicut de multis talibus cōcilijs errasse cōpertū est. Cōcilium nāq; Carthaginēse, in quo cū sancto martyre Cypriano. 80. episcopi cōuenientes cōcordi animo definierūt, hęreticos, & ab hæreticis baptizatos, sore, cū resipiscerent, rebaptizādos: nullus est q dubitet errasse. Hæc tamē prouincilia cōcilia siquando cōtingat errare, per generalia cōcilia corriguntur. Vnde Aug. li. 2. cōtra Donatistas ait, Et ipsa cōcilia quæ p singulas regiones uel puincias fiunt, plenariorū conciliorū authoritati q̄ fiunt ex uniuerso orbe christiano, sine ullis ambagibus cedere cū experimēto eorū aperitur. Hæc ille. Cū ergo errare possint puincialia concilia, quoniā ecclesiā uniuersalē nō repręsentant, iustū est, & rationi cōsentaneū, ut penes ea nō sit potestas integra, & fixa authoritas in re tam seria qualis est fides, definiēdi. Hoc ipsum plurima pontificum decreta confirmant. Symma-

chùs papa ait, Concilia sacerdotũ ecclesiasticis legibus quotãnis decreta per prouincias quoniã prę sentiam papę non habent, ualitudinẽ perdiderunt. Et plurima alia decreta testantur cõcilia sine papę authoritate congregata, esse irrita, & nullius roboris, quę ponuntur in uolumine decretorũ dist. 17. Adde ꝙ omnia iura tam põtificum ꝗ̃ generalium conciliorũ, quę prouincialibus aut permittunt aut indicunt conciliorũ celebrationẽ, ad hos tantum limites eam authoritatẽ extendunt, ut. s. ibidẽ simultates amputẽtur, querimonię audiãtur, mores corrigantur, non tamẽ ut de fide ibidẽ aliquid decernatur. Concilium siquidẽ Nicenum sic ait de prouincialibus concilijs, Habeatur semel concilium ante dies quadragesimę, ut omnibus (si quę sunt) simultatibus amputatis, mundũ ieiunium & solẽne deo possit offerri. Hęc ibi. Cęterũ etsi episcopus aut collegium, aut prouinciale cõcilium de rebus fidei nõ possit definire in his quę meritò dubitari possent: potest tamẽ in his quę iam definita sunt, aut euidẽtissimis scripturę sacrę testimonijs absq; ulla tergiuersatione deprehendi possunt, ius dicere, & aduersus eiusdẽ assertionis ptinaces defensores animaduertere. Illud nãq; non est sententiã ferre, sed sentẽtiam iam pridẽ latam execui. Huc enim tendit id quod in ca. ad abolendã, dicitur, extra de hęreticis, excõmunicatos esse omnes hęreticos, quos Romana ecclesia, aut episcopi in suis ecclesiis declarauerint hęreticos. Nam id de deprehensis in manifesta hęresi intelligendũ est. Cum autẽ res fuerit dubia, ad sedem apostolicam est caussa deuoluẽda. Potest etiam episcopus aut prouinciale cõcilium inhibere prędicationẽ, aut qualẽcunq; publicã assertionẽ alicuius certę ppositionis pp suspicionẽ hęresis de tali propositione cõceptam, aut propter scãdalum quod ex tali prędicatione possit oriri. Quòd si qui

Dist. 17 ca. Cõcilia.

fortè huiusmodi prohibitioni rebelles fuerint, poterit eos (ut decet) pro criminis qualitate punire, non quidē quātum hęresis meretur, sed quātum in obedientia. Si ergo penes aliquē est iudiciū in causa fidei, & nō penes singulos episcopos, nec penes prouincialia cōcilia, eò q̄ fides res sit omnibus cōmunis, quibus nec singuli episcopi nec prouincialia cōcilia pręsunt, cōsequens est ut talis potestas censendi sit penes totā ecclesiam. At cum generalia cōcilia (ut superius diximus) uniuersam ecclesiā repręsentent, colligitur illa habere potestatē definiēdi in his rebus quę ad fidem attinent. Sedes autem apostolica quoniā ecclesiam tanq̄ caput repręsentat, primum post generalia cōcilia in definiendo tenet locum. His ergo exceptis, nulli permittitur ius definiendi de his reb⁹ q̄ ad catholicā fidē spectant. De cōciliȝ generalibus neminē arbitror cui prętera capita fuerint explorata, dubitaturū. Superest ergo ut de sede apostolica differamus. Hāc qui cōfiterit totius ecclesię esse caput, facilè erit ei persuasum. Nam quę omnibus prędest, omnes poterit iudicare, & de rebus quę omnes tangunt, definire. Huius rei plurima sunt sanctorū patrum testimonia. Innocentius. 3. sic ait, Maiores ecclesię causas prędistinctione. Extra de bap. & eius effectu. ca. Maiores. Dist. 17 c. Multis. 14. q. 1. ca. Quotiens.

fertim articulos fidei cōtingentes, ad Petri fidē referēdas intelligit, qui eum quęrenti domino quem discipuli dicerent ipsum esse, respondisse notabat, Tu es Christus filius dei uiui, & pro eo dominum exorasse ne deficiat fides eius. Hęc ille. Et Pelagius papa scribens episcopis qui conuenerant ad uocationem Ioānis Constantinopolitani, ferè eadē uerba ait, Maiores uerò (inquit) & difficiliores quęstiones (ut sancta synodus statuit, & beata cōsuetudo exigit) ad sedē semper referantur apostolicā. Innocentius primus, Quotiens ratio fidei uentilatur, arbitror omnes fratres & coepiscopos nostros

non nisi ad Petrum. i. sui nominis & honoris authoritatem referre debere, uelut nunc retulit uestra dilectio, quod per totum mundum possit ecclesiis omnibus prodesse. Hæc ille. Beatus Cyprianus in epistola ad Cornelium papã ait, Neq; enim aliũde hæreses obortę sunt, aut nata sunt schismata, q̃ inde, q̃ sacerdoti dei non obtẽperatur: nec unus in ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tẽpus iudex uice Christi cogitatur: cui si secundũ magisteria diuina obtẽperaret fraternitas uniuersa, nemo aduersum sacerdotũ collegiũ quicq̃ moueret: nemo post diuinum iudicium, post populi suffragiũ, post coepiscoporum cõsensum, iudicem se non iam episcopi, sed dei faceret, nemo dissidio unitatis Christi ecclesiam scinderet: nemo sibi placens ac tumens seorsum foris nouã hæresim cõderet. Hæc Cyprianus. Vnde patere clarè potest Lutherũ hac sola ratione primatũ Romani episcopi negare, ut facilior ei pateret uia ad hæreses introducẽdas. Et beatus Hieronymus ad Damasum papã, Hæc est (inquit) fides papa beatissime, quã in catholica didicimus ecclesia, quãq; semper tenemus: in qua si minus peritè aut parum cautè fortè aliquid positũ est, emendari cupimus a te, qui Petri sedem & fidẽ tenes. Si autẽ hæc nostra cõfessio apostolatus tui iudicio cõprobatur, quicũq; me inculpare uoluerit, se imperitũ, uel maleuolũ, uel etiam non catholicũ, sed hæreticum cõprobabit. Hęc ille. Huic accedit q̃ plurima sunt etiam sanctorũ patrum testimonia asserentia sedem apostolicã nunq̃ a recta fidei regula deuiasse, quę ponuntur in uolumine decretorũ. 24. q. 1. uideat qui uolet. Verum hic animaduertendũ est nomen sedis apostolicæ nõ pro solo summo põtifice accipi, quũ hic in fide errare possit, ut superius de Liberio & Anastasio & Celestino ostendimus: sed sedes apostolica quæ nunq̃ errauit, cõprehẽdit tã

collegium cuius cōcilio iuuatur pōtifex, q̄ ipsum pontificē. De hac autē sede non cōstat eam aliquā-do errasse. An autē totum collegiū cardinalium errare possit, non dissero: tamē credo q̄ dominus nūquā permittet totū collegiū hæresi maculari. Qua propter iustū est, ut in re tanti momenti, qualis est fides catholica, consulat fratrum suorū collegium anteq̄ quicq̄ definiat: adiunctis etiā si id possibile foret, uiris alijs sanctitate perinde ac doctrina eminētibus. Lutherus tamē hic cum uideat necessariū esse iudicē pro lite circa fidē orta dirimēda, dicit uerum iudicē esse sacrā scripturā, ad quā omnis, puocatio faciēda est. At in ueteri lege lex ipsa nō erat iudex, sed solū sacerdotes Leuitici generis, quorū iudicio standū erat. Prēterea si de ipsa scriptura, est cōtentio, qualiter ipsa scriptura erit iudex? Vt gratia exempli peto, an Pauli epistolas recipias? Si eas negas esse Pauli, nō est aliquod scripturæ sacræ testimoniū per quod reuinci possis. Caueāt ergo hēretiq̄ prauitatis inq̄sitores, ne facilè de hēresi, pnūciēt. Si hēresis est iā olim dānata, aut euidentissimis scripturę testimonijs deprēhenditur, & nō humano ratiocinio cui possit obuiari, tunc executores sunt ut exequātur id quod circa hēreticos decreta pōtificū fieri iubēt. Si autē res est dubia an sit hēresis, an nō, nō est eorū munus sentētiā ferre, nec possunt cēsere de hēresi, cū hoc sit solius sūmi pōtificis. Hoc etenī casu illud eis incūbit ex officio, q̄d nomē eorū prætendit: inqrere. s. de assertione p̄dicata, aut q̄libet publicata, qualiter ab asserēte fuerit dicta, quibus uerbis, qualiter ab eo intellectis, qua ratione fuerit motus ad id asserēdum, aut quibus scripturæ testi monijs innitatur. quibus actis, si euidentissimis testimonijs minimè cōuinci potest, sed res manet dubia, & suspicionis labe maculata, cōsulenda est sedes apostolica, nec ea icōsulta (quātūlibet docti cō

sulantur) licebit quicq; definire. Cum autem sedis apostolicæ definitionē receperint, eis incumbet exequi id quod a pontifice summo decretū fuerit. Admonere tamē hic oportet, q; q̄uis apostolica sedes aut generale cōcilium de hæresi censere possit, non tamē ideo assertio aliqua erit hæresis quia ecclesia definiuit, sed quia fidei catholicæ repugnat. Ecclesia siquidē sua definitione non facit talem assertionem esse hæresim, cum etiā si ipsa non definiuisset, esset hæresis: sed id efficit ecclesia, ut nobis per suā censurā pateat illud esse hæresim, quod antea nos latebat an meritò hæresis dici posset. Ecclesia enim tota (secludo primū eius caput) nedū solus sūmus pontifex non potest nouum articulū fidei condere, posset tamen, si aliquā assertionem ualeret hęreticā efficere. Ecclesiam autem nō posse nouum articulū fidei efficere, manifesta ratione cōuincitur. Omnis nanq; assertio ideo catholica dicēda est, quia a deo reuelata, uel quia in instrumento scripturæ diuinæ continetur, aut eo q; uniuersalis ecclesia eam recipit. Quòd si nullum horū est, saltem euidenti deductione colligitur ex eorum altero, uel ex utroq;, uel deniq; (ut nihil desit) quia eā summus pontifex approbat. Nec alia certè patet uia qua aliquid possit dici catholicum. Si ideo dicatur ueritas aliqua catholica, quia a deo reuelata, cum reuelatio diuina non pendeat ex pontificis arbitrio, aut ex ecclesiæ approbatione, qui fit ut pontificis approbatio faciat catholicum quod a Deo reuelatum est? Faciet quidē ut credamus illud esse reuelatum a deo, quia cum angelus Satanæ transficuretur sæpe in angelum lucis, & immissiōes fiant per angelos malos, dubitari posset fortè an Deus reueler, an dæmon illudat. Decernit ergo ecclesia illam esse Dei reuelationem, non tamen facit reuelatum esse uerum. Si autem talis ueritas catholica dicatur eò q; in sacris

2. Cor. 11
Psal. 11

literis continetur, cum talem ueritatem cõtineri in sacris literis, nõ pendeat ex humana aliqua uolun tate, sed ex solo deo illarũ scripturarũ authore, con stat etiam hac ratione, ecclesiam nihil prorsus effi cere posse ut ueritas illa ad fidẽ ptineat. Hoc enim ex ecclesia habemus, ut sciamus quæ sit scriptura diuina, iuxta ea quæ cap. 4. superius disseruimus. At cũ scripturam esse diuinam nobis constiterit, iã ex seipsa habet ut ei per oĩa credere teneamur: perin de ac si adducerentur testes ad cõprobationẽ alicu ius instrumenti quo Petrus tenetur reddere Ioanni centum aureos, hi testes nõ efficiunt Petrum teneri Ioãni. nã etsi Petrus negaret, & testes defuissent, re uera Petrus erat debitor. sed id efficiũt, ut per scri pturã cõuinci possit tanq; debito obnoxius. Quod si dicatur ueritatem illam esse catholicã, quia iam uniuersalis ecclesia recepit: tũc percõtabor quo pa cto Ecclesia eam receperit, an qa illi à deo fuerat re uelata, an qa in sacra scriptura reperta? neutrum au tem horum pendere ex ecclesiæ arbitrio ostendim? aut ecclesia recepit, quia p experientiam, aut per ra tionẽ naturalem eam cognoscit, qd non est aliquo modo tribuendum ecclesiæ, eò q; tunc fides nostra soli experiẽtiæ & rationi naturali inniteret: cui ma nifestè repugnat Paulus dicens, Sermo meus & p- 1. co. 2. dicatio mea non in psuasibilibus humanæ sapien tiæ uerbis, sed in ostensione spiritus & uirtutis, ut fides uestra non sit in sapientia hominũ, sed in uir tute dei. Quod si alia ratiõe dicatur ueritatẽ esse ca tholicã, quia ex reuelatis aut in scriptura cõtentis manifesta collectione deducitur, cum ecclesiæ defi nitio nõ efficiat collectionẽ esse firmam, ut notum est uel parum docto logico, consequens est ut neq; in hoc casu ecclesia efficiat ueritatem aliquam esse catholicam. Vltimum ergo superest inuestigandũ, si assertio dicatur catholica qa à pontifice determi-

nata,tũc petam an pontifex ſic definiẽs,alicui ſcripturæ diuinæ innitiẽ, aut reuelationi diuinę: & tũc cõſtat iam eſſe catholicam ex ſcriptura diuina,aut reuelatione:aut innititur propriæ prudentiæ & uoluntati,quo euentu conſtat non eſſe hac ratione tãquam catholicã recipiendam,cum fides noſtra neque ex uoluntate,nec ex ſapientia hominum depẽdeat.Non eſt ergo ueritas aliqua catholica cenſenda à ſola pontificis aut eccleſiæ definitione: ſed id quod erat catholicum,nos tamen latebat, fit deinceps per eccleſiæ definitionem notum,eſſe catholicum: quemadmodum in lite ſuper debitum, iudex ferens iuſtam ſententiam,nõ facit eum debitorem, cum etiam ante iudicis ſententiam uerè ille fuiſſet debitor ex re precaria quam denegat:ſed iudex facit ut pateat eſſe debitũ, quod prius fortè latebat, idq; iudicis ſententia efficit,ut per eam pertinax re uincatur.Ideo enim iudex iuſtè dixit talem eſſe debitorem,quia uerè erat debitor:& nõ ideo talis eſt debitor,quia iudex iuſtam ſententiam protulit.Nã ſi ille non erat debitor, iniuſtam ſentẽtiam tuliſſet. Sic etiam eccleſia definiens aliquid eſſe fide tenendum,q̃uis certò definiat,nec falli poſſit, nõ tamen ſua definitione efficit ueritatem illam eſſe catholicam.Nam ideo certò definiuit ueritatem illam eſſe catholicam,quia ueritas illa catholica erat:q; ſi catholica non fuiſſet,eccleſia definiẽs eam eſſe catholicam erraret.antè ergo erat catholica,q̃ eccleſia cẽ fuiſſet.Nullo ergo modo id fieri poteſt, ut eccleſia nouum articulum fidei condat: ſed id quod antea erat uera fides,nos tamen latebat,eccleſia efficit ut per ſuam cenſurã nobis innoteſcat. Vnde patet mi ferè erraſſe dominum Abbatem, qui exponẽs cap. quod incipit Cũ Chriſtus,quod in uolumine Decretalium epiſtolarum habetur in titulo de hæreticis,dicit papam poſſe cõdere nouum articulum fi-

dei. Verum parcendum est ei ignorāti, nec bene expendēti de qua re loqueretur: hoc solum uideo esse illi impingendum, ꝙ ultra crepidā iudicauerit. Nō enim est canonistarum munus de hæresi aut de fide iudicare, sed theologorum, quibus diuinum ius cōmittitur. Canonistarum partes sunt de iure pontificio disserere. Videant ergo ne dū utraq; sella sedere cupiunt (ut est in prouerbio (utraq; excludantur. Quod suā sententiam colligunt ex illo capitulo, Cum Christus, nō rectè faciūt. Nam Alexander tertius, cuius est illa sententia, non condidit articulum fidei, quia nec fecit talem propositionem, uide licet, Christus secundum ꝙ homo est aliquid, esse ueram, nec per cōsequens catholicam, cum ueritas à re ipsa pendeat, & nō ex affirmatione pontificis. Propter nostrū enim affirmare uel negare nihil mutatur in re. Sed papa definiens fecit ut nō liceat asserere aut opinari cōtrarium illius, cum tamē ante pontificis determinationē fortè liberè quis asserere potuisset citra hæresis notā, eòq; ueritas illa nō innotuisset (q̄q̄ non uideo qualiter potuisset aliquē nisi prorsus indoctum aut male affectum latere) & ideo olim citra pertinaciam asserens oppositū non cēseretur hæreticus, ac ideo nec excōmunicationis reus. Sæpenumero enim cōtingit, ut iter uiros pios atq; doctos nō conueniat de eadem re, in qua alterū eorum errare necessariū est, nec ideo tamē error ille statim hæresis cēsetur: ut gratia exēpli quidam dicunt personas diuinas cōstitui in esse (ut ipsi loquuntur) p̄sonali per respectiua, alijs affirmātibus constitui per absoluta. Alij rursum dicūt nō cōstitui p aliqua, sed se ipsis esse p̄sonas. Quis nō uidet aliquē horū errare, cū tñ qlibet eorū suæ adhæreat opinioni īpune, & sine hæresis nota? Nec tñ ideo talis error nō est hęresis, quia ei nō impingit. Nam si ois error catholicæ fidei obuiās, hęresis dicēdus est

iuxta id quod superius disseruimus, certum est talem errorem esse hæresim, qa oppositus ueritati fidei catholicæ q̃uis nobis ignotæ. Veritas enim cui error ille repugnat, necessaria est, nos tñ latet an ueritas sit, atq; ideo minimè obligamur ad assentiendũ ei, nec ad dissentiendum errori repugnãti. Quo fit, ut liberum sit cuiq; suam tueri sententiam. Si tamen ecclesia à spiritu sancto edocta de illa re definiret, absque ulla dubitatione ecclesia non efficeret sua definitione ut p̃sona sic aut sic cõstituatur: sed doceret nos id qđ etsi ab æterno uerum fuerat, nos tñ latebat. Post quam ecclesiæ definitionẽ iam non licebit asserere quod ante licuisset. Erit ergo necessariò ut sicut ecclesia sua definitione non efficit nouam fidei ueritatem, ita nec oppositam esse nouam hæresim. Verum qm̃ aliqñ ecclesia uerbis claris & manifestis exprimit aliquam assertionẽ, quam ex alijs abstrusis recõditisq; scripturæ sacræ locis elicit, etsi nullibi ita manifestè reperiatur, hac ratione eueniet aliqñ ut ecclesia dicatur cõdere articulũ fidei, non q̃ efficiat esse fidem quod non erat fides, sed qa id expressit aliquib9 certis uerbis qbus antea nusquam fuerat expressum: sicut dicimus Nicęnum cõcilium cõdidisse symbolũ fidei, qa filij consubstantialitatem expressit, quã nusq; sacræ literæ hoc nomine expresserant. Ad hunc modum etiam dicitur hæresis aliqua esse noua, non q̃ antea non fuisset hęresis, sed q̃ nullus eã antea asseruerit. Hoc enim modo ait Gelasius papa. Achatius nõ fuit factus iuentor noui erroris, sed ueteris imitator. Multi qdem sunt errores q̃ anteq; habeant ꝓtectores, à doctorib9 sacris reprobantur, ut præcaueant alijs: q̃ si quis iam eos defendere incepisset, dicerent hac ratione noui errores. Sic enim in Act. Apostolicis refertur de qbusdam dicentib9 de Paulo q̃ nouorũ dæmoniorũ annunciator esset. Noua quippe appel-

24. q. 1. c. Achatius.

Act. 17

labant dæmonia, eo q̃ à Paulo essent nouiter prædicata. Fusius in hoc capite egimus, q̃ uidebamus rem esse necessariam longa admonitione, ne quisq̃ credat sibi esse commissum de hæresi pronunciare.

Quis sit dicendus hæreticus. Cap. IX.

QVi huius capitis solã superscriptionem inspexerit, superfluũ forte ei uidebitur quod hoc capite pertractandum est. Dicet enim apud se, Cum hæreticus is sit dicendus qui hæresi adhęret, quid autem sit hæresis, superius ostẽsum est, q̃d igitur de hæretico oportebat repetere sermonẽ? Quod nõ ita est ut primò obiicitur. Nã subinde euenit ut hæresim asserat, q̃ tñ ueré catholicus dicendus est, ut de Cypriano & alijs dicemus. Quapropter ultériorem oportebit facere inq̃sitionem, ut cõperiam? quis meritò hæreticus censendus sit. Quæ res cum non sit leuis, nec leuis etiã imò matura exigit examinatio anteq̃ aliq̃d definiatur. Nã quum nomen hæreseos graue sit & inuisum christianis auribus, turpe est id temere cuiq̃ impingere. Nõ enim est alia durior aut acerbior, quã christiano uiro possis inferre, contumelia, q̃ si eum hæreticum appelles. Sunt tñ multi nil magis habentes in prõptu, q̃ hæresis notã, quam p libito obiiciunt, nõ expendẽtes de qua re, aut de quo loquant. E q̃bus multis non potui calamum temperare q̃n unum fratrem Bernardum de Lucẽburgo notarẽ, q in suo hæreticorũ catalogo plures in hæreticorum numerum retulit, dignos q meliore calculo numerarent: quales sunt Papias Hieropolitanus episcopus, Præpositiuus, Gilbertus cognomento Porretanus. Hunc autem quum ipse fateatur errori suo renũciasse, miror q̃d hominem ipulerit ut illũ hęreticorũ catalogo inseruerit. Quis enim unq̃ docuit eum esse dicendũ hæreticum, q errorem sic tenuit, ut monitus & cõuictus non erubuerit palinodiam cantare? Taceo de

Berengario, quem postꝫ hæreticoꝝ ordini ītexuit, fatetur eū ab errore sic discessisse, ut nunꝫ ad eum redierit (quod quātum ueritatis habeat, alias disseremus) ideoꝙ dicit ibidem annumeratū, nō ꝙ hæreticus fuerit, sed ꝙ sententiā tenuerit aliqñ hæreticā. At cum librum appellauerit noīe catalogi hæreticoꝝ, qd cogit, ut q semel alicui hæresi adhæserūt, hac nominis ratione in eundem alueum corriuent cum cæteris q pertinacissime suos tutati sunt errores? Quòd si hoc nomine illi ꝓscribendi erant, cur alios tam multos ꝑmisit? Nōne frater Matthæus Grabon hæresim sectatus est, cui in Constantiensi cōcilio, Ioāne Gerſone teste, renunciauit? Verū hic Dominicanus erat, quem fortè (ut alios eiusdem instituti q ꝓtinaciter hæresi adhæserūt) sciens ꝑterīt, ne Dominicano instituto qd profiteꝛ, cōtumeliam fecisse uideretur: tanꝫ si aliquid deperisset de gloria ordinis prædicatoꝝ, ꝙ ex eo sodalitio unus aut alter hæreticus prodierit. Nō certè magis ꝙꝫ de illa sancta societate deperīt, de qua dicit. Ex nobis pro-
1. Io. 2. dierunt, sed ex nobis nō erant. Nusꝫ enim ecclesiæ uenustas diminuta est, aut color obfuscatus eò ꝙ tot ex ipsa hæretici exierint. Propter qd nō possum non stomachari in eos qui ut suum institutum laudent, nō uerentur coram populo iactare & dicere, eum q semel habitum illius ordinis susceperit, non posse in fide errare aut deficere. Nonne hoc aperta est blasphemia, cum per hoc magis tribuere uideatur habitui quo induitur, ꝙꝫ fidei aut gratię dei? Est ne fortè potētior pānus ille ꝙꝫ dei gratia aut fides? Absit tanta dementia. At nec fides nec gratia in baptismo susceptā sic hominem seruat quin in hæresim labi possit. Quî fit ergo ut habit? seruet? Quòd si hoc ad professionem quis referre uelit, & non ad habitum, ut professio quam de illo instituto emisit, hanc uim habere dicatur: quis non uidet in ba-

ptiſmo omnes profiteri chriſtianiſſimū: nec tamen illa quā tunc emiſimus profeſſionē, immunes nos ab hæreſi reddit. Nec tamen ullus erit adeo impudens, ut neget illuſtriorem multo eſſe atq; efficaciorem profeſſionem illam, q̄ quæuis alia poſtmodū facta. Abeant ergo & illas nænias poetis cātandas relinquāt, & populo meliora prędicēt. Teſtor deū, non mentior: nam me præſente quidam in concione publica ad populum prædicans in die quo agit̄ ſolēnitas ſancti qui ordinem inſtituerat, dixit, fraternitatem ſuam ac ſocietatem laudibus extollere uolens, eum qui habitum illius ordinis ſemel induerit, non poſſe eſſe hæreticum. Et ab alīs pluribus accepi, ſe eadem uerba audiuiſſe ab hominib⁹ eiuſdem ordinis cum de eadem re ſermo populo fieret. Ego quidem cum audirem, abominatus ſum hominis audaciam atq; impudentiā, execratus autem prælati patientiam, qui illa audiens toleraſſet, minimeq; puniſſet. Ob quā cauſſam ſuſpicio mihi nō parua orta eſt, ut crederem ex eius mente uerba prolata. Ne hoc toti ordini aut ſocietati impegiſſe uidear, nomen ordinis ex induſtria ſubticui, ut magis admonere uiderer prout chriſtiana charitas poſtulat, q̄ traducere prout inuidia ſuggerit. Libēter quidem audio ſanctorū laudes, modò eos deo non æquent. Gaudeo cū quis inſtitutum quod profeſſus eſt, laudat. Nam hoc ſymbolo demonſtrat ſe à ptima intentione minimè defeciſſe. Modus tamen eſt laudibus apponendus, ne quis conuentum aliquem particularem illuſtriorem aut ſpecioſiorem putet quàm conuentus ille qui eccleſia uniuerſalis dicitur, quæ ſine macula eſt: ex ea tamen cum multi hæretici exierint, nihil unq̄ de ei⁹ pulchritudine perīt. Atq; ideo deū teſtor q̄ nemini in hoc libro parcam cuius hæreſim alicubi reperero, etiā ſi Frāciſcani inſtituti fuerit, cui me à duob⁹ & uiginti re-

troactis annis astrinxi. Nã etsi beato Francisco tan q̃ patri tenear, & eius fraternitati uelut matri quæ me aluit atque educauit, plus tñ me debere fateor Christo, q pro me mortuus est, & uerè omniũ matri ecclesiæ catholicæ, in qua per baptismum renati sumus. Sed iam opus est ut ad nostrum scopum reuertatur oratio. Cum ergo res sit tam acerba quẽpiam hæretici nota inurere, anxiè examinanda est, oportetq̃ lapidem (ut dicitur) ad filum referre antեq̃ censeamus, & nõ leuiter quicq̃ pronunciare. Plurima ergo exigunt ut meritò aliquis dici possit hæreticus. Primo ut fidẽ catholicã semel in baptismo susceperit. Nam qui nũq̃ fuit Christo dedicatus, is infidelis, aut paganus, aut Iudæus, aut Saracenus, aut alio quouis nomine censebitur, nõ tñ dicetur hæreticus. Vnde patet miserè errasse Bernardum de Lucẽburgo, q hęreticorum catalogum describens, aliquos ibidẽ recenset q nunq̃ in fide catholica fuerũt initiati, atq̃ ideo nec hæretici nominandi erãt, quales sunt Auicenna & Auer. quos hęreticorum catalogo inseruit, cũ tamen nihil minus q̃ hæretici dici possunt. Constat siquidem eos sectam Mahumeticã fuisse amplexos. Quòd si ideo inter hæreticos numerandi erant, quia fidei Christi aduersi fuerunt, cur nõ etiã appositi Photinũ, Libaniũ, Lucianum, Plutarchum, Apuleium, aliosq̃ philosophos, q fidei Christianę maximè repugnãt? Deinde post fidem susceptam requiritur error in fide, q̃ aliquã. s. hæresim amplectatur. Propter quod schismaticus ex solo schismate non propriè hæreticus censendus est, nisi hæresim confingat propter quã ab ecclesiæ unitate diuidatur. Verũ quia (Augustino teste) nullũ schisma est nisi aliquam hæresim confingat ut rectè uideatur ab ecclesia discessisse, hic est q̃ schismaticus appellari solet hæreticus: non q̃ schisma ipsum hęresis sit, sed qa disponit ad

hæresim.

hæresim. Vt enim primo cap. disseruimus, nunquã opus exterius dicẽdum est hæresis, nisi ei adiungatur credulitas intellectus. ideo schisma hæresis dici nõ potest, nisi ei addatur error intellectus. Vnde Hiero. super epist. ad Galat. Inter hæresim & schisma hoc esse arbitror, q̃ hæresis peruersum dogma habet, schisma uerò ab ecclesia pariter separat. Hęc ille. Verũ hic admonere oportet duplicẽ esse unionem. Vna quæ fit per charitatem per quã tanq̃ per iuncturas membra iunguntur, ut capiti suo. s. Christo cohæreant, & per hãc cõstituitur corpus illud quod dicitur esse sine macula. Et hoc modo unitas ecclesiæ cõsistit in unitate charitatis, qua membra inuicem se diligunt, & deum. Alia est ecclesiæ unio per fidẽ, per quã omnes fideles sunt grex sub uno pastore. Sic enim ait Hugo de sancto uictore, per fidem accipi unionem, per charitatem uiuificationẽ. Hæc ille. Et hæc est illa ecclesia, quę in euãgelio aliquãdo cõparatur sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium cõgreganti. aliquãdõ decem uirginibus, è quibus quinq̃ erant fatuæ, quinq̃ prudentes. Schisma (quod latine sonat scissura aut diuisio) opponitur primæ unioni quæ fit per charitatem. Nam sæpenumero euenit ut aliquis schismaticus dicatur, qui tamen ecclesiam credit esse omniũ matrem, & fidẽ tenet, quã catholica tenet ecclesia: sed sola hac ratione separatur, q̃ negat pontificẽ recte & (ut decebat (electum, atq̃ ideo nõ uult ei sub esse tanq̃ ei quem non credit uerum esse pontificẽ: quale schisma historiæ recẽtes memorant per quadraginta fermè annos permansisse in ecclesia, quæ tres se pro põtificibus gerentes tũc passa est, quod in concilio Constantiensi sub Sigismundo Romanorum rege finitũ est. Quis tñ hic audeat alicui eorũ qui se pontifices dicebãt, aut eis q̃ illis parebãt, hæretici nomen impingere, cũ ipsum cõciliũ nunq̃ mat. 13. mat. 25

alicui eorꝝ hoc obiecit, nisi fortè Benedicto, q̃ recla mante cõcilio in schismate pmansitꝫ Quãuis enim credere teneamur ex fide, uerum Petri succesſorẽ es se supremũ totius ecclesiæ pastorẽ, nõ tñ tenemur eadẽ fide credere Leonem aut Clementem esse uerum Petri succesſorẽ: qm̃ nõ tenemur ex fide catholica credere eorꝝ quemlibet rectè & canonicè fuisse electum. Quo fit ut q̃ obedientiam denegaret Clementi aut Leoni hac ratione. ſ. q̃ dicit eũ nõ fuisse rectè electum, etsi schismaticus dicendus sit, nõ tñ hæreticus censendus, cum per hoc nulli ueritati catholicæ obuiet. Non enim ad fidem catholicã spectant ea quæ ex facto nunc pendent, sed ea quæ ex iure. Alioqui si ea ad fidẽ catholicã pertinerent, fieri oporteret necessariò ut ecclesia aliqñ in fide deciperetur, quod nullus sanę mentis unq̃ admitteret. Non est ergo aliquis hæreticus cẽsendus, nisi errorem in fide suscipiat. Quapropter hæreticorꝝ fautores & defensores, etsi aliqñ hæretici nominent̃, si tamen solas psonas defendũt, & nõ errores, nõ sunt hæretici cẽsendi, pœnis tñ canonicis subiacebunt.

* *Tertio ut q̃s uere dici possit hæreticus (iuxta quorundam opinionem) requiritur, ut non prorsus totam deserat fidem catholicam, sed aliquem duntaxat aut aliquos illius articulos. Nã si uniuersam fidem desereret, dicunt illi nõ hæreticũ sed apostatã esse appellandum. Hãc sententiã docet Guido Carmelita in sua summa de hæresib⁹, qui hæreticũ ab apostata hac ratione discernit q̃ hæreticus aliquẽ particularem fidei articulum deserit, apostata uero toti fidei catholicæ contradicit. Eandem tuetur opinionem Ioannes de turre cremata, in summa ecclesiæ lib. 4. parte 2. cap. 13. Idẽ docet Siluester de Prierio in sua summa in dictione, hæreticus. Et ego aliquando ita sensi, atq̃ ita in prima huius operis ẽdi tione docueram. Nam istorꝝ doctorꝝ uestigia sequu

tus in eandem in quam illi cecidi foueam. Nūc igi tur profundius(ut opus erat) rem contēplatus deprehēdi clarissime illos & me errasse. Nō est enim rationi consentaneum,ut hæreticus hæreses augendo desinat esse hæreticus. Quis sanæ mentis dicet hominem album,per albedinis additionem desinere esse album.Si albedo reddit hominem albū, necessarium est ut quo plus habuerit albedinis, eo albior fiat:tantū abest ut albus tūc desinere esse possit.Si ob unam tantū rem furto sublatam,aliqs dicitur fur & latro,qui oēs aliorum possessiones furto surripuerit multo iustius censebit latro. Ad eundem modum de hæretico mihi necessario dicēdum uidetur,ut si articulus unus fidei desertus sufficit illius desertorem reddere hæreticum,articuli oēs fidei deserti efficiant illoꝝ desertorem nō solum hæreticum sed hæreticissimum.Apostata igitur nō est aliquid ab hæretico sic seperatum,ut idem nō possit esse apostata & hæreticus,prout præfacti doctores sentire uidentur, sed apostatæ nomen est uelut species quædam infidelitatis sub hæretici nomine contenta.Omnis itaq; apostata est hæreticus, non tamen econtrario omnis hæreticus est apostata.Et hanc sententiam docet beatus Thomas qui in secūda secūdæ,quæst.10.artic.5.solas tres dicit esse infidelitatis species,uidelicet,Paganos,Iudæos,& Hæreticos,& sub hæreticoꝝ noīe contineri dicit quot quot a fide catholica quam semel susceperūt,quomodolibet recedunt. Et expressius id docet eodem libro quæst.12.artic.1.in responsione ad tertiū, ubi dicit q; apostasia non importat aliquam speciē infidelitatis, sed quandam circūstantiam aggrauantē. Eidem sentētiæ subscribit Guillermus Ocham prima parte suorum dialogorum lib.4.ca.12.) Quod) consummatum facit hæreticum,est, si errori adiungas ptinaciam.Augustē.contra Manichæos. Qui in

ecclesia Christi morbidum aliqd prauūq; quid sapiunt, si correcti ut sanum rectumq; sapiāt, resistūt contumaciter, suaq; pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare perlistunt, hæretici sunt. Hæc Augustinus. Sæpenumero enim fit, ut quod semel utcūq; prodiderit definiendi temeritas, confirmet, imò augeat tuendi pertinacia. Quapropter optimè hæreticis dici potest id quod domi
Ezc. 2. nus per Ezec. prophetam dicit, Patres eorum p̄uaricati sunt pactum meū usq; in diē hanc, & filij dura ceruice & īdomabili corde sūt, ad quos ego mitto te. Tanta est enim hæreticorum pertinacia, ut sæpe nō dubitēt caput opponere gladio, ne à suo errore discedant: qbus bene illud Pauli conuenit. Si tra-
1.Co.13. didero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem nō habuero, nihil mihi prodest. Pertinacia sublata quantūlibet quis erret, non est dicendus hæ-
24.q.3. dixit a pollo-lus. reticus. Vnde August. in epist. ad Glorium & Eleusium, quæ est in uolumine eius Epistolarum. clxij. Qui sententiam suā quāuis falsam atq; peruersam nulla pertinaci animositate defendūt, p̄sertim quā nō audacia suæ præsumptionis pepererint, sed à se ductis atq; in errorē lapsis parentibus acceperunt, quærunt autem cauta solicitudine ueritatē, corrigi parati cū inuenerint, nequaq; sunt inter hæreticos deputandi. Hæc ille. Si enim aliqs idiota qui apud se firma uoluntate decerneret eam fidem amplecti semper quā ei sancta mater ecclesia insinuabit, audiret prædicatorem cui simplici animo afficitur, dicentem spiritum sanctū procedere à patre, nō tamē à filio, & ei assentiret, nō ideo hæreticus censendus est: quia etsi erret, nō tamē ex malitia, cum paratus sit ecclesiæ monēti obedire. Ideo enim prædicatori credit, quia arbitratur prædicatorem ea dicere quæ à catholica ecclesia approbantur, nō crediturus si aliqua ex parte illi innotesceret prædicatorem à ue

ra fide deuiasse. Vnde August. in lib. de baptis. contra Donatū. Si aliquis hoc idem sentiat de Christo quod Fotinus opinatus est, & in ecclesia catholica baptizatur, & hoc credit esse fidē catholicam, non dum dico esse hæreticū, nisi manifesta doctrina catholicæ fidei resistere maluerit, & illud quod tenebat elegerit. Hæc ille. Imò nō solum hæreticus non est, sed nec in hoc peccat, ignorantia eum excusante, qm̄ sicut nesciebat, ita nec scire tenebatur. Non enim omnes æqua lege tenentur ad credendū. Plebi indoctæ satis est eos fidei articulos tenere, q̄ in Apostolorum symbolo explicantur, paratæ susscipere reliqua quæ ei ecclesia credenda obtulerit. At nō idē est in prælatis & prędicatoribus, quos ignorantia nō excusat, eò q̄ tenentur scire ea quæ ad officium suum pertinent, ut nihil prædicēt quod non sit eis perfectè exploratū: ideoq; peccāt si ignorāt. Si tamē parati sunt corrigi cū ecclesia aliud docuerit, quāuis peccant ignorātes quę deberent scire, nō tamen hæretici sunt censendi magis q̄ indoctum uulgus, eò q̄ pertinaces non sunt. Pertinacem dicimus eum qui adeò tenaciter propriæ adhæret sententiæ, ut ecclesiæ quantūlibet monenti paratus sit resistere. Quæ pertinacia etiā in his quæ ambigua sunt, & ubi adhuc ecclesia nihil definiuit, tam peruersa est, ut ea sola sufficiat hominē hęreticū reddere. Si q̄s enim credat ignē inferni esse similē aut dissimilē huic quē apud nos hic cernim⁹, nō cēsebitur hęretic⁹, eò q̄ lis est adhuc sub iudice. Quòd si altera partē tali aīo amplectat, ut q̄uis ecclesia oppositā definiret, sit parat⁹ aduersus ecclesię cēsurā, partē suā tueri, hęretic⁹ cēsend⁹ est: nō q̄ hāc aut illā sententiā tuet, q̄ fortè uera est, sed pp̄ pertinaciā adiūctā, q̄ hoc efficit, ut qm̄ parat⁹ est ecclesię aliud docenti resistere, eo ipso credit ecclesiā errare posse: qđ hęreticū est. Cęterū circa ea q̄ exp̄ssa sunt, & extra oēm

cõtrouersiã deducta,q̃.s.p ecclesiam semel definiti sunt hęc erit regula tenẽda. Qui in his exẽplis & semel definitis repugnat & cõtradicit, etiã si dicat se paratũ corrigi per ecclesiam aut per concilium,hæreticus censendus est:quoniam eo ipso q̃ ecclesiæ definitioni cognitæ cõtradicit,pertinax est. Nã etsi dicat se paratum corrigi,non tamen est ita. Quî.n. fit,ut quis sit paratus corrigi ab eo quem tunc manifestè oppugnat? Atq; ideo ecclesia nõ consueuit, quæ semel definita sunt, iterũ in quæstionem uertere.quapropter qui ecclesiã definisse audit,obtẽperare debet.q̃ si repugnat,pertinax meritò censet,atq; ideo hæreticus. Vnde Gelasius papa, Maiores no-
14.qi stri diuina inspiratione cernẽtes, necessariò præcauerunt, ut quod contra unamquãq; hæresim coacta semel synodus pro fidei cõmunione & ueritate catholica & apostolica ,pmulgasset,nõ sineret nouis post hæc retractationibus mutari,ne prauis occasio præberetur,quæ medicinaliter fuerunt statuta,pulsandi, sed authore cuiuslibet insaniæ ac pariter errore dãnato,sufficere iudicauerunt, ut quisq; aliquando huius erroris communicator existeret, principali sententia damnationis eius esset obstrictus.Sic Sabellium damnauit synodus, nec fuit necesse ut eius sectatores postea damnarẽtur, sed pro tenore constitutionis antiquæ,qui uel prauitatis illius uel cõmunionis extiterant participes, uniuersalis ecclesia duxit esse refutandos.Sic Arrium , sic Eunomium,Macedonium,Nestorium, synodus semel gesta cõdemnans,ulterius ad noua cõcilia uenire nõ sinit.Hæc ille. Et Felix papa·Achatius non fuit noui uel proprij inuentor erroris,ut in eum noua scita prodirent,sed alieno facinori suam cõmunionem miscuit.itaq; necesse est ut in illam recideret iusta lance sententiam,quam cum suis successoribus per cõniuentiam synodalẽ susceperat author

erroris. Hæc ille. Et Leo papa epistola tertiadecimasecunda scribēs Martiano Augusto de his quæ in cōcilio Chalcedonensi tractāda erant, sic ait, Per dominum nostrum Iesum Christum, qui regni uestri est author & rector, obtestor & obsecro clementiā uestram, ut in præsenti synodo fidē quam beati patres nostri ab Apostolis sibi traditā prædicarūt, nō patiamini quasi dubiā retractari: & quæ olim maiorum sunt authoritate damnata, rediuiuis nō permittatis conatibus excitari. Hæc Leo papa. Et epistola 52. eadē scribit Leoni Augusto. Taceat ergo Lutherus, & erubescat cōcilij definitionem petere in rebus quæ per multa cōcilia definitæ sunt. nam cum cōstet eius errores ex officinis prodijsse Eriorū, Lāperianorum, Valdēsium, Vuitcleuistarū, Hussitarum, quos plura cōcilia damnauerūt, quid nouas definitiones petit, ubi tot habent antiquæ? Scit tamen callidus serpens quid agat. nā quia difficilè sperabat his tēporibus propter simultates ingruentes cōcilium congregari posse, ad cōcilium appellat: cui, si cōgregaretur, minimè obtemperaturus esset. Nec mirum cp sic tenaciter suo errori adhæreat, qm̄ ut ait sapiēs, Aquæ furtiuæ dulciores sunt. Nōne aquæ furtiuæ sunt hæreticorum placita atcp errores? Sic enim alibi dicitur, Aqua profunda, sapiētia in corde uiri. sed hæc furtiua est, cum sacræ scripturæ authoritate utitur contra intentionem & uoluntatem sancti spiritus, eiusdem scripturæ authoris. Sed hæ, quoniam furtiuæ, dulcius eis sapiunt, quàm si ab alijs mēdicarentur, atcp ideo tenacius eis adhærēt. Quilibet enim proprijs magis delectatur inuentis quàm alienis. Hac ergo de caussa monebat Iacobus apostolus dicens: Si quis uestrum indiget sapiētia, postulet à deo. quasi dicat, Si ab alio cp à deo cupit, furtiuè habebit, quoniam omnis sapiētia à Dño Deo est, & cum ipso fuit ante ęuum.

Pro. 9.

Pr. 18.

Iaco. 1.

Eccl. 1.

Quòd dubius in fide, dicēdus est hæreticus. Ca. X.

DE eo qui ptinaci animo suũ errorẽ tuetur, ꝓximo capite differuimus. Supereſt ut de eo diſſeramus q nulli errori adhęret, ſed tantũ in fide hæſitat, ita ꝙ anceps eſt & dubius ad quã partẽ ſe uertat. an talis meritò dici debeat hęreticus? Cui quæſtioni facilè reſpondetur, ſi prius attẽdatur qualem oporteat eſſe fidẽ, ut fides meritò dici poſſit. Vt. n. aliquid fides uerè appelleť, certitudinẽ exigit & firmitatẽ in eo qui eam tenet: Alioquí ſi certitudo aut firmitas abſit, & ſcrupulus aliquis urget, ea nõ fides ſed opinio aut dubitatio cenſebiť. Hac enim ſola ratione fides ſeparať ab opinione, ꝙ qui credit, tenaciter adhæret: à nullo impellitur ut eũ in oppoſitam partẽ deflectere ualeat. Qui autẽ opinatur, ſic accedit ſuæ ſentẽtiæ, ut aliquantulũ hæſitet, & mobili intellectu aſſentiat. Quo fit ut fides & opinio minimè in unũ coire poſſint: multo ergo difficilius coibũt fides & dubitatio, cum hæc magis pugnẽt
Iaco.1. iter ſe. ideo apoſtolus Iacob? ait, Poſtulet autẽ in fide nihil hęſitãs. Qui enim hęſitat, ſimilis eſt fluctui maris q à uẽto moueť, & circũfertur. non ergo eſtimet homo ille ꝙ aliqd accipiat à dño. Colligiť ergo manifeſtè, eũ qui dubitat, minimè credere. At in his in ꝙbus oportet captiuare intellectum in obſequium Chriſti, nolle captiuari ut credat, eſt apertè pugnare aduerſus fidẽ. Eũ autẽ q apto marte fidei repugnat, ꝓximo capite oſtẽdim? eſſe hęreticũ. Hęreticus ergo dicẽdus eſt qſqs dubitat ea q̃ ad fidẽ ſpectãt. Vnde Steph. papa ait, Dubi? in fide, ífidelis eſt. Huíc accedit, ꝙ oís in fide dubitãs errat. At cũ, ꝓximo capite oſtẽderimus oẽm qui pertinaciter errat in fide, hæreticũ eſſe dicẽdũ, cõuincitur ergo manifeſtè ut omnis q in fide dubitat, hæreticus etiã dicatur. Quòd in fide dubitans erret, teſtimonio Auguſtini, ꝓbatur, q in enchirid. cap. 17. ſic ait· Errare eſt

approbare falsa pro ueris, aut improbare uera pro falsis, aut habere incerta pro certis, aut certa pro incertis. Hæc ille. Eadem fermè uerba repetit cap. 19. Ea quæ ad fidem pertinẽt, certissima sunt. Cum autem illa quæ dubitantur, pro incertis teneantur, colligitur inde, eum qui in rebus fidei dubitat, errare: omnis autem pertinaciter in fide errans, hæreticus est: omnis ergo in fide dubitans, pari modo hæreticus censendus erit. Hoc etiam pluribus scripturæ testimoniis cõprobatur. Nam post resurrectionem cum dominus apparuisset discipulis, tempore quo Thomas ibidem non erat, quã ob caussam cum credere idẽ Thomas noluisset, nisi prius missis manibus in fixuras clauorũ, post dies. 8. dominus omnibus undecim apparẽs dixit Thomæ, Infer digitũ tuum huc, & uide manus meas: & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Ecce hic dominus impingit Thomæ incredulitatẽ & infidelitatẽ ob dubitationem quã de resurrectione eius habuit. Quod autẽ Thomas dubitauerit, testatur Greg. in homilia huius lectionis dicens, Nunqd casu gestũ creditis, ut electus ille discipulus tũc deesset, post autẽ ueniẽs audiret, audiens dubitaret, dubitans palparet, palpans crederet? Non hoc casu, sed diuina dispẽsatione gestũ est. Egit nãq; miro ordine superna clementia, ut discipulus dubitans dũ in magistro suo uulnera palparet carnis, in nobis uulnera sanaret infidelitatis. Hæc Grego. Et Cyrillus exponens eundẽ locum, libro scilicet. 12. capite uero Cõmentariorũ suorum. 59. sic ait· Præ gaudio autem magis q̃; infirmitate mentis dubitasse Thomã diximus, quoniam & de aliis dixisse Lucã non ignoramus· Adhuc autem illis nõ credentibus, & mirantibus præ gaudio. Verum cum uisus omnẽ dubitationis caussam tollat, rectè Thomas statim clamauit, Domi- Ioã. 20 Lu. 24

nus meus,& deus meus. Hęc Cyrillus. Vides iam Thomam dubitantē,quem ob eam ſolam cauſſam dominus incredulū appellat. Præterea quū Petrus ex præcepto Chriſti ſuper aquas ad eum iret, cœpiſſetq; mergi,auxiliumq; imploraret diuinum,dictum eſt ei a domino· Modicæ fidei,quare dubitaſti? Quod exponēs Theophylactus,ait· Nō omninō autem dubitabat Petrus, ſed ſecundū quid,hoc eſt ex parte: nam iuxta id quod dubitauit,incredulus fuit: iuxta id autē quod clamauit, Domine ſerua me,curauit incredulitatē: ideo paruæ fidei dicitur,non incredulus. Hæc ille. Et Paulus in epiſtola ad Ro. cōmendans eis fidem Abrahæ,ait· In repromiſſione etiā Dei non hæſitauit diffidentia, ſed cōfortatus eſt fide. Ex quibus uerbis manifeſtiſſimē oſtendit Paulus eum qui hæſitat, minimē fidē habere. Rurſum Theophylactus exponens illud ad Ro. 1. Iuſtitia dei in eo reuelatur ex fide,ſic ait· Cū enim ea quibus a deo donati ſumus, mortales nequeant cogitatione cōplecti,meritō nobis eſt fides hæc neceſſaria: quā ſi ſcrutari hęſitādo cœperimus, omnium proculdubio patiemur iacturā. Hæc ille. Pro re ergo tam clara hæc ſufficiat adduxiſſe teſtimonia. Sunt tamē hæc quę diximus,ad eum ſolum referēda,qui pertinaci animo dubitat,quomodo ſuperius diximus de eo qui pertinaciter diſſentit. Nā ſi quis dubitat aut ex infirmitate quadā, uelut cōtingit in primis motibus, & in his q a natura hoc habēt ut ſint in qualibet re ancipites,& aſſiduis urgeātur ſcrupulis: aut ſi dubitat ex ignorantia,qa. ſ. neſcit tale aliqd pertinere ad fidē catholicā,paratus tamē utroq; euentu abſq; ulla hæſitatione aſſentire cum fuerit ab eccleſia monitus aut edoctus,nō erit talis dicendus hæreticus,ac ideo nec excōmunicationi nec cæteris pœnis canonicis erit ſubiectus. Quòd ſi adeò pertinaciter dubitat, ut eccleſiæ do-

matt.14

Ro.4.

centi nollet assentire, iam hæreticus est duplici ratione: & quia dubitat de his quibus integram fidem & firmam præstare tenebatur, & quia ecclesię monenti nō credit: nam ex hoc suspicio oritur eum opinari de ecclesia ꝙ possit errare in fide: quod impium est. Verùm hic admonendū censui, ꝙ quāuis non liceat alicui de rebus quæ ad fidem spectant, dubitare, licebit tamen de earum intelligētia dubitare. Sæpissime enim contingit ut uiri quantūlibet docti & pñ circa plures sacræ scripturæ locos hæreant, dubitātes scilicet quidnā sub illo uerborum inuolucro lateat, cum tamē firmissimè credant uerum esse quicquid uerbis illis deus nobis insinuare uoluit. Certissimè enim & absq; ulla hæsitatione credunt sensum illius literæ uerū esse: quis autē sit uerus illius literæ sensus, meritò dubitant. Ad hunc modū uirgo deipara etsi annuncianti angelo futurum cōceptum credidit, modum tamē quo id fieri possit, petit, & de eo dubitans interrogat. Quo modo fiet istud, quoniā uirum non cognosco? Illa siquidem uirginis aut quæstio aut dubitatio nihil de eius integerrima fide minuit. Vnde beatus Ambro. exponens illud, ait. Quo ergo modo fieri possit ut Zacharias qui non crediderat, silentio condēnaretur, Maria autē si non credidisset, spiritus sancti infusione exaltaretur? Sed neq; non credere Maria, neque tam temere debuit usurpare, non credere angelo, usurpare diuina. Neq; enim facile erat scire mysterium abscōditum a seculis in domino, quod nec superiores potestates scire potuerunt: & tamē non fidem renuit, non officium refutauit, sed accōmodauit affectum, spopondit obsequium. Etenim quū dicit, quomodo fiet istud, non est de effectu dubitauit, sed qualitatē iplius quęsiuit effectus. Quāto tēperatior ista respōsio, ꝙ uerba sunt sacerdotis? Hæc ait, Quomodo fiet istud? ille respondit, Vnde Luc. 1

hoc sciam? Hæc iam de negocio tractat, ille adhuc de iudicio dubitat. Negat ille se credere qui negat scire, & quasi fidei adhuc alium quærit authorem. Ista se facere profitetur, nec dubitat esse faciendum quod quomodo fieri possit, inquirit. Hæc Ambro. Ad hunc etiam modū interpretandæ sint illæ scholasticorum theologorū assiduę quęstiones, quibus quærunt, an deus sit unus: nū pluralitas illa personarum possit cōstare unitati essentiæ: utrū spiritus sanctus procedit a patre & filio. Non ꝙ ita esse dubitant, sed ut modum quo id esse possit, ostendant: de quo modo non uideo quin aliquis citra hæresis notā possit dubitare, modò id esse credat, sicut uirgo deipara de modo quo deum cōceptura erat, dubitauit. Quærunt etiā illa, & quæstiones excitant, ut exerceantur uelut in palæstra, ut prōptiores postea inueniantur ad hæreticos debellandos, ut parati scilicet sint reddere rationē de ea quę in illis est fide. Aliter enim quærit Arrius an filius sit patri ꝑ omnia æqualis, aliter quærit Thomas uel Scotus, aut alij catholici. Ille nāq; quærit, quia non credit filium æqualem patri, quærit ut peruertat. Hi uerò quærunt ut cōuertant, quærunt ut uiam inueniant qua Arrianorum technas euadere possint: quęrunt ut ad ueram fidei cognitionē perueniant. Hoc autē ita fieri admonet beatus Cyrillus, tantum abest ut prohibeat. Is enim lib. 4. super Ioānē cap. 13. sic ait: Probus auditor ac sapiens quę intellexit, nulla intelligētia remoratus, mentis ea thesauro statim cōmendabit. Si qua uerò ardua uidentur, sępe ac multum inuestigans atq; interrogās tandē assequitur, uenatrices apprime canes imitatus, quæ huc atq; illuc percurrunt feras quærentes. Sic affectū esse sapientem propheticus quoq; sermo denotat dicens:
Esa. 28 Conquirens quære, & apud me habita. Quęrendū enim ita semper est, ut apud eum habitemus, & ad

alienas sententias non deferamur. Hæc Cyrillus. Vides hic qualiter quærere admonet, uerùm hoc fine, ut discant, ut ueram fidem habeant, ut non seducantur, & ad alienas a deo sentẽtias deferãtur. Hęretici quærẽtes sunt uelut Nicodemus dicens Io. 3. Quomodo hæc fieri possunt? & Iudæi Capernaitæ discipuli domini dicẽtes, Quomodo potest hic nobis carnẽ suam dare ad manducandũ? Hi quærunt quia non credunt: quod patet, quia abierũt retrorsum. Catholici quærẽtes quærunt uelut uirgo gloriosa, quæ credens quærit ut doceatur. Hęc ideo in medium ducere decreui, quòd uideo quosdam sine caussa hoc scholasticis doctoribus impingere, q talia quærunt, in quibus hæsitare impium sit, ac si quotiensçunq; proponant aliquid per utrum, credendum sit eos in ea re dubitare, nutantemq; fidem habere. Absit. Non attendunt quòd licet effectũ credant, de qualitate effectus, & de modo quo id fiat, meritò dubitare possunt. Dubius ergo ĩ his quæ ad catholicã fidem spectant, hæreticus censendus est, modò pertinaci animo dubitet, ut ecclesia etiã monente & docente dubitare nõ desinat. Alio qui si citra pertinaciã id faciat, hæreticus minimè dicetur: cum etiam si illo modo dissentiret, nequaquã uerè hæreticus appellari posset. Io. 6.

De quibusdam caussis ex quibus hęreses oriuntur. Cap. XI.

VT facilius hęresibus obuiari possit, ne (sicut dicit Apostolus) ut cancer serpant, caussas & radices a quibus oriuntur, ostendere decreui, ut illis sublatis cito hęreses submoueantur. Ad incolumitatem siquidẽ recuperãdam is primus est gradus, cognoscere. ſ. caussam a qua orta est mala ualetudo, quoniã ut medici dicũt, difficilius illis morbis mederi possumus, quorũ caussę latẽtes sunt: his autem quorũ caussę patent, etsi graues admodũ mor

bi sint facilius potest occurri. Prima omnium hęresum radix est illa quā Aug. dicit esse omniū malorum unicā radicem, īmodicus. ſ. amor ſui. nam hic, Aug. teste, ædificauit ciuitatē diaboli. Et apostolus
2.Ti.3. id clarissimè in. 2. ad Tim. epi. exprimit dicēs. Hoc autē scito, quia in nouissimis diebus instabunt tēpora periculosa, & erunt homines seipsos amātes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parētibus nō obedientes, ingrati, sceleſti, sine affectione, sine pace, criminatores, incōtinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & uoluptatū amatores magis q̄ dei, habentes speciem quidē pietatis, uirtutem autē eius abnegantes &c. Cum enim ibi apostolus malorum chiliadem enumerare uellet, amorem ſui ante omnia præmisit, uel hoc argumēto ostēsurus cæterorū esse causſam. Sic enim Theophylactus locū illum. ſ. seipsos amantes, exponēs, ait· Statim malorū omnium causſam produxit in medium, q̄ ſuis quisq̄ magis prospiciat q̄ proximi cōmodis. ei nāq̄ qui ſui ipsius duntaxat trahitur charitate, accidit sæpe ut nec ipse ſe amet. Et exponens illud uerbum cupidi, ait· Cum malorū explicasset rationem, & ramos ſigillatim enumerat. Hæc ille. Ex hoc īmodico ſui affectu oritur ut ſua semper ſibi placeant, propr̄ijs inuentis delectetur, inde nascitur obstinatio & pertinacia, quæ portæ sunt latissimę ad hæresim inducēdam. Præter hanc principem omnium malorū radicem est alia peculiaris, omnibus tamē hæresibus cōmunis, glorię. ſ. cupiditas. Hoc enim est hæreticis omnibus genuinum, ut gloriam popularem captent, cupiantq̄ ab omnibus pro doctissimis haberi. At quū uia regia gradientes hoc assequi nequeāt, deuia quæq̄ requirunt ut ad scopum perueniant. Hoc ait Gregorius exponens illud Iob. 6. Respondete quæso absq̄ cōtentione. Neq̄ enim, inquit ille, hæretici inquisitio-

nibus suis ueritatem conãtur assequi, sed uictores uideri. Cumq; se foris ostendi sapientes appetunt, intus per stultitiam elationis suę uinculis ligãtur. Vnde fit ut cõtentionũ certamina exquirant, & de deo (qui pax nostra est) loqui pacificè nesciant, atq; ex pacis negocio rixę inuctores fiant, quibus bene per Paulum dicitur. Si quis autẽ uidetur esse cõtentiosus, nos talem consuetudinẽ non habemus, neq; ecclesia dei. Hęc Gregorius. Ex hac glorię cupiditate proximè oritur pertinacia, nusq; flexibilis, adeò etiam ut quũ in certamine succubuerit, cedere tamen nolit. Malunt enim cuiuscũq; doctrinæ euersionem, q; fateri se uictos, ne hac uidelicet occasione uel minima pars glorię quã captant, depereat. Vt autẽ non uideantur populo in certamine succubuisse, apud quẽ & non apud deum gloriã habere uolunt, nihil intentatum relinquunt, adeò ut etiam ipsas sacras scripturas, quas suis assertionib⁹ apertè repugnare cognoscunt, peruertant, deturpent, & mancas faciant: non tantũ in alienum sensum detorquentes, sed radentes ex eis id quod propter clarissimum testimonium nullã patiatur adulterinam expositionẽ. Hoc expresse asserit Eusebius Cęsariẽsis fecisse quõdam Asclepiodotũ, Theodotũ, Apollonidem, Hermophylum, Artemonistas. Sic enim ait. Sed hęc faciunt, quia nec uicini facti sunt fidei, Propterea & diuinas scripturas absq; ullo timore contemerant, & corrumpentes eas emendare se dicunt &c. Et idem de Nestorianis dicit Theophylactus exponens illud ad Hebrę. 2. Vt gratia dei pro omnibus gustaret mortem. Sic enim ait. Nestoriani uerò scripturã hanc Pauli deprauantes, non gratia dei dicũt, sed sine deo, id est sine diuinitate pro omnibus mortẽ gustaret: ut quod ipsi pessimè sentiũt, Christo scilicet cruci affixo diuinitatẽ astruant nõ affuisse, utpote quæ non substantialiter illi inesset, 1. Co. 11

sed affectione quadam unita. Hęc Theophylactus. Cum ergo ad hoc deuentum sit, ut illud solum habeant asylum, scripturas radere quibus cõuincendi erant, uel hoc argumento cõuincitur, propriam eorum conscientiã aduersus eos pugnare, aperteq; cognoscere sacram scripturã illis esse cõtrariã. Nã si nõ deprehẽderent repugnãtiã scripturarũ manifestã, nunq; scripturas raderent, quas aliquo pacto in suũ sensum trahere possent. Quare ergo nõ fatẽtur ueritatẽ? Quare nõ cantant palinodiã cum scripturã deprehenderint quæ ad hoc faciendũ eos cogat? Nil certè obstat nisi illa quã diximus glorię cupiditas. dicunt enĩ apud semetipsos illud Pauli· Si
Gala.2 enim quæ destruxi, iterum hæc ædifico, præuaricatorẽ meipsum constituo. Quę si dici possent in eos qui relipiscẽtes ueritatem quã prius oppugnabãt, prædicant, in ipsum Paulum primitus dicerentur, in quo ecclesiæ Christi magnificabant deũ, audientes q̃ euangelizaret fidem quã aliquãdo uastabat. non enim possibile est ut ab errore ad ueritatẽ, aut a graui peccato ad gratiam sine pœnitentia trãseatur: quã qui facere erubescit, hoc agit, ut dum erubescit corrigere errorẽ, non erubescat permanere in errore: quod magis erubescendũ erat. de quo optimè dicitur per ecclesiasticũ· Est confusio adducens
Ecc. 4 peccatum, & est cõfusio adducens gloriã. Cõfusio adducit peccatum, quũ erubescit quisq; prauã mutare sententiã, ne aut incõstans putetur, aut diu errasse se iudice teneatur. Confusio autẽ adducit gratiam, quũ erubescens de proprio errore, pœnitẽdo ad lumen ueritatis se transfert. Ideo apostolus uolens Philippensibus persuadere uerã fidei unitatẽ, primũ quod eis suggerit, est ut ab omni inani gloria fugiant, q̃ hæc plurimũ uerę fidei possit obesse. Sic enim ait· Vnanimes id ipsum sentientes, nihil p
Phil.2. contentionẽ, neq; per inanem gloriã. Vnde Augu.

in libro

in libro de utilitate credendi: Hæreticus est qui pro alicuius temporalis commodi & maximè gloriæ principatusq; sui gratia, falsas ac nouas opiniones gignit uel sequitur. Hęc ille. Quibus uerbis Augu. magis hęresis causſam q̃ diffinitionẽ explicat. Nã qui cupidus est glorię, quid pro hac assequenda facere non audebit? Ad illam metam omnes gressus dirigit, ad hoc loquitur, pro hac re scribit, hac de causſa contentionẽ excitat. Quòd si iam alia nõ patet uia ut uideatur, ut digito mõstretur, ut uocetur ab hominibus rabbi, nouam oportet cõfingat doctrinã, ut rei nouitate alios in admirationẽ trahat. Qua de causſa uidẽtur mihi hęretici similes illi qui eò q̃ obscurus esset, nec potẽs ut rebus magnificè gestis memoriã sui posteris relinqueret, pessimo facinore clarum se futurũ sperauit, atq; ideo tẽplum Dianæ Ephesinę, mirabili opificio extructum, igni succẽdere tentauit, quod & fecit. Sunt enim sępissi me maiores hominibus uires ad uitium, q̃ ad uirtutem. Sic enim hęreticis cõtingit, qui quũ in uera fidei regula manentes obscuri fuissent omnino, ecclesiam dei inuadere, & igni succẽdere non erubescant, ut inde clarissimi euadant. Qua de causſa iustum est ut easdẽ pœnas luãt, quas aduersus illum clarissimum facinorosum fuisse decretas historiæ prodũt: ne. s. scriptor qui illud facinus memorię cõmendaret, ullam de homine illo faceret mentionẽ, nomenq; illius nulli memorię mandaret. Sicq; euenit ut in eo puniretur, quod ei peccati materiã suggesserat. Hoc etiã modo ecclesia spiritu dei afflata disponit ut hęreticorũ libri igni cõburendi tradantur. Iustum est enim ut eam gloriã inanẽ, quę tanti facinoris genitrix & parens esse dignoscitur, libris cõbustis deperdat: nec sit unquã qui eorum libros legat, ut eis neglectis, nõ sit a quo gloriam captare possit, quã unice cupiebat. ideo de eis dici potest il

lud Pauli ad Rom. Euanuerunt in cogitationibus suis. Verùm obstabit aliquis hãc pœnam minimè esse infligendam, hac ratione, q̃ illa punitio magis obest fidelibus qui libris hæreticorũ carent, in quibus etsi sint aliqua errata, sunt tamen alia multa egregiè dicta, quę uix apud alios fideles reperiãtur, quibus iniustũ esset carere. Cui respondemus, q̃ timẽdum est ne amore eorũ quę hæretici bene dicũt, allecti lectores, in subscriptionẽ trahantur cęterorum peruersè dictorũ. quapropter ecclesia a spiritu sancto edocta satius existimat utroq; carere, quàm
Luc.4 utrũq; glutire. Sic etiam legimus apud Lucam, q̃ quum dæmonia a corporibus hominũ Christi uirtute ejecta clamarent & dicerent, Quia tu es filius dei, Christus increpans nõ sinebat ea loqui. Nõne uera dicebant? ut quid ergo prohibet? Certe ne hac occasione iterũ eis falsa dicentibus crederetur. Sic enim ait Beda. Quare autẽ dæmonia dominus se lo
Ps.49 qui prohibeat, Psalmista manifestat, qui ait. Peccatori autẽ dixit deus, quare tu enarras iustitias meas per os tuum? ne quis dum prædicantẽ audit, sequatur errorẽ. Improbus enim magister est diabolus, qui falsa ueris sępe permiscet, ut specie ueritatis testimonium fraudis obtexat. hęc Beda. Si ergo dominus illa occasione prohibet dæmonia clamantia, quid obstat ut ecclesia dæmoniorũ progeniem prohibeat scribentẽ? Nonne ęquè scripturę possunt obesse ut uoces? imò multo magis. Nam etsi uerbum efficacius sit, tamen quũ euolauerit, reuocare nequis: scriptura uerò per multa secula durat, atq; ideo pluribus aut obesse aut prodesse potest. Iustè ergo ecclesia istorũ scripturas uetat, & discerpit si haberi possint, sicut Christus illorũ uerba prohibuit, etsi uera erant quę ab illis dicebantur. Ita etiã hæretici etsi multa uera & subtilia differant, tamen falsa admixta alĳs ueris fidẽ derogãt. Vnde Greg.

lib.5.moralium exponens illud Iob,Et uenit super me indignatio,sic ait. Habent quippe hoc hæretici proprium,ut malis bona permisceãt,quatenus facilè sensui audientis illudãt. Si enim semper praua dicerent,citius in sua prauitate cogniti,qđ uellent, minimè pſuaderent. Rursum si semp recta sentirẽt, profectò hæretici nõ fuissent. Sed dũ fallẽdi arte ad utraq; deseruiunt, & ex malis bona inficiũt, & ex bonis mala ut recipiant absc̃odunt: sicut qui uene ni poculũ porrigit,ora poculi dulcedine mellis tãgit: dũq; hoc qđ dulce est, primo attactu delibat, etiã illud qđ est mortiferũ, indubitanter absorbet. Itaq; hæretici pmiscent recta peruersis, ut ostendẽdo bona auditores ad se trahãt, & exibendo mala latenti eos peste cõrrũpant. Hactenus Grego. Prudenter ergo ecclesia timens hæreticorũ libros prohibet,ne id eueniat quod Sapiens ait. Qui tetigerit picẽ,inquinabitur ab ea. Quòd si aliqua fortè sunt quæ subtili indagatione apud eos digesta reperiantur, ea satius erit ab alijs orthodoxis requirere, q̃p ab hæreticis. Quòd si adhuc talia sunt ut apud neminem orthodoxum inueniantur, (quod uix credam) ea tamẽ semper mihi erunt suspecta, q̃p a tali homine.s.hæretico dicta. Sic enim refert Diogenes Laertius in lib.de uitis philosophorũ,q̃p quum ab Aristo.percontaretur quispiam quã mercedem haberet mendax,respondisse eundẽ ait, Vt cum uera, inquit,dicat,nulla ei p̃stetur fides. Cũ ergo hæreticus semel aut iterũ in hæresi deprehendat̃,qui fit ut postmodũ fidat̃ ei? Non est ergo æquũ ut sacræ scripturæ expositionem ab hæreticis recipiamus,cum eam alias contemeraſſe comperimus. Non auderes cibum corporeum sumere ex illius manu qui semel aut iterum uenenum propinauerit,& uis doctrinam fidei ab hæreticis sumere, qui toties dogmata uenenosa miscuerunt? Nullus unquã ab imi-

Iob.3.

Ec.13.

mico suo aut domini sui cibum recipit, nullus miles ab hostibus regis stipendium captat, nisi planè
Luc.15 desertor & trāsfuga. Mulier illa apud Lucā drachmam quęrens, intra domū quęrit, nō extra. Sic etiā intra ecclesiam quęrendū est si quid inuenire cupis quod ad ueram fidem pertineat. Qui panes petit
Luc.11 apud Lucam, uicini ianuā pulsat, non alicuius extranei. A uero Christiano quęrenda est uera doctrina. Vicini siquidē omnes christiani sunt, intra unā eādemq; ciuitatem cōmorantes. Ab hęreticis autē, q;, extranei sunt, nihil petēdum. Si cum his (ut dicit
1.cor.5 Paulus) non licet nec cibum sumere, multo minus licebit ab eis cibum petere. Adde q; hęretici nō habent ius sacras literas interpretādi, nec ad eos quo uis pacto spectat de eis differere. Nam cum filij nō sint quibus hęreditas in testamento legata sit, nullum prorsus habent ius inspiciendi testamenti paterni, quod sacra est scriptura. Si non erit hęres fi-
Gal.4. lius ancillę cum filio libere (ut ait apostolus) multo minus erit hęres alienigena cum filio liberę. Si ancilla cum filio suo ejciēda est, scilicet synagoga, multo fortius ejcienda erit ecclesia malignantium cum filijs suis, scilicet hęreticis. Exclusis ergo hęreticis a testamēto paterno, neq; etiā illi ius habebūt inspiciendi testamenti quod est sacra scriptura. Si ergo non habent ius inspiciendi, qui fit ut habeant ius interpretādi? Nullo ergo modo ab eis licebit sacrę scripturę interpretationē recipere, nisi aliūde haberi possit. Vnde Tertullianus in libro de prescriptionibus hęreticorū ait, Non Christiani nullū ius capiunt christianarū literarum, ad quos merito dicendū est, Qui estis, quādo & unde uenistis? Quid
Versus Homeri. in meo agitis non mei? Quo denicq; Marcion iure syluam meam cędis? Qua licentia Valentine fontes meos transuertis? Qua potestate Apelles limites meos cōmoues? Quid hic cęteri ad uoluntatem ue-

ſtram ſeminatis & paſcitis? Mea eſt poſſeſſio, olim poſſideo, habeo origines firmas, & ipſis authoribus quorum fuit res. Ego ſum hęres apoſtolorũ. ſicut cauerunt teſtamẽto ſuo, ſicut fidei cõmiſerunt, ſicut adiurauerunt, ita teneo. Vos certè exhęredauerunt ſemper & abdicauerũt, ut extraneos & inimicos. Vnde autẽ extranei & inimici apoſtolis hęretici, niſi ex diuerſitate doctrinę, quã unuſquiſq; de ſuo arbitrio aduerſus apoſtolos aut protulit, aut recepit? Illic igitur & ſcripturarũ & expoſitionũ adulteratio deputanda eſt, ubi diuerſitas inuenitur doctrinę. Hęc Tertullianus. Verùm quia ex occaſione nobis oblata paululũ digreſſi ſumus, opus eſt ut ad primũ intentum noſtra reuocetur oratio. Ex illa ergo peſſima radice, glorię ſcilicet cupiditate, ſicut oritur pertinacia, ita & iudicij fallacia: ut propter peccatũ deus permittat eos in errorẽ duci. Sic enim dicit Eſaias: Excęcauit oculos eorũ, & indurauit cor eorum, ut nõ uideant oculis, & intelligant corde. Lumen ueritatis, teſte Gregorio, elatis mentibus abſconditur, & omne peccatum cęcitas quędam eſt mentis, iuxta illud: Malitia eorũ excęcauit eos. Et alibi dicitur: Ambulabũt ut cęci, quia domino peccauerũt. Et de ſuperbis dicitur per apoſtolum ad Ro. Obſcuratũ eſt inſipiens cor eorum. dicentes enim ſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. * Beatus Anſelmus exponens illud Pauli ex epiſtola ad Ephe. Vt nõ circũferamur omni uento doctrinæ in nequitia hominũ, ſic ait. In nequitia hominũ, dixit quia hæreſis nõ eſt niſi in anima ſubdita peccatis: quia peccata cõmiſſa ſunt cauſſæ, ut deus permittat eos errare in barathrum hęreſis. Hęc ille. Adde quòd non propter ſolam iniquitatem propriam permittit deus hominem decipi, ſed etiam propter peccatum interrogantis aut diſcentis, doctorẽ alioqui bonum deus permittit falli, ut inquirẽtem ini-

Eſa. 6.

Sap. 2. Soph. 3

Ro. 1.

*

Eph. 4

quum decipiat. Sic enim legimus apud Ezechielē prophetam· Et factus est sermo domini ad me di-
Ez.14. cens· Fili hominis, uiri isti posuerunt immūditias suas in cordibus suis,& scādalum iniquitatis suæ statuerunt contra faciem suam. Nunquid interrogatus respondebo eis? Propter hoc loquere eis, & dices ad eos· Hæc dicit dominus deus· Homo homo de domo Israel qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & uenerit ad prophetam interrogans per eum me: ego dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum, ut capiatur domus Israel in corde suo, quo recesserūt a me in cunctis idolis suis. Propterea dic ad domū Israel,hæc dicit dominus Deus: Conuertimini, & recedite ab idolis uestris, & ab uniuersis cōtaminationibus uestris auertite facies uestras: quia homo homo de domo Israel,& de proselytis quicūq; aduena fuerit in Israel, si alienatus fuerit a me, & posuerit idola sua in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit cōtra faciem suam, & uenerit ad prophetā,ut interroget per eum me: ego dominus respōdebo ei per me, & ponam faciē meam super hominē illum, & faciam eum in exemplum & in prouerbium, & disperdā eum de medio populi mei,& scietis quia ego dominus. Et propheta quum errauerit, & locutus fuerit uerbū,ego dominus decepi prophetam illum:& extēdam manum meam super eum, & delebo eum de medio populi mei Israel: & portabunt iniquitatē suam. Iuxta iniquitatem interrogantis,sic iniquitas prophetę erit. hęc ibi. Ex quo scripturę loco aperte colligitur populo iniquo propter sua demerita hęreticos doctores a deo dari: uel,ut uerius dixerim,pmitti. Quod fortè hoc nostro tēpore euenit in partibus Germanię,quibus factus est Lutherus propheta falsus &

pseudoapostolus. Nam illorũ manifesta sunt opera carnis, quorum deus uenter est, atque ita gloria eorum qui terrena sapiebant, uersa est in confusionem. Quapropter euenisse oportebat quod dominus per prophetam minatus est, ut uidelicet iuxta iniquitatem interrogantis, iniquitas prophetę fuisset. Quòd si ab errore auocandi sunt, non patet uia nisi quã dominus ostendit, ut scilicet cõuertantur a uia sua mala, & malè actorum eos pœniteat, uitamq; cõmutent in melius: tandẽ si dominũ orauerint ut eis ueritatem ostendat, promissionem suam implebit, qui dixit· Petite & accipietis, pulsate & aperietur uobis. Quòd si tantum obest prophetę, peccatum interrogantis, ut causa sit deceptionis illius, quantum putas oberit peccatum ipsiusmet doctoris? Erit ergo sine ulla dubitatione causa efficacissima, ut sæpe in sacris literis conniueat, erretq;. Si ergo hæretico literas scienti sacra scriptura offerretur, dicere deberet, nescio literas. Verùm quum gloriæ cupiditate ducatur, nunc̃ ignorantiam fatebitur, imò potius dicens se esse sapientem, in insipientia sua deprehẽdetur. Hos tales per Esaiam prophetã dominus irridet dicens· Mea etenim de die in diem quærunt, & scire uias meas uolunt, quasi gens quæ iustitiam fecerit, & quæ iudicium dei sui non dereliquerit. Quibus uerbis apertè dominus insinuat nec illũ inuenire, nec uias eius scire posse, qui iustitiam non fecerit, aut iudicũ dei sui dereliquerit. Hoc idem apud Matthæũ expressius Christus dicit· Progenies uiperarum, quomodo poteſtis bona loqui, quũ sitis mali? Ex abũdantia enim cordis os loquitur. Quo fit ut uel hoc argumento persuadeamus, sanctis uiris qui per fidem uicerũt regna, operati sunt iustitiam, adepti; sunt iam repromissiones, esse magis credendum, q̃ alijs, etsi multo doctioribus, quorum uita non est

Esa. 58.

mat. 12.

tot argumentis probata: quoniam, ut dicit Eccle-
Ec.17. siasticus, Anima unius sancti uiri enũciat aliquan
do uera magis q̃ septem circũspectores qui sedẽt
in excelso ad speculandum. Hoc etiam argumento
probatur sacræ scripturæ expositionẽ non esse ab
hæreticis recipiendam, nisi alia uia eius interpreta
tionem ueram esse cõstiterit. Quid enim scimus an
demeritis hæretici exigentibus deus illum ibidem,
ut in cæteris, errare permiserit? Vt ergo non falla-
Iaco.1. mur, oportet ut iuxta Iacobi consilium sapientiam
a domino postulemus, nihil hæsitantes in fide: dein
de eos consulamus uiros qui ab ecclesia tam uita
quàm scientia probati sunt. Hæretici autẽ minimè
consulendi sunt, quoniam suspecti multis nomini-
bus haberi debent, primùm quia semel in mẽdacio
deprehensi fuerũt, deinde quia peccatis sunt obuo-
luti, propter quæ deus illos in scripturis errare per
mittit, aliterq; q̃ oportet illas interpretari. Vnde
Iob.30 Gregorius lib.20.moralium exponens illud Iob.
Qui rodebant in solitudine, &c. sic ait. Rodi solet
quod comedi non potest. hæretici autem quia scri-
pturam sacram intelligere sua uirtute moliuntur,
eam proculdubio apprehẽdere nequaquã possunt,
quã dum non intelligunt, quasi nõ edunt. Et quia
per supernam gratiam non adiuti, hanc comedere
nequeunt, quasi quibusdam illam nisibus rodunt.
Exterius quippe illam contrectant, cum quidẽ co-
nantur, sed non ad eius interiora perueniunt. Qui
quia ab uniuersalis ecclesiæ societate disiuncti sunt,
non quolibet loco rodere, sed in solitudine memo-
rantur. Hactenus Gregorius. Post hanc gloriæ cu-
piditatẽ omnibus hæreticis cõmunem, peculiaris
deinde cuiuslibet hæresis caussa succedit. Hæc autẽ
erit uitium cuilibet hæretico peculiare: illud nẽpe
in quod a natura quisque procliuis est. Inest nanq;
singulis hominib⁹ a natura pronitas quędã ad ali-

quod uitium,etsi non omnibus ad idem. Quidam genuinam habent cupiditatem,alij ad carnis illecebras sunt proni,alij rursum honores appetunt, primos accubitus desiderant. Quū autem affectio (ut Aristoteli placet)ad se trahat iudicium rationis, fit ut in eandem sentētiam manibus(ut dicitur) ac pedibus sæpe eat intellectus,in quā cum direxerit uoluntas,uel in quam partem senserit uoluntatem flecti. Hinc ille philosophorum sectę emanarūt in diuersis ualde inanibus atq; fallacibus rebus felicitatem humanam constituentes. Illud quisq; optimū existimabat,qđ magis appetebat iudicio cedēte uoluntati. Quòd si fortè intellectus non approbet id quod uoluntatem appetere cognoscit, tamen id approbare se simulat,quò facilius occultetur,uel saltem adumbretur uitium quo laborat: ut si fortè in hoc uel in illo uitio deprehensus fuerit, hoc pallio contegatur,q; ignorans fecit. Cuius ignorantię uel hoc esse poterit argumentum,q; sæpe testatus sit illi rei nullum inesse crimen. mallet nanq; ignorātiæ nota inuri,q̄; re illa carere cui iā se uendicauit. Hoc enim experiētia cognoscimus, & fama quam ex historijs habemus,neminem uidelicet unquā uitium illud probasse cui hominis cōplexio repugnaret: aut uirtutem illam insectatum fuisse, ad quā a natura pronus fuisset. Est quidam fortè graue admodum reputans alterius uolūtati subesse, & durum existimat ex alterius pendere arbitrio: hinc euenit ut obedientiæ iugum quod semel susceperat,excutiat,& inde ad ulteriora progrediatur, ut obedientiam ipsam insectetur,monachatum conuitijs afficiat & scommatis: ut errorem suum hoc pallio tegat,q; scilicet ab aliquo quem putabat ignominio sum& irreligiosum locum, se exisse alijs ostendat. Huius rei tot sunt apertissima exempla, ut enarrare pigeat. Quòd si aliquis pecuniam immodicè cu

piat,ex impotenti & effrenata huius rei adhæsione fit ut pro illa acquirēda omnes conatus adhibeat, omnemq; (ut dicitur)moueat lapidem,nihil intentatum relinquat quod huiusmodi rei possit uel in modico suffragari:adeò ut illuc etiam, si opus fuerit, sacras trahat literas. Diogenes Laertius refert Menippum quendam philosophum laqueo se suspendisse propter pecuniam insidijs ereptam. Vide quantus rei præcesserat amor,cui tātus post deperditam successerit dolor. Quid non tentasset,qui seipsum interimere non dubitauit? Quid etiam non
mat. 27 effecisset,qui deum uendere non abhorruit?Nonne ex hoc fonte ille etiā error a Christo reiectus, quo
1.Ti.6. pharisæi docebant Iudæos, melius esse aliquid in templo offerre,quàm parentibus egentibus distribuere?Nec in his diutius immorari oportet,quum id apertissimè explicet Paulus in prima ad Timot. epistola dicens·Qui uolunt diuites fieri, incidūt in tentationē,& in laqueum diaboli,& desideria multa inutilia & nociua,quæ mergūt homines in interitum & perditionem.radix enim omnium malorum cupiditas,quā quidam appetentes errauerunt a fide,& inseruerunt se doloribus multis.Hæc ibi.
* Et beatus Gregorius exponens illud Iob, Radix
Iob 30. iuniperorum erat cibus eorū, sic ait. Quid per radicem iuniperi nisi auaritia designat, ex qua peccatorum omniū spinæ producuntur?De qua per Paulum dicitur.Radix omnium malorū est cupiditas. Ipsa quippe latenter orit in mente, sed punctiones peccatorum omnium patenter producit in opere. Quas uidelicet punctiones ab hac radice surgētes statim prædicator egregius insinuat, cum subdit. Quam quidam appetentes errauerunt a fide & inseruerūt se doloribus multis.Qui enim multos dolores dixit, quasi nascentes innotuit ex hac radice punctiones.In iuniperis ergo peccata in radice ue-

ro iuniperoꝝ quid aliud q̄ auaritiã. i. materiã ītelli gimus peccatoꝝ. Quia igit̄ plerūq; hæretici sola in uerbis suis exteriora lucra sectant̄, nec ignorant qa puersa astruūt, sed erroris prędicamēta nō deserūt, dū sumptus ꝓcipere quasi doctoꝝ uolunt, bene de eis, sanct̄i uiri nūc uoce dicitur. Et radix iuniperoꝝ erat cib⁹eoꝝ: Quia dū totis metis suæ sensib⁹ auarí tiã cogitãt, quasi eo alimento uescunt̄, de quo nasci ꝑculdubio peccatoꝝ sequētiū pūctiones solēt. Hactenus Gregori⁹. ¶ De illecebris uerò carnis q̄ illæ sint hęresum radices, testat̄ Pau. ī epi. ad Ro. Rogo aũt uos fratres ut obseruetis eos q̄ dissensiões et of fendicula ꝑter doctrinã q̄m uos didicistis, faciũt, & declinate ab illis. huiusmodi. n. xp̄o dño nō seruiũt sed suo uētri. Et Theophylactus ibi· Ex hac igit̄ uē tris ingluuie & uitioꝝ seruitute oēs eruperũt hære ses. Et iteꝝ ad Phili. scribēs, eandē sententiã refert· Imitatores mei estote fratres, et obseruate eos q̄ ita ambulãt sicut habetis formã nostrã. multi enī ambulãt quos sæpe dicebã uobis, nūc autē & flens di co, inimicos crucis xp̄i, quoꝝ finis interitus, quoꝝ deus uēter est, & gloria ī cōfusionē ipsoꝝ q̄ terrena sapiũt. * Quod carnis illecebræ obtũdant ītellectũ ne secreta fidei mysteria carnalis homo intelligere possit, apte docet Esa. sic inquiēs. Quē ītelligere fa ciet auditũ? Cui q̄stioni ipse ꝓpheta respōdens ait. Ablactatos a lacte, auulsos ab uberibus, hoc est, a carnis delitijs separatos. Si hos solos deus ītelligere facit mysteria fidei q̄ illis dicunt̄, ergo q̄ nō sunt ablactati a carnis illecebris, nō ītelligēt quæ audie rint. ¶ Huius rei plurima sunt exēpla. Ex hoc fonte ꝓdijt Cherint⁹ carnis delicias sperās in illa ꝑmissa beatitudine. Ex hac radice Adamitaꝝ & Fraticello rũ cōuenticula. Ex eadē radice hęresis illa ꝑmiscuũ uagũq; cōcubitũ hoibus ídulgēs. Hinc illa Aeria norum hæresis, ieiunia prorsus reijciens, nulliusq;

Ro. 16.

Phil. 3

Esa. 28.

esse ualoris asserẽs. Inde alia hęresis Iouiniani matrimonium ęquans uirginitati, aliæq; id genus plures quæ suis locis narrabũtur. Cæterũ de ambitione quis nescit eã multarũ hęresum parentem? Nam sicut nascente mũdo initium omnis peccati fuit superbia, ita renascẽte eodem per Christum, initium omnis hæresis fuit etiã superbia. Quid enim aliud Simonem Magum impulit (nam hunc primũ fuisse hæreticum tradit Euseb. Cæsarienfis) ut pecuniã offerret pro qua donũ dei posslideret, nisi superbia? Quum uidisset autem Simon (inquit Lucas in actibus apostolorum) quia per impositionem manus apostolorũ daretur spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam dicens: Date & mihi hanc potestatẽ, ut cui cũq; imposuero manus, accipiat spiritum sanctũ. Nisi enim gloriæ & honoris appetitu duceretur Simon, suffecisset illi pro se petere spiritũ dei. Sed qa parũ æstimabat possidere, nisi & hoc alijs esset notum, ideo potestatem communicandi petijt, ut uel hac occasione plures ad illum pro impetrando dei dono confluerent, pluresq; illum uenerarentur tanquã deũ, quod maximè optabat, ut rei euẽtus ostẽdit. Nam & se populo pro deo mẽtitus est, & a populo decepto honores diuinos accepit, ut beat? Iustinus martyr refert in Apologetico quem pro fide nostra ad imperatorẽ Antoninum scribit. Hoc ferme tempore fuit Theobutes quidam, de quo Euse. in ecclesiastica hist. refert, q̃ quia repulsam meruit episcopatus, ipse cœpit initio perturbare omnia & corrumpere, eratq; ex septem hæresibus in populo dei constitutis. Et de Aerio quodam narrat Aug. in lib. de hæresi. q̃ ambiens episcopatũ quẽ obtinere nõ potuit, ut par nihilominus episcopis uideretur, asseruit sacerdotes pares esse episcopis. Ex hac radice prodierunt postmodũ Vuitclefuitæ, Hussitæ, & fortè nostro tempore Lutherani: q eò q̃ ad episco-

Euseb. libr. 2. hist. ecclesiast. cap. 13. Act. 8.

Lib. 4 cap. 22

patus dignitatem peruenire non poterant,ne in ali quo episcopis minores esse uiderent, episcopos cu rarunt reliquis omnibus sacerdotibus pares effice re.Sufficient arbitror pro huius rei comprobatio- ne hæc manifestissima exẽpla,ex qbus apertè ostendi tur hæreses quæ circa mores uersantur,eos habe re inuentores,qui in uitia illa a natura sunt procli ues:quæ quoniam sæpe in illis labuntur, fit ut in- tellectus cedat uolũtati , & id iudicet esse bonum, cui uoluntas effrenatè adhæret:id etiam malum , a quo uoluntas discedit.Cũ enim eadem uirtus duo habeat opposita uitia,si in alterum eorum quispiã a natura sit pronus,nusquam id fiet ut alterum illi oppositum probasse reperiatur. Fuere inquam qui omnem coitum damnarent,nec tamen defuere qui omnem coitum admitterent atq; probarent. Si ta- men historias requiras,nũquam reperies eum qui expers fuerit muliebris consortij,alijs omnem coi- tum indulsisse:aut qui carnis illecebris deditus fue rit,omnem coitum damnasse.Vnde Augusti.3.lib. de doct.christia.cap.10.Quãdo procliue est huma num genus nõ ex momẽtis ipsius libidinis, sed po tius suæ cõsuetudinis æstimare peccata, fit plerũq; ut quisq; hominũ ea tantũ culpãda arbitretur,quæ suæ regionis & tẽporis hoies uituperare atq; dam- nare consueuerunt,& ea tãntũ probãda atq; laudã da,quæ cõsuetudo eorũ cum quibus uiuit, admit- tit:eoq; cõtingit,ut si quid scriptura uel præceperit quod abhorret a cõsuetudine audiẽtium, uel quod nõ abhorret culpauerit,si animum eorum iam uer bi uinxit authoritas,figuratã locutionẽ putẽt. Hęc Augustinus. In quibus uerbis sanctissimus & do- ctissimus pater aptissimè,& ad uiuum (ut dicitur) depinxit huius temporis hęreticos:quibus si aliqd obijciatur ex sacra scriptura quod eorũ sectæ aper tè repugnet, statim dicũt figuratam esse locutionẽ.

Digitized by Google

De quibusdam alijs duabus caussis a quibus etiã hæreses oriuntur. Cap. XII.

PRæter has quas diximus hæresum radices, est alia multarum hæresum radix, quæ a se nullam prsus habet malitiã, si modus adest, sed tñ ex male utentiũ uitio. Hęc est assidua in libris pphanorũ hominũ, nẽpe gentilium, lectio. Et hoc maximè si illis ab infantia sine ulla rerũ discretione ibutus est. Horatiꝰ nãqꝫ ait: Quo semel est imbuta recens ser-
Hic.ij. uabit odorẽ Testa diu. Et per quendã prophetam dñs dicit: Si mutare potest ęthiops pellẽ suã, & pardus uarietates suas, et uos poteritis bene facere, cũ didiceritis malum. Tam efficax est enim cõsuetudo, ut ferè transeat in naturã, præcipuè ętate tenera, qua facilius res q̃libet ĩprimitur, & ĩpressa tenaciꝰ adhæret. In libris gentiliũ multa reperies quę cum fide catholica uelut ex diametro pugnant, multa q̃ ad uitia alliciũt, a uirtute reuocãt, apud poetas maxime, apud quos uitia sunt in p̃cio & maxima laude, quũ illa nõ dedignentur suis dñs asscribere. Ibi fratrũ discordias irreconciliabiles reperies, ibi parentũ in filios acerbissimas animaduersiones, ibi filiorũ ptinacissimas inobedięntias, ibi deoꝝ obscœnissimos amores, adulteria, stupra, & rapti Ganymedis honores. Propter qđ nõ ĩmeritò Plato huiusmodi poetas a sua Republica abigit, genus hominũ ad nocendũ paratissimũ & efficacissimũ. Quòd si ad philosophos atqꝫ eoꝝ sapiẽtes te uertas, inuenies apud illos etiã multa q̃ pietati & ueræ religioni obstent. Quid enim magis ueræ fidei repugnare potest, q̃ deorum multitudo, quã eorũ plurimi posuerũt? Quid magis iniurium est deo, q̃ ei coactionẽ impingere, omnẽqꝫ prorsus libertatẽ in reꝝ productione ab eo separare? Hoc tñ ei Aristoteles tota que Peripatetic. schola tribuit. Apud eos mundum æternũ reperies, omni principio omniqꝫ fine caren

tem. Illorũ est ista sentẽtia, Ex nihilo nihil, in nihilũ nil posse reuerti. Sunt & alia id genus multa, ad q̃ recensenda oporteret catalogũ texere. Quapropter apostolus præmonuit nos ut a philosophia cauere mus, quam ipse pulchrè nouerat, q̃ Athenis fuisset inter philosophos aliqñ uersatus. Videte, inquit, ne Colo. 2
qs uos decipiat p philosophiã, & inanem fallaciã. Vnde Tertul. in lib. de præscrip. hæreticoꝝ ita sentit, dicens: Ipsæ deniq; hæreses a philosophia subornantur. Inde æones & formæ nescio quæ, & trinitas hominis apud Valentinũ, Platonicus fuerat. Inde Marcionis deꝰ melior de trãquillitate, a Stoicis uenerat. Et uti anima iterire dicaẽ, ab Epicureis obseruaẽ. Et ut carnis restitutio negeẽ, de una omniũ philosophorum schola sumitur. Et ubi materia cum deo ęquatur, Zenonis disciplina est. Et ubi alí quid de igneo deo allegatur, Heraclitus interuenit. Eædem materię apud hęreticos & philosophos uoluntantur, ñdem retractatus implicãtur. Hęc Tertullianus. Adde q̃ ex eis q̃ posteriores Christo eiusq́ apostolis fuere, nõ solũ cũ Christiana religione pugnãt, sed qd'est oĩum pestilẽtissimũ, eã deridẽt, subsannãt, insectanẽ quoq;. Vnde fæde euenit ut ifirmi & debiles scrupulos & suspiciones inde capiãt de Christiana religione: q quuũ semel uehementer pũgere animũ cęperint, difficiles discedũt ac tardi. A philosophis enĩ nascit mira dicẽdi libertas, adeò ut nũq̃ cedãt alicui nisi manifestis argumentis & euidentib⁹ id cõprobeẽ: unde euenit ut q̃ eoꝝ iudicio nõ conueniũt, statim reñciant. At fides talem argumentorũ euidentiã nõ patitur, sed exigit captiuitatẽ intelectus in obsequium Christi. ideo meritò ait 1. Cor. 1
Paulus: Iudæi signa petunt, & Græci sapientiã quę runt, nos autem prædicamus Christum crucifixũ, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiã: ipsis autẽ uocatis Iudæis atq; Gręcis, Christũ,

dei uirtutem & sapientiam: quia quod stultum est dei, sapiētius est hominibus. Cum ergo talia apud Ethnicos sint, non est iam cur dubitet aliquis assiduam illorū lectionē ualde nocere Christianis, maximè incautis & īfirmis. Si libri pietate pleni prosunt legentibus, cur non & impij libri obesse poterūt eisdem? Sic enim ait propheta regius. Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Si cō suetudo & conuictus uertit hominum mores, trahitq; ad se, in cōfesso est illud idem efficere posse librorum lectionem, imò sępe multo efficacius: quia licet uerbum fortius moueat, uehementius trahat, celerius rapiat q̄ scriptura, eò q̄ uiua uox acutius penetret: tamen ea quæ scribuntur, quum ex longa meditatione ueniāt, melius digesta esse oportet, accuratiusq; ordinata, q̄ in cōmuni colloquio: eoq; euenit ut sępe efficacior sit scriptura, q̄ uox: q̄ plures habeat neruos oratio præmeditata, q̄ ex tēpore dicta. Vnde Basilius nepotes suos edocens qualiter gentilium libri, maximè poetarū, legendi sint, ait. Quando uerò ad infames & nefarios homines ueniant, hęc omnino uitare, his aures obstruere, nō minus q̄ Vlyssem ad cantus Syrenarū dicūt, oportebit. Nam prauis assuescere sermonibus, uia quædam est ad rem ipsam. Hæc Basilius. Accedit huic q̄ in re qualibet differenda magnum habent ornatum, elegantiam, splendoremq; sermonis: quæ omnia uires sunt efficacissimæ ad animos hominū alliciendos. Ideo Paulus in epist. ad Col. ait. Hoc autē dico, ut nemo uos decipiat ī sublimitate sermonis. Quod exponens Theophylactus ait. Idcirco enim id dixerim, quia uniuersa soli Christo & notiora sunt & aperta, ut nemo uos decipiat uerborum lenocinio & sublimitate, ornatu scilicet & comitate, & elegantia quadam dicendi. Quid enim si afferat quispiam quæ ad persuadendū plurimùm ualeāt,

Ffa.17.

Col. 2.

ipse uerò

ipse uero sit otium prorsus, id est ueritatis ignarus? Id sanè nihil est aliud nisi captiunculis quibusdam & sophismatibus niti. Hæc Theophilactus. Hoc etiam hæreticos fecisse, ut scilicet sermonis elegãtia homines incautos deciperent, testatur Pau. in epist. ad Ro. ubi postq̃ eos ab hæreticis cauere præcepit, adiungit. Per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentũ. Vnde Origenes homil. 2. super Hiere. exponẽs illud Hiere. Calix aureus Babylon in manu dei inebrians omnẽ terram, sic ait. Nabuchodonosor uolens decipere homines per calicem Babylonis dolosum, nõ miscuit in uase fictili quod parabat potari, sed neque in paulo meliore & æreo uase uel stãneo, & quod ista præcellit, argẽteo: uerùm eligens uas aureũ, in eo poculum tẽperauit, ut quis uidens decorẽ auri, dũ radiantis metalli pulchritudine delectatur, & totus oculis hæret in specie, non consideret quid intrinsecus latitet, & accipiens calicẽ bibat, nesciens calicẽ Nabuchodonosor. Intelliges autẽ calicem aureũ in præsenti nominatum, si animaduertas pessimorũ dogmatũ uerba mortifera qualem habent cõpositionẽ, qualẽ decorem eloquẽtiæ, qualẽ rerum diuisionẽ: cognosces quomodo unusquisq; poetarũ qui putantur apud nos disertissimi, calicẽ aureum tẽperauerit, & in calicem aureum uenenũ iniecerit idololatriæ, & uenenum turpiloquij, uenenum eorũ quæ animã hominis interimunt dogmatum, uenenum falsi nominis scientiæ. Sed meus Iesus contrà fecit, sciens aureum calicem Zabuli: & præcauens ne aliquis ad fidem suam ueniens suspicaretur etiam Christi talem esse calicem qualẽ esse requirat, & per similitudinẽ materiæ formidaret errorẽ, ideo curauit ut haberemus thesaurũ istum in uasis fictilibus. Sæpe uidi aureũ calicem in pulchro sermonis ornatu, & dogmatum uenena cõsiderans deprehendi calicem Babylonis.

Ro. 16.

Hie. 51

Hactenus Origenes. Nec tamen uelim ut quispiam arbitretur me ista dixisse & putem elegantiã sermonis pugnare cũ Christiana religione, aut aliquo pacto obesse fidei catholicæ. Fateor quidem illa simul coire in unum posse, ut uerè Christianus sit & eloquens, quales fuere ex Græcis Basilius, Grego. Nazianzenus, Chrysostomus: ex nostris Hieronymꝰ, Cyprianus, Ambrosius, Hilarius. Atq; utinam ego talis essem, ut propter sanctitatẽ primũ, deinde propter eloquentiã in eorum ordinẽ meritò annumerari possim. Est enim elegantia sermonis, orationisq; cultus res talis, ut bonis & malis, hæreticis catholicisq; cõmunis sit, qua & bene & malè uti quisque potest. bonis enim catholicisq; uiris maximum est ornamentũ ad uirtutum persuasionẽ, insectationẽq; uitiorum utilissima. Quòd si hęc alicui hæretico cõtigerit, eum ad fallendũ potentiorẽ reddet. Nam ue nustate sermonis quasi quibusdã blãditijs lectoris animũ in suam sententiã trahit. Atq; ideo hæc dixi, ne. s. solo sermonis splendore tanquã aureo poculo allectus dogma uenenosum ebibat. Ideo Sapiẽs ait.
Pro. 23 Ne intuearis uinum quãdo flauescit, quũ splenduerit in uitro color eius. Ingreditur blandè, in nouissimo mordebit, & tanq; coluber & regulus uenena diffundet. Sed quum legerit id, attẽdat potius quid scriptura referat, nõ qualiter referat. Nullus enĩ (ut credo) est adeò demens, ut malit in aureo uase uenenum, q; in uase fictili optimũ uinum. Parum quidẽ refert ad corporis incolumitatẽ, hoc an illo uase bibas, modò id cõmoditatẽ aliquã afferat quũ in stomachum traieceris: iuuat tamẽ ad oculorũ oblectamentũ mũdis uasis, ornatis, ijsdemq; preciosis uti. Sic etiã mirum in modũ delectant sermonis splendor, orationisque cultus: uerùm minimè reficiunt nisi sub illo uerborũ fuco aliquis solidus ueræ doctrinæ cibus lateat. Nam sermonis elegãtia uidetur

mihi uelut condimentū, ut cibus auidius sumatur. At solum condimentū in conuiuio apponere, est irritare famem, nō prandium parare. Quòd si oratio fuerit rebus & uerbis copiosa & ornata, opiparum certè erit cōuiuium, cui adstare nullus meritò dedignari poterit. Ex his ergo omnib⁹ satis iam (ut opinor) manifestū relinquitur, quātum ueræ pietati & catholicæ fidei obesse poterit librorū gentilium lectio, in quibus multū est ueneni ad interimendum, plurimūq; mellis ad alliciendū. Verùm hic admonere oportet ne hac occasione omnino gentilium libri deserant, quoniā in multis nos docere possunt, quorū cognitio est admodum necessaria ad sacrorꝫ librorum intelligentiā. Diffinitiones & diuisiones habemus a logico & metaphysico. Rerum causas, origines, & proprietates ostēdit physicus, ex quarum cognitione multa in scripturis abscondita nobis reuelātur. De Moyse dicitur q; doctus fuerit in omni sapientia Ægyptiorū. Augu. quidē asserit in lib. 2. de doct. Christiana cap. 28. gentiles historias plurimum cōferre ad intellectū scripturę sacrę, ostē ditq; ex earū ignorantia aliquos circa scripturas erraſſe. Et lib. 2. eiusdē tractatus cap. 29. ostendit troporum & figurarū cognitionē esse omnino ad scripturarum intellectū necessariā, quę a grāmaticis & oratoribus petēda est. Demū lib. 2. ca. 40. de omniū philosophorū doctrina sic ait· Sicut enim Ægyptij non solùm idola habebant, & onera grauia quę populus Israel detestaretur & fugeret, sed etiā uasa & ornamenta de auro & argento, & uestē, quæ ille populus exiēs de Ægypto sibi potius tanq; ad usum meliorē clanculò uendicauit, nō authoritate ꝓpria sed præcepto Dei, ipsis Ægyptijs nescienter cōmodantibus ea quibus nō bene utebātur: sic doctrinæ omnes gentilium nō solùm simulata & supstitiosa figmēta, graueſq; sarcinas superuacanei laboris ha Act. 7.

bent, quæ unusquisq; nostrum duce Christo de so-
cietate gentiliū exiens debet abominari atq; deuita
re, sed etiā liberales disciplinas usui ueritatis aptio-
res, & quædā morum præcepta utilissima cōtinent,
decq; ipso uno deo colēdo nōnulla uera inueniūtur
apud eos, quod eorum tanq; aurum & argentū, qđ
non ipsi instituerūt, sed de quibusdā quasi metallis
diuinæ prouidentiæ, quæ ubiq; infusa est, eruerunt,
& quo peruersē atq; iniuriosē ad obsequia dęmonū
abutūtur, cum ab eorū misera societate sese animo
separat, debet ab eis auferre Christianus ad usum
iustum prædicandi euangelij. Vestem quoq; illorū,
id est hominū quidem institutа, sed tamen accōmo
data humanæ societati, qua in hac uita carere non
possumus, accipere atq; habere licebit in usum cō-
uertenda Christianū. Hucusq; Aug. possunt etiam
prodesse illorū doctrinæ ad ipsos gentiles expugnā
dos: ut quū aduersus eos pugnamus, suo ipsorum
1.re.17 gladio eos iugulemus, ut Dauid occidisse Goliath
sacra testatur historia. His nāq; armis Iustinus mar
tyr aduersus gentes pugnat in Apologetico quē de
eadem re fecit. Ideo Damascenus li. 4. de fide ortho
doxa ca. 18. ait·Si autē ab his qui foris sunt, decerpe
re quippiam utile ualuerimus, non aspernabile est.
Efficiamur probati trapezitæ, legitimū & purū au-
rum aceruantes, adulteratū autem refutantes. Su-
mamus sermones optimos, deos autē ridiculos &
fabulas alienas canibus proīciamus. Nam plurī-
mum ex ipsis contra seipsos fortitudinē habere ua
lebimus. Hæc Damascenus. Sed hic consideratione
tanta opus est, ut quū per gētiliū libros spatiamur,
caueamus ne dum flores in eorum cāpo legere uo-
lumus, a spinis pungamur. Quapropter oportebit
nos more apū facere, quæ ut sua mella cōcinnent,
alueat exeunt, per campos uolitant, hac illac discur
runt, floribꝰ insidunt, neq; tamē omnibus, sed quos

cognoscant cõmodiores: neq; ex eis quibus hærẽt, omnia auferre opinantur, sed quãtum eis ad opus necessarium fuerit capientes, reliquũ dimittunt. Sic etiam nec omnes gẽtilium libri legendi sunt, sed hi tantum a quibus aliquid utilitatis decerpi põt: nec ex his omnia sumenda, sed id tantũ quod pietatẽ iuuare potest, & catholicę fidei deseruire. Alia est demum hæresum parens & origo, zelus. s. sed non secundum iustitiã & discretionẽ. uerum hæc ad alias relata sterilis quodãmodo uideri potest. Nam quũ aliæ de quibus iam diximus, tam multã habeãt hęresum progeniẽ, hæc autẽ paucissimas hucusq; qđ sciam procreauit: sunt tamẽ aliquæ, ut olim Nouatiani, de quibus refert historia tripartita lib. 8. ca. 9. q; Nouatus illorũ dux se ab ecclesiæ Romanæ cõmuniõe subtraxit, quia Cornelius papa fideles qui sacrificauerant tẽpore persecutionis factæ a Decio, in cõmunionẽ recepisset. optabat quidẽ omnes fortes & cõstantes fore in confessione, quapropter uisum est ei, his qui in tormẽtis defecissent, etiã si pœniterent, nõ esse dandam remissionẽ. Quod optaret eos non deficere, zelus erat laudandus: q; indulgentiam pœnitentibus negaret, dura nimis atq; amara sententia, & a benignitate diuina nimis aliena. Ex eadem occasione (ut testatur Æneas Syluius in lib. de origine Bohemorum) lapsus est Ioãnes Huss, & fortẽ hoc nostro seculo Martinus Lutherus. Hi enĩ zelo & odio malæ uitę clericorũ & quorũdam monachorũ cœperunt debacchari in clerum, in pontificem Romanũ, in ecclesiasticos ordines, ĩ monachos omnes. Et cum aliquibus ignaris fortasse ac uitiosis maledicere possent, in omnes sacerdotes absq; ullo discrimine latrare cœperũt, omnẽ monachatum euertere, omnes cæremonias ab ecclesia procul abigere, omnem ecclesiasticũ ordinẽ confundere tentarunt. Materiam quidẽ reprehẽsionis habuerunt. nã

malitia abundabat, & nunc proh dolor intantum
Ose.4 abūdat, ut euenisse experiamur qđ propheta Oseas dicit· Maledictum & mēdacium, & homicidiū, & furtum, & adulterium inundauerūt, & sanguis sanguinem tetigit. Huic tamē morbo aliter obuiādum erat. Admonēdus erat clerus atq; corripiendus, nō tamen tollendus: laborādum erat pro monachorū reformatione, non tamē monachorū ordines tollēdi. Edocendus erat populus, ut nō poneret spem in cæremoniis, non tamē a cæremoniarum cultu omnino separandus. Malè quidē medetur, qui infirmū iugulat, etiā si de salute desperet. Ideo de talibus di-
Ro.10 cit Paulus· Testimoniū enim perhibeo illis q̄ æmulationem quidē dei habent, sed non secūdum scientiam. ignorantes enim iustitiā dei, & suam uolētes statuere, iustitiæ dei nō sunt subiecti. Veri catholici & zelum habent multo certè ardentiorē, q̄ Lutherus: tamen secūdum scientiā: quia cognoscentes iustitiam dei, & suam nequaquā quærentes statuere, iustitiæ dei subiiciuntur; quæ non permittit minus malum per quoddā aliud maius tolli. Quapropter etsi feruentius & syncerius ecclesię reformationem optauerint, & nunc optent, patienter tamē tolerāt, dissimulantq̄, tanquā periti & experti medici: qui quum uident morbū inualuisse, rotasq; occupasse medullas, nihil tentare audent, sed naturæ curandū relinquunt, timentes ne medela uires præbeat morbo, qui parum auctus infirmū interimat. Sic etiam uiri & boni & docti zelantes pro domino exercituum, uidentes ecclesiam in pluribus eius mēbris grauissimis laborare morbis, deo qui uerus est medicus, curandam cōmittunt, atq; ideo orant sine intermissione, ingemiscunt, deprecātur cum improbi-
Io.14. tate, fiduciā in eius uerbo habentes, qui dixit· Si qđ petieritis patrē in nomine meo, dabit uobis. Quid autē uerius in Christi nomine potest peti, q̄ quum

pro ecclesiæ reformatione petimus, quã ipse acquisiuit sanguine suo? Quod si non tam citò impetrãt, nec ipsi desperant, nec alĩ diffidere debẽt: quoniam sæpe deus donare differt, ut feruẽtiores in petitione faciat. Sic fecisse legimus Chananææ, cui bis petẽti negare uisus est, tamen tertiò petenti, & se canem fatenti, seipsum minimè denegauit. Mariam etiã Magdalenam etsi diu prope monumentũ plorantẽ tulit, tandem seipsum illi manifestans, eam cõsolatus est. Quid ergo prohibet ut non idẽ ecclesiæ suæ nũc facturum speremus? Nõne olim æquè deiecta fuit synagoga? Nõne tunc æquè præuaricatores diuinarũ legum fuerunt pontifices, ut nunc papę? sacerdotes illi, ut nunc isti? pharisæi tunc, ut tũc monachi? imò multo magis, ut sacra testatur historia, præcipuè libri Regum & Machabæorũ. Sæpe tamẽ desperatis iam rebus, deus synagogæ suæ magnificè prouidit, in meliorẽ statum reuocans. Nam semel ex captiuitate Babylonica asserit, iterũ per Mathatiæ manus Antiochum ejcit, ciuitatẽ recuperat, tẽplum purificat. Quid ergo putamus eum nũc facturum? Deest fortè nunc Hieremias qui ecclesiã squalidã & penè solam deploret? aut deerit ecclesiæ suę alter Mathatias uel Helias zelotes qui pro domino zeletur? Audi quid dominus dicat Heliæ credenti se solum mãsisse in Israel, Reliqui mihi septẽ milia uirorum qui non curuauerũt genua sua ante Baal. Quid ergo dicemus? Nunquid abbreuiata est manus domini, ut non possit eadẽ nunc pręstare ecclesiæ quę olim synagogæ? Aut fortè benignitas eius diminuta est, ut quæ pro synagoga egit, nũc pro ecclesia quã acquisiuit sanguine suo, facere dedignetur? Absit, cũ ipse per quendã prophetã promiserit maiorẽ futurã gloriam domus istius nouissimæ priusq; primæ. Hæc igitur omnia cum uiri sancti quibus ecclesia minimè caret, hodie cognoscant, gemunt, deũq; orant ut

mat. 15

Ioã. 20

3. re. 19

Agg. 2.

præsentibus malis medeatur, quibus si impares se esse cognoscunt, atq; ideo medelam apponere negligunt, timẽtes ne id eueniat quod olim Romę ex noua lege Agraria per Gracchos promulgata cõtigisse referunt historię. Hi enim legẽ dicere ausi sunt de agris diuidundis quos perperã occupauerat nobilitas. Sed (ut dicit beatus Augustinus) tam uetustã iniquitatem audere cõuellere, periculosissimũ, imò uerò, ut ipsa res docuit, pernicioſissimũ fuit. Nam re infecta, magna utriusq; ordinis populi Romani multitudo pro hac re interfecta est, & ipsi etiã Grachi qui seditionis causſa fuerant, in ipsa seditione sunt occisi. Satius ergo esset mala, quæ nũc ecclesia patitur, tolerare, q̃ pro his tollendis seditionẽ in ecclesia excitare, quę maius sit malũ, cum ex ipsa multo peiora nascantur, ut nunc proh dolor iam experimur. Ecce ergo ostendimus omnes (ut arbitror) hæresum intrinsecas causſas, è quibus aliquæ omnino uitiosæ sunt, imò uitia ipsa, uidelicet immodicus amor sui, gloriæ cupiditas, carnis illecebra, auaritia, ambitio. Aliæ indifferentes sunt, quoniã nunquã malæ sunt nisi ex malè utentium uitio, ut est librorum gentilium lectio, zelus. Nam hic si discretione regatur, maximè in dei honorem cedit: illa uerò, si cauta adsit eorum quæ leguntur examinatio, ualde aiuuare potest. Qui ergo ab hæresibus discedere uult, primùm omnium deum oret ut suum intellectum illuminet: deinde uitia illa extirpare nitatur. Quôd si casu in aliquod uitium ex infirmitate lapsus fuerit, non ita illi adhęreat uoluntas, ut ad se trahat intellectum. Si per campos librorum Ethnicorum spatiari contingat, caueat ne dum solamen quęrit, a colubro incautus mordeatur: aut dum flores colligit, spinis pungatur. Demum si dei aut religionis in se senserit zelum, frenũ imponat, ne dum effrenatus currit, se & alios obruat.

Lib. 1. de ciuitate dei cap. 24

De alijs tribus cauſſis, iiſq; externis, unde hæreſes oriuntur. Cap. XIII.

PRæter has omnes quas iam enumerauimus hæreſum cauſſas atq; origines, aliæ adhuc tres ſuperſunt, alijs tamen præfatis aliquantum diſſimiles: quoniam illæ de quib⁹ hucuſq; locuti ſumus, eidem hæretico adſunt: quapropter cauſſæ intrinſecæ meritò appellari poſſunt: quoniam ſunt cauſſæ ut illa eadem perſona cui inſunt, aut hæreſes excitet, aut iam exortas tueatur. At iſtæ de quibus nũc loqui paramus, non eiſdem perſonis quibus adiacent, ſed alijs præbent cauſſam & occaſionem hæreſes ſuſcitãdi: atq; ideo extrinſecarum cauſſarum nomen illis tribuimus, quoniam extra illam perſonam quæ hæreſes tuetur, ſunt. Prima igitur harum eſt prælatorum negligentia, qui adeò ſunt ſocordes & ignaui, ut gregi ſibi commiſſo nequaquam intẽdant, ſed alijs rebus quæ ab eorum officio longiſſimè abſunt. Prælatorum ſiquidem munus eſt uigilare ſuper gregẽ ſibi cõmiſſum, ne ſcilicet aliquid ſuperueniat quod gregi poſſit nocere. Vnde quum Chriſtus uerus & bonus omniũ paſtor naſcitur, dicit Lucas q; paſtores erant in regione eadem uigilantes, & cuſtodientes uigilias noctis ſuper gregem ſuum. Quod exponens Ambroſius, ait. Videte eccleſiæ ſurgentis exordium. Chriſtus naſcitur, & paſtores uigilare cœperunt, qui gentium greges pecudum modo antè uiuentes, in caulã domini cõgregarent, ne quos ſpiritualium beſtiarum per effuſas noctium tenebras paterentur incurſus. Et bene paſtores uigilãt, quos bonus paſtor iformat. Grex igitur populus, nox ſeculũ, paſtores ſunt ſacerdotes. Hæc ille. Et Paulus ſacerdotes & epiſcopos alloquens ait: Attẽdite uobis & gregi ueſtro in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiam dei, quã acquiſiuit ſanguinę ſuo. Hoc enim eſt

Luc. 2.

Act. 20

pastoris munus, uidelicet gregi sibi cõmisso prospicere, eius curam sollicitam gerere. quod ex eius nomine facile est colligere. Episcopus enim græcè, superintendens dicitur latinè: ab ἐπὶ præpositione græca, quæ latinè reddita ualet tantum ac super: & σκοπος græcè ualet tantum ut latinè custos aut speculator. Hinc episcopus dicitur qui super aliorum custodiam uigilat. Hac ratione iuxta Paulum tenemur obedire prælatis, quia uidelicet illi tenẽtur uigilare pro nobis. Obedite, inquit, põpositis uestris, ipsi enim uigilãt pro uobis reddituri rationẽ. Qualiter ergo pastor aut episcopus dici potest, cui nulla est cura de ouibus? qui nec uidit unquam gregẽ sibi cõmissum, sed p curias principũ diuagatẽ? Ego, inqt Christus, sum pastor bonus. Sed qua re bon⁹ pastor? Quia ego, inqt, cognosco oues meas, & cognoscũt me meæ. Quibus uerbis apertissimè conuincitur pessimũ eum esse pastorem, qui nec oues cognoscit, nec a suis cognoscitur ouibus. Istorum autem adeò multus est numerus, ut boni pastores ad eos relati sint tanquã gemmæ ad aliorum uiliũ lapidum numerum cõparatę. Vnde euenit ut si forte hæreticus aliquis suum uenenũ spargere populo cœperit, tanto audacius & liberius ultrà grassetur, quanto longius uidet pastorem deesse, q ouib⁹ prospiciens, illi obstare conetur, & antidotum contra sua uenena præbeat. Scit enim non esse pastorẽ, sed mercenarium: quapropter etiam si uideat lupũ uenientẽ, fugit, quia nõ est illi cura de ouibus: quapropter lupus rapit & dispergit oues. Quis autem uerius dispergit, q̃ hæreticus? q eos quos decipit, ab illo unico ecclesię ouili separat: quare meritò lupi nomine hęreticum intelligere possumus. Si ergo uidens lupũ uenientem fugit, quid putas eũ facturũ qui nusquam oues uidit, nec scit an lupus eas unquã inuaserit, aut morbidum quid susceperint? De

Heb. 13

Io. 10.

Io. 10.

hoc ego nō dubitarim eū potius lupum q̄ mercenarium appellare: quoniā hæc est illi unica cura & solicitudo, ut decimet & tondeat, ut sanguinē eius sugat, nō autem ut pascat. Isti sunt illi multi pastores qui demoliti sunt uineam domini, id est ecclesiā. Nimia siquidem pastor̄ negligētia est in causa ut non solū liberū sit cuiq; p libito sentire, sed etiā ea quæ senserit, impune docere. Nam ut est in parabola seminantis apud Matthæum, dum dormirent homines, inimicus homo superseminauit zizania in medio tritici. Semen bonum quid sit, ipsamet ueritas exponit, dicens esse uerbum dei. quod seminatum est primò ab ipso Christo, q nobis uerā & sanā doctrinam dedit. Ad huius autē seminis custodiā deputati sunt episcopi & sacerdotes, quib⁹ est creditum uerbum dei, quorum interest docere. Sed isti homines, episcopi scilicet, & sacerdotes, dormiunt, uoluptati inseruiunt, nullámque prorsus suarum ouium curam gerunt. Quapropter inimicus homo occasione inde sumpta superseminat zizania falsæ doctrinæ: superseminat quidem, sed in medio tritici, quia hoc est solemne hæreticis, quò facilius atq; securius noceant, ut semper suam hæresim et erroneam doctrinā quibusdam alijs ueris & catholicis permisceāt. Huius autē supiacti puersi seminis causa est p̄lator̄ somn⁹ tā altus, ut stertere uideātur. De hac re cū tot possint narrari exēpla, unicum tñ referam duntaxat, quod nunc quasi oculis nostris aspicimus, q̄uis ei⁹ origo sit aliquāto uetustior. Narrat enim Æneas Syl. in lib. de origi. Bohemor̄ ca. 35. q̄ Hussitar̄ hæresis (cui⁹ author extitit quidā Ioānes Hus Bohemus) cēpit sub Vuenceslao Bohemorū rege, circa annū dñi. 1400. Huic autē calamitati episcopus Pragensis obuiā ire studuit priusquā p̄fatus Ioānes Hus ampli⁹ debacchareť. Qui quū esset cōsilio & aio illustris, libros

Jere. 12

mat. 13.

Ioannis Vuitclefi,a quibus Ioānes Huſs ſuum ue-
nenum hauriebat,ad ſe ferri,omneſq; doctorum ui
rorum adhibito conſilio publicè cōcremari iuſſit.
ſupra ducenta uoluminą fuiſſe traduntur, pulcher
rimè conſcripta,tegumentis precioſis ornata.Ioan
ni Huſs prædicatio eſt interdicta,adiectæq; ſuper
minæ ſiquando priores in populum errores uulga
re auderet.Qua dè cauſſa Ioannes Huſs ex Praga,
ubi publicum eſt Bohemorum gymnaſium, receſ-
ſit,& in uilla Huſs,ubi illi origo fuit, & a qua co-
gnomen ſumpſerat,ſe recepit. Nec tamen ibi inſa-
niam depoſuit:quia quantum antea diligentia Pra
genſis epiſcopi Ioanni obſtitit,tantum poſtea alio-
rum epiſcoporū & ſecularium dominorum negli-
gentia,ad quorum dominia cōfugit, illius demen-
tiæ uires auxit.Permittēte enim domino illius op-
pidi Huſs,ad quod tanquam ad refugium uenerat
Ioannes,uocare plebes,ac docere non deſtitit,mul
ta in Romanum pontificem,multa in reliquos ec-
cleſiæ pontifices maledicta cōgerens.Vt autem po
puli animos ſibi magis ac magis conciliaret, deci-
mas non aliter q̄ eleemoſynas ſacerdotib⁹ debitas
adſtruebat.Quum autem hoc malum in dies graſ-
ſaretur,& totam penè uaſtaret Bohemiam, nūcia-
tum eſt Vuenceslao regi ut huic calamitati mede-
retur:quā quum facillimè tollere poſſet, per ſocor-
diam et ignauiam neglexit:quo factū eſt,ut poſtea
etiam quum uoluit,non potuerit:quoniā iam totū
ferme regnum hac peſte laborabat,& nūc proh do
lor laborat.Pro cuius hæreſis defenſione totum re
gnum ad hunc uſq; diem obedientiam eccleſiæ Ro
manæ ſubtraxit.Quot autem bella pro huiuſmodi
hæreſi extirpanda fuerint cōmiſſa,nō eſt opus nūc
enarrare:ea tamē ſatis longè ſequitur Aeneas Syl
uius.Quòd ſi aliorū epiſcoporū & regis Vuence-
lai tanta fuiſſet diligentia in opprimēda hęreſi quū

oriebaſ,ut fuerat epiſcop. Pragenſis,nec ad tot bel
la & tam cruenta unquam fuiſſet deuentũ, nec re-
gnum totum fuiſſet tam diu illo ueneno infectum.
Secũda hæreſum cauſſa eſt defectus prædicationis
uerbi dei,quanquam hæc etiam ad ſuperiorem re-
ferri poſſe.Nam ꝙ populus careat p̃dicatione uer-
bi dei,culpa eſt prælatorũ,ad quos ex officio ſpe-
ctat docere populum.His enim dicitur · Prædicate Mar.
euangelium omni creaturæ.his præcipitur ut oues vlti.
uerbo doctrinæ paſcãt.Petro ſiquidem dictum eſt, Ioã.21.
Paſce oues meas.Et idem Petrus omnibus prælatis ait·Paſcite qui in uobis eſt gregem . Quis autẽ 1.Pe.5.
uerior animæ paſtus,quàm uerbum dei, quod ani
mam nõ ſolùm nutrit,uerũetiã impinguat?Et ideo
non ſine cauſſa Hieremias plorat,dicẽs·Paruuli pe Thr.4
tierunt panem,& non erat qui frangeret eis.Ad p̃-
latos etiam ſpectat illuminare populum qui in te-
nebris ignorantiæ iacet.Quod autem aliud lumen
ab eis adhiberi poteſt,niſi prędicatio uerbi dei?Lu
cerna,inquit Pſaltes,pedibus meis uerbum tuum, Pſ. 118.
& lumen ſemitis meis.Et iterũ·Declaratio ſermo- Ibidẽ.
num tuorum illuminat,& intellectum dat paruu-
lis.Si ergo ab aliquo lumen quo dirigitur, ſubtra-
has:nonne in tenebris ambulans offendet ſæpiſſi-
me?Non ergo mirum ſi ſubtracta uerbi dei prædi-
catione a populo,populus erret:imò potius miran
dum eſſet ſi non audito unquam uerbo dei popu-
lus rectè ſemper ſentiret in fide: quoniã cũ ea quæ
credimus,humani intellectus fragilitatẽ excedant,
ad ea percipienda aſſurgere ex ſeipſo nemo poteſt.
Oportet enim prius credere,ut poſtea intelligatur.
Niſi enim crediderit is,inquit Eſaias,non intellige- Eſa. 6.
tis.Credere autem ſine prædicante non eſſe poſſibi Ro.10.
le teſtatur Paulus.Quomodo,inquit, credẽt ei quẽ
non audierunt?Quomodo autem audient ſine præ
dicante?Et paucis interiectis colligit·Ergo fides ex

auditu,auditus autem per uerbum dei. Huius rei non est opus multa exempla proponere, cum ubique terrarum & ubique gentium sit expertum plurimos uersari errores apud rusticos et paganos homines,maximè apud eos qui deserta incolunt, qui a cõmunione hominum longissimè absunt. Quod non ob aliam caussam euenire constat,q̃ q̃ uerbũ dei non audiunt,unde doceri possent:quo deficiente adstat illico malignus ille hostis, semper ad nocendũ paratus,eorumq; affectus primò, postea uerò intellectus peruertit, & in plures detrudit errores. De hac re testimonia locupletissima potest nobis nostra ministrare Hispania, in qua citra decem annos in ea parte Cãtabriæ quæ nunc Nauarra dicitur,& Biscaia, apud eos homines q̃ montana incolunt,uarĩ inuenti sunt errores,multæ superstitiones.uariæ idololatriæ:adeò ut dæmonem ipsum in figura capri se illis ostendentẽ uenerarentur. Quod per multos antè annos inter eos secretò factum esse cõpertum est. Qua in re plures sunt inuentæ fœminæ,q̃ uiri. Nouit enim ille malign⁹ hostis ab homine cõdito facilius fœminã seduci posse, q̃ uirũ: tenaciusq; amplecti malũ cui semel inhæserit. Hoc idẽ,etsi nõ æquale malum,apud alia Hispaniæ mõtana euenisse cõperimus,ut apud Astures & Gallecos,aliosq; similes, quibus rarissimè uerbum dei prædicari contingit. Sunt enim apud illos superstitiones multæ,ritus gentilitĩ,non aliã certè ob caussam,nisi ꝓpter defectum prædicantium. Qui defectus in eorum prælatos & pastores erit partim reiiciendus. Nam illi etsi peccent sic errãtes,eorum tamen peccatum aliquam admittit excusationem,eò q̃ nemo illos cõduxit,nemo eos unquã docuit. Verùm quantũlibet prædicator desit, si ipsi deum (ut decet)colerent,eumq; orarent, nunquam eos deus falli permitteret:quoniam aut ipse iterius doceret,

aut illis aliquē mitteret qui doceret eos exterius, ſi cut miſit Petrum ad Cornelium. Quia tamen alijs Act. 10
magnis criminib⁹ ſunt immerſi, eorū peccatis exigētibus deus permittit ut nullus ad eos docendos prædicator accedat. Tertia demum hæreſum parēs & origo eſt ſacrarum literarum in linguam uulgarem translatio: unde euenit ut ab hominib⁹ ſine ullo perſonæ diſcrimine legantur. Vt autem conuincamus hanc eſſe & ſæpe fuiſſe hæreſum cauſſam, illud in primis ſtatuere oportet, hæreſim nunquā ex ſacris literis, ſed ex illarum peruerſa intelligentia oriri. Vnde Hilarius in li. de Trinitate. Extiterunt plures qui cæleſtium uerborum ſimplicitatem, nō ueritatis ipſius abſolutionem ſuſceperūt, aliter interpretantes q̄ dictorum uirtus poſtularet. De intelligentia enim hæreſis, non de ſcriptura eſt, & ſenſus non ſermo fit crimen. Hæc ille. Si ergo ex peruerſa ſcripturæ intelligentia hæreſis oritur, q̄s facilius in hæreſim incidet q̄ uulgus legens id quod minimè intelligere poteſt? Difficile certè eſt creditu, ut indoctum uulgus id intelligat, quod doctiſſimi uiri longo ſtudio, diuturna examinatione uix capere poſſunt. Quapropter Iudæis (teſte Hieronymo) non licebat citra trigeſimū annum librum Geneſeos & Cantica canticorum legere, quia multa in eis intellectu difficilia cōtinebantur: ad quæ legēda periculum eſſet niſi doctos diſcretoſq; uiros accedere, ne ex praua intelligentia diſtortum quid ſaperent. Libri Sibyllini in tāta apud Romanos habiti ſunt reuerentia, ut (quemadmodum teſtatur Feneſtella de magiſt. loquens lib. 1. cap. 13.) ſolis Duūuiris eos libros inſpicere liceret. Verūm in poſterum cum id Duūuirorum ſacerdotium ad decem uſq; protractum fuiſſet, qui Decēuiri appellati ſunt, ab eis demum ſolis Decemuiris Sibyllini libri legi permittebantur. Multo ergo magis Chriſtianos decebat

sacris literis illam exhibere reuerentiam, ut nō pas sim omnibus legendæ traderentur, sed eis dūtaxat qui fide & aliquanta cæterarum rerū scientia proba-
Esa. 6. ti sunt. Nam de fide dicitur apud Esaiam: Nisi credideritis, nō intelligetis. Et de scientia rerum humanarum ꝙ hæc sæpe sit necessaria ad sacræ scripturæ intelligētiam, iam alias docuimus. Vtrūque dominus uno orationis contextu insinuauit dicēs: Noli
Mat. 7 te sanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas uestras ante porcos, ne fortè cōculcent eas pedibꝰ suis, & conuersi disrumpant uos. Quod exponens Theophylactus ait: Canes sunt infideles, porci autem uitam porcinam agētes. Mysteria igitur incredulis nō sunt prodenda. Porci enim cōculcant quę dicuntur, canes autem conuersi lacerant eos: quod fecerunt philosophi quū audirēt crucifixum Christum. Dilacerant autem uos ratiocinando impossibile esse cauillātes. Hæc Theophylactus. Quapropter laudandum merito uenit edictum illustrissimorum catholicorumq; Hispaniæ regum, Ferdinādi uidelicet, eiusq; cōiugis Helisabetæ, quo sub grauissimis pœnis prohibuerunt ne quis sacras literas in linguam uulgarem transferret, aut ab alio transl latas quoquo pacto retineret. Timuerunt nāq; prudenter plebi suæ quam regendā susceperant, ne ulla occasio illi daretur errandi: nec tamen gratis & sine causa timuerunt: quoniā lōga experiētia compertum fuerat plures hac occasione hæreses fuisse olim suscitatas. Ex hac siquidē radice prodierunt Valdenses, qui alio nomine pauperes de Lugduno appellātur. Valdo etenim eorū princeps a quo Valdenses dicti sunt, cum homo idiota esset, aliquos sibi transferri procurauit libros, quos legens, & nō intelligēs, in plurimos lapsus est errores: Ex fonte eodem exierunt Begardi, Turelupini, omnes homines indocti, & prorsus literarum ignari. Hic tamē

obstat

obstat Lutherus dicens scripturã sacram esse apertissimam, maximè nouum testamentum, eamq; esse facillimam intellectu: quapropter dicit tali lingua habendam esse scripturam sacram, ut ab omnibus legi & intelligi possit. Verùm in hac re delirare Lutherum, & reliquos omnes qui illi in hac parte fauent, expressis scripturæ testimoniis, argumentisq; efficacissimis cõuincemus. Primo igitur beatus Petrus de Paulinis epistolis loquẽs ait: In qbus sunt quædam intellectu difficilia, quę indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionẽ. Et Paulus de huiusmodi hominibus loquẽs, in prima ad Timot. epistola dicit eos non intelligere, neq; quæ loquũtur, neq; de quibus affirmant. Et in secũda ad Corint. epistola dicit suũ euangelium fuisse opertũ in his qui pereunt. Quòd si Petrus dicit in epistolis Paulinis esse multa intellectu difficilia, & Paulus ait suum euangelium esse opertum his qui pereũt, qualiter Lutherus persuadebit scripturã sacram esse facillimã intellectu, eãq; apertissimam, adeò ut ab omnibus intelligi possit? Præterea si scripturæ tam apertæ sunt, qualiter erra uit Arrius? Macedonius? Nestorius? præcipuè cum hi omnes ex scriptura perperã intellecta sui erroris occasionẽ sumpserunt? Quòd si in scripturarũ intelligentia isti errauerunt, indeq; hæreses suscitarunt, qui fit ut uulgus indoctum non etiã erret? Qualiter uulgus sciet cognoscere parabolas, quarũ frequens est usus in utroq; testamẽto? Qualiter aptabit similitudines? Qualiter distinguet figuratas locutiones a nõ figuratis? Qualiter rerum proprietates cõsiderabit, ex quarum cognitione ępissime literæ sensus pendet? Quo pacto sciet cõferre prȩcedentia sequentibus, & media utrisq;, ut inde conȝciat ueram literę intelligentiam populus, qui nihil conferre nouit, sed nulla prorsus rerum collatione facta censere so

2. Pet. 3

1. Ti. 1

2. Co. 4

let: At singula hęc maximè sunt necessaria ad cuiuslibet, ne dicam diuinæ scripturæ intelligentiã. Sunt multa præterea in sacris literis quæ in speciem uelut ex diametro pugnare uidentur: in quibus diligẽte interprete, eoq; docto est opus, ut ea conciliet, & cõcordia esse ostendat: ut gratia exempli Christus
Ioã.14 Ioã.10 apud Ioannem ait· Pater maior me est. Et idem apud eundẽ dicit· Ego & pater unum sumus. At ubi unitas est, ibi neq; maius neq; minus quicquã esse po-
Ro.14 Lu.22. test. Item illi dicto Pauli, Regnum dei nõ est esca & potus, repugnare uidetur Christus dicens· Ego dispono uobis regnum, sicut disposuit mihi pater, ut edatis & bibatis super mensam meã in regno meo.
Psal.4 Propheta etiam regius ait· Irascimini & nolite peccare. quibus uerbis aliquã præcipit iram, quã dicit esse sine peccato. Huic autẽ cõtradicere uidetur Paulus, dicẽs· Omnis indignatio & ira tollat a uobis.
Eph.4 Hæc autẽ quum uulgus indoctũ legit, putabit esse cõtraria: quo eueniet ut aut dubitet aut uacillet in fide, aut temere censeat, alterã scripturæ partẽ reijciẽs, sicut cõmune est hæreticis: aut si quã fortè scripturã deprehẽderint suo errori cõtrariã, eam statim uelut non canonicã reijciant. Rursum Lutherus dicit Hieronymum hallucinatum fuisse in sacræ scripturæ intelligentia, Augustinũ errasse in eadẽ, Ambrosium, Cyprianũ, Hilarium, Basilium, Chrysostomum, sępe deceptos fuisse, de quibus tamẽ idem Lutherus in præfatione libri sui de captiuitate Babylonica fatetur eos in uinea domini egregiè laborasse, diligentiã in scripturis illustrãdis adhibuisse. Si ergo isti doctissimi uiri post diuturnã in sacris literis exercitationẽ, post longam meditationẽ, post orationem feruentẽ atq; prolixam decepti sunt illo teste, qualiter eas scripturas dicet esse clarissimas, in quibus tot talesq; uiri post longam attentamq; earum inspectionem decepti sunt? Quòd si illi erra-

uerunt in uno aut altero, uerisimile est ut uulgus indoctum erret in mille, præcipuè cum non tantam adhibeãt diligentiam ut illi, nec tantum in ea meditentur, nec talis sit illorum uita, ut affectus illuminet intellectum, aut unctio dei doceat eos. Possibile certè est ut unus homo quantũlibet idiota longa oratione exercitatus, feruenti cõtemplationi assuetus, quem deus in cellaria sua introduxit, interpretationem sermonum, ueramq; sacrarum scripturarum intelligentiam inde hauserit, quã alius quantũuis doctrinis hominum assuetus consequi non ualet? At quòd nebulones, ebriũ, uoratores carniũ, potatores uini, quorum deus uenter est, sine ulla meditatione, sine ullo orationis exercitio penetrẽt scripturas quas deus tot sapientibus & sanctis uiris absconderit, non est cuiquã credibile. Confiteor, inquit Christus, tibi pater, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Paruulis inquã, non superbis, non sibiipsis fidentibus. Paruulis inquã, id est humilibus, qui humi repunt sua æstimatione, qui nõ ambulant in magnis & in mirabilibus super se, qui terrena omnia uelut stercora arbitrantur, ideoq; ea cõtemnentes pro cælestibus suspirant. His certè paruulis reuelat Deus sua mysteria, nõ uoratoribus, non cõpotatoribus. Vinum nãq; & panis corpus impinguant, carnem sanguinem nutriunt, non autem animam. At caro & sanguis non reuelat Petro Christum esse filium dei, sed spiritus dei qui est in cælo. Demum ut hominem undiq; ualemus, ne ullus illi pateat exitus, nonne ipsi Lutherani a se inuicem diuisi sunt? Carlostadius a Luthero, Oecolãpadius ab utroq; iam est separatus. Verùm qua ratione diuisi? nõ alia certè, nisi q; quilibet alteri impingit eum conniuere ad scripturæ intellectum. Si ergo inter eos qui populi duces uideri uolunt, dissidia sunt, & quilibet ait al-

mat. u

mat. 16

terum minimè intellexisse scripturam: qui fit ut populus non erret in pluribus & eorum quilibet: præcipuè quum uulgus non sola lectione sit cõtentus, sed de earum intelligẽtia etiam disputet, adeò ut de earum intelligentia nõ uereantur nebulones doctissimos quosq; uiros ad certamen prouocare, cum illisq; cõtendere. Et quod omnibus peius est, non so-
1. Ti. 2. lùm hæc a uiris fiunt, uerũetiam a fœminis. Paulus certè non permittit mulierem docere, & tamen his temporibus Luthero illis maximè fauẽte, mulieres docere & disputare de fide non uerentur: atq; adeò proteruè, ut facilius centũ uiros ab errore reuoces, & mulierẽ unam. Ex quibus clarissimè quisq; colliget Lutherũ hac sola occasione scripturas sacras in uulgarem linguam uertisse, quòd facilem perspiciebat esse hanc uiam ad populi lapsum, quẽ errore deceptum ex litera perperam intellecta, facilius posset in suas tenebras detrudere. Non possum meipsum continere, quin hic etiam inferam quæ in eius rei fauorẽ adducit Erasmus Rotero. uir lõgè doctissimus, de bonisq; literis bene meritus. Is enim quũ in pluribus ab eo editis libris dixisset se cupere sacras literas in omnes uerti linguas, ut possint legi ab agricola, a fabro, a latomo, a muliere, fuit de hac re inter alias a facultate theologiæ Parisiis notatus atq; reprehensus. quorum censuræ Erasmus respondens, nec tamen suam sententiam recantans, in suæ sententiæ cõfirmationẽ adducit aliqua quæ parum suum propositum stabiliunt. Primò dicit olim sacras literas in linguam uulgarem fuisse uersas, & Chrysostomum cõmendare laicis studium diuinorum uoluminũ, & Hieronymũ laudare idem in fœminis: de quo etiam refert quòd Dalmatica lingua sacros uerterit libros. Quod si tũc factum est cum tanta laude, uidetur Erasmo idẽ etiam nunc fieri debere. Hæc autem collectio satis apertè conuincitur

esse mala, eò q; sæpenumero contingere uidemus, ut de aliqua re aliquid statuatur ad mores hominũ corrigendos, quod quum postea experientia docente cognoscatur illud alia ex parte posse multo magis nocere, & iam sæpe nocuisse, abrogatur lex in totum. Olim in nocturnis uigiliis currebant ad sepulchra martyrum uiri uxores, puellę pueri, monachi uirgines sacræ, nullumq; hominum genus non ueniebat. Cui rei quũ olim detraheret Vigilantius, scripsit aduersus eũ beatus Hieronymus tam acerbè, ut ipse Erasmus in argumento illius libelli per eum edito, cogatur desiderare modestiam in beato Hieronymo. Id autem quod tunc beatus Hieronymus tam uehemẽter laudabat, flagitia quæ sub umbra pietatis admittebãtur, persuaserunt ut prorsus tolleretur. Neq; hoc per solam desuetudinẽ abrogatum est, sed per concilij definitionẽ. Concilium siquidem Elibertinum cap. 35. suorum decretorũ sic ait. Placuit prohiberi ne fœminæ in cœmiterio peruigilent, eò quòd sæpe sub obtentu orationis scelera latenter cõmittant. hæc concilium. Cur non etiã Erasmus innouare uult illas nocturnas uigilias, cũ uideat eas olim fuisse tam celebres, tamq; ex animo a Hieronymo laudatas? Hoc autẽ non facit, imò potius censet meritò fuisse sublatas. Olim etiam corpus domini dabatur in manus, quod secũ quisque domum portabat: ut quum uellet, domi acciperet. Hoc ex lib. 6. ca. 33. historiæ Ecclesiasticæ Eusebij facillimè colligitur. At quum deprehensi fuerint multi qui tractarent indignè, & ad artes magicas abuterentur, abrogata est consuetudo. Nullus, ut opinor, est nũc homo uerè catholicus & prudensq;, qui cõsulere uelit ut eucharistia iterum laicis detur in manus domum suam deportãda, quãuis olim usq; ad tempora Cornelij papæ sic factum esse cõstet. Fatemur ergo olim sacros libros in linguam uulgarem

fuisse trãslatos, beatumq; Hieronymũ in linguãm Dalmaticam eos uertisse, nec tamẽ ideo simile fieri expedit, quoniã experientia docente didicimus hac de causſa plures idiotas fuisse lapsos in multos execrandos errores. Nam etsi pauci fuerunt idiotę hæresum authores, multi tamẽ fuerunt & nunc hodie sunt hæresum fautores. Lutherus certè etsi hæresis author & princeps existat, unus tamen homo erat qui facilè a potestate seculari cõpesci poterat: ideo curauit enixè populi animos sibi conciliare, quò se curius rem agere posset. Vt autẽ hoc assequeretur, nulla fuit ei uisa facilior uia, q̃ si libros sacros & sua dogmata in linguã uulgarem uertisset: & ita ut credidit, euenit. nã hæc occasio inter alias nõ parua fuit, ut totus penè populus illi adhæreret. Secũdo in sui propositi confirmationẽ addit Erasmus dicẽs q̃ quicquid est hęreseon in orbe, totũ ferè natum est uel ex philosophia, uel ex ipsis sacris literis perperã intellectis. Et a philosophorũ libris nullus arcetur, nullus ergo a sacris literis debet submoueri. Quis non uidet latissimum esse discrimen etiam in re de qua loquimur, inter gentilium libros, & sacras literas? Sacras enim literas omnis fidelis sic legit, ut diuina oracula: quapropter nec illis contradicere, nec de illis dubitare audet, sed constanti animo tenet q̃c quid ibi legerit. quapropter si aliquid perperam intellexerit, non minus constanti animo credit quàm reliqua, quoniam iuxta sensum quem ille accepit, putat illa uerba esse accipienda: & ita errorẽ suum ita tenaciter defendit, uelut id quod credit esse diuinum oraculũ. At philosophorũ libros nullus Christo initiatus ita legit ut diuina oracula, nisi fortè q̃s demens sit: sed legit ut libros hominũ, qui quantũlibet fuerint docti, potuerunt tamẽ errare, & ita nõ timet ab illis dissentire, aut de eorum sententia dubitare. Verũm quoniam cõtingit sæpissimè, ut pro-

pter argumẽta bellè diſpoſita, quæ apud eos leguntur, aut propter eorum elegantẽ dicendi ſtylum, in illorum philoſophorũ trahantur errores, ideo non ſine cauſſa iam ſuperius monuimus libros gentilium cum magna cautela eſſe legendos. Cum ergo plus nocumenti inferatur ex libris ſacris ui linguã uulgarem uerſis, q̃ ex lectione gentilium philoſophorum, meritò illud inhibetur, etiam ſi de alio nulla fiat prohibitio. Puto Eraſmum boni conſulturũ, quòd ab illo in hac parte diſceſſimus. Nam & ipſe non ſemel docet liberum eſſe cuiq; ab hominis cuiuſq; ſententia diſcedere, etiam ſi ſanctus ille fuerit, modò cum reuerẽtia & aliqua ratione adductus id faciat. Siue autem bene ſiue male accipiat, ego ab inſtituto meo quo pro catholica fide pugnare decreui, nunquã diſcedam.

De hæreticis agnoſcendis. Cap. XIIII.

NOn parua res eſt, hæreticos a ueris catholicis diſcernere, quũ propter rei utilitatem, tum etiã propter eiuſdem difficultatẽ. Vtilitas certè eſt maxima, propterea q̃ multi pallio nominis Chriſtiani operti, ſuas hæreſes ſpargunt, ſuaq; uenenoſa dogmata populo uenditant: quem tanto facilius decipiunt, & in ſuos trahunt errores, quãto ipſi magis a populo reputantur fideles, & uerè catholici. Ideo Chriſtus ſollicitam noſtri curam gerens, ac præuidens plures hæreticos ſub nomine Chriſtiano uenturos, admonet dicens, Attẽdite a falſis pphetis qui ueniunt ad uos in ueſtimẽtis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Et Ioã. in ſua prima catholica epiſtola ait, Chariſſimi nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus an ex deo ſint, quoniã multi pſeudoprophetæ exierunt in mundum. Difficultas autem inde cognoſcitur, quòd hæretici non eundem modum obſeruant, ſed ſuus cuiq; mos, & mille eorum ſpecies, & rerum diſcolor uſus. Quidam enim

Mat. 7

1. Io. 4.

eorum occultantur ut sanctiores appareant, ut facilius mentes ignorantium decipere possint: unde de
Iob.30 illis Iob dicit, In desertis habitabant torrentium, & in cauernis terræ. In cauernis hæretici habitãt, quia plerunq; errorem suum nõ audentes publicè prædicare, ne a sapiẽtioribus, illis resistatur, procurãt latenter & clãculo se imperitis ingerere, ut illos securius in suum errorem trahant. Hinc est quod apud Salomonẽ mulier quæ typum hæreseos tenet, dicit,
Pro.9. Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis abscõditus suauior. Quod tanto periculosius, quãto occultius fit, quia difficilius illi ueneno potest mederi. Quidã hoc publicè, & adeo licentius faciunt, quãto magis sibi persuadent suum posse errorem melius tueri. Quidam ut facilius suum alijs persuadeant errorẽ, curant sanctiores apparere, & multa mirabilia operari, ut quãto meliores existimantur, tanto facilius illis credatur. Quidam uice uersa, aliorũ existimationem cõtemnentes, nec de ea ullo pacto curãtes, hominibus pessimę uitę iunguntur, ut ad optata uitia pertingant, & suorum errorũ faciles & libentes habeant ministros. Nam qui uitia pro uirtutibus commendat, aut qui uirtutes uelut uitia reijcit, nullos inueniet in eum propẽsiores, quàm eos qui sunt ad illa uitia quę ille laudat, procliues. Cum tot sint ergo hæreticorũ mores uarij, ingeniaq; diuersa, difficile esset certam præscribere regulam qua cognosci ualeant, nisi saluator nobis eam reliquisset. Is enim summus & optimus pastor atq; magister, cum prę monuisset nos ut a falsis prophetis caueremus: modum quo eos cognosceremus, adiunxit dicens. A
Mat.7 fructibus eorũ cognoscetis eos. Nunquid colligũt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autẽ arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere, neq; arbor mala fructus bonos facere.

Cum tũ hæreticorum fructus, ut iam diximus, sint uariꝰ, nec omnibus iidem, restat ut eadẽ semper maneat difficultas, Verùm quãuis tot sint hæreticorũ mores uariꝰ, si tñ est aliquis fortè modus illis omnibus cõmunis, uelint eorum omniũ genius, ab eo facilè cognosci poterunt. Ego autẽ re (ut decebat) attentius considerata, tres aut quatuor hæreticorũ mores inuenio, illis omnibus cõmunes, ex quibus facilè quisq; conꝰciet an quiuis doctor in suspicionem hæretici incidere meritò debeat, an nõ. Prima ergo, & nescio an omnium maxima cõiectura est, uelle res nouas, & quæ parum cõducunt, prædicare aut docere. Qui enim rerum nouarum est amicus, & eas semper quærit ut prædicet aut doceat, signum est ꝙ placere uult, ꝙ existimationem sui in populo quęrit, ꝙ seipsum uult prędicare, nõ Iesum Christum: ex quo conuincitur eum à semetipso loqui, & nõ à deo: qñ ut est apud Ioannem, Qui à se semetipso loquitur, gloriã propriam quærit. Qui autem propriam gloriam quærit, eamq; per nouæ doctrinæ prædicationem captandã sperat, etiam si qd erroneũ inuenerit, ipsa nouitate delectatus probabit, & sperans se inde gloriam habiturum, non solum prædicare nõ metuet, imò tanꝯ p̃ciosam gemmã populo uenditabit. Præterea ipsa doctrinæ nouitas est de se suspecta, qñ Christus & apostoli eiꝰ sufficientẽ doctrinã ad uitã æternam cõsequendam dederunt. Nec post legem a Christo datam est alia lex iterũ à deo danda, qñ testamẽtum hoc est æternum. Si ergo aliquid noui nũc prædicat, cuius nec uestigium habetur in ecclesia relictum ab apostolis usq; ad hũc diem, ipsa rei nouitate est suspectũ, qñ tũc oporteret fateri apostolos non perfectè aut sufficienter prædicasse euãgelium, ecclesiamq; quã docendam spiritus sanctus suscepit, tam longo tẽpore fuisse in tenebris ignorantiæ. Beatus August.

Prima hæretici coniectura

Ioã. 7.

in libro de ratione animæ ad Optatum, multas de anima opiniones enarrans, de quadam earũ, quam credit esse erroneam, nec tamen illam se posse expugnare cõcedens, ait, Ipsa tamen sola nouitate displiceret. Et Aeneas Syluius loquens de Ioanne Huss Bohemorũ hæresiarcha, libro de origine Boemorum cap. 35. dicit quòd peregrinas semper & nouas opiniones amabat. Rursus, beatus Paulus sępe hãc doctrinarũ nouitatem condemnat, & uelut damnatã fugiendam esse præcipit. unde in prima ad Timoth.
1.Ti.6. epistola dicit, O Timothee depositũ custodi, deuitans prophanas uocũ nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quã quidã promittẽtes circa fidẽ exciderũt. Deinde qui nouã conatur inducere doctrinã, eã debet efficacissimis eisq; euidentissimis argumẽtis probare, & quod maius est, si doctrina talis est, ut ad uitã æternã cõsequendam necessaria esse prædicetur, debet eã euidẽtissima miraculorũ operatione cõfirmare. Sic enim factum esse reperimus quoties à deo noua doctrina populo est man-
Exo.3. data. Primò enim cũ Moses mittitur ad Pharaonẽ, non audet ire, eò quod timebat ne illi propter rei nouitatẽ quam erat Pharaoni dicturus, nõ crederet Pharao, aut reliqui Aegyptij. Quapropter illi deus concessit potestatẽ miracula faciendi corã Pharaone & Aegyptijs, ut ita miraculorũ euidentissima operatione, persuaderentur ad credendum his quæ Moses illis dicturus erat. Deinde dominus et nouã mundo prædicans legẽ, ac ueteris legis nouã & uerã intelligentiã pãdens, miraculis certissimis suã doctrinã confirmat. Post quã enim sermonẽ prolixum corã discipulis suis alijsque hominibus fecit dominus in mõte, in quo sermone docuit eos præcepta decalogi iuxta uerũ eorũ sensũ, cõtinuò post sermone finito miraculũ operatus est: cum uidelicet
Ma.8. leproso petenti atque dicenti, Domine si uis,

potes me mundare: respondit, Volo, mundare. Et cõfestim mũdatus est à lepra. Neq; hoc casu factũ esse putes, ut finito sermone illico dominus coram populo qui eũ audierat, sanet leprosũ. Causam enĩ huius facti Hieronymus super octauum cap. Matthæi assignat dicens, Rectè post predicationem atq; doctrinã, signi offertur occasio, ut per uirtutum miracula, præteritus apud audientes sermo firmetur. Hec Hieronymus. Quòd si talia miracula Christus nõ fuisset operatus, per quæ homines allicerentur in eius doctrinã: ipsis Iudæis tunc non credẽtibus nulla fuisset propter hoc culpa imputata. Ipse enim Christus ait, Si opera nõ fecissem in eius quæ nemo alius fecit, peccatum nõ haberent. Vnde clarissimè conuincitur esse necessariã miraculorum operationẽ ad tam excellẽtis doctrinæ, ut est euãgelica, cõfirmationẽ. Prædicato insuper p Christũ euãgelio, et plurimis ab eo miraculis cõfirmato, cũ apostoli post Christi in cælos ascẽsionẽ per diuersas nationes euãgeliũ prædicant, diuersorũ miraculorũ operatione cõfirmãt. De illis enim ait Marcus, Illi autem profecti prędicauerũt ubique, domino cooperante, & sermonem confirmãte sequentibus signis. Beatus Ambrosius exponens illud ad Romanos primo, Per quẽ accepimus gratiã &c. sic ait, Testis enim doctrinę uirtus est, ut quia quod prædicatur incredibile mũdo est, gestis fieret credibile. Hec ille. Et Beda libro. 3. sup Lucã. cap. 7. Cõcessa (inquit) primò potestate signorum misit pædicare regnum dei, ut promissorũ magnitudini attestaretur etiam magnitudo factorum, fidèmq; uerbis daret uirtus ostensa, & noua facerẽt qui noua prædicarẽt. Hæc Beda. Ex his ergo omnibus colligimus, nouam de fide doctrinam debere certissimis euidẽtissimisque miraculis confirmari. Quod si quid nouum sine talium miraculorum confirmatione prædicatur,

Ioã. 15.

Marci ulti.

ipſa nouitate eſt ſuſpectum. Et qui talibus nouitatibus delectatur, eáſque inquirit anxius, ut inde inanem captet gloriam, hac ſola ratione conſcio eum eſſe hæreticum, aut in hereſim pronum, & qui facilè in eã labetur. In hac parte adeò nobis fauet Lutherus, ut in ſeipſum uerterit manus nõ conſiderãs fortè quod loquebatur. Is enim uolẽs aſtruere nulli homini quantumlibet docto, quãtumlibet etiã ſancto debere fidem adhiberi, niſi ſuam doctrinam apertiſſimis ſacræ ſcripturæ teſtimonijs comprobauerit, in proœmio ſui libri de captiuitate Babylonica ſic ait, Legimus in Actis apoſtolorum quòd ñ qui cum omni auiditate uerbum Pauli audierant, quotidie ſcrutabantur ſcripturas ſi hæc ita haberent. Si ergo Pauli euangeliũ ceu nouum teſtamentũ oportuit probari per ueterem ſcripturã an ita haberet, qui tamen habuit authoritatẽ à deo ſibi datã ſicut apoſtolus, ut eius uerbo crederetur, quid nos facimus, qui patrum dicta quorum nulli fuit authoritas noua docẽdi, ſed tantũ accepta per apoſtolos conſeruandi, nolimus ad ſcripturæ iudicium uocari? hæc Lutherus. Nullus eſt (ut opinor) adeo demens, qui renuat cuiuſuis hominis dicta uocari ad iudiciũ ſcripturæ, quoniã nõ iurauimus in uerba hominis, ſed in uerba dei: neq; captiuare oportet intellectũ noſtrum in obſequiũ hominũ, ſed in obſequiũ Chriſti. Permittimus ergo ſanctorũ dicta uocari ad iudiciũ ſcripturæ, non autem ad iudiciũ Lutheri: ad iudiciũ quidem ſcripturæ, ſed non ut è Luthero intelligitur. Iudiciũ enim ſcripturæ, hoc eſt interpretatio ſacræ ſcripturæ, ut aliàs iam docuimus, nõ manet penes Lutherũ, ſed penes totam eccleſiam. Quòd autem ait non licere alicui noua docere, cõſentimus ei. Verùm ſi nulli ſanctorum licuit noua docere, ſed tantum acepta per apoſtolos cõſeruare, quare tibi Luthere licebit tot no-

uitates excitare? Nūquid non est nouū dogma omnes Christianos esse sacerdotes? Nunquid non est noua doctrina qua asseris, ad Eucharistiæ sumptionē nonesse necessariū, priùs animū per contritionē & peccatorū cōfessionem expurgari? Nonne nouū est dogma seruū esse et nō liberū hominis arbitriū? Nonne noua est hæc sentētia, nulla bona opera esse necessaria, sed solā fidē sufficere ad uitā æternā cōsequēdā? Nūquid nō est etiā nouū dogma, cōcilia generalia, pbē (ut decet) cōgregata posse in fide errare, atq; ideo eorū decretis nos minimè obligari? Noua certè sunt hec omnia, nisi fortè dicas ideo non esse noua quia alij ante te hæretici illa cōfinxerunt. Hoc enim est tibi peculiare, ut raro ex uino defecato, sed ex fecibus ab ecclesia reiectis sæpissime haurias. Verùm etsi hoc ita se habeat, ea tamen quæ semel antiquata sunt, incipiunt aliquādo esse noua, quia tunc renouantur. Sic quanuis errores tuos plures ex Valdensibus, Wuitclefuitis, alijsque huiusmodi farinæ hominibus hauseris, quia tamen eos iam diu ab ecclesia reiectos atque explosos resumpsisti & uelut iam diu sepultos ab inferis suscitasti, ideo errores tui noui nunc sunt ac dicuntur. Si ergo hæc noua, & tamen asseris, pertinacitérque tueris, quæ nunquū per apostolos tradita, neq; ab eorū successoribus cōseruata sunt, nunquid nō incidisti in foueā quā fecisti, & in laqueū quem parasti aliorū pedibus, cū dixisti nemini licere noua dogmata prædicare, sed tantū ab apostolis accepta conseruare? Tibi ergo qui nouas inducis doctrinas, incumbebat probare quæ asseris, eáque miraculis apertissimis cōfirmare, prout fecit Christus, & eius apostoli fecerūt. Nobis autem qui tam uetustā totius catholicæ ecclesiæ fidē tenemus, nō incūbit probare, cū iam nō sit noua dicēda doctrina, quę per tot secula est ad hunc usq; diē cōseruata, et tot miraculis

cõfirmata: quapropter nõ est opus ut nunc probemus quæ iam olim probata atque cõfirmata sunt: Secũda cõiectura ex qua subodorari possimus hæreticũ, est nimia libertas in pronũciãdo, ad quã sunt aliqui adeò procliues, ut non dubitent quicquid in buccã uenerit asserere. Quod autem semel prodidit definiendi temeritas, superbia postmodũ tuetur, & sepissime auget pertinacia: quoniã superbia suadente fit, ut quod semel temere dictũ est, recãtare nolit: quapropter errori adiũcta pertinacia, cõsummatũ facit hæreticũ. Qui ergo ita liberrime de rebus seriis & ad fidẽ spectãtibus pronũciat, & quacũque facillima ratione persuasus, sine ulteriore inuestigãtione, aut doctorũ aliorũ utrorũ cõsilio, statim decernit sibiipsi fidẽs, hic certè meritò suspicionẽ hæretici incurrit, ut hæreticus esse putẽ, uel in hæresim eũ citissime lapsurum credatur. Vnde beatus Iaco.

Iaco.1. ait, Si quis putat se religiosum esse nõ refrenãs linguã suã, sed seducẽs cor suũ, huius uana est religio.

Ibid.3. Et iterũ, Lingua inquietũ malũ, plena ueneno mortifero. Quapropter beatus Gregorius exponẽs illud Iob, Respondete quæso absq; cõtentione, & loquẽtes, id quod iustũ est iudicate: sic ait, Qui in dictis suis reprobationẽ metuit, ipse prius debet examinare quod dicit, quatenus inter cor & linguam æquus quidã discretúsque arbiter sedeat, subtiliter pẽsans, si recta uerba cor offerat, quæ utiliter susciens ad auditorũ iudiciũ lingua perducat. Beatus igitur Iob, sua cõtra amicos agens, sed cõtra hæreticos nostra denũciãs, precipitationẽ loquẽtiũ reprehẽdit, atq; ad eorũ mẽtẽ uerba recolligit dicens, Loquẽtes, id q; iustũ est iudicate: ac si apertè diceret. Si in eo quo ad nos per egressũ locutionis exitis, reprehendi non uultis, intus iustitiæ librã tenete, ut tantum foris quod dicitur, ex ueritatis pondere placeat, quãtum hoc interius trutina discretionis pẽsat.

hucusque Gregorius. Tertium unde conijcere licet aliquem esse hæreticũ, est id quod ferme omnibus hæreticis est propriũ, ut uidelicet si quis eum correxerit ut ab errore suo reuocet, ostẽdat illico impatiẽtiam. Qua in re, quantũcunq; hypocrita sit, & sanctus uideri curet, eorum hypocrisis inde detegitur, quòd simul atque à quopiã fuerit admonitus, statim pro benefacto regerit maledictũ, cõuitijs & cõtumelis insaniens, impatiẽs ab alio doceri. Si enim cõmonefacis ut ab errore resipiscat, nõ emendatior, uerùm deterior et pestilẽtior euadit. De his ait Paulus, mali homines et seductores proficiẽt in peius, in errorẽ mittentes, & ipsi errantes. Huius rei apertissimum se nobis præbuit exẽplum Lutherus, qui cum pauculos quosdã à principio effuitisset errores, de eis admonitus à pluribus doctis uiris, tantum abfuit ut recãtare uellet, ut peiores multo plures addiderit errores. Deinde uerò cũ à sereniss. Anglorum rege per scripturã fuisset correctus, cũque regratiari illi debuisset, aut saltẽ modestè respõdere, cõuitijs & iniurijs eũ affecit. Demũ cum à sũmo põtifice Leone decimo admonitus obedire nollet, bonus pastor, ne ouis putrida reliquas attactu inficeret oues, ab ouili ecclesiæ procul abegit. Huius autem censuræ Lutherus impatiens, cœpit debacchari in pontificẽ Romanũ, & reliquos omnes ecclesiæ ordines. Hoc igitur manifestũ est hæretici signum, medicinam nullam ferre, nullam manum medicantis admittere: unde euenit, ut insanabilis pmaneat Quomodo enim curari potest, qui se tractari nõ patitur? Aut quomodo tractari potest, quẽ si quid doces, nugatur? si quid mones, irascitur si quid hortaris, obmittitur? si quid placas, ĩcẽditur. Efficacissima igit̃ est cõiectura ex correctionis impatiẽtia conijcere aliquẽ esse hæreticũ, quia ostẽdit pertinaciam quæ consumatum efficit hæreticum.

2. Ti. 3.

FINIS

F. ALFONSI DE CASTRO, ADVERsus hæreſes, in librum ſecundum.

PRAEFATIO.

HActenus de his quæ ad reuincendas hęreſes ne ceſſaria erant, diſſeruimus. Arma nanq; oſtendimus utriſq; cõmunia qbus & nos aduerſus hæreticos pugnare debem⁹, & hęretici aduerſus nos. Iudices ſignauimus, ſub qbus certaminis periculũ ſubeundum erit, penes quos poteſtas ſita eſt de uictoria cẽſendi: quod maximè etiã neceſſariũ fuerat, qm̃ his ſublatis nullus unquã foret belli finis. Nã cum gloriæ cupiditate omnes tãgamur, nullus erit qui haſtam in certamine abĵcere uelit, aut herbam porrigere hoſti: atq; ideo hac ratione eſſet ſine fine bellandum, niſi eccleſia iudice alter cedere cogatur arenæ: præcipuè cum ĵ contra quos acturi ſumus, filĵ dura ceruice, & indomabili corde ſint. Omnibus ergo (ut decebat) ad bellum paratis, opus eſt iam ut in cãpum deſcendamus, manuſq; inter nos conſerere incipiamus. Nõ tñ aduerſus omnes hæreſes ſimul, nec aduerſus omniũ hæreticorum aciem pugnare decreui, ſed ad ſingulare certamẽ quãlibet ſeorſum hæreſim prouocare. Hæreſes autẽ ipſæ nõ iuxta tẽpora in quibus ortæ ſunt) ut in præfatione totius operis ſtatuimus) ſed iuxta rerum materias circa quas uerſant, diſtribuent. Vt autẽ ex hoc noſtro labore facilius lector proficere poſſit, talis ſeruabitur ordo, ut reb⁹ circa quas ortæ ſunt hæreſes, iuxta alphabeti ordinem diſpoſitis, ſub unaquaq; dictione illæ cõſtituantur hæreſes, quæ ad rem per uocem illam ſignificatã pertinere uidebũtur. Cum ergo prima alphabeti litera ſit A, eas primũ oportebit ptractare res, quar⁹ nomina ab ea litera initiũ capiũt. Ab adoratiõe igit̃ auſpicãdum cẽſui, ut primũ omniũ, tanquã de primo dei præcepto, qd nos reuereri aut adorare oporteat, ſciamus.

Adoratio.

ADORATIO.

INTER omnes quæ hucuſque ortæ ſunt hæreſes, duas tantum apud omnes quos euolui authores (qui deo teſte ſatis magno ſunt numero (reperio quæ ſub hac inſcriptione meritò collocari debeant. Prima hæreſis eſt, quæ adſtruit crucem dominicam nullo pacto eſſe adorandam. Huius erroris dux atq; magiſter fuit Claudius quidã Taurinẽſis epiſcopus, ut teſtatur Thomas Vualden. in lib. de ſacramẽtalibus titu. 2. cap. 16. adducto pro hac re teſtimonio ex chronicis Iuonis Carnotenſis, quę fateor me nõ uidiſſe. Quo autem tempore hęc peſtis uiguerit, cũ ille ſubticuerit, apud alium inuenire nõ potui. Hãc eãdem hæreſim iam ſepultam, ab inferis ſuſcitauit poſt aliquot annos quidam Ioãnes Vuitclef, ut teſtatur idem Thomas Vualden loco proximè citato. Hic Ioannes Vuiclef Anglicus fuit, ſacerdos, magiſterq; in artibus, uir ingenio acer, & eloquẽs, quantum temporis illius pœnuria ualebat (floruit nanq; circa annum domini. 1380.) multa uolumina ſcripſit, quibus eccleſiam catholicã perſecutus eſt. Nam in illis multa & impia dogmata ſparſit, de iure diuino, de humano, de eccleſia, de monachis, de ceremoniis, de decimis, de obediẽtia, et de aliis multis, quæ ſuis locis dicẽtur. Tempus autẽ illud cuicunq; crimini cõmittendo opportunũ fuit, cum eccleſia tũc in tres partes fuerit ſciſſa, à tribus ſe pro ſummis pontificibus gerentibus. Nunquam uerò facilius quodcunq; crimen proficit, q̃ bellorũ tempore, quo omnia licẽt, omniaq; impune fiunt. Tandem deo miſerante coactum eſt generale cõcilium apud Conſtantiam pro totius eccleſiæ unione atq; reformatione: in quo inter cętera ibidẽ acta, 45. ar-

Claudius.

I. Vuiclef.

ticuli ex eius libris excerpti, cõdẽnati sunt. Et quoniam tunc Ioannes Vuitclef iam defunctus erat, facta prius diligenti examinatione de eius finali impœnitentia ac pertinacia, cõcilium censuit præfatũ Ioannem fuisse hæreticũ, corpusq; illius & ossa (si possent ab alijs fidelium corporibus discerni) iussit exhumari, & extra ecclesiã iactari. Hęc omnia acta sunt in octaua eiusdem cõcilij sessione. Verùm etsi inter articulos in eo cõcilio damnatos, iste de adoratione crucis minimè reperiatur, nõ ideo mirũ uideri debet alicui, aut ideo credere debet nõ esse hæreticum, quia à cõcilio inter illos minimè cõnumeratus est. Nam postquam cõcilium illos 45. articulos recensuit, hæc uerba subnectit. Compertum est etiam libros eius plures alios articulos cõtinere similium qualitatum, doctrinãq; in dei ecclesia insanam, & fidei ac moribus inimicam inducere. Hæc concilium. Post ista autem uerba immediatè sequitur cõdemnatio tam præfatorum 45. articulorũ ibidem expressorũ, q; aliorum eiusdem qualitatis quę in libris illis reperiri dicuntur. Ducenta nanq; librorum uolumina eum scripsisse refert Aeneas Syluius in lib. de origine Bohemorũ cap. 35. Credimus autem Thomam Vualden uirum doctum perinde ac religiosum, libros eius ad ultimũ inspexisse, q; Anglicus esset ipse ut alter, ideoq; eos legisse, ut patriam quam ab Vuitclefuitarum errore infestatam uidebat (nam ferè coæuus Ioanni Vuitclefo fuit) expurgare posset. Sit ergo huius Ioannis Vuitclef hæc semel enarrata historia, quoniã sæpissime deinceps in iudicium uocandus erit. Ostentis ergo istius hęresis patronis, superest ut de ipso errore discutiam⁹. Dubium est mihi in primis an iter hosce hæreticos de hac re omni ex parte cõueniat. Nã etsi de Vuitclefuitis constet eos asserere crucem ipsam in qua uerè Christus pepẽdit, minimè adorandã esse, mul-

toq; minus alias ad illius imaginē factas esse adorandas: de Claudio tamen Taurinensi non constat an prohibuerit has solum imagines crucis Christi adorari, an ipsam etiā crucem in qua Christus nostram operatus est salutem: qm̄ ex illo nihil aliud reperire potui præter fragmentum quod ex Iuone Carnotensi à Thoma Vualden citat. Quicquid tamen asserat, certum est illum eodem gladio feriendum, quo Ioannem Vuitclef, cum hic utrūq; prohibuerit. Nunc ergo solum præsenti proposito cōuenit probare crucem illam in qua dominus pependit, meritò adorādam esse. Nam q̄ imagines illius adorari debeant, ad aliud spectat negocium, quando inferius in titulo imago, de omnibus simul imaginibus differemus, qualiter tolerentur, & ad quid earum usus in ecclesia prosit. Adorationē hāc crucis, quam nunc inquirimus, propheta explicat dicens, Adorate scabellū pedum eius, quoniā sanctū est. Quod autē uerus scabellum Christi, q̄ crux, cui pedes illius affixi sunt? Nā etsi alia sint quæ meritò scabellū Christi dici possint, ut humanitas ei⁹, nil tamen obstat quin crux etiā scabellum eius dicatur, quod adorare propheta præcipit. Vnde Hieronymus exponens locum illū Psalmi, sic ait, Multæ opiniones de scabello sunt, sed hoc propriè corpus dixit dominicū, in quo maiestas diuinitatis tā quā sup scabellū stetit. Quòd autē adorari debeat, eo ascēdente docuerūt apostoli, cū adorātes regressi sunt i Hierusalē. Ad crucē dominicā, & ad animā sanctā hęc referēda sūt. Hęc ille. Vides hic qualiter ex Hiero. sentētia scabellū sit corp⁹ dominicū, scabellum sit anima, scabellum etiam sit crux dominica. Hæc autem adorari una uoce præcepit psal. dicens, Adorate scabellum pedum eius, qm̄ sanctum est. Idē etiā propheta alibi eandē sententiā replicat dicēs, Introibimus in tabernaculū eius, adorabim⁹ Psal.

Pg. 98

in loco ubi ſteterũt pedes eius. Quem locum pertractans Caſſiodorus, poſtquam eum iuxta allegoriam expoſuit, ait, Quod ſi hoc & ad hiſtoriam piè uelis referre, ſignificat fortè ſanctam crucẽ, ubi corporaliter ſtetit quando in ea confixus apparuit. In qua ſtetiſſe rectè dicitur, ubi corpus eius infixum fuiſſe mõſtratur. Meritò ergo hunc ꝓpheta locum dicit adorandum, qui nobis & fidei ſignum præſtitit, & ſalutem. Hęc Caſſiodorus. Hinc patet Caſſiodorum aſſerere crucem dominicã adorandam, nec tamen ex ſuo tantum ſenſu, ſed prophetico innixũ teſtimonio. Ne autem cauſeris ex ſenſu myſtico nõ eſſe ſumendum argumentũ, uide quid dixerit, eam ſcilicet expoſitionem eſſe iuxta hiſtoriã. Verùm ne Caſſiodoro in hac parte uelut unico teſti diffidas, producam eiuſdem rei aliũ, ut in ore duorum ſtet omne uerbum. Damaſcenus nanq; in lib. 4. de fide orthodoxa, cap. 12. de crucis dominicæ ligno diſſerens ſic ait: Ipſum nimirum precioſum, & perquã uerè uenerãdum, in quo ſemetipſum in hoſtiã pro nobis Chriſtus obtulit, ut ſanctificatũ tactu ſancti corporis & ſanguinis, decenter adorandũ, clauiq; & lancea, & indumenta, & ſacra ipſius tabernacula, quæ ſunt præſepe, ſpelunca, Golgotha ſalutaris, uiuificum ſepulchrum, Sion eccleſiarũ propugnaculum, & ſimilia, ut dei parens ait Dauid, Introibimus in tabernaculũ eius, adorabimus in loco ubi ſteterunt pedes eius. Quòd autẽ crucem dicat, oſtẽdit quod ſequitur, Reſurge domine in requiẽ tuã. Sequitur enim crucem reſurrectio. Si enim amatorũ deſiderabilis domus, & amictus, & lectus, multo magis dñi & ſaluatoris noſtri, per quæ & ſalutis ſummus. Hucuſq; Damaſcen⁹. Ex quo iter multa hoc unum habes, crucẽ ſcilicet adorandã, & hoc eodem ꝓphetæ teſtimonio adiutus, quo Caſſiodorus. Ne uerò Ioãnes Vuitclef ſubterfugiat ad quan

Pſa. 131

dam̃ crucem ſpiritualem quam fingit, ad quam au thoritates detorquet, uide qd Damaſcenus dixerit. In quo ligno ſemetipſum in hoſtiã pro nobis Chriſtus obtulit. At non obtulit ſe niſi in materiali ligno, eoq; ad portandũ grauiſſimo. Præterea hãc ip ſam adorationẽ confirmat totius uniuerſalis eccleſiæ ritus, & cõſuetudo, quæ ſtatuit ut in feria ſexta Paraſceuę poſt decantatum ex Ioanne Euangeliſta nobilem illum triumphum, quem per crucis mortem Chriſtus illa die acquiſiuit, eleuetur crux à ſacerdote, ut à populo adoretur: deinde cruce ipſa in loco honeſto collocata, ſacerdos eam genib⁹ flexis adoret, poſt quem miniſtri alij altari deſeruientes, poſt quos cæteri quoq; officio adſtantes ſimiliter adorent. Eccleſię autẽ uniuerſalis traditio (ut ſuprà longius diſſeruimus) tãti eſt põderis, ut qui illi obſtet, nõ minus cẽſeatur hæreticus, q̃ſi expreſſè ſcripturæ cõtradiceret, præcipuè in rebus grauibus, & in quibus errare magnum eſſet periculum. At ubi magis intereſt nõ errare, q̃ circa cultum exhibendum? Nihil enim deus magis abominat, q̃ idololatriã, adeò ut nomine abominationis ſæpe in ſacris literis idolum deſignetur. Nõ eſt ergo uerſimile ut per tot ſecula eccleſia uniuerſalis pro qua dominus rogauit ut fides eius nõ deficeret, idololatriq; labe macularetur, quẽadmodũ illi impingit impius & blaſphemus Vuitclef. Accedit huic omniũ ſanctorum de hac re ſententia. Nam præter Hieronymum Damaſcenũ & Caſſiodorum quos iam citauimus, ſunt alij multi qui de hac re tẽſtimoniũ præbent. Auguſt. ſuper Ioannem tract. 36. ſic ait, Quid ſeruat fideli ſuo, qui talem honorẽ dedit ſupplicio ſuo? Denique modo in pœnis reos nõ eſt apud Romanos. Vbi enim crux domini honorata eſt, putatum eſt quod reus honoret. Hæc Auguſtinus. Non eſt iam cur nos irrideat Vuitclef propter honorem

quem cruci exhibemus, cum illū deus illi dederit, dicente Augustino. Quid seruat fideli suo, qui talē honorē dedit supplicio suo? Chrysostomus super Matthæum homilia. 54. sic ait, Hæc enim crux orbem terræ saluauit, errorem abegit, ueritatem reduxit, terrā cælū fecit, hęc homines angelos fecit, propter hanc dæmones non adhuc terribiles, sed contemptibiles, neq; mors, sed somnus, pfert. Propter hanc omnia in terrā ꝓiecta sunt & cōculcata quæ impugnabāt nos. Si ergo tibi dixerit quis, Crucifixum adoras? & si deriserit, lachrymare, quoniā insanit. Hęc Chrysostomus. Lachrymemur ergo pro Vuitclefuitis, cōpatiamurq; illis, quoniā ex dicto Chrysostomi insaniūt. si insaniūt, iustius esset eos catenis uincere, quàm argumentis. Quem teipsum ergo Vuitclef facis, ut cōtemptis Hieronymo, Augustino, Chrysostomo, Damascēo, Cassiodoro, tuæ tantum prudentiæ innitaris? Cum enim tam graue crimē, quale est idololatria, toti ecclesiæ impingere nō erubescis, quare uel unicū testem in robur tuæ criminationis nō adducis? Vis ut credatur tibi sine ullo scripturæ testimonio magis q̄ tot illustribus uiris? q̄ etiam totius uniuersalis ecclesiæ traditioni & consuetudini? Cæterùm q̄ ecclesiam de idolatria notas, hoc discutiamus, & uideamus quā ob caussam id dicas. An fortè quia Christi fideles coram dominica cruce genua flectūt, nudatumq; inclināt uerticem? Leuis certè caussa pro qua tātum crimen obꝟciatur ecclesiæ. Nam cum exterior adoratio, ut quęcūq; exterior operatio, nō sit bona aut mala censenda nisi quatenus ab interiori procedit, talem oportet bonitatis & malitię denominationē suscipiat, qualem retinet operatio interior à qua deriuatur. Hac enim sola ratione Iudæorum illudentium genuflexiones adorationesq; culpantur, q̄ ex mala radice nempe irrisione procedebant. Propter

quod id inquirendum est,à qua scilicet radice talis exterior cultus oriatur. Si ideo quispiã coram cruce flectit genua,aut inclinat caput,ꝙ eam credat esse aliquod numẽ,aut aliquod supremum bonum, meritò talem criminaberis, neq; ob istam caussam à te discedemus.Sin uerò ideo genua flectit, qa uisa cruce recordatur in illa aut alia simili Christum pro nobis pependisse,gratiasq; illi pro tam imenso beneficio nobis exhibito genua flectẽdo reddit, qd hic criminaris ubi nulla est criminãdi caussa? Nõne tu credis Christum cruci fuisse ,p nobis affixũ? Aut si credis,cũ id in memoriã reducis,nõne amãtem redamus?Quòd si istorum alterum negas, uel hoc solo argumento conuinceris. Sin autem utrunque istorum præstas,cur non accusas ꝙ illa prẽsta mus?Nam illæ prostratiões, capitum nudationes, manuum eleuationes corã cruce factæ,nil aliud significant,q̃ ꝙ per illa testamur nos credere Christum in alia simili pro nobis perpẽdisse:atq; ob tãtum beneficiũ , cuius memoria per crucis aspectũ innouatur, seruitutẽ & obsequium genu flectendo profitemur.Quæ omnia cũ sint ab omnibus,& ab ipso etiam Vuitclefuo cõprobata , hoc argumento cõuincitur,nõ solùm eam crucẽ meritò adorandã, in qua dominus pependit, sed reliquas omnes quę illius ueræ sunt imagines . Nam ad aspectum earũ æquè intellectus noster in memoriã reducitur crucifixi,quem per talem genuflexionem uerè adoramus.In hoc tamen oẽs reliquæ ab illa in qua Christus pependit,superantur, ꝙ illa cõtactu carnis & sanguinis Christi quodammodo sanctificata fuit. Nec tamen ideo aliæ adorandæ non sunt.Vnde Damascenus loco superius allegato , Adoramus etiã figuram preciosæ & uiuificę crucis,tametsi ex alia materia facta est : non materiam uenerantes (absit enim) sed figurã tanq̃ Christi signũ.Dixit enim di

ma. 24. scipulis suis cõtestans, Tunc apparebit signum filij hominis in cælo, crucem dicens. Et paucis interpositis subiungit dicẽs, Adorãdum est igitur signũ Christi. ubi enim fuerit signũ eius, illic & ipse erit. Materia autem ex qua figura crucis exprimitur, siue sit aurum, siue lapides precioſi, aut alia quæuis materia, poſt figurationẽ ſi cõtingat diſſolui, nõ eſt adoranda. Omnia igitur quæ deo adiacuerũt, adoramus, ipſi reuerentiam pietatiſq; cultum exhibentes. hactenus Damaſcenus. Hinc iam manifeſtè patet qualiter ex ea adoratione q̃ cruci exhibemus, nulla idololatriæ ſuſpicio manare poteſt. Nam cũ omnia quæ deo adiacuerunt, adoramus, deo ſoli in hoc reuerentiam ac pietatis cultũ exhibemus. Hoc

Lib. 3. cap. 3. etiã cõfirmat Auguſt. in lib. de uiſita. infirmor. inquiens, Habent ſiquidem Chriſtianorum arcana, illius dominicæ crucis quoddam uenerabile monimentum, quod de crucis ipſius imaginatione crucem cognominant, quod nos etiam omni ueneratione digniſſimũ fatemur, & ad recordationẽ Crucifixi noſtri ueneramur. Habeẽ enim in cruce quædam hominis uerbera patientis imago, per quã ſalutifera nobis Ieſu Chriſti renouatur paſſio. Hanc complectere humiliter, uenerare ſimpliciter. tamen hæc ad memoriam tibi reduces.

Nec deus eſt, nec homo, p̃ſens quã cerno figura:
Sed deus eſt & homo, quem ſignat ſacra figura:
Verus homo, ueruſq; deus, tamẽ unus utrique,
Probra crucis patitur, mortem ſubit, & ſepeliẽ,
Viuit et is, crucis hæc p̃ ſigna triũphat ab hoſtẽ.
Id notum uobis crucis huius littera reddit,
Scilicet ipſius nota ſunt crux & Crucifixus.

Hactenꝰ Auguſtinꝰ. Ex his dictis, q minimè cæcus eſt, iam p̃ſpicere ualebit qualis ſit ipſa genuflexio, & alia quæuis adoratio corã cruce facta, & cui exhibetur, nã ipſi deo, in cuius memoriam uenimus

per crucis aſpectum, atq; ideo gratos nos quodãmodo cruci oſtẽdimus, q̃ tanti beneficij nobis exhibiti memores nos efficit. Nec mirũ q̃ ipſius Chriſti cognitionẽ crucis aſpectus innouet, cum illam Chriſtus uoce propria appellauerit ſignum filij hominis. Nã loquẽs de aduentu ſuo in iudicium, ait, Tunc parebit ſignũ filij hominis in cælo. quod exponẽs Theophylactus ait, Crux tunc apparebit in cælo ſupra ſolem fulgens ad arguẽdos Iudæos. Venient enim Chriſtus cõtra Iudæos habẽs crucem ut magnã iuſtificãdi materiam & teſtimonium, ueluti ſi qs lapide pcuſſus oſtẽdat lapidẽ. Signũ autem dicit crucẽ tãq̃ trophęum & inſigne regium. Hæc Theophylactꝰ. Vides hic crucẽ ſignũ dictã: quod etſi eo modo dicat Theophyl. ſignũ, quo trophæũ, aut uexillum, aut inſigne, nil obſtat. nam hęc etiam quodãmodo ducunt in notitiã eorum ad quos attinent. Verùm hoc clarius beatus Cyrillus explicat. Is enim lib. 6. cõtra Iulianum reſpõdens, illi irridenti Chriſtianos q̃ crucis lignũ adorant, poſtq̃ enumerauit beneficia à Chriſto nobis in cruce exhibita, ait, Hæc omnia recordari nos facit ſalutare lignũ, & ſuadet ut cogitemus qd' ſicut dicit diuus Paulus, unus pro omnibus mortuus eſt, & reſurrexit. Hæc Cyrillus. Hæc iã de hac re dicta ſufficiãt: quum ex eis conſtet crucẽ dominicã, reliquaſq; ad eius imaginem factas, meritò adorandas eſſe. Nec tũ ex hoc idololatrię ſcrupulus urgere debet, cũ in ea adoratiõe nihil aliud cruci tribuamus, q̃ q̃ credimus Chriſtum dñm in ea aut alia ſimili p nobis omnibus mortem ſubijſſe, tantumq; beneficiũ cognoſcẽtes, quod ex crucis aſpectu recordamur, gemibꝰ flexis, nudatoq; uertice, ſeruitutẽ profitemur. Deniq; adoratio ipſa etſi corã cruce fit, mens tũ noſtra ad id ſolũ fertur qd' crux ipſa repræſentat, dei ſcilicet filium olim in cruce pendentẽ. Contra hãc

ma. 24

hæresim scripsit uir diligentissimus Thomas Vualden lib. de sacramẽtalibus titu. xx. Ab ipso certè fateor me aliqua accepisse, plurima etiam cõtuli. Scripserat etiam olim Ionas quidam Aurelianẽsis episcopus de hac re contra Claudiũ Taurinensem episcopum, primum huius hæresis parentem. Hoc tamen opus non uidi, sed sola historiæ relatione habeo ex fragmento chronicorum Iuonis Carnotensis per Thomam Vualden citato.

Secunda de hac re orta est hæresis asserens sacratissimam eucharistiam non esse ullo pacto adorandã, crimen idololatriæ impingẽs cuicũq; eam adoranti. Huius hęresis author est Iohannes Oecolampadius natione Germanus, uir triũ linguarũ, & omni genere bonarũ literarũ apprime doctus, sed tandem spiritu elationis ductus, sapere uoluit plus q̃ oportebat, atq; ideo factum est, ut deo permittente in insipientia sua deprehẽderetur. Hic primùm Lutheranæ factioni adhæsit, exemplóque Lutheri cũ monachus ordinis sanctę Brigittę fuisset, monachatu reiecto, continentia quam in religione uouerat, posthabita, uelut canis ad uomitum reuersus uxorem duxit, ut uel eo argumento nobis suos errores persuaderet. Demum impatiẽs (ut arbitror) sub Lutheri uexillis militare, aliqd ipsa Lutherana factione magis impiũ atq; blasphemũ excogitauit, quò clarior appareret, & proprium leuare posset uexillum. Dicit nanq; Christum in eucharistia minime cõtineri, atq; ob id idololatras nominat eos qui sacratissimam euchari stiam uenerãtur adorãtq;. Cũ autem Lutherus in hanc non posset trahi blasphemiã, diuisus est hac ratione Oecolampadius à Luthero, factumq; est ut qui nomina Oecolãpadio dederunt, ab eodẽ nomẽ receperint, nempe Oecolampadiani dicti. Vt autem hũc errorem reuincamus, prius oportet ostendere, uerum Christi corpus sub

Io. Oecolãpadius.

præteriti panis accidentibus uere & realiter cõtineri. Nam hac sola ratione (quod sciam) prohibẽt adorationem eucharistiæ, non prohibituri si uerã Christi carnem sub illorum accidentium inuolucro latere crederẽt. Hoc autem (deo adiutore) inferius in titulo Eucharistia, ostẽdemus: quapropter usq; ad locum illum erroris huius impugnatio differatur. Ostenso enim ibidẽ uerum Christi corpus sub panis accidentibus cõtineri: inde manifestum euadet eucharistiam merito adorari. Quod si forte aliquis tam ingratus est humanitati Christi, quã deus dispensatiue assumpsit tanquam instrumentum pro nostra redemptione facienda, ut eum etiam adorare dedignetur, hoc erit nunc solum cõprobandum, & id breuib⁹, quoniam uix credere possum de homine qui se per Christi humanitatem redemptum agnoscit, ut illã adorare refugiat. Nã licet illa suapte natura indigna sit ut adoretur, ut tamẽ coniuncta est diuinitati coniunctione tali qua omnem excedit humanum angelicumq; intellectum, omnem certe uenerationẽ meretur. Huius rei manifesta sunt testimonia. Primum illud psalmi quod supra diximus de cruce, Adorate scabellum pedum eius, quoniã sanctũ est. ut. n. ibi patuit ex Hieronymi authoritate, inter multa quæ scabelli nomine ẽtelligi possunt, corpus dominicum præ cæteris omnibus merito scabellum dici potest, quoniam in eo maiestas diuinitatis tanquam super scabellum stetit. Hieronymi expositioni consentit Augustinus exponens eundẽ locũ psalmi. Sic enim ait, Exponẽs mihi scriptura qd sit scabellũ pedũ ei⁹, dicit, Terra autẽ scabellũ pedũ meor⁹. Anceps factus sum. Timeo adorare terrã, ne dãnet me q fecit cẽlũ & terrã. Rursum timeo nõ adorare scabellum pedum dñi mei, quia Psalmista mihi dicit, Adorate scabellũ pedũ eius. Quæro qd sit scabellũ pedũ eius, & dicit mihi scri- Psa. 98 Esa. 66

ptura, Terra scabellum pedum meorꝝ. Fluctuãs cõ uerto me ad Christũ, quia ipsum quæro hic, & inuenio quomodo sine impietate adoretur terra, sine impietate adoretur scabellũ pedum eius. Susceptit enim de terra terrã, quia caro de terra est, & de carne Mariæ carnem accepit. Et quia in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam carnem ad manducãdum ad salutem dedit, nemo autem illam carnem mãducat nisi prius adorauerit, inuentũ est quemadmodum adoretur tale scabellum pedum dñi, & nõ solũ nõ peccemus adorãdo, sed peccemus non adorando. Hæc Augustinus. Plurima hic præter intentionem ex Augustino habemus. Primo ꝙ carnem suam ad manducandum dedit. nusquam autẽ alibi dedit ꝙ; in eucharistia, est ergo mens Augustini, Christi carnem in eucharistia cõtineri. uerum de hoc aliàs longius. Deinde ipsam carnem adorandã ostendit dicens Nemo illam carnem mãducat nisi prius adorauerit. Nemo Augustine? Quid dices de Oecolampadio, qui manducãs dedignatur adorare, timẽs in idololatriam incidere? Verba mea (inquit Augustinus) ad solos Christianos referenda sunt: è quibus nullus est qui manducet, quin adoret. Nam si adorare recusat, uel hac ratiõe minime Christianus dicetur, sed hæreticus. ideo enim dixi ꝙ peccamus nõ adorando. Hieronymo & Augustino cõsentit etiã Cassiodorus in expositione eiusdẽ psalmi, inquiẽs, Nunc dicendum nobis est quid in isto uersu pedes eius significare uideantur, scilicet stabilitatẽ diuinitatis, quæ semper in naturæ suæ omnipotenti gloria tãquã pedũ indefecta stabilitas perseuerat. Huius ergo uerbi assumptum corpus, quãuis gloriosum, quanuis magnum, quanuis admirabile, tamẽ propter humilitatem humanitatis scabellum pedũ competenter accipimus. Nam cum ipse dicat, Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum

Esa. 66

meorum:corpus terrenum quod de Maria uirgine sumpsit,bene (ut opinor) eadē similitudine scabellum pedum eius probatur intelligi.hæc Cassiodorus. Quod autē dixit,ut opinor,nō hoc dixit quasi expositioni diffidens,sed tanquam homo fragilitatem humani intellectus agnoscēs, qui facilè decipi potest. Quapropter in his quæ nō sunt expressa,ui ri sancti uerentur iudicium suum ac reformidant, ne forte errent,qui longissime ab errore esse uolūt. Non sic hęretici,nō sic,quoniam hi sententias suas adeo mordicus tenent,ut auelli nequaquā possint. Verùm de hac re admonere oportet,ut licet humanitatem Christi propter cōiunctionem adorādam dicamus cum diuinitate,longe tamē minus si seorsum cōcipiatur. Nō enim humanitati cultus latria tribuitur,quoniam is soli deo debetur. Deniq; adoramus aut ueneramur humanitatē, non propter se tantū,sed causa diuinitatis cui cōiuncta est,ad quā diuinitatem adoratio ipsa referenda est tanquā ad ultimam illius causam. Quod si forte cultu latriæ adoretur humanitas,hoc erit ea ipsa adoratiōe uni ca qua adoratur Christi psona in qua humanitas subsistit, qua una adoratione omnia in ipso subsistentia adorantur. Vnde Damascenus lib.4. de fide orthodoxa,cap.3. Caro igitur Christi secūdum ipsius naturam(si subtilibus cogitationib⁹,quod uidetur,ab eo quod intelligitur,cogitationeq; humanitatem à diuinitate pręscindas)madorabilis est,ut creatura. Vnita autē deo uerbo, propter ipsum, & in ipso adoratur. Eo nanque modo quo rex & nudus adoratur & indutus, & purpura & nuda purpura & cōculcatur & proñcitur,facta autem regis amictus honoratur & glorificatur,& si quis illam proterere præsumpserit, persæpe morte multatur: & quēadmodū lignū nudum nō est tactu inacceſſibile,atqui igni cōiunctum,& carbo factū,nō pro-

pter seipsum, sed propter cõiunctum ignẽ inaccessi bile fit, & nõ ut ligni natura tactu inaccessibile est, sed ut carbo, id est qñ ignitum est lignum: sic & ca ro secundum sui naturam nõ est adorabilis, adora tur autem in incarnato deo uerbo, nõ propter seip sam, sed propter cõiunctum ipsi secũdum hyposta sim deum uerbum. Et nõ dicimus cp carnem ado ramus nudã, sed carnẽ dei, id est incarnatum deũ. hucusque Damascenus. Quapropter Cassiodorus postquam exposuit scabelli tropum, subiungit. Et nota quia nõ dixit qm̃ sanctus est, sed qm̃ sanctum est, scilicet ut corpus à deitate, mentis cõtemplatio ne nõ discerneres, sed ad unã personam referres, id est ad uerbum quod caro factum est, & habitanit in nobis. hæc Cassiodorus. Sicut ergo caro Christi nõ per se subsistit, sed in uerbo, eãdẽq; cum illo ha bet hypostasim: sic etiã nec per se adoratur, sed in uerbo: atcp eadem unica adoratiõe qua Christum colimus, ueneramur humanitatem quę in illius est hypostasi. Necp hoc mirum uideri debet alicui, qm̃ sunt multa quæ propter coniunctionem quam ad alia multo illis nobiliora habent, aliqua ab illis mutuantur, quæ per se cõsequi nõ possent, nec ta men eis aliqd de sua nobilitate uice uersa mutuãt: ut (gratia exempli) corpus si ab anima separes, nõ mouetur, nõ audit, non uidet, non gustat, non nu tritur, non augetur, non denicp uiuit, ex animæ ta men coniunctione hæc omnia habet, uiuens enim corpus dicitur anima illi uitam præstante, nec ta men eadẽ ratione anima aliquid de corporis corru ptione recipit: sic etiam fieri potuit, ut caro huma na propter uerbi unionem hoc ab illo recipiat, ut unà cum illo adoretur. Verũ de his satis. Adeo nam que ista sufficiũt, ut superflua fortasse licui uideã tur: quoniam si Christi caro sub illis præteriti pa nis accidentib⁹ latet, ut infra deo adiutore me osti-

furum promisi, erit etiã eadem ratione quadam peculiari existentia ibidem filij dei persona, cum hic carnem humanam quam semel assumpsit, nusquã à se postmodum separauerit. Quod si totus est ibi Christus in duabus naturis subsistens, erit procul dubio sacratissima eucharistia merito adorãda, siue humanitas eius adorabilis sit, siue nõ. Nõ enim colimus illa panis accidentia quæ uidemus, sed illud quod sub illis latet, nempe Christum dei filiũ, & per illa quæ foris uidemus, cõsurgit animus ad cultum eorum quæ non uidet. Vnde Augustinus libro tertio de doctrina Christiana sic dicit, Qui uero aut operatur aut ueneratur utile signum diuinitus institutum, cuius uiui significationem intelligit, non hoc ueneratur quod uidetur & transit, sed illud potius quò talia referenda sunt. hęc dicit Augustinus.

Alia est hæresis, quæ aliquo modo ad hanc materiam pertinet, de imaginibus scilicet omnino tollendis. sed de hac re inferius proprius erit tractatus in titulo Imago.

Aliæ insuper plures sunt hęreses quæ meritò hic locari possent, omnes scilicet quæ idola colunt, uerũ his commodiorem præstabimus locum, quum infra de idololatria uitanda agemus. ideo uide eas in titulo Idololatria.

ABSOLVTIO.

CIrca absolutionem quæ in sacramento pœnitentiæ peccatoribus confessis impenditur, pauciſſimæ exortæ sunt hæreses, eæque recentes.

Prima igitur hæresis est, quæ asserit quòd credens se absolutum, absolutus est quantumlibet contritio desit, & quòd absolutio censenda est efficax nõ quia fit, à quocunque tandem fiat, erret uel non erret, sed quia creditur. Huius erroris dux atq; magister factus est hoc nostro tempore quidam Marti-

Digitized by Google

Luthe-rus. nus Lutherus. Quisnam is sit, operæprecium erit semel enarrare, cum sæpe de eo in posterum facienda sit mentio. Lutherus hic natione germanus, patria (ut opinor) Saxo, sub instituto fratrũ eremitarũ beati Augustini aliquandiu uixit, tandẽ à patre scilicet Augustino degenerans, qui hæreticorũ acerrimus hostis fuit, huic filius degener hæreticus factus est, ab indulgentijs suorum errorum auspicium sumens. Nam cum rabulas quosdam indulgentiarũ prædicatores audisset, qui tot ac tanta (ut huius farinæ homines solent causa maioris quæstus effutire) de indulgentijs dixerunt, ut illis obuiandũ fore decerneret: zelo & nõ secũdum discretionẽ motus, in publicum prodijt, nõ ueram indulgentiarũ intelligentiã edocens, sed eas omnino euertens, dixit eas nullius esse momenti. Cui cum à quibusdã doctis uiris cõtradiceretur, suaderetur q; ei, ut palinodiam cantaret, tantum abfuit ut id faceret, ut insaniam auxerit, multo peiora q; prius effundẽs. Sæpe quidem fit, ut ex modica ad paruũ lapidem offensione, in alium maiorem caput impingat, ac pereat. Hic postmodũ ducis Saxoniæ prælidio munitus, tãtum inualuit, ut totam ferme Germaniã insecerit. Perspiciens igitur summus pontifex Leo decimus, qui tunc uniuersæ ecclesiæ præerat, hominẽ obstinatũ in malo, nec ullis aut rationib⁹ aut monitionib⁹ posse mederi, uidensq; malũ in dies augeri, ouem putridã, ne reliquas attactu ificeret oues, ex ecclesiæ ouili procul abegit. Lutherus autẽ sentiens se à cõmunione fidelium iectum, nõ solũ nõ ingemuit, aut planxit casum suũ, sed ut impius in profundum peccatorum demersus contemp sit: & diaboli membrũ effectus, ut caput suũ imitaretur, qui diabolus hoc est calũniator dicit, calũniari etiã ipse cœpit pontificem summum, totamq; ecclesiã. Omnem ecclesiasticum ordinẽ euertit, monachatũ

omnem

omnem ab ecclesia procul esse iubet, liberã monachis uiuẽdi facultatem tribuens. Cui pesti nisi deus sua benignitate cito succurrat, timendum est ne ulterius grassetur, & reliquũ id modicum quod è Germania supest, inficiat. Hanc Lutheri præscriptissimus rationem, quæ etsi toti huic seculo notissima sit fabula, non tamẽ prætereunda erat, quoniam non solum præsentibus, sed etiam in posterũ futuris scribimus. Is ergo inter alios plures errores hunc quẽ de absolutione narrauimus, edocet. Vt autẽ clarius eius insana mens agnoscatur, uerba eius referam. Si per impossibile cõfessus non esset contritus, aut sacerdos non serio sed ioco absolueret, si tamen credat sese absolutũ, uerissime est absolutus. Et paucis interiectis seipsum declarãs subiungit. Dixi autem per impossibile, quia satis supradictum est, fidẽ sine contritione esse non posse, quum gratia non infundatur nisi cum magna cõcussione animæ. Volui.n. fidei uirtutem declarare & cõmendare, quæ sola faciat ad remissionẽ peccatorum, & iustificationẽ pacis. hæc Lutherus. Ex quibus uerbis duo Lutheri dicta colligimus, quorum unum fluit ex alio, tanq; fluuius corruptus ex fonte uitiato. Primo quidem asserit solam fidem iustificare, motus quibusdã authoritatibus quę nullo pacto suam assertionem uel tantillum confirmant: quoniam etsi aliquæ sint authoritates scripturæ sacrę dicentes fidem iustificare aut purificare, nulla est tamen quæ asserat solam fidem iustificare hominem: imo ex eis oppositum cõuincitur, cum omnes tales authoritates intelligẽdę sint de fide formata per charitatẽ, quę forma est omnium uirtutum. Nam fides informis non iustificat. beatus enim Iacobus ait, Dæmones credunt & cõtremiscunt. Hi autẽ cum non sint iusti, planum est fidem informẽ non iustificare, sed formatã. At fides formata nunquã est sola, sed simul cum ea est cha- Iaco. 2.

ritas: nunquam ergo fides sola iustificat. Præterea sacerdos absoluit & remittit peccata per potestatē sibi a deo collatam: non est ergo uerum quòd per solam fidem sit pœnitens absolutus. Sacerdotem autem remittere & absoluere, patet per id quod
Ioā.20 Christus apostolis dixit, Quorum remiseritis peccata, remissa erunt: & quorum retinueritis, retenta sunt. Ecce planissimis uerbis Christus dicit apostolos remittere. Tunc quæro a Luthero, aut Christus illis uerbis aliquam potestatem contulit apóstolis, aut nullam? Si dicat Christum nullam potestatem contulisse, aperte Christum facit hypocritam & fallacem, quum aliud fecerit quàm uerbis demonstrauit. Si aliquā dedit, cum non sit alia quàm potestas remittendi, prout uerba sonant, oportebit tunc fateri pœnitentem non per solam fidem esse absolutum, cum sacerdos etiam absoluat. Rursus, sacerdos uerba absolutionis in propria persona & suo nomine dicit, Ego te absoluo. aut ergo sic proferens uerum dicit, aut mentitur. Nullus erit tam impius ut dicat per uerba fallacia ministrari sacramentum. Quòd si uera loquitur, & ita res se habet ut sacerdos profert, necessarium erit concedere sacerdotem per illorum uerborum significationem aliquid operari. Vnde manifeste patet Lutherum miserè errare cum dicit solam fidem iustificare & absoluere pœnitentem: cum ex prædictis pateat sacerdotem uere absoluere. Vt autem Lutherus non possit citra magnam impudentiā huic catholicæ sententiæ aduersari, operæprecium erit ostendere hanc fuisse sacrorum uirorum sententiam, ut omnes cōcorditer senserint, sacerdotes potestatem a deo recepisse pœnitentes absoluendi, & peccata remittendi. Vnde beatus Ambrosius libro primo de pœnitentia, capite
Amb. septimo, aduersus Nouatianos negātes ullo modo fieri posse ut sacerdos peccata dimittat, sic loqtur·

Cur baptizatis si per hominē peccata dimitti non licet? In baptismo utique remissio peccatorum omnium est. Quid interest utrum per pœnitentiam an per lauacrum hoc ius sibi datum sacerdotes uendicent? unum in utroq; ministeriū est. Sed dices, quia in lauacro operatur ministeriorum gratia. Quid in pœnitentia? Nōne dei nomen operatur? Quid ergo? ubi uultis uendicatis uobis dei gratiam, ubi uultis repudiatis? Hæc Ambrosius. In quibus uerbis aperte satis docet, talem habere potestatem sacerdotes in administratione sacramenti pœnitentiæ, qualem habent in administratione sacramenti baptismi. Cum ergo constet sacerdotem uere baptizare, nulla manet causa cur Lutherus iam neget sacerdotes etiā uere absoluere. Chrysostomus in homilia octogesimaquinta super Ioānem, eandem sententiā confirmat, dicens, Non erraret quispiam si tunc eos potestatem quandam & gratiam spiritualem accepisse diceret, non tamen ut mortuos suscitarent, & uirtutem ostenderent, sed ut peccata dimitterent. Differentes enim sunt gratiæ spiritus. quare addidit, Quorum remiseritis &c. ostēdens quod genus uirtutis largiatur. Hæc Chrysostomus. Quibus uerbis clarissime expressit sacerdotem peccata dimittere. Cyprianus uir & martyrio & doctrina clarissimus, in libro de lapsis sic ait, Confiteantur singuli, quæso uos fratres, delictum suum, dum adhuc qui deliquit, in seculo est, dum admitti cōfessio eius potest, dū satisfactio & remissio facta per sacerdotes, apud dominū grata est. hæc Cyprianus. Vides iam Luthere Cyprianum dicentem remissionē peccatorum fieri per sacerdotes. Quòd uero Hieronymum pro sua sententia adducit, ex praua intelligētia procedit. Vt autem clarius id pateat, operæprecium est ut uerba Hieronymi recitemus. Is enim exponens illud Matthæi, Tibi dabo claues regni cælorum,

Chry.

Cypria nus.

Hiero.

mat. 16

sic ait, Istum locum episcopi & presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de pharisæorum assumunt supercilio, ut uel damnent innocentes, uel soluere se noxios arbitrentur, cum apud deum non sententia
Le.14. sacerdotum, sed reorum uita quęratur. Legimus in Leuitico de leprosis ubi iubētur ut ostendant se sacerdotibus, & si lepram habuerint, tunc a sacerdote immundi fiant. non quò sacerdotes leprosos faciāt, & immundos, sed quò habeant notitiam leprosi & non leprosi, & possint discernere qui mundus, qui ue immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosum sacerdos mundum uel immūdum facit, sic & hic alligat uel soluit episcopus uel presbyter, non eos qui insontes sunt uel noxij, sed pro officio suo cum peccatorum audierit uarietates, scit quis ligandus sit, quisue soluēdus. hucusq; Hieronymus. Quæ uerba bene discutere oportebit, ut eorū clarior sensus appareat. Primum ergo admonere oportet, quod Hieronymus dixit, uidelicet quòd sacerdos pro officio suo cum peccatorū audierit uarietates, scit qui ligādus sit, quiue soluendus: non autē dixit, Scit qui ligatus sit, quiue solutus: sicut prius de sacerdote ueteris legis dixerat eum discernere qui mundus qui ue immundus sit. Ex quibus uerbis apertissime cōuincitur beatum Hieronymū aliquod discrimē posuisse inter sacerdotem discernentē de lepra, & sacerdotem euāgelicum absoluentem a peccato, quoniā sacerdos ueteris legis non mundabat leprosum, sed solum iudicabat eum fuisse mūdatum: sacerdos autem euangelicus pœnitentē qui sua peccata coram eo confitetur, per clauem scientiæ & discretionis iudicat an talis sit dignus absolutione, uel non: nō tamen adhuc est absolutus antequam sacerdos uerba absolutionis proferat: sicut leprosus post munditiā assecutam uere erat mundus antequā sacerdos iudicaret eum mundum. Quapropter beatus Hiero-

nymus de ſacerdote nouę legis loquens, non dixit, ſcit qui ligatus ſit, quiue ſolutus: ſed dixit, ſcit quis ligandus ſit, quiue ſoluẽdus: quoniam ex cognitione peccatorũ, & diſpoſitione ipſius pœnitẽtis agno ſcit utrum abſoluere uel ligare debeat. Nam ſi cognouerit peccatorem obſtinatum in malo, taliter ut ſuſpicetur illum eſſe in propoſito redeũdi ad uomitum, iudicat illum indignum qui abſolutionem recipiat. Cum ergo Hieronymus dixit de ſacerdote quòd ſcit qui ligandus ſit, quiue ſoluendus, ſatis aperte innuit, poſt inſpectionẽ ſacerdotis, id eſt poſt audiẽtiam peccatorum, aliquid adhuc reſtare quod operandum ſit a ſacerdote circa ipſum pœnitẽtem, nempe ligare uel ſoluere. Quod autem Hieronymꝰ dixit, quòd apud deum non ſententia ſacerdotum, ſed reorum uita quæritur, intelligendum eſt, non ꝙ ſola quæratur reorum uita, ſed ꝙ principalius quęratur tanquã fundamentum totius ſtructuræ, cui quodãmodo innitatur quicquid a ſacerdote poſtea operatum fuerit. nam ſi peccator fuerit in uoto peccandi, quãtũlibet ſacerdos uerba abſolutionis proferat, nunquã peccator erit abſolutus. Aliquid ergo magis operatur ſacerdos euãgelicus circa pœnitentem, quàm olim ſacerdos ueteris legis circa leproſum operabatur. Deinde ipſa uerba Saluatoris clariſſime illud exprimunt. ſic enim ait, Quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt. Non dixit, quorũ declaraueritis peccata fuiſſe remiſſa, remiſſa erunt: ſed dixit, Quorũ remiſeritis peccata remiſſa erũt. Quibus uerbis apertiſſime oſtenditur, illũ contuliſſe ſacerdotibus non tantùm poteſtatem declarandi peccata fuiſſe remiſſa, ſed poteſtatem uere remittendi peccata. Cum ergo ex ſupradictis conſtet ſacerdotem uere abſoluere, & peccata remittere, cõuincitur manifeſte falſum eſſe id quod Lutherus dixit, ſolam fidem iuſtificare. Secundũ quod Lutherus ait, ex illo Ioã. 20

corrupto fonte deductū est,illum uidelicet esse uere absolutū,qui credit se esse absolutū, etiā si illi delit cōtritio,etiam si sacerdos nō serio sed ioco absolue rit:qm̄ fide illa qua credit se esse absolutum(ut ille ait)iustificatur. Vt aūt clarius pateat qbus tenebris sit inuolutus Lutherus,percōtari oportet ab eo,qd per absolutū intelligat. Aut enim intelligit eum sup quē sacerdos dixerit uerba absolutionis,aut eū qui iam liber est a reatu gehennæ, & solutus est a nexibus peccatorū. Si eum dicat absolutum super quē sacerdos dixerit uerba absolutionis, falsum est qd ait illum esse absolutum. Nam possibile est ut aliquis in proposito peccandi existens,super quem sacerdos uerba absolutionis dixerit, credat se absolutum ,quoniam credit uerba absolutionis dicta super illum.quis tamen diceret hunc esse iustificatū? Similiter possibile est ut sacerdos aliquis erraret in forma absolutionis , ut uidelicet non tenuerit formam ullam, sed solū diceret aliquid aliud huic negocio impertinens,& tamen pœnitens cōfessus credat sacerdotem uera absolutionis uerba dixisse, eò quòd nō intellexerit quid sacerdos dixerit.tunc ille pœnitēs credit se absolutum, quia credit uerba absolutionis super eum fuisse dicta, nec tamē est uere (iuxta dictam interpretationem)absolutus,quoniā talia absolutionis uerba non fuerunt super eum dicta. Si autem eum dicat Lutherus absolutum, qui ultra absolutionis uerba quæ super se dicta recepit, liber est a nexibus peccatorum: tunc assertionis eius talis erit sensus,ut uidelicet ille sit absolutus, id est a peccato liber,qui credit se esse a peccato liberatum. Qui etiam sensus cōuincitur esse falsus,per id qd Paulus ait, Nihil mihi cōscius sum, sed neque in hoc iustificatus sum. Non enim ex eo quòd aliquis credit se esse sine peccato, ideo oportet ut sit sine peccato. Forte Lutherus dicet talem

1.co.4

esse suè assertionis sensum, ut uidelicet dicat quòd ille sit absolutus, id est a peccato liber, qui credit se esse absolutū, id est qui credit uera absolutionis uerba super eum dicta fuisse. Hæc autem assertio sic intellecta quàm sit falsa, aperte ostēdemus: quoniam etsi demus Luthero solam fidē iustificare, de ea erat capiendum, quæ a quolibet fideli exigitur, sine qua impossibile est placere deo, ut est de his quæ Christus docuit. At circa absolutionem non exigitur a pœnitente ut credat sacerdotem dixisse uerba absolutionis, quoniam ea res in solo facto sacerdotis cōsistit, qui errare potuit: sed id exigitur a pœnitente, ut credat uerba absolutionis a sacerdote, plata uim habere a Christo talem, ut peccatorē a peccato soluant. Quapropter etiam si daremus Luthero primum quod proponit, uidelicet solam fidem iustificare: solum inde colligere liceret, pœnitentem esse absolutum cum crederet sacerdotem talem habere potestatē, ut uerbis absolutionis ab eo prolatis, pœnitentem absoluat. Quòd si aliquis ideo dicendus esset absolutus, id est a peccato liber, quia credit se esse absolutum, id est uerba absolutionis super eum dicta, sequeretur inde eum qui haberet in uoto peccatum, esse liberum a peccato si uerba absolutionis super eum dicat sacerdos. nam talis quāuis proponat se in posterum peccaturū, bene tamen credit se esse absolutum (iuxta præfatam interpretationem) quia credit sacerdotē super eum dixisse uerba absolutionis. Verba ergo Lutheri ut aliquā habeant aprentiā, sic accipienda sunt. Is uere est absolutus, id est a peccato liber, qui credit se esse absolutum, id est qui credit talem potestatem in sacerdote, ut uerbis absolutionis ab eo super pœnitentem prolatis pœnitens ipse maneat absolutus, ita scilicet ut pœnitens utrunq; credat, uidelicet sacerdotem dixisse absolutionis uerba super eum, & credat ut illis

dictis a sacerdote supra pœnitentem, pœnitens sit absolutus. Et de hac fide dicit quòd ea sola iustificat. Vt autē hoc manifeste falsum esse appareat, considerare oportet, quòd prius sacerdos uerba absolutionis profert, quam pœnitens credat se esse absolutum. Nam si uerbis nōdum finitis crederet se esse absolutum, falso crederet, quoniam nōdum absolutus est. Nisi forte Lutherus tantum credulitati pœnitentis arroget, ut in uniuersum uerbis absolutionis a sacerdote prolatis deroget. Quòd si Lutherus dixerit totam absolutionis uim ex sola pœnitentis credulitate pendere, fateatur necesse est, ut is apud eum absolutus dicatur, qui credit se absolutū etiā si nulla uerba super eum dicta sint, atque ita uerba illa omnino superfluerēt, & frustra dicerentur. Quòd si nō frustra dicuntur, & aliquid in pœnitente operantur, tunc quæram quid operātur. Si iustificationem aut absolutionem, falsum est ergo quòd sola fides iustificat, ut Lutherus dixit, immo nunquam esset possibile fidem iustificare: quoniam is qui credit se esse absolutum, aut uere credit, aut falso. Si falso credit, ergo non est absolutus, quia non ita est ut credebat: credebat autem se esse absolutum, non est ergo absolutus. Si autem uere credit se esse absolutum, quū prius uerba absolutionis dicantur, & postea pœnitentis credulitas succedat, petā ab eo quā do hic pœnitens fuit absolutus, utrū finitis uerbis absolutionis anteq; credulitas accedat, an post adhibitā pœnitentis fidē. Si tunc est absolutus quādo uerba finiuntur anteq; fides accedat, clarum est pœnitentē tunc non iustificari per fidē, sed per sola uerba absolutionis. Si uero tunc est absolutus quādo uerbis absolutionis iam platis fides pœnitētis accedit, qua credit se esse absolutū: tunc peto a Luthero quid talis pœnitens credit, quando dicit illū ex sua credulitate fuisse absolutum. Aut enim solum cre-

dit ipsū fuisse absolutum, id est uerba absolutionis super ipsū fuisse dicta, & hoc nihil est, neque hanc credulitatē sufficere ut quis iustificetur, iam clare ostendimus. Aut credit quòd finitis absolutionis uerbis fuerit absolutus à peccato, & tunc falso crē dit quoniam (ut dicit (nōdū est absolutus etiam finitis absolutionis uerbis, quousq; fides accedat. ergo cū credit se iam fuisse absolutū, falso credit. At per falsam fidē nemo iustificatur. Si autem credit se absolui per suam fidē, oportebit dicere quòd tunc sit absolutus quando credit se fuisse absolutū per suam fidē, ergo ut quis dicatur quòd credit se esse absolutū, opus est fide quadā reflexa, ut uidelicet credat sacerdotē dixisse uerba, eumq; habere potestatē à deo sibi collatam: & deinde iterū credat per priorē fidem quam habuit, se fuisse absolutū. Nec antea unquā poterit dici quòd credit se absolutum Non est enim possibile, immo nec intelligibile, ut per eandē fidē per quā aliquis absoluitur & iustifi catur, per eādē credat se iam fuisse absolutū. Quòd si est alia fides per quam absoluitur, et alia per quā credit se esse absolutum, falsum esse etiam oportet quod dixit, ut uidelicet is solum sit absolutus, qui credit se esse absolutum: quia si per priorem fidem absoluitur, etiā si secunda fides non accedat, nihilominus erit absolutus. Attende bene obsecro, lector, & diligenter circūspice hæc omnia, & clare ui debis quātis se tenebris Lutherus inuoluat, & qui bus sit laqueis implicitus, ita ut explicari eum sit impossibile. Demum ut huic negocio finem imponamus, inter assertiones Lutheri condemnatas à Leone decimo, hęc de qua hucusq; disputauimus, una est. Contra hunc Lutheri errorem scripsit Ioannes Roffensis episcopus, uir doctus simul atque religiosus, in eo libro quē contra omnes articulos Lutheri cōposuit. Scripsit etiam longius Iacobus

Iaco. Latomus in ea assertione quã cõposuit dãnationis factæ ab uniuersitate Louanienſi ſuper articulis Lutheri. Alium autem uidi neminem qui de hac re tractauerit, quam uis plures legerim qui contra Lutherum ſcripſerunt.

SEcunda de hac re hæreſis eſt quę dicit puerũ ac mulierem ęquè abſoluere ut papã. Huius hęreſis autor eſt Martinus Lutherus, is de quo nunc Lute. proximè rationem dedimus. Vt autem clarius eius in ſana mens pateat, uerba eius referrã: & ſunt quę ſequũtur. In ſacramento pœnitentiæ, ac remiſſione culpę, non plus facit papa, epiſcopus, quã infimus ſacerdos: imò ubi non eſt ſacerdos, ęque tantum quilibet Chriſtianus, etiã ſi mulier aut puer eſſet. Hęc Lutherus. His uerbis duo miſcet Lutherus, Primò quidem dicit in pœnitẽtis abſolutione omnes ſacerdotes eſſe pares, ita ſcilicet ut omnes ſacerdotes parẽ abſoluendi poteſtatẽ habeãt. Secundo dicit omnes Chriſtianos poſſe abſoluere, etiã ſi fœmina ſit. Primum iſtorũ ſi rectè intelligatur, illi cõcedimus, uidelicet omnes ſacerdotes quantũ ad abſolutionẽ culpę parẽ habere poteſtatẽ. Cũ enim iuxta Auguſtinũ impiũ ſit à deo dimidiam ſperare ueniam, nunquam eſt dicendum quòd aliquis ſit abſolutus ab uno peccato, et nõ ab alio. Quapropter oportet fateri ſacerdotẽ qui pœnitẽtẽ abſoluit, abſoluere ab omnibus, aut a nullo. Et ita quãdo abſoluit ſimplex ſacerdos, tantũ abſoluit de culpa ſicut papa. Non eſt enim imaginãdũ quòd maiorem partẽ culpæ deleat papa per ſuam abſolutionẽ, & minorem partẽ deleat infimus ſacerdos, ſed uterq; eorũ à tota culpa abſoluit, aut penitus nõ abſoluit Quod autẽ adducitur de caſibus reſeruatis, à quibus infimus ſacerdos abſoluere non poteſt, nullo modo tollit noſtrũ propoſitũ, quia quòd nõ abſoluat, non eſt ex defectu poteſtatis, ſed ex defectu iu-

risdictionis, quia uidelicet pœnitens non est illi subiectus, quod maximè requiritur ad hoc ut sacerdotis sententia super eũ lata sit ualida. Sententia siquidẽ à non suo iudice lata, nulla est. Papa ergo latiorẽ habet potestatẽ quàm infimus sacerdos, quia plures habet subditos quàm infimus sacerdos. Infimus autem sacerdos circa suũ subditum si plenè illi subditur, parem habet absoluẽdi potestatem cũ papa, quia æquè à tota absoluit culpa, sicut papa. At nõ sic est de pœna quia ultra absolutionem, de pœna quæ restabat persoluẽda, potest papa uel partem, uel totam relaxare, sicut circũstãtia se offert. Infimus autem sacerdos, ultra absolutionem à culpa nunquam propria authoritate potest in uniuersum à pœna absoluere. De paritate sacerdotũ quantũ ad absolutionẽ culpę, hæc dixisse sufficiat. Iam opus est ut de reliquo disputemus quod Lutherus ait, quẽlibet Christianũ etiã si mulier aut puer esset in absentia sacerdotis æquè bene absoluere sicut quilibet sacerdos. Hæc autem eius assertio ex prima hæresi quam de hac materia narrauimus, atque oppugnauimus, fluit. Superius nanque diximus Lutherũ sentire totam uim ad culpam delẽdam, asscribendã esse fidei credentis, et nullo pacto ministro. Quapropter ex isto fonte colligit quòd etiã si mulier aut puer hęc uerba proferat, peccator hęc audiẽs et credẽs statim absolut⁹ est. Vt autẽ clarissimè cõuincamus hoc esse falsum atq; hæreticũ, percõtari oportet à Luthero, an si pœnitẽs audiret à Psittaco illa uerba absolutionis, utrũ Psittacus absoluere ret, et pœnitẽs esset absolutus. Si dicat Psittacũ absoluere, quid absurdius dici potest, & magis impium Sin uerò neget Psittacũ absoluere quãuis dicat uerba absolutionis, oportet eum fateri aliquã esse potestatem in ministro proferente uerba, qua deficiẽte in prolatore uerborum, nihil fit. Nam si nulla

esset in ministro uirtus aut potestas, nihil prorsus referret quis esset prolator uerborum, modò uerba integrè proferret. Hæc autem quàm sunt absurda, nullus est qui non uideat. Quòd si potestas necessa riò exigitur in ministro prolationis, & hanc cõstat non fuisse à Christo collatam mulieri, conuincitur inde mulierem nõ posse absoluere. Verùm hic scio Lutherum negare talem potestatẽ minimè collatã fuisse mulieri, imò constantissimè affirmat Christũ illam potestatẽ dedisse omnibus Christianis. Hoc autem constat esse falsum, quoniam talis potestas fuit à Christo collata per illa uerba quæ Christus post resurectionem dixit discipulis suis, Quorum
Io.20. remiseritis peccata, remissa erunt: & quorum retinueritis: retenta sunt. Cum autem Christus illa dixit, ibi nõ erat aliqua mulier ad quam possent illa uerba spectare, sed solum erant apostoli ad quos solum illa uerba dirigebantur. Quòd si Lutherus dicat potestatem illam fuisse à deo collatam per illud
Ma.18. quod habetur apud Matthæum, Quæcunque liga ueris super terram, erunt ligata & in cælo: etiam si hoc daremus Luthero, eadem pro nobis militat ratio, quoniam tunc cũ illa dicebantur, nulla etiam erat mulier (ut ex historia euangelĩ patet) sed soli erant apostoli atque alĩ discipuli quibus illa uerba dicebantur. Vnde colligere oportet, solos Christi discipulos, eorùmque successores, uidelicet sacerdotes, illam potestatem à Christo accepisse. Quòd si Lutherus adhuc contendat uerba illa quæ solis discipulis suis Christus dixit, ad omnes Christianos esse referenda, oportet tunc eum faceri, mulierẽ etiam posse consecrare corpus Christi: quia cum Christus dixit discipulis suis, Hoc facite in meam commemorationem: oporteret etiam illa uerba ad omnes Christianos referre. Similiter oporteret cõcedere mulierẽ posse prædicare, quia apostolis dicĩ

tur, Ite predicate euangelium omni creaturæ. Et tamen Paulus dicit se non permittere mulierem prædicare. Rursum ut hominē undique uallemus hoc oportuit discutere, quod Lutherus dixit mulierem posse absoluere ubi sacerdos non est. Hæc autem dicta alteri eiusdem Lutheri assertioni maximè repugnant. Lutherus nanq; ait (ut infra lōgius disseremus) omnes Christianos esse sacerdotes. Si ergo iuxa Lutherum omnes Christiani sunt sacerdotes, non est certè possibile ut mulier sit ubi sacerdos nō est. Vides iam lector quot laqueis seipsum Lutherus inuoluit, Demum inter plures Lutheri assertiones à Leone decimo damnatas, hæc una est, aduersus quam hucusque disputamus. De hac re amplius disputare nolo, quoniam infra in titulo de Sacerdotio hæresi prima, longius de illa agetur.

ADAM ET HEVA.

DE primis humani generis parētibus, Adā scilicet & Heua, uariæ olim tractatę sunt hæreses. Prima hæresis est asserēs primos parētes esse damnatione perpetua in infernū detrusos propter eorū primū inobedientię peccatū. Huius erroris author fuit Tatianus quidā discipulus Iustini martyris, qui fuit temporibus Antonini imperatoris, & papæ Iulij huius nominis primi. Is Tatianus donec Iustinus eius magister uixit, nihil male sentire unquam ostendit (ut testatur Eusebius Cęsariensis in eccles: astica historia) postea uerò ęq; ille martyrio uitam finiuit, à ueritatis tramite deuiauit, & doctoris nomen ambiens, maluit magister fieri erroris, quàm discipulus ueritatis. Secutus est autē in multis prædecessorū ereticorū errores, uidelicet Valēti ni, Marcionis, Saturnini: alios etiā plures errores ex proprio cerebro eduxit. Nam & hæresis Encratitarum, authorem ac principē eum fuisse testantur beatus Irenæus libro primo aduersus hæreses, ca-

Tatianus.

Encratitæ.

pite trigesimo: & beatus Hieronymus in commẽta rijs super propheram Amos & beatus Epiphanius libro primo contra octoginta hereses, in fine ter tij Tomi. Inter cæteros igitur huius Tatiani et Encratitarũ errores unus hic est, quo asserunt Adam scilicet & Heuam damnatione perpetua esse propter peccatũ punitos. Cæterùm ut hanc sententiã hęreticã esse conuincamus, quanuis ego eam talẽ esse credã, tamẽ (ut ingenuè fatear) mihi nullus sacrę scripturę locus succurrit apertus, quo id efficere ualeamus: neque aliquis eorũ apud quos hęc assertio tãquã hęretica recitatur, & uelut talis ab eis explo ditur, affert aliquẽ scripturę sacrę locũ apertũ quo id refellat. Irenęus siquidem lib. 1. aduersus hęreses cap. 31. cũ propter hãc assertionẽ Tatianũ nota hęretici inurat, nullũ tamẽ adducit locũ scripturę quo id euincat. Eusebius Cęsariẽsis lib. 4. Ecclesiasticæ historię hũc errorẽ impingens Tatiano, nullũ pro hac re adducit scripturę sacrę testimonium. Philaster Brixiẽsis in eo libello quẽ de hęresibus edidit, Tatiani hęreses enumerãs, hanc etiã illi tribuit, nec ullũ pro hac re affert scripturę sacrę testimonium Ad eũdẽ modũ se habet Epiphanius qui cõtra Tatianũ disputans, nullo illos sacre scripturę testimonio redarguit. Beatus etiam Augustinus in lib. de hæresibus ad Quod uult deum, cap. 25. de Tatiano loquens dicit illum saluti primi hominis cõtra dicere, nullũ tamẽ proponit scripturę testimoniũ, quo illã sentẽtiã probet esse hęreticã. Omitto Guidonem Carmelitã, quoniã, is &si aduersus omnes hęreses se scribere instituat, multas tamen recenset quas nullo testimonio scripturę reijcit, sed suo tantum iudicio, ad quem modũ etiã hic lusit fabulã. Nam Tatianorũ & Encratitarũ errores differens, hunc eorum esse errorem asserit, nullo ad hoc citato scripturę sacrę loco quo id euincat, sed mitit nos

ad Anſelmū in li. Cur deus homo, & ad beatū Hieronimū in epiſtola ad Euagrium, in quibus nil tale reperi ut ille teſtatur. Propter quod credo ipſum nec legiſſe loca illa ad quæ nos mittit. Nā ſi legiſſet inueniſſet que aliquid huic ꝓpoſito cōducēs, libētiſſime (ut aſſolet) ab illis fuiſſet mutuatus. Nā in refellēdis alijs hæreſibus ubi apertiſſima ſunt contra illas teſtimonia, mirum quàm moleſtus citator eſt, omnia quæ poſſet teſtimonia undelibet adducens. Hic tamē ubi maximè opus eſſet aliquo ſcripturæ teſtimonio, ne illi uideretur deeſſe, mittit nos ad alios. Verùm etſi nulla ſit pro hoc errore refellēdo aperta ſcriptura, nō ideo nō eſt cēsēda talis aſſertio hęretica: quoniā efficaciſſimū et teſtimoniū (ut Lōgius ſuprà diſeruimus) omniū ſacrorū doctorū cōcors de aliqua re ſentētia. Non enim eſt poſſibile ut omnes cōcorditer errēt, ꝙ ut nos nō erraremus, a deo miſſi ſunt. Sic enim ait Paulus in ea quę eſt ad Epheſios epiſtola. Et ipſe dedit quoſdā quidē apoſtolos, quoſdā autē ꝓphetas, alios uerò euāgeliſtas, alios autē paſtores & doctores, ad cōſumationē ſanctorū in opus miniſterij, in ædificationē corporis Chriſti, donec occurramus omnes in unitatem fidei. Ad quid autem eos dederit, ſubiungit dicens. Vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, et circunferamur omni uento doctrinæ, in nequitia hominum, in aſtutia ad circunuentionem erroris. Vides qualiter ex Pauli ſententia dati ſunt a deo doctores, ut non circunferamur omni uento doctrinę ad circunuentionem erroris. Quapropter fieri nequit ut omnes concorditer errent, qui ne alij errarent, miſſi ſunt. Omnium autem ſacrorum doctorū cōcors eſt ſentētia Adam fuiſſe ſaluum, fuiſſéq; ex eorum numero quos Chriſtus ad infernum deſcendens (iuxta Zachariæ uaticinium) eduxit uinctos qui erant in lacu. Sed ne hoc gratis et ſine ulla

eph. 4.

Za. 9.

cõiectura dixisse uideamur, beatus Irenæus lib. 3. aduersus hæreses repetens iterum hunc Tatiani errorem, aliquas eásque elegantes adducit contra eũ persuasiones: quas etsi ex aperta scriptura nõ colligat, optimè tamen ex ea conñcit. Has ergo non dedignabor huic operi inserere, breuissimè tamen, quũ ille uberiorẽ dicendi stylum nactus longius spatietur. Aliquas etiã ex me ipso addam, quò res ipsa magis firmetur. Primo ergo omniũ id statuere oportet, genus humanũ per Christũ redemptum saluatũq; esse, dicente Paulo. Sicut in Adã omnes
1.co.15. moriũtur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Si ergo homo saluatur, oportet ut saluetur is qui primò plasmatus est homo. Non est enim æquũ ut qui primò ab inimico captus est, captiuus adhuc maneat liberatis filijs quos í captiuitate genuerat. Si enim quispiam ab hoste captus, in captiuitate generet filios, quẽ alius miseratus, hostem qui illũ cepit, captiuúq; tenet, inuadat, expugnétq; : is qui hostem inuasit, iniustè faceret si filios a captiuitate liberaret parẽtibus in captiuitate manẽtibus. propter quos hostem inuaserat. Cum ergo Adam captus teneretur a dæmone, propter quem deus carne indutus dæmonem expugnarit, non est uero simile ut filij Adam liberentur ipso parente manente captiuo, propter quem dęmonem inuasit, ut pro illo uindictam sumeret. Rursus. Si is qui prior factus est a deo homo ut uiueret, implerétque ex
Ps.109 eis (iuxa prophetam) angelicas ruinas, in ipsa perpetua mansisset morte propter serpentis læsionem, nulloque pacto reuerteretur ad uitam ad quam & propter quam creauit eum, iam oporteret dicere deum quodammodo uictum a serpente, cum res successerit iuxta serpentis nequitiam, et nõ iuxa uoluntatem dei. Deinde si Adam morte ppetua propter peccatũ punitur, qualiter Paulus

morti

morti insultat dicens. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Quòd si peccatum 1.co.15.
Adæ aduc manet, nec expiatũ est usquam, necesse est etiam ut maneat stimulus mortis: quoniã(iuxta eundem Paulum) stimulus mortis peccatum est. Ad nullum aliud peccatum fuit mortis stimulus, quàm peccatum Adę: quoniam per illud mors intrauit in orbem terrarum, Per unum hominem, inquit Paulus, mors intrauit in orbem terrarum, Ro.5.
eàq; non ob aliam causam, quàm propter primum eius peccatum. Peccatum ergo Adæ stimulus fuit mortis. Si ergo Tatianus dicit peccatum Adæ manere, fateatur necesse est stimulum mortis alicubi esse. malè ergo Paulus morti insultat eam victam esse denuncians. Verùm hæc Tatianum nihil mouebũt, quoniã inter alias eius insanias una est qua Paulo apostolo detrahit, eum etiam damnatũ asserens, quo fit ut nullã eius epistolam admittat. Sed de his infra longius differemus lib. 13. in titulo de scriptura sacra. Præterea non est dubitandum deũ carne indutum pro homine cõgressum fuisse cum dæmone, eúmque uicisse: quod præter alia scripturæ testimonia illud ostendit, ubi dominus parabolicê (ut assolet) loquens ait. Cum fortis armatus Luc.11.
custodit atriũ suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Si autem fortior illo superueniens uicerit eum, uniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Qua parabola manifestè suum de dæmone triumphum ostendit, quod ex prędcedentibus manifestè conuincitur. Nam quum a Iudæis obijceretur illi quòd in Beelzebut principe dęmoniorũ eiecisset dęmonium illud quod erat mutum, respondit se in digito dei cui cuncta subsunt, eiecisse dęmoniũ: pro cuius cõfirmatione hãc assumpsit parabolam. Christus ergo dæmonem uicit, armáque illius atque spolia abstulit. Primum

autē diaboli ſpoliū primáq; eius poſſeſſio fuit Adā quē tenebat captiuū ſub ſua poteſtate. Vt ergo uictus clarè agnoſcatur diabolus, hęc pręcipua ſunt ſpolia quæ ab eo capienda ſunt, propter quæ bellū tam durū cōmiſſum eſt. Semper enim inſultaret inimicus ſi uetera illa ſpolia māſiſſent aput eum. Præter hæc omnia ualde noſtrū propoſitū roborat illa peccati Adæ punitio, ex qua colligi apertè poteſt quid illi in poſterū deus decernat: quoniā puniens deus Adā nō ita eū maledixit, ut uacaretur maledictus quēadmodū hi quę ęterno igni deſtinati ſunt ſed terrā maledixit in operibus eius, in punitionē illi infligens tædia, & terrenū laborem, & comedere panem in ſudore uultus ſui, & cōuerti in terram ex qua aſſumptus eſt. Similiter etiā mulier punita eſt per tædia, labores, gemitus, triſtitias, dolores partus hoc autem diſpenſatiuè a deo factum eſt, ut neq; maledicti a deo in totū perirent, neq; ſine punitione uiuentes deū cōtemnerent. Omnis autem maledictio in ſerpentē peruenit, qui eos ſeduxerat: unde dixit deus ſerpenti. Quoniā feciſti hoc, maledictus tu ab omnibus animantibus, & ab omnibus beſtijs terræ. Similiter quum poſtea Cain peccaret fratrem ſuū occidendo maledictionē accepit a deo: quoniā ad ſe peccatū attulit, neq; deū reueritus eſt. Nā interrogatus a deo ubi eſſet Abel frater eius, reſpōdit ſe neſcire, quaſi poſſet fruſtrari deū. Et ut ipſam irreuerentiā augeret, quaſi cū quadā animi indignatiōe ait: Nūquid cuſtos fratris mei ſum egoé In Adam nihil tale euenit. Ab altero ſeductus eſt, nempe a muliere: mulier autem a ſerpente Poſtquā peccauit, ſtatim timore ac tremore cōcutitur, abſcōditurq;, nō ut credat ſe poſſe fruſtrari deū, ſed mēte cōfuſus præ rubore & uerecūdia mali cōmiſſi, nō audet uenire in cōſpectū & in colloquiū eius.

Gen.3.

pſa.110 Initiū autē ſapientiæ timor domini. Cognitio uerò

peccati maxime ad pœnitẽtiã ſtimulat, pœnitẽt autẽ deus peccata dimittit. Adẽ ergo peccatũ dimiſſum eſt, quoniã ex facto pœnituiſſe eũ cõſtitur. Folijs ſi quidẽ ficulneis, quę delectationẽ nullã præſtãt, ſed quodãmodo mordẽt ac pũgunt, corpus cõtexit, cũ tamẽ alia plurima eſſent folia blãdiora, quę minus corpus eius affligere potuiſſent. Atq; ideo nullã in ſe portat maledictionẽ, quoniã deus præuidit eam quã acturus erat pœnitẽtiã. Quòd autẽ illa ſint pœnitentię ſigna, inde conuincitur, quòd ſtatim dominus p illud flectitur ad miſericordiã, tunicas pelliceas pro folijs ficulneis eos induẽs. Atq; (ut ſolẽne eſt deo peccatorẽ ad pœnitẽtiã ſtimulare, ſtimulatumq; in melius, puehere) Adã quẽ mente cõpuntũ uidit, poſtquam eũ eiecit de paradiſo, noluit eũ lõgè a paradiſo habitare, ſed è regione paradiſi (ut ait ſcriptura) eum poſuit, ut per aſpectũ, & cõtinuam loci memoriã, unde ꝓpter peccatũ eiectus fuerat, maior illi cõtinui doloris ſuggereret occaſſio. De hac re nullã eccleſiæ in cõcilio factã definitionẽ inuenio. quod tali (ut opinor) euenit cauſſa, quoniam tunc eo tẽpore quo peſtis illa orta eſt, ſæuiente ꝑſecutione imperatorũ, cõcilia nõ potuere congregari uſq; ad tẽpus Cõſtantini maioris, ſub quo pax data eſt eccleſiæ dei. Cũ autẽ poſt Tatianũ a nullo reperiatur errorẽ hunc fuiſſe ſuſcitatũ, præterquam a Seuero eius diſcipulo, a quo Seueriani dicti ſunt: hæc ut arbitror fuit cauſſa, ut in cõcilijs quæ lõgo pòſt tẽpore celebrata ſunt, nihil de hoc errore definitũ ſit. Poſt primam huius operis edtionẽ, reperi apertũ ſcripturæ ſacræ teſtimoniũ ad hanc hęreſim reuincẽdã: qd'nunc addere oportuit. Nã Sapiens de diuina ſapiẽtia loquẽs, ita ait· Hęc illũ qui primus formatus eſt a deo pater orbis terrarũ quum ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit, & eduxit illũ a delicto ſuo. Quæ uerba ſatis apertè docent Adam fuiſſe ſaluũ.

Gen. 3. Seuer. Sap. 10

SEcundus de hac re ortus est error, asserens Adã post peccatũ perdidisse imaginem dei. Hunc errorem tribuit Origeni Epiphanius episcopus Salaminæ in quadam epistola ad Iohannẽ episcopũ Hierosolymitanũ, quã beatus Hieronymus è græca in latinã linguã uertit, quę & ideo inter epistolas beati Heronymi cõtinetur, tomo earũ secundo. Quis autẽ hic fuerit Origenes, nõ oportet longam enarrare historiã, cũ nomẽ illius adeò celebre sit, ut toti penè orbi innotescat, quapropter de eo tacẽdũ censui. Qui autẽ eius gesta ad plenũ nosse cupit, legat Eusebiũ Cæsariensem in Ecclesiastica historia lib. 6. quẽ ferè integrũ in hac consumit narratione. An autẽ propter hunc & alios errores, de quibus suis locis dicetur, cẽsendus sit hęreticus, an nõ, longa ab aliquibus texitur quæstio. Ruffinus siquidẽ aduersus Hieronymum pro Origene olim egit causam. Iohãnes Hierosolymitanus episcopus cõtra Epiphaniũ Salaminæ urbis in Cypro episcopum Origenẽ tuebatur. Extat etiã Pãphili martyris (modò titulus uerus sit) pro Origene apologia, quã Ruffinus presbyter latinã fecit. Denique Iohannes Picus Mirandulanus, uir nõ minus pius quàm doctus & eloquẽs, inter multas cõclusiones quas disputãdas ac defendẽdas Romæ suscepit tẽpore Innocentij papæ huius nominis octaui, hanc unã miscuit. Magis pium est credere Origenẽ fuisse saluũ, quàm dãnatũ. Quã conclusionẽ cum aliqui uelut hæreticã cũ alijs duodecim explodere uellent: pro huius et aliarũ duodecim defensione luculentã cõposuit apologiã. Post tot illustres uiros ego nihil definire audebo, quoniã id temerariũ esset, maximè cum res sit ualde dubia. Illud tamẽ dicã, me scilicet de Origene & de cæteris quibuscunque id sentire, quod sciuero catholicã ecclesiã sentire. Cum ergo iã de persona dictũ sit, supereſt ut de errore discu-

tiamus. In primis illud mihi dubiũ est, an Origenes senserit hominẽ per peccatũ aliquid de sua substãtia perdidisse, an solũ qualitates animę aliquas uel ut sub alijs uerbis dicã, an imaginẽ perdiderit, an solã similitudinẽ. Nã uictorinus Afer, à quo Hieronymus Rhetoricã didicisse fertur, in ea disputatione quã aduersus Arriũ scripsit, lib. 1. ediscerens illud Gen. Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã, sic ait. Aliud igitur est iuxta imaginẽ esse, quod quidẽ substãtia est: aliud autẽ iuxta similitudinẽ esse quod non est substãtia, sed in substãtia nomẽ qualitatis declaratiuũ. Sed sicuti deũ, sic & imaginẽ, hoc est Christũ substãtiã accepimus, perfectionẽ aũt iuxta quale significatiuũ intelligimus: & si simile quale significat necessario, quomodo dicimus animã rationalẽ esse, & perfectè rationalem iuxta similitudinẽ pefectionis in deo? Perfectã ergo esse animã iuxta imaginẽ, nunc, & in mũdo: iuxta similitudinẽ autẽ, postea fide in deũ et in Iesũ Christũ, qualis esset futura si Adam non peccasset. In quo igitur rationalis, est ad rationẽ iuxta imaginẽ est, in quo futura perfecta est secundũ similitudinẽ. Hactenus Victorinus. Ex quibus uerbis patet secũdum eum imaginem maximè distare à similitudinè Adàmque similitudinem perdidisse, nõ autem imaginẽ. Victo.

Hanc eandẽ imaginis et similitudinis differentiã assignat Eucherius Lugdunensis episcopus, uir certè nõ minus doctrina quàm sanctitate clarus, qui lib. 1. super Genesim exponens eundem scripturæ locũ, sic ait. Inter similitudinem & imaginẽ hoc inter est. Imago dei, omniũ: similitudo, paucorum. Hæc namque imago dei ab excellentia diuinæ similitudinis distat, quòd imago dei, anima peccatrix esse nõ definit: ad dei autem similitudinem, nisi anima sancta fuerit, nõ peruenit, quia illa anima creata est per naturam: hæc dabitur consummari per gra- Euche.

tiam : quoniam si nihil aliud est imago dei, quàm mẽs naturaliter animę humane collata, quid aliud erit similitudo, nisi fœliciter beatitudo cõferrenda? Et ideo quidem est magnũ quòd hominis mens facta ad imaginẽ data sit in natura, cuius priuilegio carent animalia cætera: sed illud est multo præstantius, quòd ei similitudo danda sit sui creatoris in gloria, ut ibi sit suo creatori similis, ubi erit sanctis angelis æqualis. Hæc Eucherius. Si ergo Origenes dicat Adam post peccatũ pdidisse dei imaginẽ accepto imaginis nomine iuxta eam quã prædiximus significationem, ut imago in natura consistat: manifestus est error, iustéq; eũ ob hanc caussam ac cusat Epiphanius: quoniam de dęmonibus, quorũ peccatũ multo fugit grauius, dicit beatus Dionysius Areopagita, naturalia in eis mãsisse integra: quãto magis id factũ esse in homine putandũ est? Rursus si peccatum aliquid subtraheret de natura, crebresentibus peccatis tandem aliquando ipsa peccata totam animæ cõsumerent naturã, quod nefas est dicere. Testimonia scripturæ quæ p hac re Epiphanius adducit, mihi parum uidentur ipsius propositum roborare, quanuis ille iactet se pro tribus testimonijs, quę Ioãnes Hierosolymitanus petebat, septem testimonia protulisse: quoniam omnia testimonia quæ ex scriptura ille citat, præter unum & alterum, solum probant hominẽ primò ad imaginem dei factum aut cõditum: quòd autem post peccatũ in ipsa permanserit imagine, hoc nunquam exprimunt, præter unũ ex Apostolo Paulo, & aliud ex Psalmis, quæ etiam forte non cõuincunt, quanuis uehementer persuadeant. Testimonia autem eius
gene. 5. hæc sunt. In Geneli legitur Vixit autem Adam centum triginta annis, & genuit filium ad imaginẽ & similitudinem suam, uocauítque nomen eius Seth. Hoc testimoniũ nihil conferre proposito, est adeo

apertū, ut nō sit opus refellere: quoniā ibi dicitur Seth fuisse genitum ad imaginem & similitudinem Adæ, nō autem ad imaginē & similitudinem Dei. Neque etiam Adā iuxta similitudinem Dei filium gignere poterat, retenta illa quam supra posuimus similitudinis significatione. Secundū testimonium est ex libro codē sic dicens. Ne comederitis carnē. gene.9
ego enim ulciscar sanguinem uestrū de manu omnis hominis effundentis illū, quia ad imaginē dei feci hominem. Ex hac authoritate nihil apertè conuincitur nisi hominē ad imaginem dei factum, nō autē in ea perseueraſſe. Idem etiā penitus sonat testimoniū ex sapientia Salomonis. Creauit deus ho Sap.2.
minē inexterminabilem, & ad imaginē similitudinis suæ creauit eū. Neque aliud etiam probat testimoniū ex epistola beati Iacobi dicētis, Lingua inquie Iaco.3.
tū malum, plena ueneno mortifero: in ipsa benedci mus deū & patrem, & in ipsa maledicimus homines qui ad imaginem & similitudinē dei facti sunt. Quod autē hęc authoritas homines dixit, non hominem, uidetur ex illa colligi, nō solū Adam, sed cę teros homines post peccatum genitos, factos ad similitudinem dei. Cui responderi posset, alios homines tunc dici esse factos, quia tunc ille plasmatus est, à quo omnes erant deducendi. Neque hunc modum loquendi horrēt sacræ literæ. Nam in Geneſi gene.2.
legimus post perfectam mundi fabricam secundū specierum & formarū diuersitatem, Hæ sunt generationes quas fecit dominus in die quo creauit deus cælū & terrā. Tunc enim omnes generationes factas esse asserit scriptura, cū tame postea pdierū uolumina & succeſſus factas esse referat, quasdam primo die, aliquas secūdo, & sic usque ad septimū dicē. Dicūtur tamē omnes creaturę factę in die quo creauit deus cælum & terrā, quia illo die facta est uniuersalis materia ex qua omnes corpore substātię

deriuatæ sunt. Ad quem modũ posset etiam dici, quãuis aliquãtulo coactius, omnes homines tunc dici esse factos, quando Adã factus est: nam tunc sicut ipsum Adam, sic etiã cæteros omnes ad ima-
Psal.38. ginem dei factos esse. Illud autem Psal. In imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur, atque
1.cor.9 illud Pauli in pri. ad Corint. epistola, Vir nõ debet uelare caput, quia imago & gloria Dei est: hæc duo magis urgent, quoniã nõ solũ ad primũ hominẽ referri quouis modo possunt, sed de quocũque homine dicta esse cõstat. Verũ imaginis nomen non semper scriptura capit iuxta eam differentiam quã supra posuimus, ita ut imago semper tribuatur nu dę naturę: sed aliquando iuxta animę qualitates: ut
Col.3. patet in epi. ad Colossen. Expoliantes uos (inquit Paulus) ueterẽ hominẽ cum actibus suis, & induentes nouũ, qui renouatur in agnitionem secũdũ imaginem eius qui creauit illũ. Ex quo loco manifeste patet hanc esse datam à Paulo differentiã inter ueterẽ & nouũ hominẽ, ut uetus homo, qui ad peccatũ pertinet, nõ habeat imaginẽ Dei, quia scilicet bonitate caret nouus autem homo, qui ad gratiã per Christũ recuperatã pertinet, gerat Dei imaginem. Iuxta quod oportet ut ibi imago non solum consistat in nuda animæ substãtia, sed in gratia etiã, per
Amb, quã homo deiformis fiat. Et beatus Ambrosius super epistolas Pauli, exponens hunc locũ ex epistola ad Colossenses, proximè citatũ, sit ait: imago hęc in cõuersatione bonæ uitæ intelligenda est: sicut di
1.cor.15 cit ad Corinth. in epistola prima: Quemadmodum portauimus imaginem eius qui de terra est, ita & portemus imaginẽ illius qui de cęlo est. Ipse est ergo creator hominis, cuius imaginẽ portare nos iubet in sanctitate & bonis operibus, quę de filij Dei agnitione descẽdit Hæc Ambrosius. Ex quibus manifeste colligitur, imaginis nomẽ nõ solũ capi in li-

teris sacris iuxta id quod in natura situm est, quod etiam nunquã perditur, sed aliquãdo etiam capi iuxta quasdã animæ qualitates. Quod si forte ita Origenes cepit imaginis nomen, ut imaginẽ pro similitudine usurpauerit: quis non uidet ibi nullam esse hæresis suspitionẽ? Hæc tamen dixi non ut quisquã putet me partes Origenis sumere uelle. Nam fateor me de Origene eiusq; doctrina sentire id quod sancta mater ecclesia sentit. ppter quod firmissime hoc asserо, si ecclesia alicubi de hac re censuit, id esse tenendum. Verum non reperio aliquẽ qui hoc impingat Origeni præter unum Epiphanium. Nam Theophilus Alexãdrinus episcopus, qui in libro illo suo cui Paschalis nomen indidit, Origenis errores recẽset, nullam de hoc facit mentionẽ. Beatus etiã Hieronymus, cum in pluribus locis de erroribus Origenis mentionẽ faciat, nusq; huius meminit. Quod forte ideo factũ puto, q; uerba illa quæ Epiphanius Origeni tribuit, etiam ii in libris Origenis reperirẽtur, aliquẽ pium & catholicũ patiebantur sensum, quem uidelicet proximè retulimus. Sunt tamen ali qui zelo & non secundum discretionẽ impulsi, qui omne illud quod a sensu suo abest, statim hæresim esse clamant, qualis fortè fuit Epiphanius, ut ex illa eiusdẽ epistola superius citata facile est cognoscere quoniã ibi testatur se rupisse uelum quoddã quod in tẽplo reperit, hac sola occasione, q; imaginẽ Christi, aut alicuius sancti gerebat in se. Nam testatur se non meminisse cuius fuerit imago, asseritq; esse cõtra scripturã sacram, imaginẽ cuiuscũq; hominis in ecclesia pendẽre. Hoc tamẽ an ita se habeat, uel parum doctus potest intelligere, & inferius in titulo Imago, nos amplius differemus. Sunt tamẽ multi, qui multa ab alijs exigunt, quæ tamẽ ipsi non præstant: & qui multa per indulgentiã condonant amicis, & sibi cõdonari uolunt, qui tamẽ in alios durã

faciunt censuram. cum ergo Epiphanius aliqua habeat in quibus indulgentia sit opus, iustū erat ut ipse etiam per indulgentiam aliqua condonaret Origeni, & non semper se illi exiberet Catonem.

Tertius error in hac materia exortus est, quo docetur Adam & Euam si permansissent in iustitia, non coituros unquam: nec humanam speciem per commixtionem propagandam. Hic error ab
Arme. Armenis inuenitur, ut testatur Guido Carmelita in sua summa de hæresibus. Nam hic est apud eum undecimus error Armenorum. Hi Armeni Asiam incolunt, in ea parte quæ est inter Taurum & Caucasum montes sita. Horum patria Armenia dicta à Cappadocia usque ad Caspium mare protenditur. Hi Armeni cum primum catholicam fidem fuissent edocti: tandem ueram fidei regulam dimittentes in multos errores prolapsi sunt. Proprium habēt primatem, quem catholicum, appellam: huic uelut summo pontifici obediunt. Romanum siquidem antistitem contemnunt, dicúntq; eū non esse cæteris superiorem. Quo autē tempore, aut quā ob caussam ab ecclesia defecerint, mihi hucusq; nō est notum. Hoc certum est, tempore Philastri Brixiensis episcopi, atque tempore beati Augustini, eos ab ecclesia nondum fuisse separatos, quoniam uterque istorum, hæresum authores recēsens, nullam de Armenis fecere mentionem. Quod autē ego ex pluribus conīcere possum, est Armenos fuisse ab ecclesia separatos propter decreta concilij Chalcedonensis sub Leone primo & Martino imperatore celebrati: quoniam in eo concilio damnati sunt Eutices Abbas Constantinopolitanus, & Dioscorus Alexandrinus episcopus illius imitator. Armeni autem his hæreticis fauentes, decreta concilij Chalcedonensis recipere cōtempserunt. Inter alios ergo Armenorum errores is unus est,

quo asserunt Adam & Heuam nunquam carnali copula iungẽdos si in statu illo in quo illos Deus condidit, permansissent: humanam speciem aliter propagandam asserentes. Hunc errorem suscitauit postmodum impius Almaricus, ut testatur Bernardus delutzemburgo in suo catalogo hæreticorum. Alma.

Nam apud alium neminem errores istius inuenio. quanuis enim in lib. Epistolarum Decretalium, titulo de summa trinitate & fide catholica, condemnetur præfatus Almaricus cum suis erroribus nullus tamen ibidem illius error recitatur, nec glossa ibidem aliquid addit. Is itaque Almaricus Parisiensis doctor, qui tempore Innocentij tertij fuit, ab eodem in concilio Lateranensi damnatus, Armenis in hac parte consentit, eorúmque auget insaniam: quoniam nõ solum in illo statu negat copulam carnalem, uerumetiam sexuum differentiam nullam fuisse futuram asserit. Hoc autem ultimum adeò manifesta est insania ut non sit opus eam oppugnare. Nam Genesis primo legitur: Creauit deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginem dei creauit illum, masculum & fœminam creauit eos. Nec potest dicere illam sexus differentiam esse post peccatum, cum dicat, masculum & fœminam creauit eos. Hoc etiam clarius exprimitur a Christo redemptore nostro qui, apud Matthæum ait: Non legistis, quia qui fecit ab initio, masculum & fœminam fecit eos? sed quoniam non dicit eos fecisse masculum & fœminam ab initio, necessarium est Marcum etiam citare, qui hęc clarius expressit Ma. 10 dicens, ab initio autem creaturæ masculum & fœminam fecit eos deus. Iam de altero communi istorum errore discutiamus. Primo quidem corũ fundamentũ inualidũ est. Nã ideo Armeni in statu illo negãt copulam futuram, quia nuptias illicitas esse

putant, earumq; usum dicũt esse peccatum. Hoc q̃ falsum sit, inferius deo duce ostendemus. Quod ergo asserunt de copula carnis minime futura in illo statu, conuincitur esse falsum, ex eo quod dicitur in Genesi. Postquã enim deus creauit Adam & Heuã ad imaginẽ suam, atq; masculum & fœminã eos fecit: statim benedixit illis, & ait, Crescite & multiplicamini, replete terram. Verum quia dicũt genus humanum aliter q̃ per coitum multiplicandũ: fortè alicui uidebitur hunc locum nõ multum eos urgere: ideo aliunde petamus arma. In eodẽ libro immediate pòst q̃ Heua describitur ex latere Adæ formata, uerba ipsius Adæ subiungũtur dicentis, Hoc
Gen.2. nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Hęc uocabitur uirago, quoniã de uiro sumpta est. Quãobrem relinquet homo patrẽ suum & matrẽ, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Hæc autem uerba dicta sunt ab Adam anteq̃ peccaret, ut patet ex historiæ decursu. At nusquã uir & uxor fiunt una caro nisi per coitum, per quẽ fit seminum mixtio ad unũ hominis corpus generandũ. Si uero dicant ideo Adam & Heuã dici unam carnẽ, quia caro Heuę sumpta est ex carne Adę: qua ergo ratione uir qui nũc est cum uxore sua, dicitur una caro, cum caro uxoris nõ sit repetita ab illo? An fortè uerba illa Adæ tanquã ad solam Heuã dicta, sic erunt accipienda, ut ad posteros coniuges nullo modo re
mat.19 ferãtur? Absit: quoniã per illa uerba deus pharisęos conuincit, ostendens non licere dimittere uxorẽ nisi caussa fornicationis: quod non faceret si uerba illa Adæ non essent ad omnes coniuges referenda. Præterea Adam nec patrem neq; matrem habuit, sed ex terra formatus est à deo. ergo illa uerba Adæ nõ ad ipsum Adam, sed ad alios referri debẽt, cũ ait, propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ &c. Quòd si, ut necessarium est, fatentur illa uerba Adę ad oẽs

posteros applicanda, dicuntq; ideo uirum quēlibet esse unam carnē cum uxore sua, quia licet caro uxoris non semper sumatur ex carne sui uiri, sufficit tamen ut olim in primis parētibus sic factum fuerit, quoniā ad eorū imagines reliq facti sunt: hac ergo ratiōe erit etiā quilibet uir cū qualibet fœmina una caro, cum quęlibet fœmina ad imaginē primę sit facta, quæ ex latere uiri sumpta fuit. quod absurdum est fateri. Eadē etiā lege erit fatendū Adam & Heuā ante copulā fuisse unam carnē, quod tamē ex eiusdē uerbis patet nō ita esse. Nam formata ex eius latere Heua, statim in hæc uerba prorupit, Propter hāc relinquet homo patrem & matrē, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Nō enim dixit, sunt duo in carne una, sed erūt (inquit) duo in carne una. Quòd si nulla alia re esset opus ut una caro efficerentur, dicturus erat, Et sunt duo in carne una. Cū ergo dixit, erunt duo in carne una, significauit aliquā aliam rem esse necessariā, nempe coitū, ut caro una dicantur uir & uxor etiā post primam cōiunctionem animorū uerbis expressam, per quā solam coniuges fiunt. Nam de cōiugibus iam animo cōiunctis loquitur Adam quando ait, & erunt duo in carne una: qd patet ex eo qd prius dixerat, Propter hanc relinquet homo patrē & matrē, & adhærebit uxori suæ. Et postęq; iam expresserat nomē uxoris, subiunxit, Et erunt duo in carne una. Quòd si quis adeò insaniat, ut pro hac defensione dicat Adā incōsiderate fuisse locutū: attendat illa non tantum esse uerba Adæ, sed uerba dei per os Adæ loquētis. Hoc autem manifestū euadit ex his quæ apud Matthęū Christus retulit. Nam pharisæis quærentibus an liceret homini dimittere uxorē suā quacūq; ex causa. respōdit, Nō legistis quia qui fecit ab initio, masculum & fœminā fecit eos, & dixit, Propter hoc dimittet homo patrem & matrē, & adhærebit uxori suę, mat. 19

& erunt duo in carne una: itaq; iam non sunt duo, sed una caro? Vides ex uerbis saluatoris qualiter is qui masculum & fœminã fecit eos ab initio, hoc est Deus, dixit, Propter hoc &c. Vnde Theophylactus super Matth. ait, Quomodo autẽ in Genesi scriptũ est, Adã dixit, Propterea deseret homo patrẽ suum. Hoc autẽ dicit Christus, Deus dixit: propterea deseret homo, ac cætera. Dicimus igitur q; & id quod Adã dixit, ex deo dixit: atq; ita sermo Adę, Dei est. Igitur quia una caro facti sunt, & propter coitũ & naturalem amorẽ cohærentes, sicut impium est suã carnẽ diuidere, ita & coniuges diu ellere. Hæc Theophylactus. Ex quibus patet uerborum cõsonantia: quoniã sermo ille tribuitur Adæ tanquã instrumento: Deo autem tanquã artifici, aut linguæ illius motori. Patet etiã ex uerbis Theophylacti, tunc uirum & uxorẽ dici unam carnẽ, quando scilicet per amorem & per coitũ carnalẽ copulantur: quod ex ipsis etiam scripturæ uerbis apertè cõuincimus. Nam in priore epistola ad Corinth. Paulus ait, An nescitis quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? Erunt (inquit) duo in carne una. Ex quibus Pauli uerbis apertè cõuincitur, per coitum solũ uirum & fœminã fieri unam carnem, non tantum in coitu coniugum, uerũ etiam in fornicario. propter quod meritò doctores definiũt ex fornicario etiam coitu oriri affinitatem ueram, adeo ut illa etiã efficax sit censenda ad impediendũ contractum matrimonij iuxta ecclesiasticas sanctiones. Taceant ergo Armeni insanientes, & ecclesię catholicę obediant.

1.co.6.

Pelagius.

Quartus qui in hac materia repertus est error, à Pelagio monacho susc itatus est. Hic enim dixit (ut ait beatus Augustinus in libro de Hæresibus ad quod uult Deum) quòd Adam foret mortuus etiã si non peccasset, & quòd mortuus est non ex culpæ demerito, sed ex conditione naturæ. Hic Pelagius

ex magna Britānia oriundus, monachusq; existens in partibus Orientis, tandem in patriam reuersus, postquam errores suos alibi etiam sparserat, totam penè patriam suo infecit errore. Cum autem Angli pro hac re fauorem & auxilium peterent a Gallicanis episcopis, eò quòd clarior apud eos esset doctrina, Germanum & Lupum episcopos & fratres (ut ait Beda in libro de ratione temporum) catholicæ fidei defensores accipiūt, qui antistites insulam ab hæresi Pelagiana expurgarunt, eam confirmantes in fide & uerbo ueritatis, & miraculorum signis. Vixit sub Honorio & Theodosio Iuniore. Contra hūc Pelagium fuerunt duo concilia celebrata, unū Carthaginense, & aliud Mileuitanum. Inter alios ergo huius Pelagij errores is unus numeratur quo asserit Adam mortuum non propter culpam, sed ex naturali conditione qua conditus est, in qua etsi mansisset, nec a Dei mandato recessisset, nihilominus (ut ille ait) moreretur. Hic autem error ex eo forte uidebitur alicui conuinci posse, quod dicitur in Genesi, In quacunque die comederis, morte morieris. signum est ergo quòd si non comedisset ex ligno uetito, non moreretur. Cui argumentationi respondebitur, quòd etsi collectio illa efficax esset & ualida, nihil propositum firmat, quoniā ille scripturæ locus de morte spirituali, quæ est peccatū, intelligendus est: ut optime cōuincit Eucherius Lugdunen. episcopus in lib. suo. 1. super Genē. Sic enim ait, Mortē dicit animæ, nō corporis: quia non eo tēpore mortui sunt quādo comederunt. Ergo hanc quā deus homini minatus est mortem, nō eam tantum debemus accipere, qua caro separatur ab anima, sed hanc qua hæc alienatur a Deo, qui est uita sua. Sicut enim corpus uiuit ex anima, ita anima ut beatè uiuat, uiuit ex Deo. Ergo deserta à Deo anima, iure dicitur mortua. Ex qua tres postea secutę sunt

Gen. 2.

Euche rius

mortes, prima in anima, secunda in carne, tertia in dãnatione. Sed ut istæ sequerentur, prima præcessit desertio dei. Hæc Eucherius. Et eodem modo hunc locum interpretatur beatus Gregorius in quadam epistola ad Narsi comitẽ, quæ est quartadecima libri quinti epistolarũ illius. Hoc ergo scripturæ loco prẽterito, aliunde sunt nobis arma sumenda. Primò ergo hic error clarissime conuincitur per id qđ
Ro.5. ait Apostolus in ea quæ est ad Romanos epistola, Sicut per unum hominẽ peccatum intrauit in hunc mundum, & per peccatũ mors: ita & in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerũt.
Ro.8. Et in eadem epistola iterum ait, Corpus mortuũ est propter peccatum. Hic scripturæ locus adeo apertè Pelagium oppugnat, ut nulla possit ratiõe ab eo defendi, quoniam in eo clarissime loquitur de morte quæ distinguitur a peccato, & hanc dicit fuisse propter peccatum introductam. Rursus Deus qui mortem non fecit, nec lætatur in perditione uiuorũ
Sap.1. (ut dicitur in lib. Sapientiæ) creauit hominẽ inexter
Sap.2. minabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. Si ergo inexterminabilẽ fecit, ergo in tali naturæ conditione fecit, in qua si perseueraſſet, nõ moreretur. Demũ ipse ordo rei gestę circa Adam, ostendit eum in pœnã peccati incurrisse mortem. Primò quia tunicas pelliceas illi fecit, quæ fieri nõ possunt nisi ex animali mortuo. Hæc ergo tunica illi tanq̃ iam mortuo datur ex pelle animalis mortui. Deinde cum ei maledictio terræ pro pœna infligitur, di-
Gen.3. cente domino, In sudore uultus tui uescẽris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerẽ reuerteris. Hoc autem constat illi iniunctum esse propter peccatũ. At nunquã homo reuertitur in terrã de qua sumptus est, nisi mediante morte: signũ est ergo mortem pœnam fuisse peccati. Postremo cum Adam ejcitur de paradiso,

radiſo,dicit Deus,Ne forte comedat de ligno uitæ, & uiuat in æternum.Ex quo uidetur per ligni uitæ eſum à morte præſeruandum. Contra hunc errorẽ eſt concilium Mileuitanum ſub Innocẽtio primo, & temporibus Arcadij & Honorij Imperatorũ celebratum.In huius ſiquidem cõcilij geſtis cap.primo ſic dicitur, Placuit ergo omnib⁹ epiſcopis qui fuerunt in hac ſancta ſynodo,conſtituere hæc,quæ in præſenti cõcilio definita ſunt, ut quicunq; dicit Adam primum hominem mortalem factum ita,ut ſiue peccaret,ſiue nõ peccaret,moreretur in corpore,hoc eſt de corpore exiret,nõ peccati meritò, ſed neceſſitate naturę:anathema ſit. Cum ergo eccleſia finẽ huic liti iam impoſuerit, nõ eſt quod amplius de hac re diſputemus.

Concilũ Mileuitanum.

* Quinta hęreſis de hac re orta eſt quę aſſerit primos parẽtes Adã & Euã fuiſſe cęcos ante peccatũ, ac tũc primũ eos uidere cępiſſe,cũ de cibo ligni uetiti comederunt. Ad qd' aſſerendũ ex eo mouẽt,qd' poſt illorũ peccatũ ſacra ſcriptura refert,oculos eo rũ fuiſſe apertos,& ſic ſuã conſideraſſe nuditatem. Quis autẽ huius hęreſis fuerit author, & quo tẽpore fuerit orta, mihi nõ conſtat:quoniam ſolum phi laſtrum huius hæreſis meminiſſe uideo, qui cũ dicat,talem fuiſſe aliquando ortam hæreſim,non tamen expreſſit,quo tẽpore aut loco,aut quo authore fuerit orta.Hæc hæreſis facillime conuincit. Nã anteq; illi peccaſſent,de muliere loquens ſacra ſcriptura,dicit.Vidit igitur mulier q⁹ bonũ eſſet lignũ ad ueſcendum,& pulchrum oculis, aſpectuq; delectabile,& tulit de fructu illius & comedit.Si cæca illa fuiſſet, lignũ uidere non potuiſſet:Vidit,ut ſacra retulit ſcriptura,nõ igitur fuit cæca.Neq; opus eſt ut in re tã aperta amplius contendamus,Quod autem pro ſe afferunt,ex ignorantia procedit:quoniam ſi recte(ut decet)literã illam intelligerent,nul

* Hęc addito ſe quitur uſque ad titulũ Angelus. Gen. 3.

Ibidẽ.

lo modo sibi fatere plane agnoscerent. Audiant igi tur beatum Augustinũ, qui lib. 14. de ciui. dei cap. 16. interpretatur quomodo illud sit intelligendum, sic inquiens. Patebant oculi eorũ, sed adhuc nõ erãt aperti, hoc est, nõ attẽti ut cognoscerẽt quid eis imdumẽto gratię præstaretur, qñ membra eorũ uolun tati repugnare nesciebãt. Qua gratia remota, ut pœ na reciproca inobedientia plecteret, extitit in mo tu corporis quędam impudens nouitas, unde esset indecens nuditas, & fecit attentos reddiditq; cõfu sos. Hinc est quod posteaq; mandatum dei aperta transgressione uiolarũt, scriptum est de illis: Et ap ti sunt oculi ambor̃ & cognouerunt ga nudi erãt, & cõsuerunt folia fici & fecerunt sibi cãpestria. A perti sunt, inquit, oculi ambor̃, non ad uidendum: nam & antea uidebant, sed ad discernendum inter bonum quod amiserant, & malum in quod cecide rant. Hactenus Augustinus. Ad eundem modũ in terpretantur Chrysostomus & Eucherius in cõmẽ tarijs super Genesim, quor̃ uerba in præsentiar̃ ci tare nolui, ne in re tam manifesta testimonior̃ mul titudinẽ uelut parum necessariam, lector fastidiret.

Sexta hæresis est quæ docet Euã cunctar̃ gentiũ matrem nõ esse ex costa Adæ formatam, prout hi storia libri Geneseos iuxta faciẽ literæ refert, sed tũc simul Euã a deo de limo terræ, & nõ de costa Adæ formatam esse asserit, eodẽ puncto quo Adam de li mo terræ formauit. Huius hęresis autor & primus inuentor fuit Thomas de uio Caietanus. Quis au tem is fuerit quãuis sit nũc toti orbi notum, ga ta men non solis præsentibus sed etiam futuris scribi mus, operæpręcium fore existimaui, plene declara re. Fuit hic Thomas de uio religiosus ex ordine fra trum prædicatorum, ex Caieta oriundus, quã cau sam uulgo Caietanus nuncupatur. Fuit in theolo gia scholastica tam ĩsigniter doctus, ut nulli ex his

qui suo tẽpore floruerũt, secũdus fuerit. Ob literarum eminentiã & morũ probitatẽ, cõmuni fratrum sui ordinis cõsensu, fuit in generalẽ eiusdẽ ordinis magistrum electus, & inde a Leone x. fuit ad præsbyteri Cardinalis dignitatẽ exaltatus. Quo loco cũ per xx. annos uixerit, nullã tñ (ut cæteris mos est) humanorũ uitiorũ sinistram de se opinionem dixit. Multa & uaria opera ædidit: sed multa scribenti contigit quod Salomon ait. In multiloquio non deerit peccatũ. Nam quãuis multa utilia scripsit, quia tñ suo ingenio multum fidebat, in aliquos lapsus est erroris, è quibus unus est iste de quo nũc acquirimus, quo asserit. Euam non esse formatã ex costa Adæ. Quæ autẽ sacra scriptura in libro Geneseos de formatione Euæ narrat, dicit ille nõ esse iuxta literam intelligenda, sed iuxta mysterium: nõ qdem per allegoriã, sed per parabolã. Somnus enim ille quem dominus misit in Adam (ut inquit) similitudinem gerit defectus uirtutis uirilis, unde naturaliter producitur homo: quia homo dormiens semihomo est, & similiter principium generãs mulierem semiuirile est, Ablatio costæ ex uiro ad formãdam mulierem quatenus costa est os (ut ait) similitudo est diminutionis roboris ex aĩo uiri ob uxorem: quatenus uero est costa, similitudo est socialis uitæ inter uirum & uxorẽ, ita qꝫ nec superior uiro, nec serua uiri sed collateralis esset uiri. Quatenus autem costa est una, dicit esse similitudinẽ minimi roboris tum corporis tũ animi mulieris, & perinde ut proportio uirium muliebrium ad uires uiriles, sit quẽadmodum proportio unius costæ ad reliquas costas omnes. Restitutionẽ uero carnis pro costa, dicit esse similitudinem repꝛesentationis quę fit uiro dando illi carnalem generationẽ ac propagationẽ filiorũ, loco diminuti roboris animi ex conIugio. Hæc sunt quæ ille de hac re docet in cõmen-

tarijs super Genesim, An autē propter hūc & alios eius errores ille sit hæreticus cēsendus, an nō, aliorum esto iudicium. Ego siquidē de doctrina in præsentiarę disserō, non de persona. Potuit quidē errare (ut in primo huius operis libro diximus) & hæreticus nō esse: præsertim sinon ptinaci animo suæ sententiæ adhæsit. Hæc iam enarrata assertio cōuincitur esse hæretica, quia aperte oppugnat scripturā sacram, & totius ecclesiæ consensum, & in illa non solum unus continetur error sed plures. Nā (ut Aristoteles ait) uno falso admisso, multa deinceps falsa sequuntur. Primo quidem prout ego ex illius dictis conijcio) ille sentit Euam simul cum Adā a deo formatam esse, Ad quod dicēdum mouetur per id quod ibidē scriptura ait. Masculū & fœminā creauit eos. Ex quib⁹ uerbis ille colligit simul a deo illos fuisse formatos. Sed hāc sentētiam aperte oppugnat sapiens qui de diuina sapientia loquēs, sic ait.

Sapi.1. Hęc, illum qui primus formatus est a deo pater orbis terrarę, cū solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum a delicio suo. In qbus uerbis, id maxime aduertere oportet, quod ait: cū solus esset creatus. Aliquod ergo tempus, iuxta sapiētem, fuit in quo solus erat Adā creatus: quo fit ut nō ambo simul.

1.Ti.2. Præterea, Paulus in priore ad Timotheum epistola ait. Adam primus formatus est, deinde Eua. Et certe de hoc errore nō est quod amplius cōtēdamus, cum tam aperte illi sacra contradicat scriptura. Ad secūdum igitur errorē accedamus, quo asserit Euā nō esse de costa Adæ formatā ut litera sacrę scripturæ in acie sonat. Cōtrariū hui⁹ erroris docet Pau-

Act.17 lus, qui Athenienſibus in medio Areopagi loquēs, hæc ait. Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo sunt, hic cæli & terræ cū sit dñs, non in manufactis templis habitat, nec manib⁹ humanis colitur, indigens aliquo, cū ipse det omnibus uitam & in-

ſpirationem & omnia: fecitq; ex uno omne genus hominum inhabitare ſuper uniuerſam faciē terræ. In quibus uerbis id annotandum eſt quod ultimo dixit. Fecitq; ex uno omne genus hominū. Si Eua (ut iſte aſſerit) non eſt educta de coſta Adæ, conſequens eſt ut nō omne genus hominū deus ex uno fecerit. Et iterum in priore ad Corinthios epiſto. eandē ſententiā docet, ſic inquiēs. Mulier gloria uiri eſt. Non enim uir ex muliere eſt, ſed mulier ex uiro. Ecce audis mulierem eſſe factam ex uiro: nunq; autē alibi legitur ex uiro facta, niſi cum Eua fuit ex coſta Adæ formata, ſentit ergo Paulus iuxta id quod hiſtoria libri Geneſeos refert, Euam de coſta Adæ fuiſſe formatā. Et eccleſiaſticus hoc ipſum apertius oſtendit, qui poſtq; dixerat hominē a deo de terra fuiſſe creatū, poſtea de muliere loquens, dicit. Creauit ex ipſo adiutoriū ſimile ſibi. Præterea iuxta illam parabolicā literæ interpretationē quā hæc hæreſis docet, nihil prſus de formatione Euæ habetur: ſed ſolū modus declaratur quo deinceps aliæ mulieres eſſent generandæ, & cauſa exprimit, cur potius fœmina q̄ maſculus genereť. Si illo loco, uidelicet ſecūdo capite libri geneſeos, ſcriptura ſacra nihil de formatione Euæ diſſerit, qñ igitur & ubi Euæ formationē expreſſit, ut nos plene & clare diſcere poſſimus materiam ex qua illa formata ſit? Mirum certe eſt q̄ Adæ formationē tam aperte declarauerit, dicens illum eſſe a deo de limo terræ formatum, & de Euæ formatione nihil prorſus dixerit. Nūq; ſiquidem ſcriptura quidquā de formatione Euæ dixit præter id quod habetur in illo ſecūdo geneſeos capite. Si dicas, de illius formatione tūc diſſeruiſſe cum primo capite, dixit: maſculum & fœminam creauit eos. Fateor quidē tūc de creatione fœminæ & maris dixiſſe. Sed p illa uerba cōſtare nō poteſt, ex qua materia alter illorū fuerit ef-

fectus,quia solum dicit illos esse a deo creatos, nō tamen unde fuerint ab illo producti. Nam ob hāc causam Moyses cap.2. hominis formationem clarius & apertius docere decreuit:quippe qui bene intellexerat non posse illam cognosci per ea quæ primo capite differuerat.Si dicas tunc de Euæ formatione Mosem tractasse, quum secūdo geneseos capite dixit:formauit dominus Deus hominem de limo terræ,& inspirauit in faciem eius spiraculū uitæ:et factus est homo in animā uiuentē. Quia enim hæc uox,homo,comunis est generis, quæ tam fœminam quam marem significat,forte inde suspicari posse illo loco de formatione fœminæ agi perinde ac maris. At,non ita esse ut dicitur,uel ex eo cōuinci potest quod pro hac uoce,homo, hæbraica litera hoc loco habet,Adam. Vnde colligitur,de sola uiri formatione Mosem tunc fuisse loquutum,Vbi ergo Euæ formationem docuit Moses si tūc nō docuit qñ illam de costa Adæ formatā esse dixit? Vel quomodo Thomas de uio scire potuit Euā perinde ac Adam de limo terræ fuisse formatam, si nūq̄ hoc sacra expressit scriptura? Nam & si pluries dicat Adā de limo terræ formatum, nunq̄ tamē hoc dixit de Eua. Nam in libro Genesis(ut modo diximus)de Adam loquitur & non de Eua. Et Tobias Iunior deū orans,ait. Tu fecisti Adā de limo terræ, dedistiq; ei adiutorium Euā. Ecce audis Adam de limo terræ factum,sed non Euā. Et Salomon de primo hoīe patre orbis terrarū in lib. sapiētiæ loquēs, sic ait. Eduxit illum de limo terræ,& dedit illi uirtutem cōtinendi omnia. Ecce dicit Adam de limo terræ formatum,de Eua autē nihil tale dicit. Iste ergo qui negat Euam fuisse de costa Adæ formatā, ostendat nobis scripturā sacrā q̄ aperte nos doceat, illā aliunde fuisse factam, & cædimus illi. Quod cum illa facere nō possit,oportet ut ille ecclesiæ aliud do

Tob. 8

Sap. 10

centi cedat. Rursum, si illo secūdo Geneseos capite, ubi dicitur Euam fuisse eductam de costa Adæ, scriptura sacra (ut iste dicit) nō tractat de productione Euæ, unde Salomon scire potuit, Adam aliquando fuisse solū? Et Paulus unde didicit Adam primum fuisse formatum & postea Euam? Nullus est enim alius sacrę scripturę locus unde hoc Paulus discere potuisset, nisi iste. Deinde, ipsa Adæ uerba, quę cum formatā uidisset mulierē, dixit, hoc apertissime ostē dunt. Hæc (inquit ille) uocabitur uirago, quoniā de Gen. 2.
uiro sumpta est. Ex quibus uerbis cōstat Adam iuxta rei euentum mulieri nomen imponere uoluisse, ut quēadmodum a uiro mulier educta fuerat, ita a uiri nomine nomē mulieris duceretur. Nam uir hebraice dicitur, Ise, mulier uero dicitur Isca: quā analogiā si nos sequi uellemus, a uiro, uira diceremus. Quod quia latinus sermo hanc uocē, uira, non admittit, beatus Hieronymus quantū latini sermonis lex patiebatur, expressit, dicens, Virago. His ergo sic prænotatis opus est diligenter aduertere quid dixerit Adā. Hæc uocabitur uirago (inquit ille) quoniā de uiro sumpta est. In quibus uerbis nomē mulieri imponēs, illius ethimologiā, & deriuationis rationem expressit. Nam Isca ab ise, deducitur: causam uero quare tale nomen mulieri tribuerit, statim reddidit, dicens. Quoniā de uiro sumpta est. Præterea, liber Geneseos historicus est, & ideo quæ ibi dicuntur iuxta historiā in faciem literæ sunt intelligēda. Nam etsi in sacris historijs ea quæ gesta narrantur, mysteria alia sub literæ cortice sæpe cōtineant, semper tamē in illis ueritas historiæ prius iuxta grāmaticam significationē accipienda est, deinde quærendus est mysticus sensus. Nisi forte in ipsomet historiæ cōtextu scriptor expresse moneat parabolicum esse qud refert, tūc enim ipsemet author cogit nos dicta sua parabolice intelligere. Tale est illud quod in

libro Iudicū dicitur de lignis quærentibus sibi regem, quod postea Ioatham dixerat, statim ostendit fuisse ab eo parabolice dictū, cum parabolā ipsam declarauit. At cum liber Geneseos historicus sit, & nullā in hoc loco de parabola admonitionē faciat cōuincitur hæc omnia de Euæ formatione non esse parabolice accipienda. Accedit ad hæc, cōcors omnium sacrorū doctorū sententia, quę (ut in primo huius operis libro cap. 7. docuimus) tanti est momēti, ut pro ecclesię definitione sit tenēda. A Christo autē nato usq; in hodiernū diem omnes fideles cōcorditer senserunt Euam cunctarū gentium matrē fuisse de costa Adæ formatam. Et quia sic omnes sensisse res est manifestissima, decreui illorū pro hac re testimonia non afferre, ne in re minime necessaria cartas implerem, & nimia prolixitate lectorē onerarē. Si quis autē aliquorū pro hac re testimonia desiderat, ostendā illi loca unde capere possit. Augu. lib. 9. sup Genesim ad literā cap. 19. & lib. 12. de ciui. dei. cap. 21. Chryso. homilia. 15. sup Genē. Grego. lib. 30. moraliū cap. 24. Theophylactus super Paulū ad Ephesios. 5. & prima ad Corinth. 11. Anselmus sup eadē Pauli loca. Eucherius sup Genē. ca. 20. & 21. Petrus Lombardus. 2. sententiarū dist. 18. Et oēs scholastici Theologi qui post Petrum Lombardū scripserunt. Neq; apud solos fideles christianos hæc semper est recepta doctrina sed etiā apud doctos Iudæos. Nā Iosephus Iudæus uir quidem hebraice & græce doctissimus lib. 1. de antiquitatibus, ca. 2. de hominis productione differēs, sic ait. Videns autē deus Adā non habentē societatem ad fœminā neq; cohabitationem, cum utiq; nō esset delectatus ut in alijs animalibus quę copulata uidebantur, una die eo dormiente, auferens costam eius, finxit ei mulierem: & Adam sibi coniunctā cognouit de se fuisse plasmatam. Isca uero Hebraica lingua mulier appellatur.

Hæc Iosephus. Miror ergo tantũ esse huius Thomę Caietani audaciã, ut contra omniũ Christianorũ & Iudæorũ concordem sententiã, docere nõ uereatur, quasi ille solus reliquis omnibus cęcutientibus, ueritatem ipsam intelligere potuerit. Misera igitur ecclesia quæ per tot ſecula in tanto errore permãserit, ut nõ intelligeret quo pacto fuerit Eua formata. Scilicet expectandus erat Thomas de Vio, cui soli huius rei intelligentia fuerat a deo seruata, ut per illam ecclesia ab errore quo hactenus fuerat infecta reuocaretur. Si hoc ita esse credidit, oportebat ut aperta miraculorũ operatione tam nouam doctrinã confirmaretur, quatenus nos illi obnoxios faceret. Et crederemus hoc esse illi a deo reuelatũ. At cum nullũ tale miraculũ in huius nouæ doctrinę testimonium fecerit, etiãsi nihil aliud esset quo tale dogma reuinci possit, sola nouitate uiris doctis displicere debuisset. Adde, quod hęc assertio a uiris sanctis ante multos annos fuit hæreseos nota signata, & hęretici ab illis censentur qui tali adheserint sententiæ. Beatus Hierony. super epistolã ad Philemo. interpretans locum illũ ex libro Exodi, Credidit ¡populus deo & Moysi seruo eius, sic ait. Vna atq; eadem credulitas in Moysen refertur & in deum: ut populus qui credebat in dominũ, æque credidisse dicatur in seruũ. Hoc autem non solũ in Moyse, sed in omnibus sanctis eius est: ut quicũq; credidit deo, aliter eius fidẽ recipere nõ queat, nisi credat & in sanctos eius. Nõ est enim in deũ perfecta dilectio & fides, quæ in ministros eius odio & infidelitate tenuatur. Quod autem dico, tale est. Credit quispiã in cõditorem deũ, nõ põt credere, nisi prius crediderit de sanctis eius, uera esse quæ scripta sunt: Adam a deo plasmatum, Euã ex costa illius & latere fabricatã: Enoch translatum, Noe naufrago solum orbe seruatũ. Et postq; multa alia similia opera retulit, tandem subiungit. Ex. 19.

Hæc & cætera quæ de sanctis scripta sunt, nisi quis uniuersa crediderit, in deum sanctorũ credere non ualebit. Hęc Hieronymus. In quibus uerbis id annotandum est, quod inter illa quæ dicit necessario credẽda esse, miscuit formationẽ Euæ ex costa Adę, & siquis hoc non crediderit, illum nõ posse in deũ credere, dixit. Demum Innocẽtius tertius huius nominis pontifex, decernẽs diuino iure prohibitũ esse, plures simul habere uxores, huic sententiæ tanq̃ firmissimo fundamẽto innititur, quod ab initio una costa in unam fœminam sic cõuersa. Habetur autẽ hoc Innocentij decretũ in cap. gaudemus, extra de diuortijs. Sed opus est ut discutiamus rationes quib⁹ ad hanc hæresim asserẽdam Thomas de uio Caietanus fuit motus, & illas nullius esse roboris ostẽdamus. Primo quidẽ obijcit, quod inuita bile absurdum incurritur (uerba sunt illius) uel qđ Adam fuerit monstrũ ante sublatã ex eo costã, uel quod fuerit mancus post sublatã ex eo costã: quorum utrunq; manifestè est absurdum: nihil autẽ absurdi in prima rerum productione asserẽdum esse, confessum est ab omnibus. Et patet sequela (inquit ille) qa si costa illa erat superflua homini, ergo mõstruosus homo: Si uero costa illa necessaria erat homini, cõstat q̃ illa sublata redditus est homo mancus. Hæc ille. Discutiamus ergo quãtum momenti hæc ratio habeat. Si nos cõcederemus Adam ante ablatam ab eo costã esse monstruosum hominẽ, ille hanc sententiam refellit per hoc qđ comunis omnium consensus cõtrariũ docet. Sic enim ait. Nihil autem absurdi in prima rerum productione asserẽdum esse, cõfessum est ab omnib⁹. Si hæc argumentatio ex cõmuni omnium cõsensu, tam ualida est, ut sola illa ad euincẽdum sibi fuerit uisa sufficiens, suo ipsius gladio illum facile cõfodimus. Nam cõcors omnium sententia est (ut iam ostẽdimus) Euã

de costa Adæ fuisse formatã, Fateatur igit oportet se errasse, cum contra omniũ sententiã dixit, Euam non fuisse de costa Adæ formatam. Nã ob eandem causam nos fateri renuimus Adã fuisse monstruosum hominẽ ante ablatam ab eo costam, quia contra cõmunem omnium doctrinam sentire non audemus. Sed tũc ille nos inuadit, ut cogat nos fateri fuisse mõstruosum hominẽ, quia costa illa erat homini superflua, cum nõ esset necessaria ad humanæ cõditionis subsistẽtiam, aut si necessaria erat oportebit cõcedere ipsum Adam post ablatam ab eo costam fuisse mancum. Hũc nodum dissoluit beatus Thomas in prima parte questione 92. artic. 3. dicẽs costam illã fuisse de pfectione Adæ, non prout erat indiuiduum quoddam, sed prout principium speciei: sicut semen est de perfectione generantis, nõ q̃dem ut homo quia alias homo post. ꝑ semen fudit & semine exhausto nõ esset homo: sed est de perfectione generantis inquãtum generãs est. Ita etiam costa illa fuit in Adam ad modũ seminis, quia fuit materia unde formanda erat mulier, & sic illa fuit de perfectione Adæ quatenus ille erat principiũ totius humanæ naturæ. Sed ille adhuc urget dicens. Si non fuit Adam ante costam ab eo ablatam monstruosum principium, q̃a costa illa in ratione principij erat illi necessaria, saltẽ oportebit cõcedere illũ fuisse monstruosum hominẽ, quia in ratione hominis non erat illi necessaria. Neq; hoc oportet cõcedere, sicut nec homo semen habens dicitur monstruosus, quamuis semen illud nõ sit de perfectione hominis. Nam etsi ad cõsistentiã indiuidui non sit necessarium, est tamen necessarium ad cõseruationẽ speciei: & hoc satis est ne monstruosus homo dicatur. Quoniã indiuidua nõ solum id retinent q̃d ad suam cõsistentiam est necessariũ sed etiam illud quod est necessariũ ad cõseruationẽ speciei. Secun-

do sic arguit. Postq; scriptura dixerat Adam appellasse cuncta animantia nominibus suis,& uniuersa uolatilia cæli & omnes bestias terræ,statim subdit,Adę uero nō inueniebatur adiutor similis eius. Ex hac litera ille sic arguit. Si secūdum literam hic locus intelligatur ridiculam inquisitionem significat. In cuius enim mēte(inquit ille) uerti poterat in dubiū,an inter aues inueniretur adiutor correspōdens Adæ? Vnde huiusmodi diuina inquisitio ītroducta a Mose,dicendo:& nō inueniebatur, adhoc introducta est,ut intelligeremus formationem sub sequutam mulieris ex costa uiri, non esse iuxta sonum literæ intelligēdam. Hactenus ille. O ridiculū argumentum & ex mero somnio & litera conficta deductum. Sacra siquidem scriptura non dicit deū quæsiisse ĭter aues aut bestias adiutorē Adę, sed solum ait,Adæ nō inueniri adiutorem similem eius. Forte dicet per uerba illa scripturam ĭnuere, deum quæsiuisse adiutorem similē Adæ, quia nihil inuenitur nisi quod prius quæsitū est. Esto, ut iuxta ueram & legitimam uocis significationem,quidquid inuentum fuerit prius sit quælitum,nō tñ inde consequens est,ut quod dicitur nō fuisse inuentum,,sit etiam ante quælitum. Nam sicut ea quæ nō fuerūt quæsita,falso dicūtur iuxta grammaticoꝝ regulas inueniri,ita uere dicunt non inueniri:quia duo cōtradictoria de eodem negari nō possunt. Si scriptura dixisset deum inuenisse adiutorium simile Adæ, forte inde colligi posset,deum quæsiuisse prius tale adiutorium. At,cum dixerit, Adæ nō inueniri adiutorium simile eius, nescio qua fronte inde colligere nititur deum quæsiuisse adiutorē Adæ? Quod ergo scriptura post nominatas bestias & aues, ait: Adæ uero nō inueniebatur adiutor similis eius, idem est ac si dixisset, Adam non habebat adiutorē similem eius, quāuis aues omnes & bestiæ fœminas ex sua

ſpecie haberent quibus poſſent ad alios generationem adiuuari. Et, ut illius argumētatio magis enerueretur, oſtendā ſacram ſcripturā non ſemper uti illa tam exacta uocis ſignificatione: quoniā apud illā, multa dicuntur inueniri ab his qui nullo modo ea quęſierunt. Et ex multis unum & alterū ſcripturæ locum proferā. Dauid in pſalmo. 118. ait. Tribulatio & anguſtia inuenerunt me. Certum enim eſt, tribulationē & anguſtiam & reliqua homini incōmoda quæ minime ſentiunt, aliquē quęrere non poſſe. Nullus ſiquidem quęrit niſi id quod ſentire poteſt, an ad quod naturalē habet inclinationē. Sed illud eſt multo manifeſtius quod dñs per Eſaiā prophetam de gentibus loquēs ait. Quęſierūt me qui ante non interrogabant, inuenerunt qui nō quæſierunt me. Eſa. 65

Tertio iterū ut ſuum errorem nobis perſuadeat Caietanus, arguit ſic inquiens. Accedit ad idem textus Moſi de ſexto die, in quo manifeſte ſcriptū eſt, Maſculum & fœminā creauit eos. Ex hoc enim ꝙ Moſes ſcripſerat mulierē creatam eſſe ſexto die, & poſtea translato homine in paradiſum deſcribit eā ex coſta uiri formatā, aditum intelligendi huiuſmodi formationē ex coſta, non proprie ſed ſecūdum ſimilitudinē, dedit. Producta ſiquidem ſexto die mulier, non eſſe intelligēdum putauit ꝙ iterum produceret. Hactenus nec uno mutato uerbo Caietanus. Non poſſum certe non mirari hominem alioqui doctum tantum deſipuiſſe, ut nodum hunc diſſoluere neſciuerit. Nam ex ignorantia cōſuetudinis ſcripturarum hic error illi obrepſit. Mos ſiquidē ſcripturę ſacræ eſt, ſæpe aliqua breui cōpendio narrare, & poſtea ad eadē latius diſſerenda redire. Niſi enim hunc eſſe ſacrę ſcripturę morem fateamur, multa incōmoda & fidei catholicę repugnantia cogemur aſſerere. Oportebit quidem aſſerere, ut philaſter Brixienſis propter huius obſeruationis ignorantiam aſſeruit,

ſpiraculum illud uitę quod deus in faciem Adę inſpirauit,nō eſſe animam Adę:quoniam.1.Geñ.cap. dictum erat Adam creatum eſſe a deo ad illius imaginem & ſimilitudinē,unde ſequitur illum iam habere animā,quia iuxta illam & non iuxta corpus, erat Dei imago. Cum ergo iam tunc Adam animā, habuiſſet,fieri nō poſſe uidebitur ſpiraculum illud quod poſtea dicitur deum illi inſpiraſſe,eſſe animā. Oporteret igitur iuxta hanc Caietani argumētationem,ſpiraculum illud nō iuxta literam,ſed parabolice intelligere,ne anima bis producta eſſe dicatur. Verum hoc nō ita eſſe, nos deo duce infra oſtendemus in titulo de anima,hæreſi.2. Oportebit etiam concedere ſi illa Caietani argumentatio ualeret,hominis formationem de limo terræ,non eſſe ut litera ſonat intelligēda ne Adam bis creatus eſſe dicatur. Nam ſicut cap.1.libri Geneſeos Moſis dixerat fœminam eſſe creatam, ita etiam dixerat uirum eſſe a deo creatum. Maſculū(inquit ille)& fœminā creauit eos. Et cap.2.ſicut de Euę formatione differit,dicens illam eſſe eductā de coſta Adę,ſic etiā de Adæ productione tractat,docens illū de limo terrę fuiſſe formatū. Ne igitur Adam bis productus eſſe dicaē, oportebit,iuxta Caietani argumentationē,dicere illam Adę productionē eſſe parabolice intelligendā. Nos tamen hos & plures alios ſimiles nodos facile diſſoluimus attendentes ad ſacrę ſcripturę morē, quę ſępe ad ea quę iam ſemel ſub cōpendio dixerat, redit ut apertius & fuſius illa narret. Fatemur quidem Euam ſexto die a deo fuiſſe creatā ſicut Adam. Sed quia utriuſq; formationē,hoc eſt,uiri & mulieris cum uaria fuiſſet, Moſes illo primo capite non expreſſerat,ideo iterum.2.cap.ſigillatim utriuſq; ſexus productionem dicere decreuit. Non igitur bis productā mulierem dicit Moſis, cuius uerba illius iuxta literę ſonum accipiātur:ſed quę ſemel obſcu-

rius ab illo dicta fuerant, iterum eadē repetit ut aptius & plenius illa referantur. Hanc autem esse ueram & gratam illius literæ expositionē cōfirmo testimonio beati Augustini, qui libro sexto super genesim ad literā cap. 2. ita inquit. Iam ergo de limo formatus erat, & illi iam soporato mulier ex latere iam facta erat, sed hoc tūc cōmemoratum nō erat, quod nunc recapitulando cōmemoratū est. Neq; enim sexto die factus est masculus, & accessu temporis postea facta fœmina: sed fecit eū, inquit, masculum & fœminā fecit eos, & benedixit eos. Quo modo ergo iam homine in paradiso cōstituto, mulier ei facta est? An & hoc prætermissum scriptura recoluit? Nam sexto illo die etiam paradisus plantatus est, & ibi homo collocatus est, & soporatus est ut Eua formaretur, & ea formata euigilauit, eique nomen imposuit. Sed hæc nisi per temporales moras fieri nō possent. Non itaq; ita facta sunt, sicut creata sunt omnia simul. Hactenus Augustin?. Ex his igitur omnib? clarissime patet quā uana & futilia sint argumenta quæ Caietanum mouerunt ut contra oēs catholicos doctores sentiens in hūc pestiferum incideret errorē. Et certe prudentius ille egisset si suam fateretur ignorātiam dicens se nescire talibus argumentationibus respōdere, cq̄ propter illa cōtra oium cōcordē sententiā pręsumere.

ANGELVS.

CIrca angelorum materiam unum præcise errorem apud eos quos euolui authores inuenio, qui asserit angelos non esse creatos à Deo, siue bonos, siue malos. Huius erroris primus author ex eis qui Christum semel ꝓfessi sunt in baptismo (nam aduersus hos solos arma sumpsimus) fuit Hermannus Rissuic. Hic (ut refert Bernardus de Lutzemburgo in suo catalogo hæreticorū) homo Batauus, siue (ut uulgari uocabulo utar) Hollandrinus fuit, Hermānus Rissuic.

qui in multos errores lapsus est: tandem cum pœnitentia duceretur, & palinodiam cantaret, misericordiam cũ aliqua iustitia cõsecutus est, perpetuo carceri damnatus, anno domini. 1502. Verum cum postmodum carceres euasisset, in priorem dementiam relapsus est, & multa etiã peiora ꝙ prius effuiuit. Propter quod iterꝙ captus anno domini. 1512. per inquisitores prauitatis hæreticæ damnatus est, & curiꝙ seculari traditus, & ex eius mandato combustus est. Ex his ergo erroribus in quos Hermanus iste prolapsus est, hic est unus quo asserit angelos siue bonos siue malos à Deo non esse creatos, quia (ut inquit) nusquam hoc scriptura asserit. Hic manifestus est error: qm̃ de angelo malo clarè dici
Iob. 4. tur in libro Iob, Ecce Behemoth, quem feci tecum. At nomine Behemoth (ut Hieronymo & Gregorio placet) nullus alius intelligit ꝙ dæmon. Et in eodẽ libro de eodẽ dicitur, Ipse est principiũ uiarum dei.
Ibidẽ. Esa. 55. Quod exponens beatus Gregorius ait, Quid enim uias dei nisi eius actiones accipimus, de qbus per prophetam dicit, Non enim sunt uiæ meæ sicut uiꝙ uestræ. Et principium uiarum dei Behemoth dicit, quia nimirum cum cuncta creans ageret, hunc primum cõdidit, quem reliquis angelis eminẽtiorem
Ezec. 31. fecit. Hæc ille. Et apud Ezechielem prophetam sub nomine Assur regis de eodẽ dæmone dicitur. Omne lignum paradisi non est assimilatum illi, & pulchritudini eius, quoniã speciosum fecit eũ in multis cõdensisqꝙ frondibus. Qui in multis condensisqꝙ frõdibus speciosus esse facꝰ describit, qa multis supernorꝙ spirituum legionibus superior creatus est. Præterea de õmnibus angelis dicitur, Qui
Psa. 103 facit angelos suos spiritus. Per hæc enim prophetę uerba beatus Paulus in ea quę est ad Hebræos epistola ostendit Christum dei filiũ esse angelis superiorem, ꝙ scilicet deus angelos fecerit, Christus autem factus

tem factus non sit. Sic enim ait: Et ad angelos quidem dicit, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Ad filium autem, Thronus tuus Deus in seculum seculi. Quę uerba exponens Theophylactus, Angeli (inquit) creati sunt, & ad eos illud refertur, q̃ facit. Filius uerò nequaquã creatus est, nec de eo illud, qui facit, est dictũ: quia potius rex ille & dominus & deus est; quod planè thronus iste testificatur, qui principatus est & imperij argumentũ. Hæc Theophylactus. Accedit ad hæc quod dicitur apud Iohannem, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Aut ergo angelos esse factos à deo cõcedat, aut ipsos esse nihil fateatur oportet. Ex manifesta igitur scripturę ignorantia prouenit dicere nõ posse colligi ex scriptura, angelos esse factos à deo. Deniq; contra hãc hæresim est expressa ecclesiæ definitio. Nam concilium Lateranense sub Innocentio tertio celebratũ, talem protulit definitionẽ, Vnum uniuersorũ principium, creator omnium uisibilium & inuisibiliũ, spiritualium & corporalium, qui sua omnipotenti uirtute simul ab initio temporis utranq; de nihilo cõdidit creaturam, spiritualem & corporalem, angelicam uidelicet & mundanam. Hæc concilij Lateranense. quæ uerba habentur in uolumine Decretalium tit. de summa trini. & fide catho. cap. firmetur. Heb. 1.

Ioan. 1.

ANIMA.

INter illa quæ in hac luce sub cęlo nobis incognita sunt & magis abstrusa, anima nostra est, adeò ut uerè propter illam dicat beatus Bernardus, Ex meipsò cognosco q̃ deus incõprehensibilis est, qa meipsum nõ cõprehendo. Cui dicto Bernardi quodammodo assentire uidet illud regij prophetæ, Mirabilis facta est scientia tua ex me. Miratur quidem propheta Dei sapientiam quàm magna sit, ex seipso. Ex hoc enim q̃ seipsum homo non cognoscit, q̃ Psa. 138

tamen se credit aliquid scire, iustū est ut mireť scien tiam illius qui omnia nouit, & nihil absconditum est ab oculis eius. Ex hoc ergo tam obtuso intellectu animę circa seipsam cognoscēdā, euenit ut plures de eius substātia eiusq; qualitatibus orti sint errores. Omitto eos quos philosophi gentiles amplexati sunt: nō enim cōtra eos nunc agimus, sed contra eos qui christianam philosophiam doctrināq; euangelicam sectari se iactant. Qui errores nō iuxta ordinem temporum quibus orti sunt, sed prout materia ipsa iuxta ordinem doctrinæ exigit, describentur. Primus ergo error est, qui negat animā rationalem esse formam corporis humani, non absolute, sed inquantum rationalis est. Concedit quidē animam rationalem esse formā corporis: nō tñ sub hac ratione qua rationalis est, quia per hanc rationem nō potest informare corpus. Huius erroris patronus esse dicitur quidā Petrus Iohānis, qui multos errores abbatis Ioachim (de quo postea dicemus) suscitauit. Tēpore Clemētis papæ huius nominis quinti. Ad illum ergo errorē oppugnandū, quoniam de re nō in uniuersum theologica est sermo, ne in ambiguo laboremus, id primū scire oportet, quid sit forma. Forma est quę dat esse rei, quę s. aduenies materiæ, dat esse ipsi substātiæ, & iuxta quā fit specierū differentia, qm̄ materia una est eademq; specie ī omnib⁹ substātijs corporeis. Quòd ergo una res ab alia differat specie, uarietas formæ est in caussa, quoniam ab illa præcipue res capit esse, perfectioq; ipsius iuxta illam pensatur. Secundū hanc ergo formæ assignatam rationem manifestus est error, negare animam rationalem esse formam corporis humani etiam inquantum rationalis est. Ex eo nāq; sequitur hominem ipsum minime rationalem esse. quod est hæreticum. Nam q homo rationalis sit, aut habet à forma, aut à materia. non

Petrus Iohānis.

Forma

enim aliunde illi aduenire potest,cum esse rationalē nō accidētaliter illi adsit, sed essentialiter. partes autem essentiales nullas alias habet prꝫter materiā & formam. A materia certum est nō oriri ꝙ homo rationalis sit,cum hac ratione omnes substātias q̄ similem habent cum homine materiam, oporteret esse rationales. Prouenit ergo à forma sua ꝙ homo rationalis sit. nam illa est (iuxta definitionē datā) à qua res suam habet perfectionem. At iuxta Petri Iohannis dictum anima rationalis inquantum rationalis est,non est forma corporis. ergo ab illa homo nō habet ꝙ sit rationalis, quia sub illa ratione (ut inquit) nō est forma. A nulla ergo sua parte essentiali habet ꝙ sit rationalis, postquā nec à materia,nec à forma. non esset ergo simpliciter iuxta dictū illius,homo cēsendus rationalis. Rursus. Si anima inquantum rationalis est, non est forma corporis humani,ergo nec pars aliqua essentialis hominis: quoniā cum non sit materia,nō est aliqua quæ esse possit. Quod si sub hac ratiōe pars hois nō est, erit ergo ab hoie necessario separādū qcqd pfectionis sub hac occasiōe illi tribui solet, qm̄ ab exteris nō capit pfectionē suā. Propter hanc enim caussam homo imago dei dicit̄,qa imaginē in anima impressam esse ab omnibus cōcedit̄ hac sola ratione,q̄ rationalis est. Nō esset ergo hō imago dei dicendus. Nō esset etiā dicendus liber,qm̄ sublato ab hoie eo q̄ rationale dicit̄, etiam oportet separare ab eo id quod est liberum,qm̄ libertas sine ratione esse nequit. Quod si libertatē ab hoie tollas, nulla est uia per quā mereri aut demereri possit: qm̄ id quod liberū nō est,nunq̄ à deo imputatur siue ad pœnā,siue ad gloriā. Erit ergo necessario concedendū aīam rationalē etiā inquātū rationalis est, esse formā corporis humani. Hic error dānatus est in cōcilio Viēnēsi sub Clemēte 5. Cuius cōcilij definitio ponit̄ in

lib.epist. Clementinarum tit.de sum.tri.& fide catho.cap.unico,sub his uerbis·Porro doctrinã omnem seu positionem temere asserentem aut uertentem in dubium ꝙ substantia animæ rationalis seu intellectiuæ, uere ac per se humani corporis nõ sit forma,uelut erroneã ac ueritati catholicæ fidei inimicã prædicto sacro approbante cõcilio reprobamus,definiẽtes,ut cunctis nota sit fidei synceræ ueritas,ac præludaꝫ uniuersis erroribꝰaditus,ne subintrent,ꝙ quisquis deinceps asserere defendere seu tenere pertinaciter præsumpserit, ꝙ anima rationalis seu intellectiua non sit forma corporis humani per se essentialiter, tanquã hæreticus sit censendus. hucusꝙ concilium Viennense.

Concilium Viennẽse.

Secundus error(si modo error dici meretur) est, docens spiraculum qd̃ deus spirauit in Adam, esse ipsam animam. Hæc assertio recitaꝫ à Philastro iter hæreses,nullo tñ nominato illius assertionis autore. Tamen salua eius reuerentia,nõ uideo cur hanc assertionẽ hæresis nota lignauerit. Primo qdem reperio hanc esse doctrinam pluriũ uere catholicorꝫ doctorꝫ asserentium spiraculum illud quod spirauit in faciem hominis,esse animã hominis,quã tũc aut insufflando creauit, aut creando corpori infu-

Gen. 1. dit. Vnde Chrysostomus homi.11. super Genesim ait,Et ut doceat nos ꝙ formatũ illum de terra misericordia domini, & rationalem animæ essentiam habere uoluerit,per quam animal hoc absurdũ & perfectum fieret: Inspirauit(inquit) in faciẽ eius spiraculum uitæ. Vitalem dicere uult operandi efficaciam,ei qui de terra formatus est,spiraculum datũ esse,& hoc substantiam animæ cõstitutã. unde subdit·Et factus est homo in animam uiuentem. Hæc Chrysostomus. Hoc etiam expressius dicit Eucherius,qui libro primo super Genesim sic ait,Ideo dicta est spiraculum uitæ,quia & ille aer plerũꝫ di-

citur spiritus: sed tamen spiritus uitæ non dicitur, quia caret uita. Quæritur autem utrum Deus animam insufflando fecit: an eam quam fecerat, corpori dando potius insufflauit? Vtrunq; enim puto esse, nec habere aliquid quæstionis, quomodo siue in sufflando fecerit animam, siue creando donauerit, nec de aliquo flatu suo, nec de seipso, sed ex nihilo aut sufflando creauit, aut creando corpori insufflauit: nõ quia illud spiraculum conuersum est in animam uiuentem, sed operatum est animam uiuentem. Hucusque Eucherius. Hoc idem dicunt Hugo cardinalis & Nicolaus Lyranus in suis expositionibus super Genesim: quorum dicta nolui hic inserere, quia eorũ libri passim habentur. hi tamen omnes uiri catholici sunt. Iam opus est ut respondeamus his quæ pro se Philaster adducit. Primò enim ait inspirationem esse diuini spiritus quandam gratiam, ac propterea dicit spiraculum illud esse gratiam datam animæ Adæ post eius creationem, quẽ admodum (ut ait) apostolis post resurrectionem insufflans dixit: Accipite non animam, sed spiritum sanctum. Deinde adducit ex scriptura, nomine spiritus gratiam dei designari, ut in primo Regum legitur de Saul quòd recessit ab eo spiritus Domini, & immundus spiritus fatigabat eum. Et quod alibi legitur, in malignam animam non intrare spiritum sapientiæ. Certe hæc omnia parum urgent, & in æquiuoco laborat. Ex ignorantia siquidem multiplicis significationis huius nois spiritus, procedit. Aliqñ enim aer in scriptura uocat̃ spiritus, ut ibi, Spiritus procellarũ pars calicis eorum. Et alibi, Dixit & stetit spiritus procellarum. Et iterum in tertio Regum, Ecce dominus transit, & spiritus grandis & fortis subuertens mõtes, & cõterens petras ante Dominum. non in spiritu Dominus. Aliquando etiam omnis anima, siue ea rationalis sit, siue ir

Ioã. 20
1 re. 16. Sapi. 1.
Psa. 19. Ps. 106 3. re. 19.

rationalis,uocatur ſpiritus,ut in Geneſi legiſ,Mor
tua eſt oĩs caro q̃ habebat in ſe ſpiritũ uitæ. Aliqñ
Ioã. 20 ſola aĩa rationalis uocaſ̃ ſpiritus.Sic enim de Chri
Io. 10. ſto legim⁹,Inclinato capite emiſit ſpiritũ.i.animã,
quã ipſe,ppria poteſtate emiſit,ſicut prius dixerat,
Poteſtatẽ habeo ponendi animam meã, & iteꝝ ſu-
mẽdi eam.Aliqñ etiam ſumiſ̃ ſpiritus p tertia pſo-
na diuina.hoc autem rariſſime inueniſ̃, ut abſolute
nomen ſpiritus p deo ſumaſ̃,niſi cum quadam cõ-
tractione,utputa dicendo,ſpiritus dñi,aut ſpiritus
ſanctus.Adę ergo datum eſt ſpiraculum uitæ.i.ani
ma.qd'manifeſte conuincitur p id qd' ſubiungiſ̃,&
factus eſt homo in animam uiuẽtem.Per hoc enim
Ioã. 2. homo factus eſt animal uiuens, q̃ deus ſpirauit in
faciem eius ſpiraculum uitæ. In Apoſtolis autem,
cum inſufflat & dicit,Accipite ſpiritum ſanctũ:nõ
addit ſcriptura,& facti ſunt in animas uiuẽtes, ſi-
cut de Adam dixerat.ideo flatus ille nõ ad uitæ na
turalis donationem referẽdus eſt, quemadmodum
cum ſpirat in faciẽ Adæ,ſed ad uitæ ſpiritualis,hoc
eſt gratiæ cuiuſdam largitionem. Magnum eſt er-
go diſcrimen inter eum flatum quo ſpirat Deus in
faciem Adæ,& eũ quo in Apoſtolos ſpirauit:quo-
niam hic ad ſpiritalem quãdam uitam,ille uero ad
uitam naturalẽ quæ per animam fit, referẽdus eſt.
1.co. 15 quod ex beati Pauli uerbis apertè conñcere licet, q̃
ait, Factus eſt primus homo in animam uiuẽtem,
nouiſſimus autem Adam in ſpiritum uiuificãtem.
Ibi enim Paulus diſcrimen ponit inter primum &
ſecundum Adam.ſ.Chriſtum.Quod ſi ſpiraculum
illud quo primus homo factus eſt in animã uiuen
tem,eſſet quędam ſpiritualis gratia, eſſet etiam pri
mus homo factus in ſpiritum uiuificãtem:atq; ita
nõ eſſet tale inter eos quale Paulus aſſignat diſcri
men.Si autem adhuc contendat per hoc q̃ ſcriptu-
ra aſſerere uidetur hominem ĩtegre formatum an-

tecꝫ inſpiraſſet in faciem eius deus, ergo ante ſpira culum illud oportet ꝙ homo habeat animã, eo ꝙ homo ſine anima eſſe neqt. Sic enim ſcriptura ait, Formauit Deus hominem de limo terrę. ecce homi nem iam formatum: & continuo ſubditur, & inſpi rauit in faciem eius ſpiraculum uitæ. Ex quo uide tur aliud eſſe ſpiraculum, aliud autem anima. Qui bus reſpõdemus cõcedentes hominem ſine anima eſſe non poſſe: his tamen nõ obſtantibus, quotidia ni quadam lege ſermonis dici ſolet, talis homo eſt in gloria, cum tamen ſola anima ibi nũc quieſcat. hoc aut illo loco homo ille ſepultus eſt, cũ tñ hoc ad ſolum corpus referri poſſit. Nec iſtum modum loquendi abhorrent ſacræ literæ. Nam animam ſæ pe interiorem hominem uocant, corpus uero exte riorem, tanꝫ duo ſint homines, cum ſimul utrũqꝫ unus ſit homo. Ex hoc igitur negocio argumentũ ſumere licet, nõ eſſe facilè de hæreſi pronunciandũ, etiam ſi teſtimoniũ adſit alicuius uiri quantũlibet docti. Nam beatus Auguſtinus in prologo ſui lib. de hæreſi. ad Quoduultdeum, teſtatur hunc Phila ſtrum multas aſſertiones inter hæreſes annumeraſ ſe, quæ minime hæreſes cenſendæ ſunt. Et quãtum ad hanc aſſertionẽ ſpectat, in lib. 13. de ciui. dei cap. 24. irridet eos qui credunt ſpiraculum quod ſpira uit deus in faciem Adæ, eſſe quãdam gratiã animæ Adæ collatã, & nõ potius ipſam animam. Gen. 1

Tertia de hac re hęreſis eſt q̃ docet hominis ani mã eſſe prius formatã quã corpus. Hũc errorẽ bea tus Hieronymus tribuit Iohãni epõ Hieroſolymi tano in quadam epiſtola quam ſcripſit ad Pamma chium aduerſus errores præfati Iohãnis. In eũdem errorẽ lapſus eſt Philaſter Brixiẽſis, qui tã firmiter illi adhæſit, ut in ſuo libello de hęreſi. dicat eſſe hæ reſim, aſſerere prius eſſe corpus Adę formatũ, dein de animã creatã & illi infertã. Et hãc ſuã ſentẽtiam

Philaſter perſuadere conaẽ per id quod in lib. Geneſeos cap.1.dicitur·Et creauit Deus hominem ad imaginẽ ſuam. Quia enim iuxta animã homo eſt imago Dei, & non iuxta corpus,putauit Philaſter tunc de animę creatione ſolum agi. Cum autem in 2.cap.eiuſdem lib.dicitur, Formauit igiẽ dominus deus hoiem de limo terræ, tunc credit de ſola corporis formatione Moſem loqui.Et hac ratione motus cenſet fide tenendum eſſe, prius animam creatam eſſe,& corpus deinde plaſmatum.Ex praua ergo ſcripturæ intelligẽtia hæc hæreſis,ſicut aliæ, oritur.Non enim ĩtellexit bonus ille homo, q̃ utroq; illo loco ſcriptura loquitur de totius hominis formatione:& ſcripturæ ſacræ morem eſſe, aliqua per anticipationẽ ſemel ſub cõpendio dicere, & poſtea ad illa lõgius differẽda redire. Dixerat enim prius hominem eſſe à Deo ad ſui imaginẽ creatũ:ſed unde factus fuerat,an ex nihilo,nõ dixerat.Ideo 2.cap. iterũ hominis formationẽ repetit, ut largius & expreſſius de ea loquatur.Nam q̃.1.cap.nõ de ſolius corporis,ſed de totius hominis formatione fiat ſermo,ipſe uerborũ ordo ſatis apertè indicat.Sic enim ait·Et creauit deus hominem ad imaginem ſuã:ad imaginem dei creauit illum:maſculum & fœminã creauit eos.Ecce uides ſexus diſtinctionem,maſculum uidelicet et fœminã.At hęc ſexus diuerſitas in corpore ſita eſt,non in anima: quo fit, ut tunc ſit corpus formatum, cum ſexus diſtinctio exprimitur.Quòd autem prius ſit corpus formatum, deinde anima creata,uerba quæ in ſecũdo cap.narrant, ſatis aperte oſtendunt.Hæc enim referunt·Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ:& factus eſt homo in animam uiuentẽ. Cum dixit hominem formatum de limo terræ, corpus hominis expreſſit:quoniam anima non eſt facta de limo te

ræ,ſed corpus.Dicens,inſpirauit in faciem eius ſpi raculum uitę,animam declarauit:quoniam hęc (ut in præfata hæreſi docuimus) eſt ſpiraculū uitæ qđ deus inſpirauit in faciem Adę. Cum ergo cōſtet ex ipſius literæ decurſu,prius fuiſſe hominem formatum de limo terræ,& poſtea in faciem illius deum inſpiraſſe ſpiraculū uitæ,conuincitur inde, corpus fuiſſe prius plaſmatum,& deinde animam fuiſſe à deo creatā. Hanc eandē ſentētiam cōfirmat beatus Hieronymus in præfata epi.ad Pāmachium,ſic inquiens·Si fuit anima anteꝯ Adam in paradiſo formaretur,ſi quolibet ſtatu & ordine & uixit, & egit aliquid(neꝙ enim poſſumus incorporalem & eternam in modum glirium imobilem torpē temꝙ ſentire)neceſſe eſt ut aliqua cauſſa præceſſerit,cur quę prius ſine corpore fuit,poſtea circundata ſit corpore.Et ſi animæ eſt naturale, eſſe ſine corpore , ergo cōtra naturam eſt eſſe in corpore.Si contra naturā eſt eſſe in corpore,ergo reſurrectio corporis contra naturam erit . Sed nō fiet reſurrectio cōtra naturā, ergo iuxta ſententiam ueſtram,corpus quod cōtra naturā eſt reſurgens,animam nō habebit.Hæc Hieronymus:qui nō ſolum quæ diximus aſſerit,ſed argumētis plurib⁹noſtram,hoc eſt catholicā ſentētiā cōfirmat.Deniq; Leo papa huius nominis primus de hac re ſententiam ꝓtulit.Nā in quadam epiſtola ad Aſtorigēſem epiſcopū, q̄ eſt in ordine 71.in qua errores Priſcillianiſtaꝝ damnat,poſtq̄ decimo loco recēſiut quendā illoꝝ errorē quo dicūt animas hominū prius in cælo fuiſſe,& inde,ꝓpter ſua peccata fuiſſe delapſas,& humanis corporib⁹inſertas, hæc uerba ſubnectit·Quā īpietatis fabulā,ex multoꝝ ſibi erroribus texuerunt: ſed omnes eos catholica fides à corpore ſuæ unitatis abſcidit, cōſtanter prædicans atq; ueraciter,q̄ animę hominū priuſq̄ ſuis inſpirarentē corporib⁹, nō fuere:nec ab ullo in-

corporantur, nisi ab opifice deo, qui & ipsarum est creator, & corporæ. Hęc Leo papa, uir quidem sanctus iuxta ac doctus. Et de hac re pro illius qualitate satis me dixisse arbitror. Aduersus hanc hæresim nullum alium scriptorem reperi præter beatũ Hieronymum ĩ ea epistola quam suprà citauimus: quo loco non plura aduersus illam dicit, quã paucula illa quæ proximè præfati sumus.

Gnostici. Quartus error astruit animam esse aut dei substantiam, aut ex dei substantia. Hoc monstrũ inuẽtum est quorũdam hęreticorum qui Gnostici sunt appellati, uocabulo à scientia quã iactabant, confícto. Horũ principẽ alĩ aliũ tradũt. Philaster siquidem asserit eos à Nicolao diacono, de quo in Actis apostolicis fit mẽtio, duxisse originẽ. Irenęus autẽ in lib. 1. aduersus hęreses cap. 24. eorum authorem fuisse Carpocratem asserit: de quo postea dicemus. Irenæo magis crediderim, eò q̃ doctior, diligẽtior, atq; uicinior illis temporibus fuerit. Hunc eundẽ errorem postea suscitarũt Manichęi, quorum dux fuit. Manes quidam, iuxta nomem suum insaniẽs. nã μανέντα Græcis ĩsanire significat. Quare discipuli eius in Græcia (ut ait Augustinus) nomen insaniæ, quasi doctiores, & eo ipso mendaciores, uitantes, geminata n, Mannichæũ, quasi manna fundentẽ, pro Manichæo id est insano appellauerunt. Hic igitur Manes natione Persa, uita & morib⁹ barbarus fuit, tam acer ingenio, ut insanire, uel dæmone adimpleri uideretur: atq; instinctu dæmonis agitatus inuisam & execrabilem omnibus hæresim docuit. Christum se esse mentitus est, ipsum etiam paracletum se esse aliqñ dicebat. Elatus itaq; hac insania, ad similitudinem Christi. 12. discipulos eligẽs, ad prędicandũ mittebat. dogmata stulta & impia, à diuersis hęreticis qui iam prius extincti fuerant, mutuata, seminauit, & nostro orbi Persica uenena

Manichæi.

prōpinauit. Ex hoc ergo Manete, Manichæorū hæresis orta est, tempore Probi Imperatoris, et Felicis papæ: quæ hæresis ualde ecclesiā infestauit, & longo tēpore durans plures prouincias infecit. Ab his enim numerosa hæreticorū colluuies progreditur. Multi nanq; hæretici sub hac hęresi militarunt, q̄ quis alijs nominibus appellati sunt. Ad Manichęos siquidem pertinent Audiani, ab Audeo Syro sic dicti, de quo agitur memoria li. 7. hist. tripartitę, cap. 11. Apocaritæ, Brachitæ, Decartitæ, Tascodrogitæ, Tesalitæ, Tetraditæ, de quibus omnibus fit mentio. C. de hæreticis & Manichæis. alij etiam plures uiri alioqui docti, ut Faustus, Felix, cōtra quos diuersas habuit beatus Aug. disputationes, diuersosque scripsit tractatus. Hi ergo Manichæi conuenerunt in unum cum gnosticis aduersus dīm, & aduersus fidem, quam ille per Apostolos & pphetas nos docuit: dicentes animam hominis esse dei substantiam. Contra hūc errorē est primo illud, quod pauloante pertractauim⁹ ex lib. Geneseos, Formauit deus hoiem de limo terræ, & spirauit in eo spiraculum uitæ. quod spiraculum superius ostendimus esse animā ipsam, p id qđ subdit, Et factus est homo in animā uiuentē. Si anima ergo est illud spiraculum qđ spirauit deus in faciē Adę, sequit eam nō esse de dei substantia, quemadmodum flatus ex ore hominis prodiens non est de substantia hominis, sed ex aere circūfuso. Sicut ergo nos possumus non de nostra natura qua hoies sumus, sed de isto aere circūfuso, quē inspirando & respirando trahimus & expellimus, flatum facere cū sufflamus: ita omnipotēs deus, nō de sua natura, neq; de subiacēti materia, sed etiā de nihilo potuit facere flatū, quē corpori hominis inserēdo, inspirasse uel insufflasse conuenientissime dictus est. Quod si forte ex hoc contendant animam esse æqualem cum dei sapien-

Audiani. apocaritæ Brachitæ. Decartitę. Tascodrogitæ. Tesalitæ. Tetraditæ.

Ec.24. tia,de qua dicitur, Ego ex ore altissimi prodij:huic obiectioni respondemus q̄ non dicitur sapientiam ore Dei efflatam fuisse:sed ex ore eius prodijsse.Deinde non omnia quæ ex Dei ore prodeunt, oportet ea ęqualia esse.Nam in Apocalypsi legimus Dominum dicentem cuidam, Vtinā frigidus aut calidus

Apo.3. esses:sed qa tepidus es,& nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.Præterea si animā Deus ex sua substantia fecisset, sitq; anima eiusdē substantiæ cuius est Deus,necessarium est ut easdē habeat proprietates quas Deus:quēadmodum pater & filius,uidelicet Iohānes & Petrus, quoniam eiusdem sunt substātiæ,in eademq; sunt specie,easdem etiam habent proprietates, præcipue eas quæ naturaliter adsunt,& minime separari possunt: ut gratia exempli si unus rationalis, & alter: si unus risibilis,& alter:si unus mortalis,& alter.At multæ sunt,pprietates quas Deo necessario tribuimus, quæ animæ nullo pacto conuenire possunt. Deus enim est omnipotens, anima autem nostra non solum non potest omnia,uerum paucissima sunt quę

Mal.3. potest.Deus est imutabilis,iuxta illud, Ego deus,

Iaco.1. & non mutor.& alibi,Apud quem nō est transmutatio,nec uicissitudinis obūbratio.In anima autem nostra quot sunt bone deus mutationes?Modo hilaris,modo tristis:modo iracunda,modo mansueta:aliquando uult,aliqsi idem nō uult:modo aliqd amat,postmodum illud idem odio ,psequitur:nūc uitijs dedita,nunc uirtutibus studens.Nō enim im-

Iob.13. merito dixit Iob,nunq̄ in eodem statu hominē permanere:quod nō minus uerum est de anima, q̄ de corpore.Si ergo hæc animæ conueniunt,quæ necessario deo repugnant,consequens est animam nō esse eiusdē substātiæ cū deo,nec aliquo modo ex substantia diuina ,pcedere.Verę post hæc omnia audiamus qd ecclesia in hac re definierit,qm̄ iuxta supe-

rius dicta,ecclesiæ definitioni uelut diuino oraculo obediendum est. Concilium siquidē Braccaren,primum ca.5.suorum Decretorum sic definit·Si quis animas humanas uel angelos ex dei credit substantia extitisse, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt,anathema sit. Ne ergo cum Manichæis & Priscillianistis anathemati aliquis subiaceat,ecclesiæ obediat oportet,dicēti animas à deo creatas esse non ex dei substantia,aut ex subiacenti materia, sed ex nihilo. Et Leo primus huius nominis pontifex epistola septuagesimaprima cap.5.sic ait·Quinto autem capitulo refert,quod animā hominis diuinæ asserant esse substantiæ, nec à natura cōditoris sui conditionis nostræ distare naturam. Quam impietatem ex philosophorum quorūdam & Manichęorum opinione manentē,catholica fides damnat, sciens nullam tam sublimem tamq; præcipuā esse facturam,cui deus ipse natura sit. Hæc Leo papa. Et multa alia ad hanc rem pertinētia eo loco dicit,quo de Priscillianistarum erroribus tractat.

Quintus error est qui docet animas nō creari à deo. Hiç autem error adhuc diuisus est,sicut solēne est hæreticis nusq; tenere unitatē. Quidam enim dicunt animas factas esse ab angelis,factasq; ex igne & spiritu. Huius erroris authores fuerūt Seleucus & Hermias Galatæ,ut ait Philaster,à quibus Messalianor hæresis orta est,ut dicitur in 7.lib.hist.tri partitæ.cap.11. Alij autem dicūt animā filij fieri ab anima patris, quemadmodum corpus ex corpore. Huius erroris author extitit Tertullian?,ut ait beatus Aug.in li.de hæresib?ad Quod uult deū ca.86. Quis autem is fuerit,qualisq; eius doctrina, cū ex alijs,tum etiā ex lib. illustrium uiror beati Hieronymi plenius discere potes. Huius sentētia est,animam hominis esse corpoream, cuius immortalem & ex anima patris uelut corpus ex corpore gene-

Seleucus Hermias. Messaliani. Tertullianus.

Apollinaris. Luciferiani. rari. Hūc errorem docuit Apollinaris quidam Alexandrinus, de quo fit mentio in 5. lib. historiæ tripartitæ cap. 44. Hunc eundem errorem tenent Luciferiani, à Lucifero quodam Caralitano episcopo eorum principe sic nominati, de quo in x. lib. historiæ ecclesiasticę per Ruffinum addito fit mētio, nec tamē iste error illic ei tribuitur. Verum Guido carmelita dicit hūc errorem esse Luciferianorum: nescio tamen quos authores in hac parte secutus sit: quoniam beatus Augustinus in libro de hæresi. ad Quod uult Deum cap. 81. de eis differēs, dubius est in primis an sit hæc eorum assertio. Deinde etiā dubitat an dato ꝙ eam tenuerint, propter illam censendi essent hæretici. Et de Tertulliano loquens loco proxime citato, cumq; errorem hūc illi tribuat, dicit tamen non propter assertionem hanc esse clamatum hæreticum, sed quia ad Cataphrygarum sectā accedens, secundas nuptias uelut adulteria dānauerit. Nam idem beatus pater Augustinus sæpissime anceps est & dubius quid de animæ origine sentiēdū sit. Credit enim (ut ipsemet fatetur in epi. de hac re ad Hieronymum per Orosium presbyterum missa, & in epistola ad Optatū) animas à deo creari, & non ex traduce uelut corpus generari: an autem ad hoc credendū fides catholica nos cogat, ipse dubitat: qm̄ (ut ait) nullus est sacræ scripturæ apertus locus qui hoc conuincat. Si enim quis afPsal. 32 ferat illud Psal. Qui fingit spiritum hominis in ipso· & illud, Qui finxit sigillatim corda eorum: his duobus testimonijs responderi potest, ꝙ fingere dicimus eum qui ex præexistēti materia aliqd facit: sicut solem⁹ appellare figulos eos artifices qui ex massa terrea uasa conficiūt. ac proinde q̄uis ex illis authoritatib⁹ optimè conuincat hæresis dicēs animas nō creari à deo, sed ab angelis, ut dixerunt Seleucus & Hermas: nō tm̄ conuincitur eas à deo ꝑ

duci ex nihilo,qm̃ fingere id nō ſonat. Magis ſiquidem eſt creare q̃ fingere,& tm̃ nō ſemper creare in ſacris literis ſumit̃ pro eo quod ꝓducere ex nihilo: quod uel ex eo loco pſalmi patere poteſt ubi dicit̃, Cor mundū crea in me deus. Nam ibidē creari petit anima,q̃ iā exiſtit. Et i alio loco dicit· Emitte ſpiritum tuū,& creabunt̃. Sj ergo iā exiſtens creat̃,per nouæ iuſtitiæ receptionē: quid ꝓhibet ut iā exiſtēs fingi dicat̃ eō ꝙ aliquid nouum acqſierit? Quod autem in Eccleſiaſte legitur,Et reuertet̃ puluis in terrā ſuā ſicut erat, & ſpiritus reuertet̃ ad dm̃ ſuum qui dedit illū· hic locus etiā manifeſtiſſime conuincit animam ꝓduci à deo,ſed ꝙ anima ab eodem ex nihilo producatur,nō oſtēdit, imo (ut Auguſtinus ait)facilē huic obiectioni reſpondet̃, corpus in terram de qua factū eſt primum hois corpus,reuerti: ſed ſpiritū ad deum,à quo facta eſt prima hominis anima. Dicent enim hi q hunc tutant̃ errorem,ꝙ ſi cut noſtrum corpus quāuis ex illo primo corpore propagatū ſit, eō tm̃ redit unde ipſum primum corpus effectū eſt: ſic anima noſtra q̃uis ex prima anima propagata,nō ad nihilum,qa imortalis eſt, ſed ad deum redit,à quo prima anima facta fuerat. Vnde Auguſtinus in epi. ad Hieronymū ſuperius memorata de hac ſentētia loquēs,ſic ait,Nolo mihi dicatur,ꝓ hac ſentētia debere accipi quod ſcriptū eſt, Qui finxit ſpiritum hominis in ipſo, &, qui finxit ſigillatim corda eorum. Aliquid ſortiſſimum atq; inuictiſſimum requirendum eſt,quod nos non cogat deum credere ullarum animarū ſine culpa aliqua damnatorem. Et parum infrā. Nec illud quod in Eccleſiaſte ſcriptū eſt, Tūc cōuertetur in terram puluis ſicut fuit, & ſpiritus reuertetur ad dominū qui dedit illum: iſtam cōfirmat ſententiam,quā uolumus eſſe noſtrā. Hęc Aug. i epi. ad Optatū de origine animarū ſic ait· Sed ubi res naturaliter obſcu-

Pſa. 50
Pſa. 103

Ecc. 12

ra noſtrum modulum uincit,& apertè diuina ſcriptura nõ ſubuenit:temere hinc aliquid definire humana coniectura præſumit. Secundum uitas autẽ quas proprias habere incipiũt,nouos homines dicimus naſci,ſiue anima,ſiue corpore. At uerò ſecũdum originale peccatũ ueteres naſcuntur,ideo baptiſmate renouantur. Aliquid ergo certum de animæ origine nõdum in ſcripturis ſanctis reperi. Nã hi qui nouas ſine ulla propagine aſſerũt animas fieri,inter teſtimonia quibus id nituntur oſtẽdere,ponunt etiam illa duo quæ paulo ante commemorauí. Qui fingit ſpiritum hominis in ipſo:&, Qui finxit ſigillatim corda eorum. de quibus uides quẽad modum poſſit à reſiſtentibus reſponderi. Hucuſq; Auguſtinus. Quãuis ergo Auguſtinus credat animas nõ fieri ex traduce,ſed ex nihilo à deo produci,ad hoc tñ credendum dicit nullã eſſe ſacræ ſcripturæ cogentem authoritatẽ. Et beatus Eucherius Lugdunẽ.epiſcopus,qui Auguſtino centum annis
Gene.2 & aliquãto amplius poſterior fuit,lib.1.ſup Gene. exponẽs illud,Et ædificauit dñs deus coſtam quã tulerat de Adam,in mulierẽ: ſic ait,Quęritur utrũ fœmina de latere uiri formata,ex eius anima acceperit animã?Et utrum ſicut caro naſcẽtium ex carne,ſic animæ ex animabus procreentur? An nouæ ſemper creenẽ à deo ex nihilo?Quæ quæſtio in definiẽdo difficilis eſt,quia nihil eſt à ſanctis uiris, uel ſcripturarũ authoritate manifeſtius pronũciatum. Hæc Eucherius. Cæterũ beatus Thomas í ſua ſumma cõtra Gentiles lib.2.ca.86.hanc materiam pertractãs,dicit eſſe errorem animas ex propagine uelut corpora deriuari. poſt cuius erroris oppugnationẽ ſubnectit hunc fuiſſe Apollinaris errorẽ. Nec tamen is à præcedentibus ſanctis uiris aliqua ex parte recedit,nec aliqd certius de anima affert. Nã quãuis beatus Thomas dicat eſſe errorem,non tamen dicit

men dicit esse hæresim. Lata est differentia inter hæresim & errorē: quoniā etsi omnis hæresis sit error, non tamē uicissim quicquid erroris est, hæresis censendus, ut in principio huius operis docuimus. Atque hoc ipsum sensisse uisus est sanctus doctor cum appellauit errorē, quia aduersus illum disputās, solum argumētationibus mere philosophicis agit, nullas scripturę authoritates afferens, quoniam cōtra Gentiles in illo operis libro agebat, nō contra hæreticos. Hinc ergo colligere hoc unum uacabimus, hāc assertionē Tertulliani & Apollinaris, si aliquis sit sacræ scripturę locus apertus, aut ecclesiæ definitio cui repugnare ostendatur, esse hæresim censendam, si autē nullus scripturæ locus, aut ecclesiæ definitio in hac parte reperiat' cui repugnet, etsi non sit hæresis appellanda, dicetur tamē error: cum constet ex physica ratiocinatione eam longissime a ueritate distare. Ad qd' persuadendū, post eas quas beatus Thomas affert argumētationes loco proxime citato, unā ex meo capite in medium producā, quæ maxime ad rem cōfirmandā facit. Si anima ex anima propagatur, ut corpus ex corpore, aliquod semen oportet a parentibus decidere in coitu unde anima seruetur, sicut semen decidit ad corporis formationē: alioqui dicetur anima ex nihilo produci, & non ex propagine, si nihil a parentibus decisum est unde ipsa formetur. At cum sæpe eueniat, ut semina sine ullis cōceptibus irrita permaneāt, & coitus sine ulla prolis generatione frustrati succedāt: quærendū tunc est quid de animæ semine factū sit, an pereat, an maneat? Si illud perire asseris, animam oportebit etiam te dicere esse mortalē: quia impossibile est ut cuius causa & semen mortale est, ipsum immortale sit. Quod si illud perire negas, quin potius manere cōtendis: quare anima non generatur, cum semen illius decisum sit unde propagāda erat?

Nunquid dicendū erit sicut de corpore, ideo animā non generari, quia qualitates dispōnētes ad eius generationem requisitæ defuere: ita ut sicut ex nimia frigiditate mulier cuius semine uiri recepto non cōcipit, ita etiam anima quantūuis eius semine in uētre matris recepto, ob defectū alicuius similis qualitatis requisitæ nō producatur? Quo concesso erit necessario dicendū animæ substantiā ex aliquibus qualitatibus pendere tam in generatione, q̄ in eius cōseruatione, ita ut illis semini eius adhibitis subsequatur animæ generatio: illis semotis anima nec generari nec subsistere queat. At cū qualitatibus illis aliquæ reperirentur cōtrariæ (quoniā alioqui nihil obstaret quo min⁹ semine decisō, ex semine ipso cui maxime animæ cōueniunt, orirentur, si nihil aliud esset illarum ortui repugnans) oporteret qualitates illas corruptioni esse subiectas, quibus corruptis necessario tunc anima corrūperetur. Atq; ita oporteret animā fateri esse mortalē. Verum etsi hęc collectio maxime persuadeat, uehementerq; urgeat, non tamē cogit ut ex ea oporteat dicere istorū assertionē esse hæreticā: quoniā in causa fidei efficaciores sunt authoritates, q̄ quæcūq; physicæ argumētationes, dicēte Hierony. in epi. ad Theophilū Alexandrinū, Fides pura & aperta cōfessio nō quærit strophas & argumēta uerborum. Quod uero ait Tertullianus animam esse corpus, si ita intelligat, esse corpus ut partes habeat, in partesq; scindi possit, quarum una in uno sit loco, altera in altero: hoc manifestē cōuincitur esse hæreticū, per hoc q̄ sacræ literæ docēt animam esse spiritū. At quod spiritus est, corpus non est, nec esse potest. Dominus siquidem post resurrectionem suam discipulis apparens, illisq; existimā-
Lu. 24 tibus eum spiritū esse, dixit, Videte manus meas, & pedes: quia ego ipse sum. Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa nō habet, sicut me uidetis ha-

bere. Animam autem esse spiritū, pluribus scripturæ testimoniis cōprobatur. Salomon enim in Eccle siaste ait: Quis nouit si spiritus filiorū Adam ascendat sursum? Et dominus animā suam in morte cōmendans patri ait, In manus tuas dñe cōmendo spiritum meū. Et liberam promptāq; uoluntatē se habere ad passionē subeundam ostēdens, ait: Spiritus prōptus est, caro autē infirma. ubi nomine spiritus signauit animā. Et Paulus carnis & animæ pugnā describens, ait: Caro cōcupiscit aduersus spiritum. Anima ergo nō potest esse corpus, cum sit spiritus. *Sed opus est iam ut contra Messalianos aperta sacræ scripturæ testimonia proferamus, quibus conuincamus animā hominis nō ab angelis (ut illi dicunt) sed a deo creatā fuisse. Primo illud est manifestum quod de creatione hominis Moses refert dominum dixisse. Deus enim dixit. Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostram. Et post pauca dicit Moyses. Creauit itaq; deus hominē ad imaginem suam. Forte dicent Messaliani q̄ per illud uerbum, faciamus, deus loquitur ad angelos quos uoluit esse participes creationis animarū. Sed hoc facile cōuincitur esse falsum: quia ad quorū imaginem factus est; illis dicit faciamus. Non est autē factus homo ad imaginem angelorū, sed ad imaginem dei, ergo nō angelis sed alīs personis diuinis dicit deus pater, Faciamus hominē ad imaginem & similitudinem nostrā. Præterea, illud est manifestius quod postea in eodē libro de creatione hois differens Moyses ait. Inspirauit (inquit ille) in faciem eius spiraculum uitæ. At spiraculū illud fuisse animā quā deus corpori Adæ insuderat, iam supra hæresi secūda ex sacris doctoribus ostēdimus. Deinde, plurima sunt sacrę scripturę testimonia quę docent deum esse omnium creatorem: ergo etiam animarū. Salomon ait. Creauit deus ut essent oia. Et Paulus ad Hebrę. ait.

Eccl. 3.

Luc. 23 mat. 26

Gala. 5

*

Gen. 1.

Sap. 1.

He.19. Ap.4. Qui omnia creauit Deus est. Et uigintiquatuor seniores in Apocalypsi Ioānis adorātes deū, dicunt. Dignus es dñe deus noster accipere gloriam & honorem & uirtutē, quia tu creasti omnia, & propter uoluntatē tuam sunt & creata sunt. Demum cōtra hanc hęresim sunt plures ecclesiæ definitiones. Leo papa in epistola ad Toribium Astoricensem episcopum ait. Animę hominū priusq; suis inspirarentur corporibus, non fuere: nec ab ullo incorporanē nisi ab opifice deo qui & ipsarū est creator & corpor. Hęc ille. Symbolū Niceni concilij ait. Credimus in unum deū patrem omnipotentē omnium uisibiliū inuisibiliūq; factorem. Eidem sententiæ subscribit Constantinopolitanū concilium. Eadem sententia apertius declaratur in cōcilio Lateranēsi sub Innocentio.3. celebratū, cuius decretū quia iam supra in titulo de angelo, citauimus, ideo nō est opus ut hic iterum repetatur.)

Sexta hęresis est quę asserit animas sceleratorum hominum post mortem conuerti in dęmones, & in quæcūq; animalia bruta suis meritis cōgrua. Hanc hæresim recitat Philaster, nullo tamen illius nominato authore. Et Guido carmelita longo satis tēpore posterior in suo lib. de hęresibus, cap. 76. inter hęreses innominatas, quarum non est certus author, eam recenset. Verum de hoc Guidone ualde miror, q eam sine nomine posuerit, pręcipue cū legerit (ut credi par est) Aug. in li. de hęresibus ad Quod uult deum. Hic enim etsi cap. 78. istum errorē sine nomine authoris scribat, sequens Philastrū in illa parte: postea tamen eas recensens hęreses quæ nec a Philastro nec ab Epiphanio commemorantur, cap. 86. de Tertulliano differēs ait Tertullianū sensisse animas hominū pessimas post mortē in dęmones uerti. Et idē Guido cap. 63. de erroribus Tertulliani scribēs, hūc errorem illi tribuit: quapropter miror qualiter

postmodum inter innominatas hęreses eam locauerit. Tertullianus ergo sensit animas hominum, non omnes, ut Guido indifferēter illi tribuit, sed animas hominum pessimas post mortē conuerti in dæmones. An autē ipse dicat eas cōuerri etiā in pecudes, Augustinus tacet, & mihi non est certum. Quod si neget, erit in hac sola parte hęc hęresis sine nominato patrono. Quid autē Tertullianū mouere possit ut in hunc errorē laberetur, certè non uideo: nisi forte illud quod dominus apud Ioānem Iudęis pessimis loquens ait, Vos ex patre diabolo estis. Et de transmutatione in pecudes, qui eam tutantur, forte mouentur ex illo quod Ioānes Baptista ait, Progenies uiperarū, quis monstrauit uos fugere a uēturaira? Verum hęc parū mouere deberent uirū uel mediocriter doctum: præcipue si cōsideraret nō omnia sacræ scripturæ uerba sumenda esse iuxta solam grāmaticę nudam significationē. Sacra etenim scriptura plena est metaphoris, alijsq; figuratis locutionibus, in qbus propter aliquarū rerum inter se cōuenientiam, nomen unius pro nomine alterius ponit: ut cum Christus uocatur leo, aut agnus: non quòd utrunq; horū sit, imo cum neutrū eorum sit, utrūq; tñ dicit ex quadā similitudine, eò q; utriq; eorū aliquid simile habet. Sic etiā homines aliquādo uocantur iumenta propter eorū mores quos iumentis similes habent. Progenies ergo uiperarū uocantur Iudęi a Ioāne Baptista, eò q; sicut illę deuorantes matres suas nascuntur, similiter illi postq; patres, hoc est magistros & propheras occiderant, tunc pœnitentiā agentes spiritualiter nascuntur. Ad hunc etiā modum accipiendū est quod dicitur, Vos ex patre diabolo estis: ut non iuxta naturā esse diaboli filios intelligatur, sed iuxta mores, in quibus filij parētes imitantur. Nam cuius opera quisq; facit, eius & filius uocatur. Quod ex eo manifestè conuincitur, q;

Ioā. 8.

Mat. 3

Ioā. 8.

Iudæis dicentibus patrē suum Abraham, Christus respōdit, Si filij Abrahæ estis, opera Abrahę facite. Ad hunc autē errorem reuincendū uel illud testimonium satis est efficax, ubi Matth. 25. Christus hominibus parum misericordibus minatur se dicturum in die iudicij, Ite maledicti in ignem ęternū, qui pręparatus est diabolo & angelis eius. Ex quibus uerbis ostenditur discrimen esse inter animas malorū hominum, & dęmones. Item in lib. Sapientię dicitur. Quomodo posset aliquid permanere, nisi tu uoluisses? aut quod ad te uocatum non est, cōseruaretur? Parcis autem omnibus quia tua sunt, qui amas animas conseruans. At quomodo conseruaret animas, si eas in dęmones aliquando uerteret? Nam id quod uertitur in aliud, perire necesse est, ut in aliud uertatur. Quapropter ex eadem ratione oporteret fateri animam esse mortalem: quod tamen Tertullianus, teste Augustino, negat. Nam id quod ī aliud cōuertitur, tunc corrūpitur cum uertitur in aliud: ut uinum cum uertitur in acetum, aut aer cum cōuertitur in aquam, desinit esse uinum, & desinit esse aer. Si ergo anima in dęmonem conuertitur aut in pecudem, necesse est ut in hac uersione anima desinat esse, atq; ideo erit mortalis: quod esse erroneum nunc proximè ostendemus. Sap. 11

Septima hęresis est quæ dicit animam hominis simul cum corpore in morte hominis corrūpi. Et hęc in duas adhuc sectas partita est, quibusdā dicētibus eas cum corporibus simul interire, sed postmodum in resurrectione iterū cum corporibus suscitari. Hic error (ut ait Eusebius lib. 6. historiæ ecclesiasticæ cap. 26. exortus est in partibus Arabiæ. Sed hos hæreticos, quoniā nullū eorum Eusebius nominat authorē, beatus August. lib. de hæresibus cap. 83. dicit q; possimus Arabicos nominare, quo nomine à posteris qui de heresib⁹ scripserūt, nomi

Arabici.

nantur. Hi disputatione Origenis præsentis, & eos alloquētis, teste Eusebio, cito resipuerunt. Alij autē dicunt animā sic in morte hominis cū corpore perire, ut nusquā postea redeat, quo facto uidentur etiā hi negare resurrectionē. Verū de hoc alias inferius longius pertractabimus cum de resurrectione agemus. Hic fuit error Saducæorū: quē errorē omisissem, nisi alius illum postmodū suscitasset: quoniam solas illas hæreses pertractare decreui, quæ post Christi aduētum exortæ sunt, nō illas quę ante Christi aduētū extiterūt, prout beatus pater Augustinus in suo lib. de hæresibus etiā fecit. Hermānus igitur kisſuich Hollādrinus, de quo iā supra fecimus mentionē, post Saducæos hunc suscitauit errorē. Hi ergo etsi inter se diuisi in hoc tamē cōueniunt, ut dicant animā per hominis mortē simul cū corpore perire. Quapropter uno eodemq; gladio feriendi sunt. Primo ergo ante omnia annotandum decreui, immortale aliquid bifariā dici: uno modo ut solum neget actum moriendi, ita ut illud dicatur immortale, quod nunq; morietur, q̄uis mori posset: quomodo aliqui dicunt Adam si in iustitia perseuerasset, immortalē futurū, sic q; nūq; moreretur, q̄uis potētiā (ut dicunt) haberet ad mortē. Alio modo aliquid dicitur immortale, ut non solū neget actū, sed potentiā mortis, ita ut sicut nunq; morietur, ita nec mori possit, quomodo dicimus deum immortalē. Hoc ultimo modo cōuincere animā esse immortalē, maius requirit opus q̄ Enchiridion nostrū patitur: quapropter nunc omittere decreui, præcipue cum ad istos hæreticos reuincēdos satis est probare animā hominis quātūlibet corpore pereunte nunq; perituram. Hoc autē euidentissime cōuincitur ex præmio bonorū & malorū, ubi dicitur de utrisq;, Ibunt hi. iusti, in uitā æternā: Hi autē, id est peccatores, in ignē æternū. Aeternū autem

Hermānus kisſuich

mat. 25

esse non potest quod aliquãdo finietur. Et de iustis
Sap.3. in particulari dicitur, Spes illorum immortalitate plena est. Præterea, diuersa hominũ in hoc seculo uita, cui indignũ sępe pro nunc cõtingit præmium, adeo efficax mihi uidetur argumentũ, ut etiam si scriptuę testimonium deesset, sufficeret ad cõuincendum, animam post mortẽ hominis manere: quoniã uidemus in hac uita p̃senti peccatores sceleratissimosq; homines sępissime prosperari, nullasq; suis meritis dignas hic luere pœnas: econtrario iustos aduersis uexari, morbis cruciari, plurimaq; pati incõmoda. Quod si animę nunquã post hominis mortem manerent, posset mũdi gubernator, cui hęc omnia subsunt, uelut iniustus accusari, & iniustitię reprehendi, q̃ iustos puniret, sceleratosq; homines præmio afficeret. At cum nullo pacto deus tanquã iniustus sit accusandus, quoniã iustus dominus, & iustitias dilexit: hinc cõuincitur animã post mortẽ hominis aliquã habere uitam, in qua unusquisq; recipiet cõ grua suis meritis præmia. Præter hęc tamẽ, scripturę sacrę est apertissimũ testimonium. In libro siquidẽ
Sap.11 Sapientię legitur· Excęcauit illos malitia sua, & nescierunt sacramẽta dei, neq; mercedem sperauerunt iustitię, nec iudicauerũt honorem animarũ suarum, quoniam deus creauit hominẽ inexterminabilẽ: ad imaginem similitudinis suę fecit illũ. Ex quo loco apertè cõuincitur animam esse inexterminabilẽ, id est incorruptibilẽ & immortalem, quoniã ut ex litera patet, de homine differit iuxta animã, & nõ iuxta corpus, iuxta quã in homine imago dei sita est. Sic enim ait, nec iudicauerunt honorem animarum suarũ. & caussam subdens ait, quoniã creauit deus
Sap.3. hominẽ inexterminabilẽ. Et in eodẽ lib. de animabus iustorũ Salomon loquens ait· Iustorum animę in manu dei sunt, & non tanget illos tormentũ malitiæ. Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem

sunt in pace. De eisdem etiam animabus iustis dicitur in Apocalipsi, Vidi sub altare Dei animas interfectorū propter uerbum dei, & propter testimonium quod habebant, & clamabāt uoce magna dicentes, Vsquequo domine uerus & sanctus nō uindicas sanguinē nostrum de his qui habitant terrā? Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis, ut requiescerent adhuc tempus modicū donec cōpleantur conserui eorū: & fratres eorū qui interficiendi sunt sicut illi. Et in eodē lib. alibi dicitur: Vidi turbam magnā, quā dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in cōspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum: & clamabant uoce magna dicentes, Salus deo nostro qui sedet super thronum, & agno. Qui autē sint isti de qbus loquitur, unus ex senioribus explicuit dicens, Hi sunt qui uenerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni: ideo sunt ante thronū dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius &c. Rursus, apud Lucā anima iusti Lazari deportatur ab angelis, & collocatē in sinu Abrahæ: & anima diuitis epulonis post eius mortem sepelitur in inferno, ubi cruciatur, atq; inde loquitur cum Abraham. Anima ergo post hominis mortem manet. Deinde dominus apud Matthæum ait, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autē non possunt occidere. Si autē anima mortalis esset, & simul cū corpore periret: occidens corpus simul etiam occideret & animā, sicut sit in bruto, cuius anima ab interficiente corpus occidit. Accedit ad hęc quod dominus apud eundē Matth. ait Saducæis resurrectionē negantibus. De resurrectione autem mortuorū non legistis quod dictū est a deo dicente uobis, Ego sum deus Abrahā, & deus Isaac, & deus Iacob? Non est deus mortuorum, sed

Apo. 6

Apo. 7

Luc. 1

mat. 10

mat. 22

Exo. 3

uiuentiũ. Anima ergo mortuo quãtũlibet corpore
* uiuit: nec simul cum corpore perit. * Contra hanc hæresim extat expressa ecclesiæ definitio data in cõcilio Lateranensi sub Leone decimo, celebrato, quę talis est. Leo episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam: sacro approbante concilio. Apostolici regiminis sollicitudo nos assidue pulsat ut medendis animarum langoribus, quarũ nos ex alto omnipotens author curam habere uoluit his potissimum qui instantius fideles nunc urgere cernuntur salutifero olei & uini medicamine ad instar samaritani in euãgelio sollicitam operam impendamus. Ne nobis illud Hieremiæ obiiciatur. Nunquid res nostra nõ est in Galaad, aut medicus non est ibi. Cum itaq; diebus nostris (quod dolenter ferimus) zizaniæ seminator antiquus, humani generis hostis nonnullas pernitiosissimos errores a fidelibus semper explosos in agro domini superseminare & augere sit ausus de natura præsertim animæ rationalis, quod uidelicet mortalis sit aut unica in cunctis hominibus: & nõnulli temere philosophantes secundum saltem philosophiã uerum esse asseuerant, contra huiusmodi pestem opportuna remedia adhibere cupientes. Hoc sacro approbante concilio damnamus & reprobamus omnes asserentes animam intellectiuam mortalem esse aut unicam in cunctis hominibus, & hæc in dubium uertentes, cum illa non solum uere per se & essentialiter humani corporis forma existat sicut in canone felicis recordationis Clementis papæ quinti prædecessoris nostri in generali Viennensi concilio edito continetur. Verum & immortalis & pro corporum quibus infunditur multitudine singulariter multiplicabilis & multiplicata & multiplicanda sit quod manifeste constat ex euangelio, cum dominus ait. Animam autem occidere non possunt,

& alibi. Qui odit animam ſuam in hoc mundo in uitam æternam cuſtodit eam. Et cum æterna præmia & æterna ſupplicia pro merito uitæ iudicandis repromittit aliàs incarnatio & alia Chriſti myſteria nobis minime profuiſſent nec reſurrectio expectanda foret ac ſancti & iuſti miſerabiliores eſſent (iuxta Apoſtolum) cunctis hominibus. Cūq; uerum uero minime contradicat omnem aſſertionem, ueritati illuminatę fidei contrariam omnino falſam eſſe diffinimus: & ut aliter dogmatizare nō liceat diſtrictius inhibemus. Omneſq; huiuſmodi errores aſſertionibus inhęrentes ueluti damnatiſſimas hæreſes ſeminantes per omnia ut deteſtabiles & abhominabiles hæreticos & infideles, catholicam fidem labefactantes uitandos & punīēdos fore decernimus. Inſuper omnibus & ſingulis philoſophis in uniuerſitatibus ſtudiorum generalium, & alibi publice legentibus diſtricte præcipiendo mandamus, ut cum philoſophorum principia aut concluſiones in quibus a recta fide deuiare noſcūtur auditoribus ſuis legerint: ſeu explanauerint. Quale hoc de animæ mortalitate: & mundi æternitate, ac alia huiuſmodi, teneantur eiſdem ueritatem religionis Chriſtianæ omni conatu manifeſtam facere, & perſuadendo pro poſſe docere, ac omni ſtudio huiuſmodi philoſophorum argumēta, cum oīa ſolubilia exiſtant, pro uiribus excludere atq; reſoluere. Et cum nō ſufficiat aliquādo tribulorę radices præſcindere, niſi & ne iterū pullulent funditus euellere, ac eorū ſemina originaleſq; cauſas, unde facile oriuntur remouere. Cum præcipue humanæ philoſophiæ ſtudia diuturniora, quā deus ſecūdum uerbum Apoſtoli euacuauit, & ſtultā fecit, abſq; diuinæ ſapientiæ cōdimento, & quē ſine reuelatę ueritatis lumine in errorem quādoq; magis inducunt, q̄ in ueritatis elucidationē. Ad tollendam omnem in

præmissis errandi occasionem, hac salutari cõstitutione ordinamus & statuimus, ne quisq; decætero in sacris ordinibus cõstitutus, secularis uel regularis aut alias ad illos a iure arctatus in studijs generalibus, uel alibi publice audiendo, philosophię aut poesis studijs ultra quinquennium post grãmaticã & dialecticã sine aliquo studio theologiæ, aut iuris põtificij incũbat. Verum dicto exacto quinquẽnio, si ex illis studijs insuadere uoluerit, liberũ sit ei dũ tamẽ simul, aut seorsum, aut theologię aut sacris canonibus operã nauauerit ut in his sanctis & utilibus professionibus sacerdotes dñi inueniant, unde infectas philosophiæ & poesis radices purgare, & sanare ualeãt. Et hos canones per ordinarios locorum ubi generalia studia uigent, & rectores uniuersitatis eorũdem studiorum singulis annis in principio studij in uirtute sanctæ obedientiæ publicari mandamus. Nulli ergo omnino &c.

Octaua hæresis est quæ asserit animas trãsire de corpore in corpus, ita ut post unius hominis mortẽ anima illius ad aliud corpus uegetandũ atq; fouendũ trãseat. Hæc Pithagorę philosophi fuit olim sententia, cui impij Albanenses post modum adhęserunt. eãdẽ hęresim amplexati sunt Albigenses hæretici, sic dicti quoniã ex comitatu Albigensi prope Tholosam orti sunt anno domini. 1200. tempore Innocẽtij papæ huius nominis tertij. Quã sentẽtiã secluſa adhuc fide, sed sola ratione naturali ductus facilè quisq; deseret, si consideret q̃ nihil omnino eorũ quę ante fuerunt, meminerint animæ. Oportebat siquidem eas meminisse eorum quę antè facta sunt. Neq; uerisimile est ut hoc imputetur corpori, ita ut corporis admixtio uniuersam ipsorũ quę antè habita erant, in totũ extinguat memoniã. Sicut enim nunc soporato & quiescente corpore, quæcũq; anima apud se sola uidet, horũ plura reminisci-

tur, atq; sæpe post multum temporis ea quæ per somnium uiderat, uigilans annuntiat: sic etiam reminisceretur illorũ quæ antecẽ in hoc corpus ueniret, in alio corpore egerat. Quod si quis forte neget ullã esse soporis similitudinẽ, pro eo. s. quòd corpore soporato anima adhuc suam operationẽ corpori cõmunicat: ita ꝙ non est illa sola quæ operatur, sed ipsa instrumento corporis utens: ideo aliã congruẽtiorem afferã similitudinẽ. Paulus siquidẽ in 2. co. 12
tertium cælũ raptus uidit arcana dei quæ nõ licet homini loqui: in quo raptu, quanuis ipse dubius sit an eius anima in corpore fuerit, an extra corpus: hoc tamen est certum, animã tũc minime corporeis sensibus usam, sed ipsam solã sine ullo corporis adminiculo in illa, fuisse arcanorũ contẽplatione: quoniã corporei sensus ad illa cõtẽplãda minime ualerent, & tamen postea illorũ quæ uidit, reminiscebatur. Si ergo huius quod in breuissimo tempore extra usum est, cũ ad corpus redĩt, reminiscitur: multo magis anima illorũ reminiscreẽ, in quibus per tot tempora in alio corpore uiuens remorata est. Quòd siquis forte Platonẽ imitatus dicat, cum in aliud corpus animæ transfunduntur, eas obliuionis quoddã poculum à nescio quo dæmone oblatum bibere, quo euenit (ut ait Plato) ut præteritorũ non recordentur: hoc certe magis uidetur poetarum figmentum, quàm philosophorum, & multo minus theologorũ doctrina. Si enim obliuionis poculm anima bibit, quod in ea omnium rerum deleat memoriam, percontabor tunc Platonem aut eum qui illum in hac parte sectatur, unde ille scit animam suam à dæmone potatam fuisse, cum sit nunc in corpore anima eius, & per hoc ex illo obliuionis poculo potasse oporteat, ut etiã illius poculi perdiderit memoriam, & per consequens se potatam fuisse non recordetur. Quod si

poculi illius obliuiscitur, unde ergo nunc scit se olim fuisse potatam? Si enim dæmonem & poculū & introitum in corpus reminiscitur, cur nō etiam reliquorum commemoratur? Ex quo aperte conuincitur hanc doctrinam non solum á fide catholica. sed etiam à uera philosophia esse alienam. Et beatus Athanasius in libro qui dicitur de beatitudine filij dei, libro. 6. regulas fidei ostendens, ait. Si quis cōfitetur animas hominum in reuolutionē rursus in mundo, aut in hominibus, aut in pecudibus, aut in serpētib⁹, uerti anathema illi. Hęc Athanasius. Verum ne quis me incuset quòd propositi mei immemor cōtra Etnicos philosophos disputē: attendat me non pugnare aduersus hanc sententiā eò quòd Pythagoræ aut Platonis fuerit, sed quia Albanenses & Albigenses qui Christo nomina in baptismo dederūt, eādē postmodū amplexati sunt.

Athanasius

Nona & ultima quā in hac materia inuenio, hęresis est, quę asserit animas ante infusionē corporis peccasse, & in pœnā peccati in corpora tanquā in carcerē fuisse ĩclusas. Huius erroris author est Origenes, ut illi impingit Epiphanius in epistola ad Iohannē Herosolymitanum episcopū, quæ inter opera Hieronymi reperitur tomo. 4. eò quòd in latinā linguā ille eā uerterit. hoc idē illi tribuit Theophilus Alexādrinus in suo Paschali. lib. 1. quod opus etiam Hieronymus in latinū uertit, & habetur in eo uolumine quod dicitur Antidotū hęresum. Eandem hęresim postea tutatus est Priscillianus Hispanus Abilę episcopus, qui ex omniū hæreticorū sentina hęreses hausit, ut dicit Leo papa in epistola ad Astorigensem episcopū, & beatus Augustinus in lib. de hæresib⁹ ad Quod uultdeū cap. 70. *. Sed circa nomē ciuitatis cui hic Priscillianus prę fuit, Erasmus Roterodamus uir alioqui longe doctissimus deceptus fuit. Nam in scolĩs suis quibus librū bea

Origenes

*

Priscil.

ti Hieroyimi de uiris illustribus ornauit, cũ de illo beatus Hieronymus dixisset fuisse Abilę episcopũ, ille interpretans hæc Hieronymi uerba, dicit Abilã esse ciuitatẽ phenices in syria. Qua in re ualde hallucinatus est: quoniam licet, sit ciuitas in phenicia hoc nomine dicta, tamen Abila cui Priscillianus præfuit notissima ciuitas est in ulteriore hispania, & non ex minimis illius. Priscillianũ autem fuisse hispanum constat ex Augustino in libro de hæresibus, & Leone papa in epistola ad Toribium Astoricensem episcopum Et inde euenit ut concilium bracarense contra illum hispania celebrauerit. Cõtra hanc hæresim illa eadẽ argumẽta militant, quæ aduersus proxime recitatam hæresim adduximus. Primo ergo de anima Christi patet quòd nunq̃ peccauit, nec per consequens dicendũ est eam propter peccatũ in corpus uelut in carcerem fuisse detrusam. Nam ut est in prima Petri epistola, Peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. 1.Pe.2.
Qualiter enim ipse liberare omnes poterat à peccato, si anima eius peccato obnoxia, in pœnam peccati carceri fuisset mancipata? Præterea cũ iuxta Apostolũ, in resurrectione mortale hoc corpus induat immortalitatẽ, ut corpus sicut & anima cõgruum suis meritis præmium accipiat: quæ est hec dementia dicere corpus esse animæ carcerem, datũ illi in pœnã? tunc enim resurrectio non esset animæ beatę in requiẽ, sed in pœnã, cum per illam cogeretur iterum redire ad carcerẽ unde semel liberata fuerat. Et ita frustra esset corporũ resurrectio, si expediret animabus absq̃ grauitate corporũ ad cœlum ieuius subuolare. Rursus, si corpus esset animæ in carcerem & in pœnam: nullo pacto illud anima diligeret, nec ab eo separari doleret, nec ullo modo ad illud redire uellet: quæ omnia experimento comprobantur esse falsa: & horũ ultimũ improbat Paulus 2.co.15

dicēs, Nolumus expoliari, sed superuestiri. ubi corpus magis Paulus appellat uestem, quàm carcerē: & naturalem animæ ad illud inclinationem docet, cum ait, Nolumus expoliari, sed superuestiri. Hoc est, refugimus & horremus corporis miseram conditionem, non autē ipsum corpus, quapropter nolumus simpliciter corpore carere, sed corporis miseriis & calamitatibus. uellemus autē corpore nouato uestiri, quale erit in resurrectione. Deinde si animæ antequam corpus intrarent peccauerūt, & non in corpore, sed in pœnam peccati quod extra corpus fecerunt, in corpus uelut in carcerē fuerūt inclusæ: oportebat ut saluator ipse qui pro hominipus liberādis uenerat, corpus non assumpsiisset, cū animæ sine corpore peccauerint. oporteret etiā ut animas de corporibus liberaret eo tempore quā do in bapttismate peccata dimittit, statimq; baptizatū de carcere corporis liberaret, cū dicat corpus solum in peccati pœnā fuisse productum, animęq; datum. iniustum est enim ut anima a' peccato liberata, nihilominus adhuc carceri mācipetur. Adde quod beatus Paulus de germanis in utero Rebeccæ existētibus ait, Cum enim nondū nati fuissent, aut aliqd boni egissent aut mali, ut secūdū electionem propositū dei maneret, nō ex operibns sed ex uocante dictum est ei, Quia maior seruiet minori: sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Ex qua apostoli sententia patet illos fratres nihil boni aut mali egisse antequā nascerentur. Verùm in his non est amplius immorandū, cū de hac re ecclesia olim suam addiderit definitionē, Cōcilii siquidem Braccarense primum capite suorum Decretorū sexto sic ait, Si quis animas humanas dici prius in cœlesti habitatione peccasse, & pro hoc in corpora humana in terra deiectas, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.

Ro.9.

ANNVS.

DE hac re solũ reperi quandam sententiã quæ a Philastro inter hæreses annumeratur, quæ meo quidẽ iudicio hæresis nomenclaturã nequaquã meretur. Is enim in suo libro de hæresibus dicit esse hæresim, asserere incertũ esse numerũ annorum ab origine mundi. Miror quidem uirum doctũ qui tã leuiter de hæresi pronunciauerit, cũ sit res tam seria de hæresi cẽsere, ut longo subtilique examine sit opus antequam aliquid definiatur. Certum est enim uarias esse de hac re supputationes: quapropter certũ est nullam earum esse certam, præcipuè cum nullã earum ecclesia hucusque reiecerit. Eusebius quidem, quem in temporum computatione Augustinus imitatur, libro duodecimo de ciuitate dei capite decimo, numerat quinquies mille sexcẽtos undecim annos à condito mundi usque ad tempus quo Roma capta est a Gothis. Beda in libro de ratione temporum usque ad principatum Theodosii iunioris, quo tempore ait Vrbem à Gothis fuisse captã, quater mille quadringentos & duos annos numerat. Quæ diuersitas prouenit ex diuersa instrumenti ueteris translatione: quoniam septuaginta interpretes in computatione annorum qui per diuersas generationes in libro Geneseos distribuũtur, ualde discrepãt ab Hebraica ueritate, quam nobis tradidit beatus Heronymus. De qua dissonantia beatus Augustinus lib. quintodecimo de ciuitate dei per multa capitula disputat. Eusebius & Augustinus sequuntur in sua computatione septuaginta interpretes. Beda Hebraicam ueritatem sequitur. Philaster uerò nescio quam translationem sequitur, cum nullam istarum sequatur. nam in annorum computatione ab utraque istarum recedit. Ponit siquidem ab origine mũdi usque ad tempus quo illud opus scripsit, quinquies mille trecentos septuaginta annos. Philaster autem Paulo prior fuit

Augustino, quoniam beatus Augustinus in prologo libri de hæresibus ad Quoduultdeum, testatur se illum Mediolani cum beato Ambrosio uidisse. Quapropter nescio quo pacto nos efficiet obnoxios supputationi, cum aliæ extent quæ ab illa maxime distant, æqꝫ uirorũ non contemnẽdæ authoritatis. Accedit ad hæc, quod ipsemet Philaster non cõstat sibi, diuersis supputationibus utẽs. Nã in eo capite ubi de hac re disserit, ab Adam usqꝫ ad Heber sanctũ, sub quo confusum est labiũ uniuersæ terrę, supputat octingentos quadrgintaduos supra duo milia annorꝫ & tñ parũ antea deuarietate linguarꝫ disputãs, & capite sequẽti uolens cõuincere Iudæorum linguam nõ fuisse primam, tunc numerat ab Adam usque ad Heber bis mille septingentos annos duntaxat. Nulla est ergo hæresis, asserere (ut Philaster ait) numerum annorũ ab origine mundi esse incertum, cum nunquam de hac re ecclesia definierit, nec præcedentium aliquam opinionem usquam respuerit.

APOSTOLI.

DE Apostolis, eorumqꝫ uita, statu, & cõditione, aliquæ sunt exortæ hæreses, quarum una est q̃ asserit Apostolos non prædicasse euãgelium Christi iuxta spiritualem intelligentiam, sed tantum secundum literam. Hic est error abbatis Ioachim, & Petri Iohannis, ut illis impingit Guido carmelita.

Ioachi abbas. Pet. Iohannis.

Hic Ioachim ex Calabria oriũdus fuit: monachusque ordinis sancti Benedicti, atqꝫ in Florensi cœnobio eiusdem ordinis abbas. hic multa scripsit, in qꝫbus meo iudicio suum leue ingenium ostendit, qm̃ in omnibus ferme libris suis, ut se futurorum præscium ostenderet, consueuit miscere pronostica, qđ maximæ leuitatis & glorię cupiditatis indiciũ est: maxime cum aliter se in posterum res habuit, cꝫ ip se prædixit. Nam ut de cæteris taceam, Fredericum

imperatorem, hostem ecclesiæ futurum, sicut forte somniauerat, prædixit, quem omnes historię tradunt usq; ad mortem in pace & trãquillitate ecclesiæ permansisse. Claruit sub Alexãdero tertio huius nominis põtifice & Henrico sexto iperatore. Quod autem ad præsens dogma spectat, de quo nunc fit mentio, in eius scriptis quæ legi, nõ reperi, sed tantum à Guidone carmelita inuenio eũ de hac re notatum. De qua re ualde miror, quoniam cum in cõcilio Lateranensi sub Innocentio tertio celebrato, cõdemnatus sit quidam alius error huius abbatis Ioachim, de quo postea dicemus, mirandum est q; nullius alterius erroris cõcilium illud fecerit mentionem: cum tamen plures alios errores habuerit, quẽadmodum illi impingit Guido. Verum possibile fuit errores illos tunc sic latuisse, ut in aures cõcilij non deuenerint. Quapropter fidamus in hac parte Guidoni. Hic ergo Ioachim inter cęteras fabulas quas populo Christiano ĩgerere uoluit, hęc est una, qua dicit tres hominis status. Primus status est in quo homines secundũ statum carnis uixerunt, quẽ statum ab Adam perducit usq; ad Christum. Secũdus status est in quo mediam inter carnẽ & spiritũ uitam homines duxerũt: & hunc statum a Christo usq; ad beatum Benedictũ protẽdit. Tertius status est in quo uiuitur (ut dicit) & uiuetur secũdum spiritum: & hic status protenditur a beato Benedicto usq; ad finem mundi. His autẽ tribus statibus adaptat tres ordines, uidelicet cõiugatorum, clericorũ, & monachorũ. Ordo coniugatorũ incepit ad Adã, & (ut ipse ait) fructificare cœpit ab Abraham. Ordo sacerdotalis incepit ab Ozia, qui de tribu Iuda incensum obtulit, sed fructificauit a Christo q est rex & sacerdos. Ordo monachorũ incepit a Benedicto, qui fuit uir sanctus. sed hic ordo cœpit fructificare tẽporib⁹ abbatis Ioachim, ut ipsemet ait. Primo er-

go ſtatu data eſt lex carnalis. Secūdo ſtatu etſi data ſit lex ſpiritalis, puta euāgeliū; nō tamē fuit prędicata per Apoſtolos niſi tantū ſecūdum literā. Sed in tertio ſtatu quē ponit, dicit fore prædicādum iuxta ſpiritalem eius intelligentiā, & hoc per monachos illos ſancti Benedicti. Omnibus his etiā aſſentit Petrus Ioānis, præterq; in tertio ſtatu, quē iſte, eò q; ordinis eſſet minorū, dicit capere ſuum initiū a beato Franciſco, & q; per fratres ſui ordinis ſit ſpiritualis uita reformanda, & euangelium ſpiritualiter prædicandum. Atq; ita factum eſt ut ſuo quiſq; inſtituto ſub quo militabat, fauere conaretur. Vt ergo omnia ordinate ſubuertamus, primo oſtendamus ſtatum quem dicunt primum, ab Adam. ſ. uſq; ad Chriſtū, non fuiſſe uitam ſecūdum carnē. Paulus nāq; in ea
Ro.8. quæ eſt ad Ro. epiſt. ait. Qui in carne ſunt, deo placere nō poſſunt. Illos autē Apoſtolus dicit in carne eſſe, qui ſecūdum carnem uiuunt. Alioqui qualiter uerū eſſet quod ſubditur, Vos autē non eſtis in carne, ſed in ſpiritu? Vnde beatus Ambro. exponēs hęc uerba ait, In carne poſiti, dicuntur nō eſſe in carne, ſi aſſentientes Ioāni apoſtolo mundana non diligant. Sententia enim homini ſua, fingit naturā, ut hoc appelletur quod ſentit. Hæc Ambro. Ex quibus colligitur homines primi ſtatus in carne omnes fuiſſe: cum iuxta iſtos, omnes ſecundum carnē uixerunt.
Ro.8. Qui autē in carne ſunt, iuxta Paulū deo placere nō poſſunt. Colligitur hinc nullum hominē primi ſtatus deo placuiſſe. Præterea in eodē loco Paulus iterum expreſſius ait, Si ſecūdum carnē uixeritis, moriemini. Hoc autē de morte ſecūda. ſ. gehēna intelligendum eſt, ut Theophylactus ait. Nam aliter quæ ſequuntur, cohærere nō poſſent. Sic enim ſubditur. Si autē ſpiritu facta corporis mortificaueritis, uiuetis. Omnes autem ſpiritu uiuentes, corpore mortui erunt, ſed uiuent in æternum. Si ergo qui ſecundum

carnem uiuunt, iuxta Paulum oportet eos mori in gehēna: oportet fateri omnes homines primi ſtatus ſic mortuos eſſe, ut nulla illos ſpes uitæ æternæ maneat. Dicere autem nullum hominē ab Adam uſq; ad Chriſtum placuiſſe deo, omneſq; fuiſſe dānatos, manifeſta eſt hæreſis, quæ plurib⁹ eiſq; apertiſſimis ſacrę ſcripturę locis repugnet. De Abel ſiquidem legitur q̄ reſpexit dñs ad Abel, & ad munera eius. Gen.4. Nec aliter reſpexit q̄; acceptando, quomodo nō reſpexit ad Cain: quia iſte nō placuit deo, ille autem placuit. Hoc enim modo exponit Paulus in epi. ad Hebrę. dicens: Fide plurimā hoſtiam Abel q̄ Cain obtulit deo: per quā teſtimonium cōſecutus eſt eſſe iuſtus: teſtimoniū perhibente muneribus eius deo, & per illā defunctus adhuc loquitur. Abel ergo iuſtus inuentus eſt apud deum. ſic enim uoce diuina proclamatus eſt. Ut ueniat (inquit Chriſtus) ſuper uos omnis ſanguis qui effuſus eſt a ſanguine Abel iuſti uſq; ad ſanguinē Zacharię prophetę. Prętera de Enoch eodē loco ait Paulus, Fide Enoch translatus eſt ne uideret mortē, & non inueniebatur, quia tranſtulit illum dñs. Ante mortē enim teſtimoniū habuit placuiſſe deo. Rurſum ſatis cōuincitur David placuiſſe deo, per id quod deus de eodē Dauid dixit: Inueni hominem ſecūdum cor meum. Quod autem efficacius teſtimonium adduci poteſt q̄ de Ioāne Baptiſta, qui diuino prędicamento ſic exaltari meruit, ut nullus eo maior inter natos mulierum ſurrexiſſe dicatur? huic certe ego nō auderem poſt uirginem dei matrē aliquem ſanctorū prędicare. Qualiter inquā dicemus Ioānem Baptiſtā ſecūdum carnem uixiſſe, qui uinum & ſicerā non bibit? qui locuſtis ueſcebatur? qui mollibus non induebatur, ſed ueſte ex pilis camelorū texta? hęc enim inimica ſunt carni. Apertiſſimum ergo eſt mēdacium dicere, omnes homines ab Adam uſq; ad Chriſtum ſecūdum car Heb.11 Luc.2. Heb.11 Mat.3

nem uixisse. Ad secundū ergo statum deueniamus, in quo dicunt datam fuisse legem spiritualem, puta euangelium, sed hoc aiunt non fuisse spiritualiter & secundum ueram intelligentiā prędicatum, sed tantum iuxta literam, & in superficie. Hic ergo (ut istorum temeritas clarius pateat) percontari illos oportet, utrum ideo apostoli non prędicauerūt secūdum spiritualem intelligentiam euangelium, quia illud sic non intellexerūt? an quia cum intellexerint, prędicare noluerunt, sibi ipsis ueram intelligentiam seruantes, alijs autē solum denunciantes literam? Nullus diceret Apostolos ignorasse euangelium iuxta spiritualē illius intelligētiam, cum dominus dicat, Omnia quæ habui a patre meo, nota feci uobis. Et
Ioā.15. alibi, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei,
Luc.8. Quod si mysterium, non ergo solam literā. Deinde quis audeat dicere beatū Ioānem euangelistā ignorasse intelligentiā spiritualē euangelij, cui supra pectus domini in cœna recūbenti reuelata sunt secre-
2.co.12 ta cœlestia? Et de Paulo etiā quis audebit hoc dicere, qui in tertiū usq; cœlū raptus uidit arcana Dei, quæ non licet homini loqui? qui etiā euāgelium nō ab hominibus, sed ab ipso Deo (ut ille ait) accepit?
Gala.1 Præterea si apostoli ignorauerunt spiritualē euangelij intellectū, male Paulus improperaret Iudæis q̄ solū literę cortici adhærentes, literæ spiritū non tenerent. Posset quidē illi obijci illud poetæ, Loripedem rectus derideat, Athiopē albus. De Iudæis au-
2.cor.3 tem Apostolus loquens ait, Vsq; in hodiernū diem uelamen positum est super cor eorū. Cum autē conuersus fuerit ad deum, auferetur uelamē. Dominus autem spiritus est. Vbi autē spiritus domini, ibi libertas. Nos uero omnes reuelata facie gloriā domini speculantes, in eandē imaginem transformamur
Ioā.14 tanq̄ a domini spiritu. Accedit ad hæc q̄ Christus prope mortē ab Apostolis discessurus, eis dixit, Pa

racletus autem (inquit) ille quē mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & ſuggeret uobis omnia quęcūq; dixero uobis. Quid autē eſt ſuggeret illis, niſi declarabit, exprimet, quæ forte obſcurius a Chriſto dicta non intellexerant propter corū tunc obtuſum ingenium, ſed aduenientе ſpiritu ſancto omnia fuerunt illis aperta? Si autē apoſtoli uerū & ſpiritualem euangelīū intellectū habuerunt: oportet fateri eos ita prædicaſſe prout intellexerūt. Alioqui peiores fuiſſent q̄ſ ſi ignoraſſent, quoniā ſciētes, & iuxta ſcientiam docere nolentes, aut inuidiæ aut alterius ſimilis criminis merito accuſarentur, nulla eos excuſante ignorantia. Nec in hac re meo iudicio eſt amplius morandum: cum de illa iam apoſtolus Paulus ſententiā apertam dixerit. Sic enim ait, Idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti, nō litera, ſed ſpiritu. Litera enim occidit, ſpiritus autem uiuificat. Nihil quidē contra iſtos expreſſius dici potuit. Abeāt ergo & ſuas fabulas uetulis ppe ignē narēt, & nō uiris doctis q̄ ſciunt triticū diſcernere a lolio. 2.co.3.

Secunda hæreſis eſt quæ aſſerit apoſtolos nec habuiſſe nec recepiſſe pecuniam, neq; aliquid in craſtinum ſeruaſſe: & (quod peius eſt) docet etiā hæc hæreſis nihil horū Apoſtolis licuiſſe. Quapropter ſpē ſalutis tollit omnibus pecuniam recipientibus, aut aliquid in craſtinū ſeruantibus. Huius hæreſis authores fuerunt quidā dicti pſeudoapoſtoli, qui fuerunt circa tēpus Bonifacij papæ huius nominis. 8. Iſtorū dux fuit quidā Gerardus Sagarellus de Parma, qui captus in errore, dānatus & cōbuſtus fuit. Hunc uelut diſcipulus magiſtrū ſequutus eſt quidam Dulcinus Nouarienſis, qui cū uxore ſua Margareta eiuſdem criminis cōſcia ſimilem ſuo magiſtro paſſus eſt mortē. De his dici poteſt illud Apocalyp. Tentaſti eos qui ſe dicunt apoſtolos & non ſunt, & inueniſti eos mendaces. Nam iſti iactabant Pſeudo apoſtoli. Gerar. Sagarellus Dulcinus Apo.2

se uitam apostolicam habere, eò q; sicut apostoli (ut dicebant) sic & ipsi pecuniam non recipiebant, neq; aliquid in crastinū seruabant. Ad quod asserendum mouebātur ex eo q; Christus redēptor & magister omnium apostolis dixit, Nolite possidere aurū neq; argentum, neq; pecuniā in zonis uestris. Et iterum, Nolite soliciti esse in crastinum. Et alia huiusmodi quæ dñm dixisse apostolis suis euāgelistę referunt. Verum hæc hæresis ex prauo literæ intellectu (ut sę pe euenire solet) oritur. Quapropter contra hanc hęresim hoc ordine procedemus, ut primo illam de hæresi conuincamus, deinde uerum illius euangelicæ scripturæ sensum doceamus. Primo ergo, apostolos peccuniam habuisse, eamq; secum portasse satis conuincitur per id quod dicitur apud Ioannem. Ioā. 4. Cum uenisset Iesus in ciuitatē Samariæ quæ dicitur Sichem, ipso manente prope fontem extra ciuitatem, discipuli eius abierunt in ciuitatem ut Ioā. 13 cibos emerent. Rursus apud eundem Ioannem euangelistam dicitur, cum dominus Iudæ traditori dixisset, Quod facis, fac citius: hoc nemine apostolorum intellexisse: eò quòd putabant (quia loculos habebat Iudas) q; dixisset ei Iesus, eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis ut aliquid daret. Quæ uerba pertractans Theophylactus super Ioānem ait, Et quomodo qui alios admonet ne portent peram nec æs, ipse autē marsupium ferebat? Ostendit quòd & possessione carentem, & crucifixum mundo, magnam oportet eius partis, uidelicet pauperū, curam habere. Hæc Theophylactus. In quibus uerbis illud aduertere oportet, quòd Theophylactus sentit uerbum Christi de non portanda pecunia esse inter admonitiones & consilia cōputandum, & non inter præcepta. Qualitercunq; tamen hoc se habeat: illud semper est certum, Christum & eius apostolos peccuniam, secū

portasse: sicut duo quæ proxime citauimus testimonia apertissime ostendunt. Quapropter non est de hac re amplius contendendū: cum hæc sententia de non portanda pecunia, his testimoniis efficacissime conuincatur. Ad aliam ergo huius hæresis particulam procedamus. Nā quod isti pseudoapostoli aiunt de reseruatione in crastinum, eam non esse licitam, quoniam (ut dicunt) ita apostolis prohibitum est aliqd in crastinum seruare: hoc est falsum perinde ac reliquū. Christum siquidem & apostolos aliquid seruasse in crastinum bene conuincitur per id quod habetur apud Ioānem. Cum enim dominus ex quinque panibus & duobus piscibus satiasset quinq; milia hominum, dixit postea apostolis, Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereāt. colligerūt autē duodecim cophinos fragmentorū. Vides hic aliquid reseruatū. Apostolus etiā collectas fieri ordinauit per unā sabbati, ut inde egētibus distribuerent: nec tamē omnia quę uno die colligebāt, tunc diuidebāt sed prout necessitas & egestas pauperū exigebat. oportebat ergo ide aliquid seruare pro tēpore. Similiter (ut in lib. Actuū Apostolorū patet) multa procurata sunt necessaria indigentiæ fratrum propter famem imminentem, quę per Agabū prædicta fuerat, & sub Claudio postea euenit. Deinde Paulus nauigans cum ad Cæsarem appellasset, ad quem missus est, nonne aliquid alimenti pro uia recepit? nec tamen pro uno tantum die prouidit, quia non una die solet nauis ex Asia Romam peruenire: quinimo multis diebus in uia moram fecit. Verum licet hæc clarissima sint, oportet tamē ut eorum obiectionibus respondeamus. Primo ergo adducunt illud Matthæi, Nolite portare aurum neque argentum neque pecuniam in zonis uestris. Huic dupliciter respondemus. Primo quòd aliqua fuerunt Apostolis prohibita uno

Io 2.6.

Act.11.

Act.15

mat.10

tempore, quæ postea eis licuerunt: unde liquet prohibitionem talem non fuisse absolutam & sempiternam, sed temporariam ad aliquod certum tempus restrictam, quales sunt multæ ex his quæ habentur Matthæi decimo capite cum à domino ad prædicandum mittuntur: ut gratia exempli ibidem dicitur, In uiam gentium ne habieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: quod certum est referendum esse ad illud tempus quo ad prædicandum mittebantur, ut tunc non accederent ad loca gentilium: non autē absolute, ut scilicet nunq̄ accederent ad ea loca quæ gentes inhabitant. Nam in eodem Matthęo postmodum dicitur q̄ secessit Iesus in partes Tyri & Sidonis, quæ oppida ad gentes pertinebant. & apud Iohannem habetur q̄ accessit ad Samariam. Apostoli etiam post ascensionem Christi relicta Iudæa conuerterunt se ad gentes. Petrus siquidem fuit Antiochię, & Romę, ubi & mortuus & sepult⁹ est. Ad hunc etiam modum de non portanda pecunia in zonis, fuit forte præceptum apostolis pro illo solo tempore quo mittebantur. Volebat enim Christus docere apostolos qualiter iactare deberent cogitatū suum in domino, & in illo collocandam esse spem: quo facto ipse illos enutriret. ut autem hoc experientia cognoscerent, misit illos iubens eis ut non portent pecuniā, qua reiecta experiri tunc possent quomodo nihil illis deesset, quoniam ꝑ quibus prędicabant, eos alere tenebantur. Dignus est (inquit) mercenarius cibo suo. Quapropter cum aliàs docens eosdem de hac re etiam disseruissent, ait, Quādo misi uos sine sacculo & sine pera, nunquid defuit uobis aliquid in uia? Vnde uidetur hac ratione tunc illis fuisse prohibitū portare pecuniā, ut tunc experiri possent dominū habere curam illorū, nihilq̄ illis deesse, etiam si pecuniam reiicerent, qua ratione conuin-

mat.15 Ioā.4. mat.10 Luc.22

ceret eos non debere spem suam figere in pecunia aut auro uel argento, sed in deo. Aliter etiam dici potest iusta beatum Augustinum, qui in pluribus locis ait illud nō fuisse præceptum, sed consilium. In secundo etenim libro de consensu euangelistarū capite trigesimo dicit, Cum dominus diceret apostolis, nolite possidere aurum, neq; argentum, neq; pecuniam in zonis uestris, &c. continuo subiecit, dignus est operarius mercede sua. Vnde satis ostēdit cur eos hęc possidere aut ferre noluerit: nō quia necessaria non sunt sustentationi huius uitæ: sed quia sic eos mittebat, ut eis deberi monstraret ab eis quibus credentibus euangelium nunciarent, tanquam stipēdia militātibus. Vnde apparet hoc non ita præcepisse dominum, tanq; euāgelistæ aliū de uiuere non debeāt, q; ab eis credētibus quibus euangelium annunciant: alioquin contra hoc præceptū fecisset Paulus, qui uictum de manuū suarū laboribus transigebat, ne cuiq; grauis esset: sed apparet dominum potestatē dedisse apostolis in qua scirent ista sibi deberi. Cū autē à domino aliquid imperatur, nisi fiat, culpa inobediētiæ est. Cū uero potestas dat, licet cuiq; non uti, & suo iure cedere. Hoc ergo ordinans dominus, q; qui euangelium annunciant, de euangelio uiuant: illa apostolis loquebatur, ut securi non possiderent nec portarent huic uitæ necessaria. Hucusq; Augustinus. Et eandem sententiam reperit in libro contra Adimantū hæreticum cap. 20. Idem prorsus dicit in libro de mendatio cap. 22. Quod autem afferunt ex euangelio Matthęi, uidelicet, Nolite soliciti esse in crastinum, ex hoc cōuincere uolentes non licere aliquid in crastinum seruare: nullo pacto suam sententiam cōfirmat. Primo quidē (ut ait beatus Hieronymus super Matth.) cras in sacris literis nō solum denotat diem proxime futurū post præsentē, sed omne

Mat. 6

Cras

tempus futurum, & incertū, ut illud dicatur cras futurum, quod aliquando eueniet, ut in Geneſi di-
Ge.30. cit Iacob. Reſpondebit q̄ mihi cras iuſtitia mea, quando placiti tēpus aduenerit coram te. ubi clare patet hoc aduerbium cras poni pro tempore futuro. Et in Samuelis phantaſmate Phitonyſſa loqtur ad Saulem, Cras tu & filij tui mecū eritis. Nec tamē die proximo Saul & filij eius ſunt defuncti, ſed aliquot tranſactis diebus moritur Saul cum tribus filijs. Et ita iuxta hanc interpretationē poſſet dici, per illam literam non prohiberi reſeruationē pro craſtina die, hoc eſt proxime ſequenti, ſed prouiſionem pro toto tempore futuro. Secundo & melius & clarius reſpondemus, non prohiberi reſeruationem pro craſtino: ſed ſolicitudinē: ne ſcilicet adeo ſoliciti ſint, ut ſolicitudo ipſa ſeparet nos à deo cui ſeruire debemus. Hoc autem & uerba ipſa ſonant, & ex præcedentibus facile colligitur. Non enim dixit, nihil ſeruabitis in craſtinum: ſed dixit, Nolite ſoliciti eſſe in craſtinū. At ſine ſolicitudine quis poteſt in craſtinum ſeruare, immo cū iam ſeruarit pro craſtino, ſolicitudo ipſa tollitur, ut nō ſit
1.tim.6 ei iam cura de craſtino, ſed cogitet de deo. Apoſtolus nanq̄ ait, Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Vnde Theophylactus exponēs illa uerba apud Matthæū, ait, Sufficit enim tibi q̄ hodierna afflictione obrueris, q̄ ſi & pro craſtino ſolicitus fueris, quando uacabis deo, ſemper temetipſum crucians pro corporalibus? Hæc Theophilactus. Vides ibi ſolicitudinem nimiam prohiberi, & non ſolam reſeruationem, aut rerum pro craſtino detentionem. Errant ergo pſeudoapoſtoli dicentes nihil in craſtinum licere ſeruare.

AQVA.

DE hac re duas ſolum reperio hęreſes. Prima eſt quæ dicit aquam non eſſe creatam à deo: ſed

esse illi coeternam. Hanc hæresim recitat Philaster, nullo illius nominato authore: & beatus Augustinus in lib. de hæresibus septuagesimosexto loco inter hæreses eam recenset, nec etiam authoris meminit. Quicunq; illius fuit inuentor, nescio unde sui erroris occasionem sumpserit, nisi forte q̃ in libro Geneseos in quo de creatione rerum agit Moyses, cum de creatione cœli & terræ mentionem fecerit, nusq̃ tamen de creatione aquæ meminit, sed solũ dixit q̃ spiritus domini ferebatur super aquas. Hęc autem heresis facilè conuincitur per id quod dicitur in Psalmo octogesimooctauo, Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem terræ & plenitudinẽ eius tu fundasti, aquilonem & mare tu creasti. Et psal. 134. Omnia quæcunq; uoluit dominus fecit in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. Si ergo deus creauit mare, & aquas creasse etiam oportet, quoniam congregationes aquarum appellauit maria. Et (ut ait Ecclesiastes) omnia flumina intrãt mare. Quod autẽ eorum nomine obiicitur, de creatione aquæ nullã factã esse a Mose mẽtionẽ in lib. Geneseos: hoc falsum est, & ex falsa scripturę intelligentia procedens. Nã cũ dixit, In principio creauit deus cœlũ & terrã ibi nomine terræ omnia corporea quæ sub cœlo sunt significãtur. Hoc etenim nomẽ terra dupliciter accipitur in sacris literis præcipue in illo primo capite libri Geneseos. Aliquando nanq; terra sumitur pro massa illa ex qua omnes creaturę corporeę deriuatę sunt: de qua dicitur q̃ erat inanis & uacua, id est informis, tanquã rudis quædam & indigesta moles, ex qua partes diuersæ sumptæ sunt ad diuersarũ formarum susceptionẽ. Et hæc est de qua dicitur: In principio creauit deus cœlum & terram, hoc est massam illã ex qua omnes res corporeæ deriuatæ sunt, & per cõsequens aqua. Et hanc terrã philosophi uocant ma- Gen. 1. Eccl. 1.

teriam primam, eò q̃ prima sit materies, ex qua per susceptionem diuersarũ formarum cęterę corporeæ substantię digestę sunt. Aliquãdo capitur terra, idq; usitatius, pro uno ex quatuor elemẽtis, & sic capitur in eodem loco cum dicitur, Congregentur aquę quę sub cęlo sunt, in locum unũ, & appareat arida. Et factum est ita, & uocauit deus aridã terram; cõgregationesq; aquarum appellauit maria. Cũ ergo arida uocatur terra: contractius est nomen terræ q̃ cum dicitur, In principio creauit deus cęlũ & terrã: quoniam hic terra ad materiã omniũ substantiarũ corporearum se extendit, & ita ad materiam aquæ. Quapropter de aqua ibidem nomine terræ fit mẽtio. Quod si nulla ibidem fieret de aqua memoria, nusquã inde colligere liceret aquã nõ esse creatam: cum hoc ex alijs scripturæ locis non minus canonicis quàm est liber Geneseos, aperte conuincatur.

Gen. 1.

* Contra hanc hęresim est symbolum cõcilij Nicęni, & symbolum concilij Constantinopolitani quorũ utrunq; fatetur deum esse omnium creatorẽ uisibilium & inuisibilium. Et idem docet cõcilium Lateranense sub Innocẽtio. 3. celebratum, cuius decretũ habetur in ca. Firmiter. De sum. tri. & fide catho.)

Secunda hęresis est quę dicit aquam benedictam nihil plus habere uirtutis aut efficaciæ q̃ nõ benedictam. Huius erroris primi (quod sciã) authores fuere quidã qui flagellantes sunt appellati. Hi circa tempus Gregorij papæ huius nominis decimi surrexerũt in Italia: atq; inde in Germaniam & Galliã processerũt, qui ad. 40. annos uel circa semetipsos flagellãdo per mundum transierunt: & ita ab eorũ opere nomẽ sortiti, ut flagellantes sese appellarẽtur: quoniam nodosis flagellis in quibus aculei inserti erant, seipsos flagellabant, dicẽtes q̃ hęc flagellatio potior sit ad delenda quęcunq; peccata, q̃ quęcũq; confessio: immo comparabant ipsam martyrio, uel

Flagellãtes se

præferebant: quoniã ultro ipſi (ut dicebant) ſanguinem propriũ fundebãt: martyres uero ab alijs hoc pati cogebantur. Ex iſta ſecta peſſimi errores deriuati ſunt: inter quos hic unus eſt quẽ diximus. Poſt iſtos in eodem errore ſucceſſerunt quidam hęretici in Anglia dicti Lollardi, ex ſecta Vuitclefuiſtarum originẽ trahentes, ſed in hoc ſuo magiſtro Vuitclefuo non adhærentes: nec mirum, quoniam hoc eſt hæreticis peculiare, ut neſciãt tenere unitatem. His Lollardis in eodẽ errore ſucceſſit quidã germanus dictus Ioannes de Vueſtfalia ſuperiore, tẽpore Federici imperatoris huius nominis tertij: cuius libri eodem tempore ob multas alias hæreſes ibidẽ reptas Maguntiæ ex ſententia inquiſitorum hæreticæ prauitatis combuſti ſunt. Hi ergo omnes concordi animo aſſerũt aquã benedictã nullius eſſe uirtutis maioris q̃ ſit non benedicta: quia non poſſimus (ut dicũt) benedictionibus noſtris res facere meliores quàm deus eas per naturam condidit. Quapropter impij Lollardi dicunt omnes benedictiones factas ſuper uinum, panem, aquam, oleũ, & ſal & ceram, eccleſię muros aut pauimenta, ueſtes, mitram, calices, & alia ſimilia, eſſe mere opus necromantiæ potius q̃ ueræ & Chriſtianæ pietatis: quoniam (ut aiũt) per tales exorciſmos & benedictiones creaturæ honorãtur, credendo de ipſis q̃ ſint maioris uirtutis quàm ſint in natura propria, cũ tamẽ in creatura ſic benedicta nulla uideatur mutatio facta, ſed ſola falſa fides, quod eſt principale in arte diabolica. Verum quantum ſpectat ad exorciſmos & benedictiones, alibi oſtendemus ea omnia non eſſe futilia & inania, nec à Chriſtiana pietate ſeperata. Nunc ergo de aqua ſolũ & ſpecialiter diſſeramus. Primo quidem patet eius benedictionem non eſſe dęmonũ inuocationẽ, ut Lollardi mentiuntur, per id quod in libro Numerorũ ſcribitur de zelotypia

Lollardi.

Ioſ. de Vueſtfalia.

Titulo Exorciſmus.

Nu.5. mariti aduersus uxorē. Sic enim dicitur, Si spiritus zelotypiæ concitauerit uirum contra uxorem suā, quę uel poluta est, uel falsa suspitione appetitur, adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationē pro illa decimā partem sati farinę ordeacæ. Non fundet super eam oleum, nec imponet thus: quia sacrificiū zelotypię est, & oblatio iuestigans adulteriū. Offeret igitur eam sacerdos: & statuet eam corā domino: assumetq; aquam sanctā in uase fictili: & pauxillū terræ de pauimento tabernaculi mittet in eā. Cūque steterit mulier in conspectu domini, discooperiet caput eius: & ponet super manus illius sacrificium recordationis, & oblationem zelotipiæ. Ipse autē tenebit aquas amarissimas, in quibus cū execratione maledicta congessit: adiurabitque eā, & dicet, Si non dormiuit uir alienus tecū, & si nō polluta es deserto mariti thoro: nō te nocebūt aquę istæ amarissimę in quas maledicta congessi. Si autē declinasti à uiro tuo, atq; polluta es, & cōcubuisti cum alieno uiro: his maledictionibus subiacebis. Det te dominus in maledictiones, exemplumq; cūctorū in populo suo. putrescere faciat femur tuū, & tumens uterus tuus disrumpatur. Ingrediantur aquæ maledictę in uentrē tuū, & utero tumescente putrescat femur tuū. Et respondebit mulier, amen, amen. Scribetq; sacerdos in libello ista maledicta, & delebit ea aquis amarissimis in quas maledicta cōgesit, & dabit ei bibere Hæc ibi. Quid ad hęc respondebūt Lollardi? est ne ille exorcismus maledictionis & diabolicus, an potius diuina pietate plenus uocéque diuina prolatus? Quomodo ergo illa aqua habet uirtutem & efficaciā? nunquid per artem diabolicam? Absit, sed per uirtutem diuinā: & tamen ibi nulla uidetur post exorcismum facta in aqua mutatio, ut ipsi putant. Quid ergo latrant? Si hoc fecit deus tēpore illo, cur non etiā erit paratus

& alia

& alia similia nunc operari per creaturas ad sui nominis inuocationem? Quapropter uetustissima ecclesiæ consuetudo fuit, ab ipsis etiam apostolorum temporibus ad nos usq; deriuata, ut aqua benediceretur, sale exorcizaretur: ut per orationes quæ in eius benedictione ad deum fundũtur, dignet deus similia operari per eius aspersionem in nobis, qualia orando aut benedicendo prius petita sunt. Non q; ex ipsa benedictiõe aqua ipsa habeat necessario illam uirtutẽ, quia nec aqua baptismatis (iuxta ueriorem opinionẽ) habet hanc uirtutem: sed q; deus assistit & operat uerbis super aquã dictis: differenter tñ, quia in baptismate deus ex ꝓmisso assistit, atq; ideo nunq; nõ operat: quia cœlum & terra trã sibunt priusq; uerbum unũ eius transeat. quapropter nisi ipse baptismate ablutus obstaculum peccati opponat, semper deus in baptizatum gratiam infundit. At nõ sic est de aqua benedicta, nec sic (ut ita dixerim) obligatus est, quia nec ipse ꝓmisit, nec ipse hoc signum instituit, sed cõfidendum est de eo q; dabit & efficiet id in nobis, quod in aqua postulatum est cum benediceretur, utputa dicendo, Virtutem tuæ benedictionis infunde, ut quicqd in domibus fidelium uel locis hæc unda resperserit, careat omni immunditia, liberetur a noxa: nõ illic resideat spiritus pestilens, nõ aura corrumpẽs: discedant: omnes insidiæ latentis inimici, &c. Quod si hæc omnia nõ semper aqua aspersa operatur, inde cõuincitur eam nõ esse sacramentum, quia scilicet nõ est efficax signum. Quia tñ per eius aspersionẽ multa mirabilia deus operatus est, cõuincimus q; etsi nõ sit sacramentum, hoc tamen habet, q; maioris sit multo uirtutis, q; nõ benedicta: quoniam ad eius aspersionem multa deus operatur quæ per aspersionem alterius aquæ non benedictę nullo modo operaret. Nam ut de cæteris taceã, illud est ma-

Theodoritus.

niſeſtum quod in nono libro hiſtoriæ tripartitæ capite triceſimotertio Theodoritus unus ex tribus authoribus à quibus tripartitę nomen accepit, ait. Refert enim ꝙ cum Theodoſius Imperator pijſſimus iuberet templa idolorꝫ deſtrui, quidam præfectus Apamię ciuitatis accedens ut templum Iouis deſtrueret, quod ſe poſſe facere diffidit, propterea ꝙ ædificium eſſet adeo robuſtum, lapides in eo locati adeo magni, ita tenaciter ſibi inuicē adhærentes, ut impoſſibile iudicaret lapidū iuncturas poſſe diſſoluere. Cumꝙ ſuperueniſſet quidam qui ſe hoc facturū promiſit, puta ſuffodiens tres per circuitum columnas quibus prȩcipue totū ędificium innitebatur, & ſub earum baſibus ligna fortiſſima ſupponens immiſit ignem, nec tamen ignis accendebatur: quoniam dæmon quidam teterrimus apparuit qui flammā ſecundū uires ſuas prohibebat operari. Cumꝙ frequenter hoc facerent, & molitionem ſuam explere nō poſſent, nunciauerunt Marcello illius ciuitatis epiſcopo: qui eccleſiā accedens uaſculum aquæ ſub altari poni præcepit. ipſe uero in terram proſtratus dominū orabat ut dæmonis tyrānidē pelleret: ne ex hoc infidelibus maior exultationis occaſio naſceretur. Hęc cum dixiſſet, facto ſignaculo crucis in aqua, quendam diaconū ſuum Equitium, fide & zelo munitū, ſumere iuſſit aquā, & uelociter currere, & cū fide aſpergere, ignemꝙ ſupponere. Quod cū fuiſſet factū, dæmon aufugit, nō ferens aquæ uirtutē. Quid ad hæc impij Lollardi dicent? Nōne aqua illa per epiſcopi ſancti orationē mutauit naturā, ut ignē nō ſolū nō extingueret, ſed potius accenderet? Propter hæc & alia ſimilia quæ experta ſunt à fidelibus, eccleſia illam aquæ benedictionē approbat, eamꝙ fieri præcipit, nec tamē ab heri & nudiuſtertius, ſed ab ipſis apoſtolorum tēporibus procedens, ad noſtra uſꝙ tempora

derſuata eſt. Alexãder ſiquidẽ papa huius nominis primus, qui quartus à beato Petro pontifex Romanus extitit, in ſuis decretis q̃ in libro cõciliorũ paſſim circũferuntur, ſic ait, Aquã ſale conſperſam populis benedicimus, ut ea cũcti aſperſi ſanctificẽtur ac purificentur, quod & oĩbus ſacerdotibus faciendũ eſſe mandamus. Nã ſi cinis uitulæ aſperſus ſanguine populũ ſanctificabat atq; mnndabat, multo magis aqua ſale aſperſa diuiniſq; precibus ſacrata populũ ſanctificat atq; mundat. Et ſi ſale aſperſo p Eliſæum prophetã ſterilitas aquæ ſanata eſt, quãto magis diuinis precibus ſacratus ſterilitatẽ aufert rerum humanarũ, & coinquinatos ſanctificat atq; mũdat, & expurgat, & cætera bona multiplicat, & inſidias diaboli auertit, & à phãtaſmatis uerſutijs hominẽ defendit? Nã ſi tactu fimbriæ ueſtimẽti ſaluatoris ſaluatos infirmos eſſe nõ dubitamus, quãto magis uirtute ſacrorũ eius uerborũ diuinitus ſacranſ elemẽta, q̃bus ſanitatẽ corporis & animæ humana percipit fragilitas? Hæc Alexander Papa. Ex cuius dictis patet nõ eſſe nouũ huius aquę benedictę uſum, quẽ nunc eccleſia tenet: magnã illius eſſe uirtutẽ non ex natura aquæ, ſed uirtute benedictionis aut orationis ſuper eam factæ. Non eſt ergo clamor infernalis, aſperſoriũ aquę benedictæ, ut pẽſſimi Flagellãtes mentiunt: nec benedictiones aut orationes ſuper eam dictæ ſunt dæmonũ maledictiones, aut necromantiæ incantationes, ut impĩj Lollardi murmurant. Quod autẽ Lollardi obĵciunt, q̃ nos uolumus p noſtras benedictiones, res efficere meliores, q̃ deus eas per naturã condiderit: hoc adeo eſt manifeſte uerũ: ut etiam ipſi quantumlibet renitantur, concedere teneantur. Deus ſiquidem quotidie nouas creat animas, quæ etſi bonæ ſint per naturam, nõ tamen eas bonas creat in gratia: alioqui nullum eſſet in aliqua earum peccatum originale

Alexãder papa. De cõſec. diſt. 1. ca. Aquã. Leu. 4 4. re. 2.

Mat. 9

cum primo creata corpori adhæret: tamen postmo dum per bonorum operum exercitium proficiunt in moribus, in quibus creatæ à deo non fuerant. Quod si nullo pacto meliores effici possunt, quàm Deus eas per naturam cõdiderit, frustra docentur, frustra illis bonitas persuadetur, frustra illis prædicatur. Accedit ad hæc, q̃ culpandæ nõ essent si meliores nõ fiunt: quia hoc eis impossibile esset, & ita totus illarum defectus in deum reijciendus erit, q illas meliores non creauerit. Quę omnia absurdissima sunt, & impietate plena. Non ergo debent mirari impij Lollardi q̃ dicamus creaturas per hominũ benedictiones meliores reddi quàm à deo creatæ fuerint per naturam: hoc tamen non ab ipsis hominibus fit, sed à deo propter merita benedictionũ & orationum præcedentium. Huius autem benedictionis traditio specialis (ut ait Augustinus) in synagoga permansit, & in ecclesia celebratur in nuptijs: ubi dei creaturę sub dei benedictione iungun tur, & ibidem meliores fiunt, non tamen à benedicente aut orante, sed à deo, ut multiplicentur super terram. De hac re, scilicet de aqua benedicta, eiusq̃ uirtute & efficacia, scripsit librum Ioannes de turre cremata Cardinalis sancti Sixti, ordinisq̃ fratrũ prædicatorum, quem fateor me non uidisse, nec inuenire potuisse: quod doleo: quoniam cum uirum doctum eũ existimem, magnas mihi suppetias (ut credo) tribuisset. Verum Ioannes Tritemius in libro de ecclesiasticis scriptoribus refert hunc Cardinalem scripsisse librum de hac re.

F. ALFONSI DE CASTRO ADVERsus hæreſes, liber tertius.

BAPTISMVS.

PLVRA ſunt quę in baptiſmo tenere & firmiter credere oportet, ſcilicet baptiſmũ eſſe ſacramentũ, materiam baptiſmi eſſe aquã, uerba quibus baptizandus eſt quiſq; eſſe, in nomine patris & filĩ et ſpiritus ſancti, &c. ipſius baptiſmi uirtutem & efficaciam, ut per illũ deleatur peccatũ originale, et gratia à deo infundatur. His autẽ omnibus cõtrariæ hęreſes ortę ſunt, quas tali ordine diſponemus, ut prius de his dicamus quæ ſubſtantiæ baptiſmi aduerſantur: deinde eas pertractabimus, quę efficaciam uirtutemq; illius oppugnãt.

Prima ergo hæreſis eſt, q̃ errat in materia (prout recentiores theologi loquuntur) nõ enim baptizãt in aqua, ſed in igne. Hic eſt error Seleuci & Hermię Galatarũ, de qbus iam ſupra diximus. Aug. in li. de hære. ca. 59. de Seleucianis & Hermianis loquens, dicit illos non baptizaſſe in aqua, non tñ expreſſit in qua re baptizabant. Verum Philaſter de illis differens, expreſſit eos baptizaſſe in igne: occaſionem inde ſumentes, q̃ ait Ioannes Baptiſta apud Matthæum, de Chriſto loquẽs, Ipſe uos baptizabit in ſpiritu ſancto et igne. Quanquam & illa uox, igne, (ut doctiſſimus uir Eraſ. admonet) in exẽplaribus Græcorũ non habetur: tamen Hieronymus & Hilarius ita legunt, & Chryſoſtomus qui Græcus fuit, ita legit, & Cyrillus etiam Græcus in lib. de recta fide ad reginas, ita hunc locum citat. Quapropter locum illũ admittẽtes prout citatur, dicimus Chriſtũ baptizaturũ in ſpiritu ſancto & igne, quia ſpiritus ſanctus eſt ignis: uel quia hic baptizamur in

Prima hæreſis

Seleucius. Hermias.

Mat. 3.

spiritu & aqua, ī futuro autē baptizamur igne: itaq;
1.co.3. ta illud Apostoli, uniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Et hac duplici interpretatione exponit il lū locū Hieronymus, similiter Hilarius: & hos seq tur Christianus Druthmarus, Et hæc expositio de baptismo ignis pro tēpore futuro satis apparet esse literæ germana, per id quod īmediate subiūgit, Cu ius uentilabrum in manu sua, & permūdabit areā suam, & cōgregabit triticū in horreum suū, paleas autē comburet igne inextinguibili. Ex quibus uer bis patet illū fuisse locutum de igne futuri iudicij. Verū Nicolaus Lyranus ideo putat dictū, in spiritu sancto & igne, qa in primitiua ecclesia spiritus sanctus descēdebat in figura ignis. Mihi (ut īgenue loquar) magis arridet prior expositio. Supest ut hæ resim ipsam expugnemus, ī quo negocio parū demorari cōuenit, cū res sit aptissime sacris literis cōtraria. Euntes (inquit dīs) in mundum uniuersum,
mat.28 prædicate euangeliū omni creaturę, baptizātes eos in noīe patris & filij & spiritus sancti &c. Baptiza re autē grēce idē est qđ immergere latine, & baptisma idē quod īmersio aut lotio. Nullus autem lauat igne, sed adurit, aqua autē lauamur. Præterea Apostolus Paulus de baptismo mentionē faciens, laua cro aquæ Christū nos mūdasse ait, nō autē adustio
Eph.5. ne ignis. Sic enim ait · Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiā, & seipsum tradidit, p ea, ut illā sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ ī uerbo uitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiā, nō habentē maculam neq; rugā. Ecce Apostolus dicit ecclesiā mundatā lauacro aquæ, nō autē adustā igne. Rursus ipsimet Apostoli baptizātes
mat.3 (ut ex plurib⁹ locis Actor⁹ Apostolicor⁹ patet) in aqua baptizabāt, non tm in igne. Accedit ad hæc q ipsemet dīs noster Iesus Christus ī Iordane baptizatus est à Ioanne, ut cōtactu suæ mūdissimæ car-

nis aquas sanctificaret, ut instrumentū esse possent diuinæ bonitatis ad expianda peccata, & ut nobis exēplum præberet ꝙ in aqua essemus baptizandi. Demum quoties uetus testamentū de hoc sacramē to figuratiue (ut solet) loquitur, nomine aquæ illud designat: ut apud Zachariam prophetā dicitur, In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitātibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Et apud Ezech. dicitur: Effundā super uos aquā mundā, & mūdabimini ab omnib⁹ inquinamentis uestris, & ab uniuersis idolis uestris mūdabo uos. Apertissimum est ergo ex sacris literis baptismum in aqua fieri, & nō in igne. *Denicꝙ cōtra hāc hæresim est definitio cōcilij florētini sub Eugenio quarto celebrati, qd de sacramēto baptismi loquēs hæc ait. Materia hui⁹ sacramēti ē aq̄ uera et naturalis nec refert, frigida sit an calida. Hæc cōcilium. *

Zac. 13.

Ezec. 36

Secunda hæresis est circa formā huius sacramenti, hoc est circa uerba quibus baptismus cōficitur quoniam nō illis utitur quibus catholica utitur ecclesia, & quæ Christus Apostolos suos docuit. Verum hæc hæresis partita est in plures, iuxta uarias formas quibus diuersi hæretici usi sunt. Quidam enim sic baptizāt, In nomine ignoti patris omniū, & ueritate omniū matre, & in eo qui descēdit, in Iesu. Hi sunt Marcitæ, discipuli Marci cuiusdam magicæ artis periti, qui circa tēpora Apostolorū fuit: de quo mentionem facit Irenæus lib. primo aduersus hæreses cap. 8. & Eusebius lib. 4. historiæ Ecclesiasticæ cap. 11. Hic enim Marcus inter alios quos docuit errores, dixit quod is qui in lege & prophetis prædicatus est Deus, non esset pater domini nostri Iesu Christi: Cerdonem & Marcionem in hac parte sequutus: quia ille quidē, ut dicebat, ignotus esset: hic autē notus. de quo errore alibi dicerem⁹. Quapropter ab hoc errore, discipuli huius Marci

Marci ix.

procedentes,sic baptisma conficiebant, In nomine ignoti patris omnium &c. Alij uero ex eisdē sectatoribus Hebraica nomina ad pauorem audiētium super eos quos initiant,terribiliter loquuntur. De Paulianistis & Cataphrygibus dicitur q̄ in nomine trinitatis minime batizant, ut habetur.1.q.cap. Paulianistæ. Quapropter in Niceno cōcilio præceptum est, ut cum ad ecclesiam catholicā aliqui ex illis redierint, rebaptizentur, qm̄ ueram baptismi formam non tenuerūt,atq; ideo nec uerum baptisma. Quali autem forma utebantur,nunc̄; legi,nec̄; apud Philastrum, nec̄; apud Augustinum aut Gui donem,qui omnes de hac re loquuntur. *Qui autem sint Cataphryges & quo tempore cœperint,in sequenti hæresi declarabitur. De Paulianistis uero, infra in titulo de Christo,hęresi prima dicetur. Aduersus istos omnes eisdē armis pugnabim⁹. Ostē sa siquidem uera baptismi forma, manifestum euadet reliquas omnes inanes esse. Vera baptismi forma quā Christus docuit,ponitur in Matthęo,Euntes(inquit Christus)in uniuersum mundū,prędicate euangelium omni creaturę:baptizātes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Ex qbus uerbis duo colliguntur esse necessaria ad formam baptismi,uidelicet expressa trinitatis pronūciatio, tribus scilicet personarū nominibus explicata,& uerbum exprimens actum ipsum baptismi. baptizantes(inquit)eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. De primo dicitur in canonibus Apostolorꝫ, canone.49. Siquis episcopus aut presbyter iuxta præceptum domini nō baptizauerit in nomine patris & filij & spiritus sancti: sed in tribus sine initio principij̄s,aut in tribus filij̄s,aut in tribus patricis,abij̄ciatur. Hæc ibi. Vt autē actus ipse baptizandi cōformis sit uerbis,prēcipitur etiā ut in ipso baptismo trina sit mersio, quod ab ipsis etiā Apo-

Paulianistæ Cataphryges.

*

Matt. vlti.

stolis statutum fuisse reperimus. Nam canon Apostolorũ qnquagesimo sic ait, Si quis episcopus aut presbyter nõ in trina mersione unius mysterij baptisma celebret; sed semel immergat in baptismate, quod dari uidetur in domini morte deponatur. Non enim dixit nobis dominus, in morte mea baptizate: sed euntes docete omnes gẽtes, baptizãtes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Hæc ibi. Ecce quanta fuit Apostolis cura de expressione trinitatis in baptismate, ut nõ essent cõtenti uerborum explicatione, nisi trinæ mersionis ostẽsione cõfirmaretur. Verũ quod ibi dicitur de trina mersione, nõ est sic accipiendum, ut sine ea uerus baptismus esse non possit, qm̃ siue semel, siue bis, siue ter mergat, uerus erit baptismus, si reliqua ad baptismum necessaria adsint. Minister autem tenetur baptismũ exequi in una aut tribus mersionibus, iuxta cõsuetudinẽ loci in quo habitat. Nam de hac re iam definitũ fuit in cõcilio Toletano quarto, ca. 5. qꝑ quælibet ecclesia suam teneat cõsuetudinem. Hi spania autẽ ad tollendas occasiones hæresum quæ ex trina mersione oriebantur, elegit in illo concilio unicam mersionẽ, ne uidelicet quispiam putaret triplicẽ esse personarũ diuinarũ substantiam, sicut trina erat mersio. Siue tñ unica siue multiplici mersione baptizet, uerba tamẽ semper debent esse eadem, ut uidelicet tres personæ proprijs earum nominibꝰ exprimantur. Quod siquis obijciat Apostolorũ factum, qui in Christi nomine solum baptizarũt, nõ expressis aliarum personarũ nominibus, ut apostolica historia narrat, qꝑ ad prędicationẽ Philippi Samaritani cõuersi sunt, & baptizati erant in nomine Iesu: huic obiectioni primo respondet id qd̃ beatus Ambro. ait, i nomine Iesu Christi totã designari trinitatẽ. Nam cũ Christus idem sonet latine qd̃ unctus, hoc ipso nomine quadam rerũ cõnexione Act. 8.

denotatur & ipse qui unctus est, scilicet filius,& á quo unctus est,uidelicet pater, & unctio ipsa qua unctus est,uidelicet spiritus sanctus. Quapropter cũ in nomine Iesu Christi tota trinitas designeť,potuerunt(ut ait)Apostoli in nomine Iesu baptizare. Aliter respõdetur & forte exactius iuxta recẽtiorũ theologoꝝ cõmunem sententiam, Apostolos tunc id egisse ex diuina quadã dispẽsatione illis insinuata,propter exaltationẽ nominis Iesu Christi, quod Iudæis erat scãdalum,gentib⁹autem stultitia. Qua occasione sublata, cũ uidelicet iam nomen domini Iesu esset exaltatum, nulli licet hoc solo nomine inuocato baptizare. Quod si secus aliquid attentatũ sit,ut uidelicet qs in solo Christi nomine baptizare tentaret,uaria est inter doctores sentẽtia, an baptismus esset inanis & infrugifer.De secundo autẽ uidelicet ꝙ requiratur uerbũ exprimẽs actum baptizationis,& tertio similiter, si ꝑsona baptizata, patet ex ipsis Christi uerbis, Baptizantes (inquit) eos in nomine patris &c. Vbi ponitur participiũ baptizãtes,exprimẽs actum ipsum: & pronomen eos,exprimẽs ꝑsonas baptizatas. Quod autẽ act⁹ baptizandi exprimatur per uerbum indicatiui aut alterius modi,puta imperatiui,non est definitũ qd necessariũ sit,qm̃ nec bene definiri posset,cũ Christus in suis uerbis actũ baptismi participio expres sit,& non uerbo.Baptizãtes(inquit)eos &c.Quapropter ecclesia Romana quantũ ad hoc permittit ac tolerat Grẽcos,qui in alia forma baptizãt ꝙ̃ Latini.Sic enim dicunt, baptizeť seruus Christi ín nomine patris & filiꝙ̃ & spiritus sancti. Quia enim in principio nascentis ecclesię tale schisma ortum est, ut quilibet æstimaret illum ad se pertinere, qui ab illo baptizatus esset,ita ut unus diceret, Ego sum
1.cor.1 Cephę,alius,ego sum Pauli,quos Apostolus reprehendens ait,Nunquid Cephas pro uobis mortuus

est,aut Paulus?Ad tollendum hoc schisma ordinatum est inter Græcos,ut nullus baptizaret dicens, Ego te baptizo i nomine patris &c.sed diceret, Baptizet seruus Christi in nomine patris,&c.ne ullo modo uerbis aliquibus ostenderet se baptismi auctorem,sed solum ministrū.Quod autem ibi sit integra baptismi forma, patet, quia ibi est manifesta trinitatis expressio,ibi exprimitur actus baptizandi,q̄uis in imperatiuo modo,quod nō refert,& persona baptizata,quāuis in tertia persona:nihil ergo deficit.Non ergo propter hoc Græci iudicantur hęretici,quia sic baptizant: sed quia sic baptizantes, credunt Latinos alia forma utentes,non conficere baptismā,& propter hoc hæretici iudicantur, cum dicendo,Ego te baptizo in nomine patris &c.omnia etiam ponantur ad debitam formam & Christi uerbis cōformem necessaria. Et quia Græci hac occasione sicut & alijs ab ecclesiæ Romanę obedientia separati sunt,ideo schismatici appellantur. Cæterum quod Alexāder tertius huius nominis Pontifex ait in cap.primo titulo de baptismo & eius effectu in libro Epistolarū decretalium, Si quis puerum ter in aqua immerserit in nomine patris & filij & spiritus sancti, Amen:& non dixerit,Ego baptizo te in nomine patris & filij & spiritus sancti, non est puer baptizatus.Hoc mea sententia (saluo meliori iudicio, & ecclesiæ definitione secluſa, cui me semp summito) ita intelligendū est,ut quantūlibet quis ter mergatur in aqua,nō credat baptizatus,etiam si talis imersio sit facta in nomine patris & filij & spiritus sancti,nisi cum hoc etiā exprimatur actus ipse baptizationis.Siue autem exprimatur actus ipsius baptismi in indicatiuo modo, siue in imperatiuo:de hoc nō definit ibi pontifex, quia nec de illa re quæstio ibi agebatur:ad quod maxime aspiciendum est:quoniam beatus Hilarius di-

cit ex circunſtantia ſcripturæ pendere ſæpenume ro uerum illarum ſenſum. Quod ſi illa eſſent omni no exacta & neceſſaria ut à pōtifice ibidem deſcribuntur, eſſet etiam neceſſario illud pronomen ego ſemper exprimendum, ut dicatur ſemper, ego te ba ptizo in nomine patris &c. & tñ Gloſſa ibidem di cit omiſſionem illius pronominis ego, nullo pacto obeſſe baptiſmo, quin uerum baptiſma cōficiatur. Hoc idem colligitur ex quadam reſpōſione Zacha riæ papæ quę ponitur in uolumine Decretorum de conſec. diſt. 4. cap. retulerunt. Nam cuidam quęren ti an rebaptizandus eſſet qui his uerbis fuerat ba ptizatus, uidelicet, baptizo te in nomine patrias, & filias, & ſpiritus ſanctias: Papa reſpōdet, q̄ ſi ſic baptizans, huiuſmodi uerba protulit ex ignoran tia linguæ latinæ, & nō ut errorem aliquem per illa uerba induceret, uere baptizauit: nec eſt iterato baptizandus ille ſic ab eo baptizatus. Et tamen in illis uerbis (ut cōſtat) nō ponitur illud pronomen ego. Vnde patet pronomen nō eſſe neceſſarium. Et hoc ipſum fatentur theologi omnes. Dicimus ergo Græcos in ſua forma conficere, quanuis ſic confi cientes peccent, q̄ eccleſiæ Romanæ ſubeſſe cōtem nunt. Nam hoc apertiſſime definiuit Cōcilium Flo rentinū ſub Eugenio quarto celebratū, ſic inquiēs: Nō negamus quin & per illa uerba: Baptizetur ta lis ſeruus Chriſti in nomine patris & filij & ſpiri tuſſancti: uel, Baptizetur manibus meis talis in no mine patris & filij & ſpiritus ſancti, uerum pficiatur baptiſma: quoniam tum principalis cauſa ex qua baptiſma uirtutem habet, ſit ſancta trinitas, inſtrumētalis autem ſit miniſter q̄ tradit exterius ſacramentū: ſi exprimitur actus q̄ per ipſum exerceē miniſtrum cum ſanctæ trinitatis inuocatione, perfi citur ſacramentum. Hęc Concilium Florentinum. Oſtēdimus ergo ueram baptiſmi formam & exa-

ctam quam Christus docuit, quæ tam ex euãgelio q̃ ex canonib⁹ Apostolor⁹ patuit, in qua tria sunt necessaria, uidelicet uerbum explicãs actum baptizandi, & nomen exprimens personam baptizatã, & totius trinitatis p̃ propria personar⁹ nomina expressio. Quòd si uel minimum hor⁹ desit, sicut nec est uera forma, ita nec uerus baptismus. Ex quib⁹ cõuincimus, Marcitas, Paulianistas, Cataphryges in baptismo conficiendo errare. Quapropter merito concilium Nicenum statuit eos cum ad ecclesiæ fidem redirent, fore iterum baptizandos.

Tertia hæresis est quæ respicit personã baptizatã. Sũt enim q̃ mortuos baptizãt, et isti sunt Cataphryges, ut Pphilaster ait. beatus tñ Aug. in lib. de hær. nihil tale illis impingit. Hi Cataphryges aut Cataphrygẽ sic dicti sunt, quia ex Phrygia, puincia originẽ traxerũt. Hor⁹ authores fuerũt Mõtanus, q̃ dixit se fuisse paracletum, & duæ eius prophetissæ, uidelicet Prisca & Maximilla, quas ipse Mõtanus tanquam ex ipsius inspiratione factas iactabat. De quo qui plura noscere cupit, legat Eusebi. in 5. lib. Ecclesiasticæ historiæ, à cap. 15. usq; ad 19. nec tamẽ toto illo sui operis decursu usquam hunc errorem illis impingit: quum tamen plures alios eorũdem errores recenseat. Aduersus hos Cataphrygas (ut ibidẽ Eusebius refert) scripserunt Apollinaris Hierapolites, Meltiades, Apollonius. Alia est hæresis huic similis, aut forte est eadem q̃m de Cataphrygis Philaster, dicens eos baptizare mortuos, nõ differre qualiter id faciebant. De Marcionistis autem, Theophylactus exponens illud primæ ad Corin. 15. Alioqui qd facient qui baptizant̃ pro mortuis, si mortui nõ resurgũt? ait, Mos est Marcionistis hæreticis, cum aliquis apud eos sine baptismo discesserit, eius qui uita functus esset, feretro uiuũ alium submittere hominem. proinde feretrum ipsi

Cataphryges.
Mõtanus.
Prisca.
Maximilla.

adeuntes,à mortuo ſciſcitantur,utrum ei libeat baptizari:móxque qui latitat uiuus, de loco inferiori reſpõdens,ſe uelle inquit:aſſerentémque demortui loco baptizabant.Hi itaque prauæ huius con-
1.co. 15 ſuetudinis inſimulati, Apoſtolum dictitant eam rẽ iniunxiſſe, producéntque demẽtes illi & uefani id dictum,uidelicet, Alioqui quid facient qui baptizantur pro mortuis, ſi omnino mortui non reſurgũt?Hæc Theophylactus.Quem ideo citaui,quòd neminẽ ex his qui de hæreſibus ſcripſerunt,de hac re feciſſe mentionem reperio.Philaſter ſiquidem & Auguſtinus & Guido quanuis de Marcione eiuſque erroribus differunt, nihil tamen huiuſmodi illum ſenſiſſe referũt.Sed neq; Euſebius, qui in quarto libro hiſtoriæ Eccleſiaſticæ de illo ſcribit,unquã de hoc errore eum accuſat.Neque etiam Tertullianus in libro de hæreſibus,Marcionis errores recẽſens,unquam huius mentionem fecit.Denique Irenæus libro primo aduerſus hæreſes cap.29. & lib. quarto cap.57. de erroribus Marcionis diſputans, nihil tale illi impingit. Quapropter mirari non deſino,undénam Theophylactus qui his poſt multa ſecula ſucceſſit, acceperit hunc Marcionis fuiſſe errorem.Verũ ſi rem plenius circũſpiciamus, Theophylactus non ait hunc fuiſſe Marcionis errorem, ſed Marcioniſtarum.At ſolenne eſt hæreticis, qui aliorum hæreticoꝝ ueſtigijs adhærent, ut nũquam ſuorum magiſtroꝝ erroribus ſint contenti,ſed ſemper illorum inſaniam, aliquid impietatis addẽtes, augere nitantur.Quapropter poſſibile fuit,ut Marcionis ſectatores,erroribus illius hanc hæreſim cõiungerent, atque ita primi illi ſcriptores de ea non fecerint mẽtionem.Theophylactus autem qui poſterior fuit,de Marcioniſtis hæc dixiſſe potuit,non tamen de Marcione. Cum ergo de Marcione fecerimus mentionem,nunc operęprecium erit diſſere-

re quis hic fuerit. Marcion (ut Irenęus & Tertullianus scribunt) Ponticus natione, temporibus Antonini Pij, prius in doctrina philosophorum maxime Stoicorũ imbutus, deinde ad fidem Christi conuersus, Cerdonis dogma secutus, multa ex philosophica doctrina catholicę religioni inserere conabatur: Romamq; ueniens, plures ibi seduxit. hic cum ibidem Polycarpum postea martyrem inuenisset, salutans eum dixit, Agnoscis me? Cui Polycarpus, Agnosco primogenitum Satanæ. Hic præter euangelium Lucæ, idque ab eo circũcisum, nullum euangelium recepit. Similiter & epistolas Pauli Apostoli abscidit, auferens ab eis quicqd suæ impietati repugnare uidebatur. Contra hũc plures grauissimi auctores scripserũt, Dionysius Corinthiorum episcopus, Philippus Creten. Hippolytus episcopus Africanus, Rhodon Asianus, Irenæus Lugdunen. episcopus, Tertullianus. E qbus hi duo ultimi (qd sciam solum extant. Hæc ergo semel dicta in posterum sint. Iam ad errorem tam Marcionistarum q̃m Cataphrygum deueniamus, quoniam inter utrosque de hac re conuenit, ut mortuis prodesse baptisma existiment. Quod ex eo cõuincitur esse falsum, quòd post mortem non est tẽpus nec bene nec male operãdi. Vita hæc nobis à Deo cõceditur in qua laboremus, qua finita iuxta id qd quisq; i uita gesserit præmiabit̃. Sic enim Sapiens ait, Ad quãcunq; partẽ lignũ ceciderit, siue ad austrũ, siue ad aqlonẽ, ibi manebit. Ligni noie hominẽ designauit, q tunc cadit cum morit̃. Cadit autẽ ad austrum, q uentus est calidus & humidus, cũ homo in gratia decedit. illo enim uento flãte, aqua per quã grãtia designatur, descẽdit. Rursum, ille ad aquilonẽ cadere dicit̃, qui in peccato morit̃, quod per aquilonem merito figuratur, quoniã uẽtus ille frigidus est, & pluuias dissipat. Et idem expressius iterũ ait, Viuentes enim

marcio

Eccl.11.

Eccl.9.

sciunt se esse morituros: mortui uero nihil nouerũt amplius, nec habent ultrà mercedem, quia obliuioni tradita est memoria eorum: amor quoq; & odiũ & inuidię simul perierunt, nec habent partẽ in hoc seculo, et in opere quod sub sole geritur. Si ergo nõ habent ultrà mercedem nec partem in opere quod sub sole gerit, qualiter mortuo poterit prodesse baptismus qui cõfertur uiuo in demortui locum sub missio? Præterea si à mortuo uelut qui non est, perit
Ecc.17 cõfessio (ut ait alius Sapiens) quare etiam nõ peribit baptismus, qui cæterorum sacramentorum est ianua? Rursus, Cum dominus baptismi necessitatẽ
mat. ul timo. manifestauit, & Apostolis commendauit prædicãdum, ait, Euntes docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Vbi non dixit q̃ baptizaretur unus pro alio, sed quisq; pro se. baptizantes (inquit) eos. Et expressius apud
mar. ul timo. Marcum dicitur, Euntes in mundum uniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero nõ crediderit, condemnabitur. Qui ergo sine baptismo discedit, quantumlibet in eius locum submissus eius nomine baptizetur, ille tamen mortuus nunquam dicetur baptizatus: quo fit ut eũ perire sit necesse, q̃a baptizatus nõ fuit. Deinde pcontabor ab istis, quò peruenisse credunt eum qui sine baptismo discessit? Necessariũ est ut ad infernũ uadat, aut ad gloriã, uel sit in uia ad gloriã, puta in purgatorio. Non est dicẽdũ eum peruenisse ad gloriã, nec esse ĩ uia ad gloriã: alioqui baptismus nõ esset necessarius, cum sine illo posset salus haberi. Erit ergo in inferno, q̃a iuxta euãgeliũ, q̃ baptizatus nõ est, condẽnabitur, ac si iã nõ crediderit. Si ergo est in inferno, ut q̃d alij pro eo baptizatur, cũ hoc nihil illi ꝓdesse poterit?
Ecc.19 In inferno nq̃dẽ (ut canit ecclesia) nulla est redẽptio. Et Sapiẽs ait, Quodcũq; facere potest manus tua,

instanter

instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapiẽtia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas. Et dominus apud Ioã. ait, Venit nox, quãdo nemo potest operari. noctem uocans tempus post mortẽ (ut beatus Aug. ait) in quo nemini opari licet. ideo dixit, Operamini ergo donec dies est, id est dũ estis in hac uita, quia post mortem nihil poteritis agere. Impie ergo uesani Marcionistæ & Cataphryges mortuos baptizare tentarunt. Quod autem pro se adducunt illud Pauli, Alioqui quid facient qui baptizantur pro mortuis, si mortui omnino nõ resurgunt: suo proposito minime cõducit. ex falsa siquidem intelligẽtia prouenit. Vnde Theophylactus illum locum exponẽs ait, Porro qui erant baptismũ accepturi, integra pronunciabant fide symbolum, moxq; & illud, Credo mortuos resurrecturos. Inquit itaq; Paulus, qui futurã credunt mortuorum corporum resurrectionem, sub specie eiusmodi sunt baptizati, quidnã sint, cum eis Christus sit occursurus, acturi? Quid præterea resurrectionis gratia prorsus homines baptizantur, hoc est pro resurrectionis expectatione, si mortui non resurgunt? Hæc Theophylactus. Iuxta quẽ tantum ualet pro mortuis baptizantur, ac si diceret pro resurrectionis expectatione baptizantur. Verum quoniã hęc expositio nimis coacta est, multũq; a litera recedens: ideo aliter iuxta sententiã beati Ambro. respõdetur: qui meo iudicio multo melius & literæ proximus exponit. Sic enĩ exponit. Alioqui quid facient pro mortuis baptizantur, si omnino mortui nõ resurgunt? Quid & baptizãtur pro illis? Ambrosius. In tantũ ratam & stabilẽ uult ostendere resurrectionẽ mortuorum, ut exẽplum det eorũ qui tam securi erant de futura resurrectione, ut etiã pro mortuis baptizarentur. Si quem forte mors præueniret, timentes ne aut male aut non resurgeret, aut qui baptizatus

Ioã. 9.

Theophyla.

Amb.

non fuerat, uiuus nomine mortui tingebatur. unde subiecit, Quid & baptizantur pro illis? exẽplo hoc non factum illorũ probat, sed fixam fidem in resurrectione ostendit. Quid & nos periclitamur omni hora? quotidie morior pro gloria uestra quã habeo in domino. Dicendo quid & nos periclitamur? discreuit personas, ostendens non catholicos esse qui pro mortuis baptizabantur, Denicp supra dixit, ut quid baptizãtur pro illis? nunqd dixit & baptizamur pro illis? Hucusq; Ambro. Ex huius itaq; pcla ra expositiõe patet cõsuetudinẽ illã quã Theophylactus ascribit Marcionistis, ut uiuꝰ p mortuo baptizaretur, tpe Pauli esse iã ab aliqbus introductã, cuius nõ approbatã. Vnde iterũ magis miror cp eã Theophylactus Marcionistis tribuat, quoniã Marcion q illoꝝ fuit dux, cẽtum ferme annis fuit beato Paulo Apostolo posterior: quoniã hic tẽpore Antonini Pij floruit: Paulus autem sub Nerone moritur.

Concilii Carthaginẽse. Occasione uitandæ huiusmodi hæreseos, Cõcilium Carthaginẽse tertium, cap. 6. tale statuit decretum. Item placuit ut corporibus defunctorũ Eucharistia non detur. Dictum est enim a domino, Accipite & edite. Cadauera autẽ nec accipere possunt, nec edere. Cauẽdum est etiam ne mortuos baptizari posse fratrũ infirmitas credat, quibus nec Eucharistiã da ri licitum est. Hæc concilium Carthaginense.

Quarta hæresis est circa baptismi uim & potestatem, quã quidam sic minuere conantur, ut nullã baptismo uirtutẽ tribuant. Diuersis tamẽ uijs ad hũc finem diuersi hæretici tendunt. Pfallia ni. Euchitæ. Pfalliani etenim, qui & Euchitæ, id est orantes appellantur, non autẽ Euchidiæ (ut corrupte catalogus hæreticorũ eos nominat) tantam uim orationi tribuũt, ut illam sufficere dicant ad oía peccata delenda, quapropter εὐχίτας, id est orantes appellantur. Hac de causſa baptismo derogant dicentes nullam utilitatẽ ex sacro baptis-

mãte baptizatis accedere, sed solam studiosam orationem, dæmonem inhabitantem effugare. Hi etiam uocantur Messaliani & Enthusiastæ, id est afflati & diuini, aut sacrificatores, ut uertit interpres Theodoriti in historia tripertita. Catalogus autem hæreticorum titulo Messaliani, uocat eos Anthyatistas, corrupte tamen, nescius quid diceret, quoniam sic forte scriptum apud aliquẽ reperit: quapropter ex putrido lacu putridam hausit aquã. Errat etiam in titulo Elpulius, ubi loquitur de quodam sene huius pestiferæ factionis, a quo Flauianus quidã præsul Antiochenus miro artificio & per blãditias extorsit, ut illorum sectam illi reuelaret. hunc senẽ Catalogus uocat Elpulium: cum tamen in septimo libro historiæ tripertitæ, cap. 11. ubi hæc omnia narrantur, Adelphius uocetur, non Elpulius. Nec hoc uitium asscribere potui impressori: quoniã ille hæreticorum nomina digerit iuxta ordinẽ alphabeti: positum est autem inter nomina quæ â litera E incipiunt. Huius factionis principes fuerunt (ut refert historia tripertita loco proxime citato) Dadoes & Sabas, & Adelphius, Hermas, & Symeones. Cæterum quantum ad præsentẽ errorem spectat, beatus Augustinus in lib. de hæresibus, cap. 57. de Psallianis differens, huius erroris nõ meminit: Guido autem eo multo posterior nullam prorsus de Psallianis aut Messallianis aut sub alio quouis nomine facit mentionem. Nos autẽ ex historia tripertita hæc desumpsimus. Post illos alĳ in eorum locum subrogati sunt, uidelicet Albanenses, qui etiam dicunt baptismum nullius esse efficaciæ. Albigẽses autem omnino baptismum respuũt: quos merito hic inseruimus: quoniam probata aduersus alios eius uirtute & necessitate, cogentur Albigenses baptismi sacramentum recipere. De his autem qui sint, iam superius diximus. Demũ Petrus Ioannis, de quo iam

Messaliani. Enthusiastæ.

Dadoes. Sabas. Adelphius Symeones.

Albanenses. Albigenses.

alijs loquuti sumus,(ut Guido Carmelita illi impingit)ait in baptismo gratiã & uirtutes quas uulgo theologicas uocãt,minime infundi. Armeni autem ab omnibus sacramentis uirtutem conferendi gratiam remouent. his in hac parte consentit Martinus Luther, qui cum pauciſſima admittat sacramenta,in uniuersum tamen de eis dicit nullam gratiam cõferre. In libro etenim suo de captiuitate Babylonica sic ait, Hæretica est, sed usitata sententia, sacramenta nouæ legis conferre gratiã ijs qui non ponunt obicem. Cum ergo de omnibus sacramentis dicat,etiam ad baptismũ referri debet. Quapropter hæc eius assertio his adiungenda fuit. Contra hos omnes hæreticos simul agendum est,cum inter eos de hac re conueniat. Primo ergo hæc hæresis cõuincitur per id quod dicitur Marci ultimo, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. At cum sine gratia iustificante nemo saluetur,fieri oportet ut baptismus ipse conferat gratiam per quã baptizatus iustificetur, iustificatusq; saluetur. Nã si iustus uix saluatur,iniustus ubi apparebit? Huic alludere quodammodo uidetur beatus Petrus in sua prima canonica,dicens,Expectabant Dei patientiam in diebus Noe,cum fabricaretur arca. In qua pauci,id est octo animæ saluæ factę sunt per aquã: quod & uos nunc similis formæ saluos facit baptisma. Vbi beatus Petrus similitudinẽ inter figuram & figuratum explicans,dicit,quemadmodũ hi qui erant tempore Noe,salui facti sunt quantum ad corporalem uitam per aquam: sic nunc saluamur quãtum ad spiritalem animæ uitam per aquã baptismi,peccatorũ mundatricem. Habet ergo baptismus hanc uim & potestatem ut homines saluet. Salus autem ista sine gratia Dei esse nequit,dicẽte Apostolo,Gratia enim Dei saluati estis per fidẽ, & hoc non ex uobis,quia Dei donũ est. Præterea apud Ioãnem dominus ait,

Armeni.
Luther.
1.Pe.3.
Eph.2.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, Ioā.3.
non potest introire in regnū Dei. Talis autem rena
nascentia ex aqua & spiritu sancto, non fit nisi per
aquam baptismi, in quo gratia spiritus sancti con-
fertur. Nunquā liquidem spiritus sanctus spiritua-
lem renascentiam donat sine gratiæ suæ infusione:
quoniam charitas dei toties in cordibus hominum
diffunditur, quoties spiritus sanctus datur eis. Rur
sus beatus Petrus in die Pentecostes loquens ad Iu
dæos eius prædicatione compunctos, ait, Pœniten- Actu.2
tiam agite: & baptizetur unusquisq; uestrum in no
mine Iesu Christi, in remissionem peccatorum ue-
strorum, & accipietis donū spiritus sancti. Ex qui-
bus uerbis duo patent. Primum, q̄ baptisma pro-
dest ad remissionē peccatorum: quod etiam ex sym
bolo cōcilij Niceni patet, ubi dicitur, Credo unum
baptisma in remissionem peccatorum. At sine gra-
tiæ collatione remissio peccatorū non fit. Secūdum
est, quod per baptisma recipitur donū spiritus san-
cti. Accipietis (inquit) donum spiritus sancti. Do-
num autem spiritus sancti, est gratia & fides, quæ
in baptismo infunduntur, sicut & gratia: quoniam
sine fide impossibile est placere Deo, ait Paulus. Ba Heb.11
ptizatus autem si nō placeret Deo, non saluaretur.
Confert ergo baptismus fidē, sicut & gratiā. utraq;
enim Dei donū est. Deinde ex dictis Pauli hæc etiā
sententia comprobatur, qui in epistola ad Rom. sic Ro.6.
ait, An ignoratis fratres quòd quicūq; baptizati su
mus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati su-
mus? Consepulti enim sumus cum illo per baptis-
mum in mortē: ut quēadmodum Christus surrexit a mortuis
per gloriā patris, ita & nos in nouitate uitæ ambu-
lemus. Si enim cōplantati facti sumus similitudini
mortis eius, simul & resurrectionis erimus: hoc sciē
tes, quia uetus homo noster simul crucifixus est, ut
destruatur corpus peccati, ut ultrà non seruiamus

peccato. Hęc ibi Paulus. Ex quibus uerbis constat illum tribuere renouationem uitæ baptismo. Talis autem nouitas pertinet ad gratiam, quoniam sicut uetustas refertur ad peccatū, ita nouitas ad gratiā.
Gala. Et in epistola ad Galatas ait, Quicunq; in Christo baptizati estis, Christum induistis. Quid autem est Christum induere, nisi gratiā eius habere, qua uelut uestimēto tegimur? Sic enim Hierony. exponēs illa uerba, ait, Si quis hoc corporeū, & quod oculis carnis aspicitur, aquæ tantū accipit lauacrum, non est indutus dñm Iesum Christum. Nam & Simon ille de Actibus Apostolorū, acceperat lauacrum aquæ, uerum quia sanctum spiritū non habebat, indutus non erat Christum. Hęc Hieronymus. Et Theophylactus eadē uerba exponens dicit, Confirmat quēadmodum Dei filij simus & baptismi ob gratiam. Neq; enī dixit, quotquot estis baptismo abluti, filij estis Dei effecti, sicuti subsequēs ordo poscebat: sed quod magis tremendū, Christum induistis. Nam si Christū induimus Dei filium, eiq; sumus assimiles redditi, in unā haud dubie sumus & cōsanguinitatem deuecti & speciē: gratia id assecuti, quod illum cōstat esse natura. Hæc Theophylactus. Et in epist.
ad Ti. ad Titum, iterū Paulus eandē confirmat sententiā, dicens, Cū autē benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri dei: nō ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secūdū suā misericordiā saluos nos fecit, per lauacrū regenerationis & renouationis spiritus sancti, quā effudit in nos abūde p Iesum Christum saluatorē nostrū, ut iustificati gratia ipsius, hęredes simus secūdum spē uitæ æternæ. Hæc ibi Paulus. Nihil autē his uerbis expressius quicq; dici potuit: quoniā dicit nos saluos fecisse p lauacrū regenerationis: lauisse autē ut iustificati gratia ipsius, hęredes efficeremur uitę ęternę. His ergo tā claris scripturæ testimonijs manifestū est baptismum habere

uim & potestatē peccata delēdi,& gratiā cōferendi. *Contra hanc hæresim est decretum concilij Flor* tini sub Eugenio.4.celebrati.quod de sacramento baptismi loquens,sic ait. Huius sacramēti effectus est remissio omnis culpę originalis & actualis,oēs quoq; pœnę quę pro ipsa culpa debetur. Propterea baptizatis nulla pro peccatis præteritis iniungēda est satisfactio:sed morientes anteq; culpam aliquā cōmittant,statim ad dei uisionē & regnum cœlorū perueniunt.Hæc cōcilium Florentinū. Per quæ uera non solum Messalianorū sed etiam Petri Ioānis error conuincitur,quia dicit per baptismum deleri peccatum, & regnum cœlorū donari,quorum neutrum sine gratia fieri nō potest. Verum quoniā Petrus Ioānis(ut ait Guido)hoc cōcedens de adultis, de paruulis negat ꝙ paruulis cōferatur graria aut aliqua uirtus,aliqua oportet adducere sacrorū conciliorum testimonia quibus hæc impia hæresis reijciatur. Concilium Lateranense sub Innocentio.3.celebratum,cuius decretū ponitur in libro Epistolarū Decretalium titulo de summa trinita. & fide catholica. firmiter credimus,sic ait, Sacramentū baptismi, quod ad dei inuocationē, & indiuiduę trinitatis,uidelicet patris & filij & spiritus sancti,cōsecratur in aqua, tam paruulis q̄ adultis in forma ecclesiæ a quocunq; collatū fuerit,proficit ad salutē. Hæc cōcilium Lateranense. Præterea concilium Viennense sub Clemente.5.celebratū,cuius decretum ponitur in libro Clementinarū titulo de summa trini. & fi. catho. cap. fidei catholicæ,sic ait,Baptisma unicum baptizatos omnes in Christo regenerans; est sicut unus deus,ac fides unica ab omnibus fideliter cōfitendum:quod celebratū in aqua in nomine patris & filij & spiritus sancti,credimus esse tam adultis q̄ paruulis cōmuniter perfectum remedium ad salutē. Verum quia quātum ad effectum baptismi in.

Concilium Lateranē.

Concilium Viennense.

paruulis, reperiuntur doctores quidã theologi opiniones cõtrarias habuisse, quibusdã ex ipsis dicẽtibus, per uirtutẽ baptismi paruulis quidẽ culpã remitti, sed gratiã non cõferri: alijs ecõtrario asserẽtibus ꝙ & culpa eisdẽ in baptismo remittitur, & uirtutes & informans gratia infundũtur quo ad habitum, etsi non pro illo tẽpore quo ad usum: nos attẽdẽtes generalẽ efficaciã mortis Christi, quę p baptisma applicatur pariter oĩbus baptizatis: opinionem secundã quæ dicit tam paruulis ꝙ adultis conferri in baptismo informantẽ gratiam & uirtutes, tanꝙ probabiliorẽ, & dictis sanctorꝫ, & doctorꝫ modernorũ theologiæ magis cõsonam & concordẽ, sacro approbante cõcilio duximus eligendã. Hucusꝙ cõciliũ Viẽnense. Quod autẽ uocat opiniones utrasꝙ, hoc est referẽdum ad tẽpus ante cõcilij definitionẽ: tunc enim erant opiniones. Quapropter dixit de tẽpore præterito doctores theologos contrarias opiniones habuisse. At nunc post cõcilij definitionem, non est opinio, sed fides, cũ illam partẽ totum susceperit cõcilium. Paruulis ergo & adultis proficit baptismus, utrisꝙ gratiã & uirtutes conferens. Quod autem Petrus Ioãnis & eius sequaces negãt paruulis uirtutes cõferri, eò ꝙ in actum exire nõ possunt: ex ignorãtia prouenit, ꝙ nesciant distinguere inter habitum uirtutis, & eius actũ. Nam cũ aliquæ sanctorũ authoritates sonant paruulos non habere fidem: de actu fidei intelligẽdum est. Paruuli siquidẽ cum nõ habeant usum rationis, actu credere nõ possunt: his tamen nõ repugnat quin fidei habitum retineãt, quo cum ad annos discretionis peruenerint, ad actum credendi peruenient.

Quinta hæresis est circa ipsius baptismi unitatẽ. Sunt enim aliqui qui rebaptizãt eos qui iam semel baptismum susceperunt. Horum autẽ uariæ adhuc sunt sectæ. Donatistę siquidẽ (prout Augu. in lib. de

hæresibus refert) rebaptizant eos qui ab ecclesia ca- Ca. 69.
tholica ad eos ueniunt: quoniam (ut aiunt) extra
ecclesiam baptismus cõferri nõ potest. Ipsi autem as-
serebãt ecclesiã penes solos ipsos esse. Quapropter
ad illos ab ecclesia deficientes, rebaptizabant, dicẽ
tes prius nõ susceptisse uerum baptisma. Hi Dona-
tiani uel Donatistæ primùm propter Cæcilianum
contra suam uoluntatem ordinatũ ecclesiæ Cartha Donatistæ
ginẽsis episcopũ, schisma fecerunt, obuicientes ei cri
mina quæ probare nõ potuerunt. Sed postmodum
falsitatis rei deprehenti, schisma in hæresim pertina
ci defensione uerterunt, tanq; ecclesia Christi ppter
crimina Cæciliani, siue uera, siue falsa, toto terrarũ
orbe perierit ubi fortuna ꝓmissa est, atq; in Aphri-
ca Donati parte remanserit, in aliis autẽ terrarum
partibus quasi cõtagione cõtionis extincta fuerit.
* Donatistę autẽ a Donato quadam dicti sunt, qui *
tempore Cõstantĩ Imperatoris, & Liberĩ Papę flo
ruit. De quo plura dicimus infra in titulo de Eccle
sia, hęresi prima. Hũc eundẽ errorẽ tenent Armeni Arme-
(ut ait Guido Carmelita) qui uenientes ad ipsos ex ni
ecclesia Romana, rebaptizant, dicentes in ecclesia
Romana nõ esse uerũ baptisma, eò q; (ut ipsi aiunt)
apud Latinos nõ est uera & catholica ecclesia, sed
solum apud ipsos Armenos. Vides hic apertissime
impletũ quod prędixit Christus apud Matthęum. mat. 24
Si quis uobis dixerit, ecce hic est Christus, aut il-
lic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi &
pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodi-
gia, ita ut in errorẽ inducantur, si fieri potest, etiam
electi. Ecce prædixi uobis. Si ergo dixerint uobis,
ecce in deserto, nolite exire: ecce in penetralibus, no
lite credere. Ista certè iam uidemus impleta, mul-
tos pseudochristos & pseudoprophetas audiuim9.
Donatistę dicunt, ecce apud nos est Christus, & nõ
alibi. Armeni dicunt, ecce apud nos est Christus.

Sed iuxta monitionem Christi oportet ut nō creda mus illis, sed maneamus in catholica ecclesia, quæ una est omnium mater. Ad hunc locū etiam pertinet error Cypriani, & aliorū Aphricæ Episcoporū, qui concilio apud eos de hac re celebrato definierunt, hæreticos cum ad ecclesię cōmunionem redissent, fore rebaptizandos, quia (ut asserebant) inter hæreticos non potest cōferri baptisma. In hac autē parte zelo ut suspicor, & nō secundū discretionem moti, & odio quod aduersus hæreticos conceperant, ducti, errauerunt. Nec tamen propter hunc errorem Cyprianus aut alij ei consentientes iudicandi sunt hæretici, quia illū pertinaci animositate minime defenderunt: quinimmo parati ab alijs meliora docentibus corrigi, sententiam suam dixerunt. Quod ex ipso facto patuit, quoniam à summis ecclesię pontificibus, uidelicet Cornelio, Lucio, Stephano edocti, contraria prioribus ipsi Aphri definierunt. Qui error nō primū in Aphrica, sed in pluribus antea locis, uelut í Iconio (ut Eusebius in. 7. lib. historię Ecclesiasticę ca. 6. refert) fuit tractatus. Nouissime autē diebus istis in partibus Germanię superioris surrexit quidam Baltasar, qui homines docet rebaptizare, dicens paruulis nō prodesse baptisma: quapropter cū ad annos discretionis peruenerint, debere iterum baptizari. quod in multis fecisse perhibetur, multosq; in suum impium errorē seduxisse, adeo ut huius factionis homines Anabaptistę, hoc est rebaptizatores uocētur. Cōtra hunc Baltasarem & eius sequaces nō est quod amplius agamus, quoniam cum iam ostēderimus paruulis sicut adultis prodesse baptisma: fundamento eorū subuerso, totius erroris structura corruet. Contra alios autem omnes hoc ordine procedemus, ut primo ostendamus ministri malitiam nullo modo minuere baptismi ueritatem: quin à quocunq; mini-

Baltasar.

Anabaptistæ.

stro conferatur, dummodo cętera quę sunt necessaria teneat, uerus sit baptismus. Primō probatur per illud quod habetur apud Ioannem, uidelicet q̄ discipuli Christi baptizabant, inter quos erat Iudas, qui quamuis non proditor, tamen fur erat & latro: nec tamen de baptizatis ab ipso legitur q̄ rebaptizati unquam fuissent. Prętera hoc ipsum expressius confirmat dictum Ioannis Baptistę, Vidi spiritum descendentē quasi columbam de cęlo, & mansit super eum, & ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quē uideris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Hęc ille in Euangelio Ioannis. Ex quibus uerbis patet eum qui baptizat, esse Christū filium dei. Nam quāuis minister exterius corpus abluat, Christus tamē est qui interius mundat animā. Hic ergo est solus qui baptizat in spiritu sancto: reliqui autē ut ministri. Hic est (inquit) qui baptizat in spiritu sancto, cū tamen ipse tunc non baptizaret, sed potius à Ioanne baptizabatur: per quod innuere uoluit ipsum Christum esse qui semper baptizat, quantumlibet uarietur minister. Si ergo ille est qui baptizat, quid malus minister potest obesse? Nā & Paulus ait, Neq̄ qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat deus. Vnde conuincitur q̄ nihil potest obesse minister malus, cū dominus qui baptizat, sit bonus. Hoc etiam b. Augustinus elegantissime cōprobat dicens, Si superbus fuerit minister, cum diabolo cōputatur: sed nō contaminatur donum Christi. Quod per illum fluit, purum est. Per lapideum canalem transit aqua ad areolas. In canali lapideo nil generatur: sed hortus fructus plurimos affert. Et lib. 10. de unico baptismo, sic ait, Cū tantum ualeat baptismus per hominē contēptibilem, quantum per Apostolum datus: ita nec illius,

Ioā. 4.

Ioā. 1.

1. co. 3.

nec illius, sed Christi esse cognoscitur. Item inuenimus dictum ab Apostolis, & gloriam meam, quis utiq; in domino: & ministerium meum, & prudentiam meam, & Euangeliū meum: quis utiq; à domino impartitum sit atq; donatum: baptismū autē meum nemo eorum dixit omnino. Nec enim omnium equalis est gratia: nec ministrant omnes equaliter, nec æquali prudentia uel scientia sunt omnes præditi: & in euangelizando alius alio melius operatur: & ideo dici potest alius alio doctior in ipso, salutari doctrina. Alius autē alio magis minus ue baptizatus dici non potest, siue ab inferiore siue à maiore baptizetur. Et Zacharias Papa Bonifacio Episcopo scribens ait, Enimuero quosdam baptizatos absq; interrogatione symboli ab adulteris presbyteris & indignis fassus es. In his tua dilectio teneat antiquū morem ecclesiæ: quia quisquis in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, baptizatus est, rebaptizari minime liceat. Nō enim in nomine baptizantis, sed in nomine trinitatis, huius gratiæ donum percepit. Et teneatur quod Apostolus ait, Vnus deus, una fides, unum baptisma. Hæc ille. Ex his ergo tam apertis scripturę & sacrorū doctorum testimoniis apertè conuincitur, ministri malitiam nequaq; obesse baptismo, quin per illum baptisma uerum cōferri queat. Verū dicet aliquis, has authoritates bene sufficere ad probandum de quocunq; alio crimine, utputa adulterio, homicidio, &c. q; illud in ministro nō obsit quin uerum conficiat baptisma: de hæretico tamē hoc nō probant. Sed si bene inspiciantur, æque probant de hæretico, sicut de cuiusque alterius criminis reo: quoniam siue minister sit adulter, siue homicida, siue hæreticus: qui baptizat in spiritu sancto, Christus est. Vnde Augustinus in lib. de baptismo. Cur hæretici foris baptizare non possunt? An quia peiores sunt eo ipso q; fo-

ris sunt? Sed nihil interest ad integritatem baptismi quanto peior id tradat. Neq; enim tantum interest inter malum & peiorem, quantum inter malum & bonum: & tamen cum baptizat malus, non aliud dat q̃ ille qui bonus est: ergo cũ baptizat peior, nõ aliud dat q̃ ille qui minus malus est. Hæc Augustinus. Et idem contra Cresconium grãmaticum ait: Si inter bonos ministros, cum sit alius alio melior, non est melior baptismus qui per meliorem datur: nullo modo malus est qui etiam per malum datur, quando idẽ baptismus datur. Et ideo per ministros dispares dei munus æquale est, quia non illorũ, sed eius est. Hæc ille. Præterea baptizatus à Iudæo aut Pagano rectè uerba proferente, & intentionẽ habente faciẽdi quod Christiani faciunt, uerè baptizatus est, nec iterum debet baptizari. ergo baptizatus ab hęretico, uerè etiam erit baptizatus. Assumptũ probatur per illud quod Nicolaus Papa respondet ad consulta Bulgarorũ, & ponitur in uolumine Decretorũ de consecra. dist. 4. A quodam, Iudæo nescitis an Christiano, an Pagano, multos in patria uestra baptizatos esse asseritis: & quid inde sit agendum, consulitis. Hi profecto si in nomine sanctæ trinitatis, uel tantum in nomine Christi, sicut in Actibus Apostolorũ legitur, baptizati sunt: unum quippe idemq; est (ut sanctus Ambrosius exponit) quia nõ illorũ sed eius est, rebaptizari non debent. Hæc ibi Nicolaus Papa. Ex his ergo testimoniis conuincimus, ministri malitiam, etiam si hęresis sit, nullo pacto obesse baptismo, quin hęreticus uerũ baptismũ conferat, si ea faciat quæ ad baptismũ sunt necessaria. Verùm hic admonere oportet, ministri malitiã, etsi baptismo non obsit quin uerus sit baptismus, obesse tamen baptizato, ut scilicet gratiam per talẽ baptismum nõ recipiat, quia posuit obstaculũ culpæ, quam sic à tali malo ministrõ baptismum reci-

Nicolaus papa.

piendo,cõmisit. Qui enim à malo ministro, præcipue hæretico, ex certa scientia baptismum recipit, peccat: tum quia cõmunionem cum hęretico habet in his in quibus maxime conueniebat nullam cõmunionẽ habere: tum etiam quia circa hoc expressa facta est per ecclesiam prohibitio. Vnde inter Canones apostolorũ, canone quadragesimo sexto dicitur, Episcopum aut presbyterum, hæreticorũ suscipientem baptisma, damnari præcipimus. Quę enim conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cũ infideli? Hæc ibi. Peccat ergo ab hęretico scienter & industria baptismũ recipiens: quapropter licet uerum baptismũ recipiat, nõ tamen effectũ baptismi. Si tamen necessitate cogente id faceret, utpote quia mors instat, nec alius adest à quo baptismum recipere possit, præter hæreticum hominẽ, potest ab eo baptismũ recipere: modo id non faciat hac intentione, ut illius hæresi assentiat, sed tanꝯ ueram fidem catholicam suscipere uolens. Vnde beatus Augustinus, & ponitur in uolumine Decretorũ de consecratione. dist. 4. ca. Quomodo. sic ait, Potest peiori tradere separatus, sicut potest habere separatus: sed quam perniciosum est habere, pernicioſum est tradere. Ille autem cui tradidit, potest salubriter accipere, si ipse non separatus acceperit urgente mortis necessitate. Hæc Augustinus. Excepta ergo necessitate urgente, quisquis à malo præcipue hæretico ministro baptizatur, peccat. Verũ ergo baptismũ recipit, effectum baptismi non recipit, quia culpa eius impeditus est baptismus, ne suum circa illũ haberet effectum. Et hinc ait Augustinus loco proxime citato, sui erroris originem sumpsisse Cyprianum, & cęteros apud Aphricam episcopos. Nõ ob aliud (inquit) uisum est à quibusdam etiam egregijs uiris & antistitibus, inter quos præcipue beatus Cyprianus eminebat, nõ esse posse apud hæreticos, uel

Augu.

schismaticos baptismum Christi, nisi quia non distinguebant sacrementum ab effectu, uel usu sacramenti. Et quia eius sacramenti usum atq; effectum, in liberatione à peccatis, et rectitudine cordis apud hæreticos nō inueniebant: ipsum sacramentū quoque illic non esse putabant. Hæc Augustinus. Si ergo, ut iam plenè ostendimus, ministri qualiscunq; malitia non obest quin ab eo baptizatus uerum suscipiat baptismum: consequens est ut ab eo baptizatus, rebaptizari minime debeat. Et hoc est secundum quod discutere promisimus. Verum quoniã Armeni (ut diximus) Latinos rebaptizant, alia tamen ratione ducti quàm Aphri illi episcopi & Donatistæ, contra quos modo egimus: quia uidelicet dicunt Romanam ecclesiam nō habere iustam baptismi formam: ideo contra istos aliter agendū est, ostendere uidelicet ecclesiam Romanam ueram baptismi tenere formam, quo facto uerus erit etiam baptismus: & ita non erit cur ab eis Latini rebaptizentur. Quòd autē uera sit apud Latinos baptismi forma, ex secundo errore de baptismo superius improbato patuit. Nam forma quã Christus docuit, apud Matthæum descripta, tria exprimit necessaria, quæ sunt, uerbum exprimens actum baptizandi, nomen designans personam baptizatam, inuocatio trinitatis expressæ. Baptizantes (inquit) eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Baptizãtes, ecce primum: eos, ecce secundū, scilicet persona baptizata: In nomine patris &c. ibi ostenditur tertium. Forma autē quam ecclesia Romana tenet, hęc omnia cõplectitur. Ea enim sic habet: Ego te baptizo *i* nomine patris & filij & spiritus sancti. In qua cum omnia sint necessario requisita, non est cur impij Armeni negent apud nos esse uerum baptismū. Contra impios autē Anabaptistas, qui pro libito rebaptizant non solum semel & iterum, sed tertio,

quarto,& quinto:quoniam baptiſmũ,uelut pœnitentiam,quoties placet iterant: contra iſtos inquã aliter agẽdum eſt. Primo eorum hæreſim expugnat
Ephe. id quod ait Paulus,Vnus deus,una fides, unũ baptiſma. Si ergo,Paulo teſte,unũ eſt baptiſma:quomodo impĩj Anabaptiſtę tria & quatuor baptiſmata uni & eidem conferre præſumunt? Præterea hoc ipſum plenius & expreſſius confirmat Paulus in
Ro.6. ea quæ eſt ad Romanos epiſtola. An ignoratis fratres,quia qũicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortẽ: ut quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriã patris:ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Hęc Paulus ibi. Ex quibus & alĩjs eiuſdẽ loci uerbis patet baptiſmum eſſe uelut quandam mortis Chriſti figuram. Sicut enim in morte Chriſti,peccatũ mortuum eſt: ita & in baptiſmo etiam peccatũ noſtrũ perit,per meritum tamen paſſionis eius. Cum autẽ ex aqua emergimur,reſurrectionem Chriſti figuramus. At Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt,non autem bis aut ter: ergo etiam nos pro peccatis noſtris ſemel tantum baptizari oportet. Chriſtus etiam reſurgens ex mortuis iam nõ moritur,mors illi ultra nõ dominabitur: ergo & nos ex aqua ſemel emerſi, non oportet ad aquæ lauacrum iterum redire. Impĩj ergo Anabaptiſtæ,qui rebaptizare præſumunt,rurſus ſibimetipſis(ut ait Paulus) crucifigunt filium dei. Nam de illis expreſſẽ loque-
Heb.6 batur Paulus,& nõ de alĩjs. Qui enim ſecundo baptizat,quantum in ipſo eſt,ſecundo etiam Chriſtũ cruci affigit: quoniam cũ baptiſmus figura ſit quædam mortis Chriſti: qui ſecũdo baptizat,hoc ipſo oſtendit Chriſtum ſecundo mortuũ fuiſſe. Rurſus hoc ipſum, ſacrorũ conciliorũ definitiones confirmant. Nam in ſymbolo edito à concilio Niceno dicitur,

citur, Confiteor unum baptisma in remissionē peccatorum. Concilium Carthaginense primū, capite suo: Decretor: primo sic ait, Gratus episcopus cōcilio præsidens dixit. Ergo si uobis placet, consideremus primum titulum rebaptizationis, unde sanctitatem uestram postulo, ut mentis uestræ placita producatis ad descendentem in aquam, & interrogatum in trinitate secundū euangelij fidem, & apostolorum doctrinam, & confessum bonam cōscientiam in deum de resurrectione Iesu Christi, si liceat iterum interrogari in eadem fide, & in aqua iterum tingi. Vniuersi episcopi dixerunt, Absit, absit. Illicitas esse sancimus rebaptizationes, & satis esse alienum à sincera fide, & catholica disciplina. Hæc concilium Carthaginense. * Et concilium Vienēse, sub Eugenio quinto celebratum ait, Baptisma unicum baptizatos omnes in Christo regenerans, est sicut unus deus, ac fides unica, ab omnibus fideliter cōfitendum. Hæc consilium Vienense: & habentur in Clementina, Fidei catholicæ, de summa trinitate, & fide catholica. Concilium etiam Florentinum, sub Eugenio quarto celebratum eandē sententiam docet, sic inquiens. Inter hæc sacramenta tria sunt, baptismus, confirmatio, & ordo, quæ characterem, id est spirituale quoddam signū à cæteris distinctiuū imprimunt, in anima inde lebile. Vnde in eadē persona non reiterantur. Reliqua uero quatuor characterem nō imprimunt, & reiterationem admittunt. Hæc concilium Florentinum.) Quod si quis his cōcilior: definitionibus obicere uellet alterius Carthaginensis concilij decretum Cypriano præsente celebratum, quod ait ab hæreticis non conferri uerum baptisma, atque ideo ab eis baptizatos debere iterum baptizari, huic respondeti potest, non esse pares omnium conciliorum definitiones. Concilior: namq; prouincialium authoritas non est

Concilū Carthaginense.

*

)

tanta, ut eius definitioni omnes obtemperare cogantur: quoniam prouincialia concilia (ut in principio huius libri docuimus) errare possunt. Non enim pro illo conuentu deus rogauit, ut eius fides non deficeret: neque illi deus se affuturum semper promisit. Concilia autem generalia legitime cõgregata minime errare possunt. Quapropter siquid in prouinciali concilio decretum est quod à uera fide deuiare uideatur, per generale concilium (ut beatus Augustinus lib. 6. contra Donatistas cap. 1. docet) corrigi debet. Quod in casu factum esse comperimus. Consilium siquidem Aphricanum, septuagin ta & unius episcoporum, in quo decretum est hæreticos non posse uerum baptismum conficere, pro uinciale fuit, & non generale: quapropter errare po tuit, & corrigitur à Cornelio tunc Romano pontifice, alijsq; Italiæ episcopis, ut refert Eusebius septi mo libro historiæ ecclesiasticæ, & postmodum cor rigitur per concilium Carthaginẽse primum in decreto quod proxime citatum est. hoc autem concilium uniuersalis accepit ecclesia, & ita eius definitionem omnes amplecti tenentur. Contra hunc errorem scripsit beatus Augustinus librum de unico baptismo, atq; iterum tractatum de baptismo contra Donatistas septem partitum libris. hoc nostro tempore scripsit Ioannes Faber uolumen grande contra Anabaptistas. contra eosdem Leopoldus quidam germanus.

Sexta hæresis est circa ipsius baptismi sacramentalia, hoc est circa illa quæ baptismum in eius collatione circunstant ex quodam ritu matris ecclesiæ. Armeni enim (ut ait Guido quem in historia Armenorum sequimur, quia nullum alium reperire potuimus) dicunt nõ posse conferri baptismum alicui nisi eidem conferatur Eucharistiæ sacramentum. Secundo dicunt chrisma adeo esse exactum

Armeni.

ad uerum baptiſmum perficiendum, ut niſi baptizatus chriſmate ungatur, non ſit baptizatus. Harum autem duarum aſſertionum utraque eſt erronea & hæretica. Nam quod primo dicunt de eucharistia, conuincitur manifeſte ex eo quod dominus diſcipulis ſuis præcipiens ut docerent omnes gentes, & baptizarent eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, nullam de euchariſtiæ ſumptione fecit memoriam, feciſſet tamen ſi ea ad baptiſmi collationem exigeretur. Deinde euchariſtiæ ſacramentum multo poſt baptiſmum eſt inſtitutum: quoniam in die cœnæ dominicæ, feria ſcilicet quinta pridie quàm pateretur, inſtituit euchariſtiæ ſacramentum. Baptiſmus autem longe ante fuerat inſtitutus. Nam Ioannis quarto dicitur quòd diſcipuli Chriſti baptizabant: ergo tunc baptiſmus iam fuerat inſtitutus, quantus non ſub interminatione gehennæ præceptus, ſicut poſt Chriſti reſurrectionem. Alioqui baptizati ab apoſtolis, iterum poſtea fuiſſent baptizandi: quod nunquam factum fuiſſe legimus. Quare ex hoc melius colligi poſſet, euchariſtiam nō poſſe dari niſi præcunte baptiſmate, utpote prius inſtituto. Quod autem baptiſmus non poſſit dari ſine euchariſtiæ ſacramento, nulla prorſus ratione fulcitur: ſed mere uoluntarie dicitur. Quapropter eadem facilitate qua dicitur, meretur ut contemnatur: quanuis nos id facere iam non ualemus: nam ſi contemnimus, ualida ratione ducti id facimus. Secunda etiam aſſertio non minus eſt erronea: quoniam etſi chriſma exigatur in baptiſmo, non tamen illud exigit baptiſmus: ſed eccleſia illud exigit à miniſtro cōficiente baptiſmū: ita ut ſi chriſma non adhiberetur, extrema neceſſitate ſecluſa, miniſter peccaret, quoniam eccleſiæ præceptum prætermiſit: baptiſmus tamen nihilominus eſſet adeo perfectus (ſi cætera adſunt) ut nō

sit opus illum sic ablutum iterato baptizare. Christus namque baptismum instituens, nullum de chrismate adhibendo dedit præceptum. Per hanc eandem rationem reiicitur alius error huic similis, cuiusdam Claudij Taurinensis episcopi, de quo iam supra diximus. Is enim dixit baptismum esse nullum si fronti ipsius baptizati signum crucis nõ infigeretur. Hic autem manifestus est error: quoniam si ea peraguntur quæ Christus præcepit, constat baptismum esse perfectum. Constat autem, Christum cum instituret baptismum, nunquam de signo crucis meminisse.

Claudius.

Septima hæresis est huic penitus opposita. Vualdenses enim dicunt (ut Aeneas Syluius libro de origine Bohæmorum cap. 35. testatur) baptismum aquæ, nulla interiecta sacri olei mixtura fore recipiendum. Vualdenses autem isti sic appellati sunt, quoniam Vualdo quidam ciuis Lugdunensis fuit author eorum. Vocantur etiam pauperes de Lugduno, quoniam Vualdo ille Lugdunensis, à quo originem traxerunt, cum diues admodum esset, opibus relictis. pauperibusq; erogatis, euangelicam paupertatem se seruaturum prætendit: sub cuius uelamine multos impios errores se tegere credidit. Nam cum idiota esset, quosdam libros uulgari ac materna lingua sibi conscribi fecit, cum aliquibus sanctorum testimoniis. Quos libros cum non sane, ut decebat, intelligeret, suo tamen inflatus spiritu, apostolorũ officium prædicando usurpauit. * Cœpit hæc Secta Valdensium (ut ait Guido) circa Annum Domini M. CLXX. quæ (ut idem ait) fuit Romæ in Generali Concilio damnata.) Inter alios ergo istorum Vualdensium errores, is unus est, quo asserunt nullo pacto oleum sacrũ in baptismo debere misceri. Quem errorem postea secutus est Ioãnes Vuitcleff, de quo iam diximus.

Vualdẽses.

*

(

Vuitcleff.

Pro huius ergo erroris clariori discussione, annotare prius oportet, pluries sacrũ oleum aut chrisma dari. Aliquando enim datur post ipsum baptismũ iam susceptum, aliquot etiam dierum aut annorum spatio interiecto: & hoc est sacramentum à baptismate distinctum, uel (ut uerius dicam) est ipsius sacramenti materia, quod confirmatio appellatur. Et de hoc non est præsens sermo. Aliquando etiam datur oleum in ipsamet baptismi collatione. Ibi enim unguntur chrismate in pectore & scapulis, & in fronte. Hoc autem fit ad designandam misericordiam quam nobis deus exhibet cõdonando peccata per baptismi susceptionem. Oleum namq; in sacris literis sæpissime misericordiam significat. Vnde beatus Damascenus libro quarto de fide orthodoxa capite decimo ait, Oleum in baptismate assumitur, unctionem significans, & Christos, id est unctos nos efficiens, & misericordiam dei nobis annuncians per spiritum sanctum, quia & ramum oliuæ ijs qui ex diluuio saluati sunt, columba tunc attulit. Hęc Damascenus. Damascenus

Est etiam alia nõ minor caussa: quia uidelicet per baptismum in certamen quoddam spirituale descendimus, & in luctam quandam. Sicut enim in agone positus, luctamq; aggrediens, ungebatur, quo minus ab hoste posset capi, sed potius facilè ex eius manibus elabi posset: sic etiam spiritualem hanc luctam aggressurus, sacro prius oleo ungitur: per quod baptizandus ad luctam præparetur, ne dæmon eum cõprehendat, sed ex eius potestate elabatur. Vnde beatus Ambrosius lib. 1. de sacramentis ait, Quem admodum dicit apostolus sanctus, Sit in te fidei deuotionisq; plena hagrantia. Venimus ad fontem, ingressus es, cõsidera quos uideris, quid loquutus sis. Considera, repete diligenter. occurit tibi leuita, occurrit tibi presbyter. Vnctus es quasi athleta Ambr.

Christi, quasi luctamē huius seculi luctaturus: profitus es luctaminis tui certamina. Qui luctatur, habet quod speret: ubi certamen, ibi corona. Luctaris in seculo, sed coronaris à Christo, & pro certaminib? seculi coronaris. Nam etsi in cælo præmiū, hic tamen meritum præmij collocatur. Hęc ibi Ambrosius. Ex quo patet non esse recentem ecclesiæ ad inuentionem, ut oleum sacrū baptismo misceatur.

Dionysi. areopagita.

Verum ut rem adhuc multo uetustiorem esse ostendamus, citare oportet Dionysium Areopagitā Pauli apostoli discipulū. Is enim in secundo capite ecclesiasticæ hierarchiæ, de ritu huius sacramenti differens ait, Deiformis quidam hierarcha incipit sacram unctionē, sacerdotes autem in ipso perficiunt unctionis ministrationem, ad sacros in typo eum qui perficitur agones euocantes, secundum quos athleta Christo affectus est, quia ut deus athletiæ conditor est, ut sapiens autem leges ipsius posuit. Hæc Dionysius. Quæ uerba cōmentator aut illius expositor enarrans, ita ait, Solebant athletæ agonizaturi unguento odorifero & cōfortatiuo ungi, ut unguēti lubricitas efficeret eos irretrahibiles, & nō impedibiles ab aduersarijs: & odor cerebrū, & per consequens sensus confortaret, & ipsius penetratio neruos & ossa irrigaret, & spiritus mortuos multiplicaret, & sic athletam roboraret. Hęc ibi. Hunc ergo ritum Romana tenet ecclesia, nō nouum, sed antiquum, & ab ipsis apostolis ad nos usq; (ut ostendimus) deriuatum. Quod oleum si omitteretur, nihilominus si cętera adessent, uerus esset baptismus: quanuis sic illud præter urgentem necessitatē omittens, peccaret. Apostoli enim sola aqua absq; oleo baptizabant, ut patet ex actibus apostolorū. Nunc autem id fieri nō liceret, ecclesia uetante. Quid ergo impij Vualdenses murmurant, cum oleum appositum nihil baptismo nocere ostēdatur? Quapropter

obediendū erit consuetudini catholicę ecclesiæ, quę à spiritu sancto regitur, maxime in sacramentis decernendis, administrandisq́.

Octaua hæresis est asserens pueros non egere baptismo ad deletionem peccati originalis, quia uidelicet negat pueros ante baptismum ullum peccatū originale habere. Hic est error Pelagij, ut ait beatus Augustinus libro de hæresibus, cap. 88. Est etiam Armenorū, ut illis impingit Guido Carmelita. Verum pro hoc errore expugnando infra cōmodior erit locus, cum uidelicet de peccato agemus. Ostendemus enim tunc paruulos ante baptismū peccati originalis esse reos, & ob id gehēnæ obnoxius. quo facto manifestū euadet eos egere baptismo ad eiusdem peccati originalis deletionem. Pelagius. Armeni.

Nona & ultima (quod sciam) de hac re hęresis est quorundam qui dicti sunt flagellātes se, de quibus iam supra diximus. hi dixerunt baptismum aquæ iam cessasse, mutatumq́ esse in baptismum sanguinis. Quod ex quadam inepta allegoria scripturę cōprobant. Dicunt enim q́ quando Christus in Cana Galilææ circa finem nuptialis conuiuij aquam mutauit in uinum, designauit quod circa finē mundi baptismus aquæ in baptismum sanguinis mutari deberet. Et sicut uinum rubeum omni uino prius posito conuiuantibus magis placuit & cōmendabatur: ita noua lex baptismi sanguinis præ cunctis ante datis legibus a deo gratissima acceptabit. qua propter dixerunt quod post ipsorum in mundum aduentum, nemo potuit saluari & uerus existere Christianus, nisi in proprio sanguine cum flagello de corpore suo excusso baptizaretur. Quod nō solum hęresis, sed potius ineptia aut dementia dici deberet. Nam quod primo dicunt baptismū cessasse, ostēdemus esse falsum, cum aduersus eos infra sub titulo euangelium, conuincemus euangelicā legem Flagellātes se

fore æternam, post quam nulla alia sit futura. Quod autem aiunt baptismum aquæ esse mutatum in baptismum sanguinis, sine quo nemo saluari possit: si id ostenderent ad literam ex euangelio, cederem: sed allegoricus scripturæ sensus (ut supra in principio huius libri docuimus) nullo modo est efficax ad aliquod dogma stabiliendum. Præterea qui dixit, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: nō dixit, Qui se flagellauerit, saluus erit: qui uero non se flagellauerit, condemnabitur. Si ergo dominus hoc non dixit, qui occidit & uiuificat, & qui potest corpus & animam mittere in gehennam: qua authoritate eos qui non se flagellant, audent condemnare? Rursus etsi baptismi uicem (ut ait beatus Augustinus) suppleat sanguinis pro Christo effusio: non tamen eius uim & potestatem omnino eneruat. satis est enim ut eius uicem tenere possit. Deinde sanguinis effusio quę baptismi locum tenere meretur, talis esse oportet, ut ab alio sit illata, quam ipse patienter tolerans, efficit ut baptismi uicem tenere possit. Verū cum quis sibi ipsi infert mortem aut læsionem corporis talem, ex qua corpus circa uitam periclitetur, ut impij flagellantes fecisse dicuntur, non solum non tenet baptismi uicem, sed ualet ad gehennam.

BEATITVDO.

Armeni. DE hac re est una hęresis Armenorū asserentium beatos nō uidere essentiam dei, sed claritatem quandam illius essentiæ, in qua uisione dicunt beatitudinem consistere. Hunc eundē errorē postea suscitauit quidā Petrus Abailardus dicens deum nō uideri per essentiā à beatis. Hic Petrus natione Gallus fuit, tempore Innocentij papæ huius nominis secundi, qui suo confisus ingenio, omnium sanctorum doctorum sententias contemnere cœpit, & uelut alter Ismael manus suas contra omnes leuauit.

Petrus Abailardus.

Quapropter iuſtum fuit,ut manus omnium cõtra ipſum leuarentur.Ex hac igitur nimia ſui confidentia euenit,ut in multos laberetur errores, quos alĩ cum ſecuti defendere conabãtur,præcipue quidam Italus dictus Arnaldus Brixienſis, a quo (ut opinor)dicti ſunt Arnaldiſtæ hæretici,qui ſingulis annis Romæ in cœna domini excõmunicantur: & in cap.excõmunicamus,extra de hæreti. Contra hũc Petrum Abailardum ſurrexit ſanctus Bernardus, qui ut cum eo diſputaret, & ad ueram fidem reuocaret,è ſuo monaſterio in Burgundia ſito ad ciuitatem Remẽſem uenit:Petrus tamẽ ueritus nec ii beato Bernardo uinceretur, noluit cum eo cõgredi. ſic enim ipſemet B. Bernardus refert ĩ quadã epiſtola, quę eſt in ordine aliarũ.190. Inter alios ergo errores quos docuit,is unus fuit,quo ait deum nõ uideri a beatis p eſſentiã ſuã. Poſt hunc Petrũ ſurrexit quidam Almaricus,de quo iam ſuperius diximus,qui hunc tutatus eſt errorẽ,dicens deum nõ uideri ullo pacto in ſe,ſed in ſuis creaturis. Inter hos ergo oẽs de hoc cõuenit, quia omnes aſſerunt deum nec etiã a beatis ullo pacto uideri.Hanc autem aſſertionem eſſe hæreticã,expreſſis ſcripturæ teſtimonĩs apertiſſime conuincemus. Paulus ſiquidẽ in.1.ad Corint. epiſt. diſcrimen aſſignans inter eam cognitionẽ quã in hac uita de deo habemus,& eam quã poſtmodũ in gloria habituri ſumus,ait, Videmus nũc per ſpeculum in ænigmate,tunc autẽ facie ad faciem. Ecce apertè Paulus promittit pro alio ſęculo facialẽ dei uiſionem. Quòd ſi deus per creaturas tantum uideretur, & nõ amplius:quis non uidet illã eſſe uiſionem per ſpeculũ?Nam in creaturis quædã dei imago apparet:quapropter creatura ipſa ſpeculũ quoddam eſt per quod deum uidemus. Quo fiet,ut beati ſolum in creaturis deũ uidentes(prout iſti hæretici aſſerunt)adhuc uideant per ſpeculum,& ita nõ

Amal. Brixiẽſis.

Almaricus.

1.co.13

clariorem habeant notitiam, ꝙꝫ hi qui in hoc ſeculo
Apo. lyp. 22. degunt. Præterea beatus Ioānes in Apoca. loquens de ſtatu cæleſtis patriæ ſub nomine & figura nouæ Hieruſalem, ita dicit, Et omne maledictum non erit amplius: ſed ſedes dei & agni in illa erunt: & ſerui eius ſeruient illi, & uidebūt faciem eius. Rurſus dominus Ieſus Chriſtus paruulos qui in illū credūt,
mat. 18 cōmendans, ita apud Matthęū, loquitur, Videte ne cōtemnatis unū ex his puſillis: Dico. n. uobis quia angeli eorū in cælis ſemper uidēt faciem patris mei qui in cælis eſt. Ecce ex ſaluatoris noſtri ſententia, angeli ſemper uident faciē dei. Qualiter ergo hi hæretici non uerentur dicere deum nunq̄ uideri in ſe? Apparet certe eos conueniſſe in unum aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtū eius. Quod ſi forte dicant ſe de hominibus ſolum dixiſſe, & nō de angelis, ita ut angelis permittāt dei uiſionē, hominibus autē negent: attendant quod per eundē ſaluatorem
mat. 22 dicitur, In reſurrectione enim neq; nubent. neq; nubentur: ſed erunt ſicut angeli dei in cęlo. Ex quibus uerbis apparet Chriſtum æquaſſe homines angelis pro alia uita. Verum hæc authoritas (ut ingenue fatear) ſolum æquat homines angelis in hoc ꝙ nullū matrimonij uſum habebunt, ſicut nec angeli: nō tamen ibidem facit eos pares quantū ad facialem dei uiſionem. Tamen eſto ibidem nō dicat. negare non poſſunt Paulum & Ioānem in locis proximè citatis de hominibus expreſſe loqui. quapropter ſi ad ſolos homines ſuam aſſertionē reſtringūt, illa duo ſcripturæ loca illis obȝcimus. His etiā accedit qđ
Pſ. 79. regius propheta petit dicēs· Oſtende faciē tuam, & ſalui erimus. Non autem petit id quod donari erat impoſſibile: alioqui audire mereretur id quod dñs
mat. 20 duobus fratribus per matrē petētibus dixit, Neſci-
Ex. 33. tis quid petatis. Hoc etiā petȝt Moſes dicens, Si inueni gratiam in cōſpectu tuo, oſtende mihi faciem

Digitized by Google

tuam,ut uidẽ te. Ecce apertissima sunt testimonia quibus ostendimus deum a beatis uideri per essentiam suam. Quid autẽ hos hæreticos mouerit ut sic errarent,a nemine citatũ reperi. Nam & Guido qui hunc Armenorũ errorẽ discutit,nihil adducit unde ansam sui erroris acceperint, sicut nec ĩ uniuersum in ullo unquã errore facit. Sic enim aliorũ errores reĩcit, ut nunquã illorum argumentis respondeat: quod tamen necessariũ erat perinde ac alterũ. Nam ut ait Aug. in lib. de doctrina Christiana, ualde bonum est,ut quicquid cõtradici potest, si occurrerit, refutetur:ne ibi occurrat ubi nõ erit qui respõdeat: aut præsenti quidẽ & tacenti occurrat, & minus sanatus abscedat. De hac ergo re(ut opinor)ansam erroris ceperunt,quia in pleriscq; locis scripturæ dicitur,Deum non uideri ab aliquo. In Exodo nãq; dicitur,Non uidebit me homo & uiuet. Et Iob de sapientia diuina loquens ait, Abscõdita est ab oculis omnium uiuentium, uolucres quoq; cæli latet. Et Paulus in prima ad Timoth. epistola ait, Qui lucẽ habitat inaccessibilem,quem nullus hominũ uidit, nec uidere potest. Et beatus Ioã. in. 1. sua catho. epi. dicit,Deum nemo uidit unq̃. His ergo scripturæ locis male ĩtellectis mihi uisum est hos hæreticos posse adduci in præfatum errorẽ,quæ in medium proponere oportuit,eisq; respondere,ne alĩ forte legentes & nõ intelligentes, in eundẽ labantur errorem. Fatemur quidẽ deum in hac uita mortali a nemine uideri,ĩmõ nec uideri posse iuxta legem datã ab homine uiuente uita hac corruptibili: quoniam aut uideret uisu corporeo, aut per intellectũ. Corporeus sensus(ut manifestũ est)non est capax uisionis diuinæ. Anima uero cum intra corpus mortale est,ministerio sensuũ utitur: quapropter necessarium est ut non excedat operationẽ illorum:quoniã artifex nõ potest subtilius opus operari q̃ patitur natura in-

Ex. 14.
Iob. 28
1. Ti. 6
1. Io. 4

strumenti quo mediante operatur. Cũ ergo anima utatur sensibus tanq̃ instrumento ad suas operationes, nõ poterit ultra euagari, q̃ circa illa quę uis sensitiua pertingit. Sensus autẽ non potest deum uidere. Nec ergo anima cum intra corpus mortale existit, utens ministerio sensuũ, poterit deum uidere. Et
Exo.33 ad hunc sensum spectãt quæ deus loquitur in Exo.
1.Io.4 dicens, Nõ uidebit me homo & uiuet. Et quod Ioã. ait, Deum nemo uidit unq̃, ut uidelicet deũ nemo uideat dum uiuit hac uita mortali. Quod autem dicitur Paulũ cum raptus fuit ad tertium cælũ, deum uidisse, huic sententiæ non repugnat. Nam quãuis Paulus uiderit, hoc factum est educta prius anima extra usum & ministerium sensuum. Etsi enim anima intra corpus fuerit (quod dubiũ est ipsi Paulo) tamen a ministerio sensuũ fuerat separata. Hoc autẽ
2.Co.12 inde colligitur, quod Paulus ait, Siue ĩ corpore, siue extra corpus fuerim, nescio. Quod si ministerio sensuum tũc usa fuisset eius anima, sciuisset certò Paulus se in corpore tunc fuisse. De alijs autẽ quos scriptura refert uidisse deum, sic accipiendũ est, ut intelligamus eos uidisse quosdam angelos claritate magna fulgẽtes, qui cum a deo missi fuerant, diuinitatem ipsam quodãmodo repręsentabãt: quapropter
Gen.32 qui eos uidebant, dicebãt se deum uidisse. Sic enim
Exo.33 dixit Iacob, Vidi dominũ facie ad faciẽ, & salua facta est anima mea. Hoc etiam dicitur de Mose. Lo-
Exo.33 quebatur dñs ad Mosen facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. Quod si Moses clare deum uidisset, frustra deum orasset dicẽs, Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuã, ut uideã te. Hi ergo omnes & alij quotquot uidisse deum in scriptura sacra reperiũtur, in imagine deũ uiderunt: quãquã de Mose aliqui sentiant deũ clare uidisse, anima tamẽ eius a ministerio sensuum tunc abstracta. Sic enim intelligitur quod eidem Mosi a

domino dicitur·Non uidebit me homo,& uiuet. Et quod Iob ait,ſapientiam eſſe abſcõditam ab oculis omnium uiuẽtium, eorũ. ſ. qui uiuunt hac mortali uita. Verum tunc iam urget id quod Paulus dixit, Qui habitat lucẽ inacceſſibilẽ:quem nullus hominum uidit,ſed neq; uidere poteſt. Cui reſpõdemus Paulum dixiſſe lucem diuinã eſſe inacceſſibilẽ:non tamen ſimpliciter, & omnibus inacceſſibilẽ,ſed homini. Nam ad huius confirmationẽ ſtatim ſubiunxit,quem nullus hominũ uidit. Inacceſſibilis eſt ergo,ſed homini.Inuiſibilis eſt,ſed ab homine,ſed ab humana ſapiente. Sacra ſiquidem ſcriptura omnes qui ſecundũ carnem uiuunt,homines uocare ſolet, & humanitatis nota inurere. Vnde in.1.ad Corint. epiſtola Paulus ait,Cum ſit inter uos zelus & contentio,nõne carnales eſtis,& ſecũdum hominẽ ambulatis?Et infra,Nonne homines eſtis? Hinc eſt qđ cum in eadem epiſtola teſtimoniũ Eſaiæ protulerit dicentis,q̃ oculus non uidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcenderũt quę præparauit deus ĩs qui diligunt illũ:poſtea Paulus ſubiecit,nobis autem reuelauit deus per ſpiritum ſuum. Quibus uerbis manifeſtè ſe ab hominis nomine ſeparauit,eò q̃ non ſecũdum carnẽ uiuebat. Nullus ergo cor̃ qui propter uitam ſecũdum carnem,homines appellantur, deum uidit,ſed neq; uidere poteſt. De alĩs autẽ q̃ deum in poſterũ clare uidebunt,non potuit Paulus apertius teſtari,q̃ dicens,Videmus nũc per ſpeculum in ænigmate,tunc autẽ facie ad faciem. Vnde patet homines aliquãdo habituros facialem dei uiſionem. De angelis autem apertiſſime ueritas dixit, Angeli eorum ſemper uident faciem patris mei qui in cælis eſt. Neq; huic ſaluatoris dicto obuiat quod beatus Petrus dicit,In quem deſiderant angeli proſpicere. Nam angeli & uident,& uidere deſiderant, ſicut & alĩ etiam homines beati,uidẽtes deſiderãt,

Ibidẽ. Iob.28

1.Ti.6

1.Co.3

Eſ.64.

1.co.13

mat.18

1.Pe.1.

& desiderãtes uident. Beati siquidẽ uidentes deum
Psal. 16 satiãtur, iuxta illud psalmi, Satiabor cum apparuerit gloria eius. Satietatem autẽ solet sequi fastidiũ. Desiderium etiam sine cõsecutione eius quod desideratur, anxietatem habet: & anxietas pœnã. Beati uerò omni anxietatis pœna carent: qa pœna & beatitudo nunquam cohærere possunt. Quapropter ab utroq; uidelicet a satietate & desiderio, si remoueamus omne illud quod pœnã inferre uidetur. s. fastidium & anxietatem, dabimus beatis satietatem & desiderium, ita ut remouendo a desiderio anxietatẽ, dicamus eos desiderantes satiari: & separando a satietate fastidium, dicamus eos satiatos desiderare. Bene ergo dicit Petrus, in quẽ desiderãt angeli prospicere: quia etsi uident, uidere tamẽ desiderant: hoc est, sic dei uisione fruuntur, ut quanuis satiati nullũ tamen inde fastidium habeãt. Pro huius ergo hæresis cõfutatione satis me dixisse arbitror, iuxta eam quã promisi tenere breuitatem.

Secunda hæresis est, quæ asserit beatitudinẽ consistere in carnis delicijs. Hic error fuit olim apud quosdam Iudæos repertus, qui omnia quæ a prophetis de Christi regno dicuntur, carnaliter intelligebant. Ex quo errore uidetur processisse illa petitio matris filiorũ Zebedęi petentis a Christo, Dic
mat 15 ut sedeãt hi duo filij mei, unus ad dexteram tuam, & alius ad sinistrã in regno tuo. Nec tamẽ propter istos sic errãtes, hanc hæresim hic collocassem, cum a principio operis statuerim eas solũ recensere hæreses, quę post Christi in cælos ascensionem exortę sunt, nisi q; plures inuenio ex eis qui Christo nomina in baptismo dederunt, in hunc errorem fuisse lapsos. Primus ergo qui hunc errorem suscitauit, fuit
Cerinthus. Cerinthus quidam, pessimis moribus assuetus. Cuius nationis aut gentis fuerit, mihi non constat: hoc solum scio illum fuisse coæuũ beato Ioãni euange-

listæ. Nam beatus Irenæus lib.3.aduersus hæreses cap.3. de beato Polycarpo loquens sic ait·Et sunt q audierunt eum dicentẽ,quoniam Ioãnes domini discipulus in Ephesо iens lauari, cũ uidisset intus Cerinthum,exilierit de balneo nõ lotus,dicens quod timeat ne balneũ concidat,cũ intus esset Cerinthus inimicus ueritatis. Hęc Irenęus. Inter alios ergo Cerinthi errores, is unus est quo asserit post resurrectionem terrenũ futurum esse regnũ Christi,& homines in carne cõcupiscentijs & libidinibus subiectam uitã acturos. Hunc eundẽ errorem aliqui impingunt Papiæ Hieropolitano episcopo,qui fuit discipulus beati Ioãnis euangelistæ. Qui autẽ illi impingunt,mouentur ex quodã dicto beati Hieronymi qui in suo libro de ecclesiasticis scriptoribꝰ de hoc Papia loquẽs sic ait, Hic dicitur mille annorum Iudaicam edidisse δ'ευτέρωσιν, quẽ sequuti sunt Irenęus & Apollinarius, & cęteri qui post resurrectionem aiũt in carne cum sanctis dominũ regnaturũ. Hęc Hieronymus. Verum ex uerbis Hieronymi nihil tale habetur Papiam sensisse,quale est id quod nũc de Cerintho retulimus.Solum enim ex Hieronymi uerbis habetur Papiæ sententiã fuisse Christum iterum in terris secũdum carnem regnaturum:& hoc quidem uerum est illũ sensisse, ut ex alijs plurimis authoribus constat.Sed nõ asseruit illũ sensisse tale regnum Christi futurũ in carnis delicijs, prout Cerinthus dixit. Nec docuit etiam Papias, regnũ dei, quod alio nomine beatitudinem aut gloriam dicimus,perpetuas habiturũ carnis uoluptates. Nihil enim tale sensit: Cerinthus autem omnia hæc docuit. Quapropter uidetur mihi inter Cerinthum & Papiam latum esse discrimen, quãuis in aliqua erroris parte conueniant. Vterq; enim istorum sensit post resurrectionẽ dominum cum sanctis mille annis regnaturum in terra. In hunc autem errorem la

Papias

psus est Papias motus ex illo quod beatus Ioānes
Apoca lyp.20 dicit in Apocalypsi, ubi de iustis loquēs ait, Et uidi animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter uerbum dei, & qui nō adorauerunt bestiā, nec imaginem eius, nec acceperūt inscriptionem in fronte aut in manu suā, & regnauerunt cū Iesu mille annis: reliqui eorū non uixerunt donec finiantur mille anni. Propter hęc uerba Apocalypsis male intellecta, credidit Christum in terra cum sanctis secundum carnem mille annis regnaturum: quia illa uerba Apocalypsis credidit iuxta literæ corticē, & non iuxta mysticum sensum esse intelligēda. Vnde Euseb. lib. 3. historiæ ecclesiasticæ cap. 39. de hoc Papia loquens sic ait, Dicit autem & alia plurima a maioribus sibi tradita miracula, & nouas quasdā parabolas saluatoris, & doctrinam incognitā, magisq; fabulosam, mille annos futuros post resurrectionem, quibus corporaliter regnū Christi in hac terra futurū sit. Sed ego puto eum spirituales & mysticas apostolorū traditiones corporaliter & secundum literā suscepisse, nec potuisse discernere ea quę illi in figuris uelut lactentibus & paruulis loquebantur, qui & reuera etiam ex ipsis quæ conscripsit opusculis, exigui sensus uir & minus capacis ostēditur. Multis tamen post se ecclesiasticis uiris erroris huius præbuit causas, authoritatem dogmatis tantum ex uetustate tribuens, non etiam ex ratione dictorum, sicut Irenæo, & siquis alius eum in hac parte uisus est sequi. Hęc Eusebius. Quāuis ergo in hac parte Papias errauerit, non tamen propter hoc aliquis antiquorū illum nota hæretici inusserit: quia nec pertinax forte fuit, ut meliora docenti obtemperare noluerit. Pertinacia uerò est precipua pars quę hæreticum efficit, ut iam supra docuimus. Propter quod non possum cohibere memetipsum quin succenseam fratri Bernardo de Luzēburgo, qui in suo

catalogo

catalogo hæreticorꝫ non ueritus est hunc Papiam alijs hæreticis annumerare, præcipue cū hoc apud nullū antiquorꝫ fuisse factū repererit. Beatus enim Aug. in suo lib. de hęresi. ad Quoduultdeum, cum omnes hæreticos recenseat, nunquam huius Papię meminit. Philaster Brixiensis episcopus nullam in suo lib. de hęresib⁹ de hoc Papia fecit mentionem. Hidorus etiam in 8 lib. Etymologiarum, cum omnes quos potuit scire hæreticos enumerauerit, nec de Papia ullam fecit memoriam. Omitto Guidonem, quoniam is recentior est quam ut in uetustis hæreticis enumerandis fides ei adhibeatur. Quod si aliqua illi fides debetur, nunquam etiam ille huius Papiæ meminit. Si ergo nullus istorꝫ illustrium uirorum Papiam inter hæreticos recēsuit, unde habuit frater Bernardus de Luzemburgo ut eum hæreticum censuerit? Si enim ꝓpterea ꝙ Hieronymus dixit Papiam mille annorꝫ Iudaicam edidisse δευτέρωσιν, statim erat inter hæreticos collocandus, quare etiam eadem ratione non annumerauit inter eosdem Irenæum, Apollinarem, Lactātium, Victorium Pictauiensem, cū de his omnibus referat Hieronymus eodem loco quòd secuti sunt Papiam in hac parte? Aut ergo Papias nō est hæreticus censendus: aut alij qui eum in hac parte sunt secuti, eadē ratione dicentur hæretici. Hæc omnia in medium placuit afferre, ut uideant hi qui facilè de hæresi pronunciant, ꝙꝫ facilè etiam ipsi errent, & intelligāt nō esse tam leuiter de hæresi censendum, præcipue cū non sit peius crimen quod uiro Christiano possit impingi, ꝙꝫ si hæreticus appelletur. Papias ergo, & qui eum secuti sunt, hoc senserūt, Christum uidelicet post resurrectionē regnaturum cum iustis mille annis in terra. Et sic sentientes, græco uocabulo χιλιασταὶ appellati sunt. Quod uerbum è uerbo exprimētes latine dicere possumus millenarij. Cerin-

thus autem de regno Christi per mille annos in ter ra sentiens, carnales quasdam uoluptates in illo re gno futura ponit, & uitia quædam portentosa cuiuslibet libidinis. Præter hoc sensit etiam regnum Dei post istos mille annos in terra, futurum in cædis, in uoluptatibus carnis, in gula & luxuria. Qua in re latissime abest à sensu Papiæ, & aliorum qui Papiam sunt secuti. Quod autem Cerinthus hæc duo asseruerit, apertissime ostendit Eusebius in libro tertio. Ecclesiasticæ Historiæ capite uigesimo octauo. Sic enim de Cerintho loquens ait, Post resurrectionem terrenum dicit futurum esse regnum Christi in Hierusalem, & homines in carne iterum concupiscentijs & uitijs subiectam conuersationem habituros. Contra fidem quoque scripturum, quosdam mille annos designat: in quibus multa quidem & alia corruptionis opera, & nuptiarum festiuitates dicit futuras, ad eos qui libidini sunt dediti, decipiendos. Sed & Dionysius cum de Ioannis reuelatione dissereret, & quædam secundum ea quæ antiquitus ecclesiæ tradit fuerãt, disputaret, mẽtionem facit huius ipsius uiri in his uerbis. Cerinthus (inquit) à quo Cerinthiana hæresis oborta est, figmentis suis authoritatẽ magni nominis acquirere secũdum scripturæ huius prauam intelligentiam gestiebat: quippe cuius hæc erat hæresis, ut affirmaret terrenum futurũ esse Christi regnum. Et quia erat uentri & gulæ ac libidini deditus, ea futura decernebat, quæ sibi ꝓpria libido dictabat. Ventris, & eorum quæ sub uentre sunt, incitamenta, cibis, potibus, nuptijs prædicabat explenda. Et ut aliquid sacratius dicere uideretur, legales aiebat festiuitates rursus celebrandas, & hostias carnales iterum iugulandas. Hæc Eusebius. Ex cuius uerbis, & alijs quæ supra de Papia ex eodẽ Eusebio attulimus, constat latum esse discrimen inter

Papię et Cerinthi errorem: quoniam de Papia nihil aliud habemus præterquã quod ait Christum mille annis regnaturum in terra cum sanctis post resurrectionem. An autem Papias senserit in illo mille annorum regno futuras esse delicias carnales, an spiritales, mihi non constat. Quod si eas futuras dixit spiritales, nõ erat grauis error. Nam beatus Augustinus libro uicesimo de ciuitate dei capite septimo de hac sententia disputans, non audet appellare errorem, sed opinionem. Sic enim loco præallegato ait, Quæ opinio esset utcunque tolerabilis, si aliquæ deliciæ spiritales in illo sabbato affuturæ sanctis per domini præsentiam crederentur. Nam etiã nos hoc opinati fuimus aliquando. Hæc Augustinus. Ex quo iterum patet male sensisse fratrem Bernardum de Luzemburgo, cum recensuit Papiam inter hæreticos: quoniam beatus Augustinus ait tolerabilem esse opinionem illam mille annorum, si in illis annis spirituales & non carnales ponantur deliciæ. At Cerinthus (ut modo enarrauimus) carnales dicit futuras delicias nõ solũ in illo mille annorum regno, sed etiam in posterum, quoniã ea in illo dei regno futura dicebat, quę propria libido dictabat: & in illis fœlicitatem summam figebat: et propter hanc causſam, hunc ipsius Cerinthi errorẽ sub titulo Beatitudinis locauimus. Nec miretur lector quod tam longam in enarranda huius hæresis Historia fecimus disputationem: quoniam uideo plures in hoc errasse, ut errorem Cerinthi cum errore Papiæ confundant, credentes unũ esse utriusque errorẽ: quapropter oportuit eorũ discrimẽ ostẽdere. Supereſt iã ut ostẽdamus in illo regno beatitudinis nullas esse futuras carnis delicias, quemadmodũ Cerinthus fabulatur. Primo omnium, Paulus huic sententię apertissime obuiat, dicens, Regnũ dei nõ est esca et potꝰ: sed iustitia, & pax, et gaudiũ Ro. 14

in spiritu sancto. Prꝛterea si regnū dei, hoc est beati tudo, in carnis delicijs cōsisteret, nulla esset rectior uia ad illud regnum, et beatitudinem assequēdam, cꝫ uita in carnis uoluptatib⁹ expleta: qñ nulla est rectior uia ad beatitudinem, cꝫ illa quæ simillima est termino uiæ, ipsi uidelicet beatitudini. Hinc ueri catholici & fideles qui suam beatitudinem figūt in dei cognitione & amore, nullam etiam aliā breuiorem & certiorem uiam ad beatitudinē assequēdam docent, cꝫ ueram dei cognitionem, & perfectā illius dilectionē. Si ergo beatitudo in carnis uoluptatib⁹ sita est: carnis uoluptas certissima erit uia ad beatitudinem adipiscendam. At nihil magis impedit beatitudinis consecutionem, cꝫ carnales delici
1.co.6. æ. Paulus enim apostolus recensens eos quibus regnum dei est iterdictum, inter eos enumerat carnis uoluptatibus deditos. Sic enim ait, Neꝙ idolis seruientes, neꝙ adulteri, neꝙ molles, neꝙ masculorū cōcubitores, neꝙ fures, neꝙ auari, neꝙ ebriosi, neꝙ maledici, neꝙ rapaces regnū dei possidebunt.
1.co.15 Et iterum, Sicut portauimus imaginē terreni, portemus imaginem cælestis. Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis regnum dei possidere nō possunt. Nomine autē carnis & sanguinis designauit uitam secundū carnis & sanguinis instinctum: qđ patet ex eo, quia per illa declarauit imaginem terre
Gala. 5 ni hominis. Et alibi, in ea uidelicet quæ est ad Galatas epistola, postquā enumerauit opera carnis, subiungit. Qui talia agunt, regnum dei non consequētur. Si ergo opera carnis aduersantur consecutioni ipsius regni dei: quî fit ut ipsum regnum dei in eisdem operibus carnis constitat? Rursum ipse ueritatis magister hunc errorē propria uoce dānat: quo-
mat.22 niam Saducæis de resurrectione disputantibus respōdens ait, In resurrectione neꝙ nubent, neꝙ nubentur: sed erunt sicut angeli dei. Si in resurrectio-

ne non ſunt nuptiç(iuxta dictum Saluatoris) opor tet neceſſario fateri,ut nō ſit ibi fornicatio, aut aliq quicunq; cōcubitus. Et qñ dicit homines futuros ſicut ſunt angeli dei, oportet etiam cōcedere nullū illis futurum cibi corporalis guſtū. Vnus enim ex his qui aſtant coram domino, uidelicet Raphael, Thobiæ loquens ait,Cum eſſem uobiſcum per uo luntatem dei,uidebar quidem uobiſcum māducare & bibere,ſed ego cibo inuiſibili,qui ab hominibus uideri non poteſt,utor. Hic autem cibus q ab hominibus uideri nō poteſt,deus ipſe eſt:quem uidentes & amantes guſtāt.unde regius ꝓpheta ait, Guſtate & uidete q̄ ſuauis eſt Dominus. Si enim ipſe deus non eſſet cibus animæ noſtræ,nunquam propheta præciperet ut guſtaremus eius ſuauitatē. Nō enim guſtatur niſi qđ comedi aut bibi poteſt. Et de hoc ſpiritali cibo & potu intelligēdæ ſunt authoritates illæ quæ in utroq; ſcripturæ ſacrę inſtrumento promittunt in illa futura beatitudine cibū & potum,ut apud Eſaiam dicitur, Serui mei comedent,uos autem eſurietis:ſerui mei bibent,uos autem ſitietis. Tunc enim ſatiabuntur (ut ait regius propheta)cum apparuerit gloria domini.Sic etiam accipiēdum eſt quod ait ſaluator,Ego diſpono uobis, ſicut diſpoſuit mihi pater,ut edatis & bibatis ſuper mēſam meam in regno meo. Quemadmodū enim Chriſtus filius dei ſatiatur per uiſionē eſſentiæ ſuæ, quam accepit à patre ſuo per generationē: ſic etiam nos ſatiari oportet per uiſionē eſſentiæ diuinæ:quam uiſionē ut nos aſſequeremur,Chriſtus obtinuit per merita ſuæ paſſionis: & tūc diſpoſuit nobis mēſam,cum meruit ut nobis daretur gloria, in qua uidētes deum,ſatiamur eius uiſione.Cerinthus cū eſſet carnis uoluptatibus deditus, non credidit alium eſſe cibum ſpiritualem animę,et alium corporis:quapropter oēs authoritates quę de cibo

tho.11.

Pſa.31.

Eſa.49 Pſa.16. Lu.17.

& potu,de cõuiuio,de cœna, pro illa futura beatitudine loquuntur:putauit iuxta literam carnaliter intelligendas.Non attendit enim aliũ esse cibũ præter eum qui oculis carnis uidetur,& dentibus atteritur.Si enim uerbum dei (iuxta dictũ Saluatoris) est cibus animam nutriẽs, quãto magis nutriet & reficiet ipsemet deus?Moyses nanq; solo dei collo quio quadraginta diebus absque alio corporali cibo nutritur.Hos duos cibos,uidelicet corporalem & spiritualem,& eorum discrimen, saluator describens,Operamini non cibum qui perit: sed q permanet in uitam æternam. Hęc aduersus Cerinthi errorem dicta sufficiant:omissis alijs argumentis, quæ in scholis pertractari solent ad probãdam beatitudinem in sola dei uisione & illius dilectiõe cõsistere. Vbi nanq; apertissima sunt scripturæ sacræ testimonia,superfluum est argumẽta plura superaddere,uelut siquis uelit lumen addere fulgẽtissimis solis radijs.Alter etiam Papiæ error,de mille annoq; regno,quibus ait Christũ post resurrectionem regnaturum secũdum carnem, ex supradictis conuictus est.Nam saluator dixit,In resurrectione neq; nubent,neq; nubentur, sed erunt sicut angeli dei.Ex quibus aperte cõuincitur, post resurrectionem non esse futurum ullum maris & fœminę coitum,nullum etiam cibi & potus usum:& per cõsequens,nullam secundum carnem uitam. Illud autem quod in suæ sententiæ cõfirmationem ex Apocalypsi producunt,minime intellexerũt, & propterea in errorem lapsi sunt.Sic enim dicitur in Apocalypsi·Et uidi animas decollatoq; ꝓpter testimonium Iesu,& ꝓpter uerbum dei:& qui nõ adoraue rũt bestiã,neq; imaginẽ eius,neq; acceperũt characterẽ eius in frõtibus, aut in manibus suis:uixerũt & regnauerũt cũ Christo mille annis. Cæteri uero mortuoq; nõ uixerunt donec cõsummentur mille

mat.4.

Ioan.6

mat.22

apo.20

annī. Hæc est resurrectio prima. Beatus & sanctus qui habet partē in resurrectione prima. In his uerbis apostolus ostēdit discrimen inter bonos & malos. Boni etenim q nō adorauerūt bestiā, id est dæmonē, uixerunt, quia etsi corpora eorū nūc mortua sint, animæ tñ eorū uiuunt per gratiam & gloriam quā nūc possident. Et hęc nocat resurrectio prima, quę ad gratiam & gloriam animarū pertinet. Quapropter beatus Ioānes dixit. Beatus et sanctus qui habet partē in resurrectione prima. Alia est resurrectio secūda, q̄ erit cum corpora resurgentia ad uitā accipient stolam īmortalitatis. Et per oppositum, mors etiam est duplex. quædam dicitur prima, & est peccatum, qđ est mors animæ: de qua morte saluator ait, Sine mortuos sepelire mortuos suos: ut uidelicet in anima mortui sepelirēt mortuos in corpore. Secūda mors, est dānatio ppetua. In quā mortē præcipitabtūur, qui à prima q̄ est mors peccati, nō resurgunt. Et ideo merito beatus q habet partē in resurrectiōe prima. Sancti ergo uiri qui ppter testimoniū Iesu, & ppter uerbum dei decollati sunt, & q nō adorauerunt bestiam, id est dæmonē, uixerūt: quia etsi corū corpora nūc mortua in sepulchris iaceant, tamen eorum animæ habent uitā gratiæ & gloriæ, & nunc regnāt cum Christo mille annis, id est omnib⁹ annis qui sunt futuri usq; ad iudicium. Nam usq; ad illud tēpus sancti habebūt præcise uitam animæ, & resurrectionem primam: post illud uero tempus habebunt resurrectionem secundam, id est uitam corporum simul & animarum. Quod autem millenarius numerus capiatur pro uniuersitate, manifeste cōuincit per id quod dicitur in psalmo. Memor fuit in seculum testamēti sui, uerbi qđ mādauit in mille generationes: id est in omnes. Et in Ecclesiastico, Melior est unus timēs deum, quā mille filij impij, id est quàm omnes filij impij. Præ-

Luc. 9

Ps. 104

Ecc.16 mat, 25 terea denarius numerus aliqñ etiã ponitur pro uniuersitate, ut apud Matthæum dicitur regnum cælorum, quod militans est ecclesia, assimilari decẽ uirginibus, quo numero omnes homines tam boni q̃ mali designati sunt. At denarij numerus, radix est millenarij numeri, qui quadratum solidum est. Nã denarius numerus si per seipsum ducaſ, efficit centum. Quod si rursus decem ducas per centum, efficient mille. Si ergo denarius numerus pro uniuersitate ponitur, millenarius qui ex denario bis ducto consurgit multo rectius pro uniuersitate ponetur. Cum ergo beatus Ioãnes de sanctis iam defunctis loquens dixit quod uixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis, sic accipiendum est, ut intelligatur eos uixisse & regnare cum Christo omnib⁹ annis futuris usq; ad diẽ iudicij. Quibus annis etsi mortui sint corpore, uiuunt tamẽ anima, & regnãt cum Christo. De peccatoribus defunctis loquens apostolus Ioannes dixit, Cæteri uero mortuorum nõ uixerunt donec consumentur mille anni. Quia peccatores defuncti, toto hoc tempore usq; ad diẽ iudicij nullam habent uitam: quoniam eorũ corpora mortua iacent, & animæ eorũ mortuę etiam sunt per peccatum. Trãsactis autem his mille annis, id est toto illo tempore usq; ad diem iudicij, aliquam uitam habebunt, quia etsi animæ eorum per peccatum mortuæ sint, eorum tamen corpora per resurrectionem uitam quanuis miseram recuperabunt. Vel forte ibi ponit millenarius numerus pro uniuersitate temporis futuri etiam post diem iudicij, ita ut sit sensus, sancti uixerunt & regnauerunt cũ Christo mille annis, id est semper, quia etsi nõ semper uixerint corpore, post mortem tamen corporis semp uixerunt, & semper uiuent in anima. Cæteri uero mortuorũ, id est peccatores, nõ uixerũt donec cõsummentur mille anni, id est nunq̃ uixerunt: qa

ueram uitam animæ & corporis amiserũt. Nec ibi illa dictio donec, dicit alicuius temporis finem. Sic enim sæpe ponitur in sacris literis, ut nullũ dicat finem temporis: ut patet in psa. Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorũ. Nunq; enim erit tẽpus, quo filius dei nõ sedeat ad dexteram patris: & tñ dixit eum sedere donec ponat inimicos illius scabellum pedum suorũ. Vnde conuincitur illud aduerbiũ donec, positum esse sine aliqua temporis limitatione. Ad hunc etiam modum capiẽ quod dixit Ioannes euangelista, Cæteri uero mortuorũ nõ uixerunt donec finiãtur mille anni, id est donec finiatur temporis uniuersitas: hoc est, nunq; uixerũt. Aliam expositionem horũ mille annorũ assignat beatus Augu. lib. 20. de ciuit. dei cap. 7. legat qui uoluerit. ego nolui in medium afferre, qm̃ mihi illa nõ placuit. Hæc autem quam modo retulimus, ab eo etiam assignatur: & mihi uerior uidetur. Aduersus hos χιλιαστὰς, id est millenarios, scripsit olim Gennadius presbyter Massilienſis: ut testatur Ioannes Tritemius in suo libro de ecclesiasticis scriptorib⁹. quo utinam frui liceret: magnum qdem (ut opinor nobis adiutorium præbuisset. Ps. 109

Tertia hæresis est quæ asserit nec beatitudinem nec miseriam esse perpetuã. Huius hæresis author est Origenes. hic enim (si Augustino et Theophylo Alexãdrino credimus) quasdam alternationes beatitudinis & miseriæ ponit: ita ut transactis aliquot annorũ curriculis, animas beatas dicat iterum in corpora mortalia reuerti, & in eis corporis molestias pati, & inde iterum ad beatitudinem euocari: & à beatitudine rursum ad miseriã deflecti. quo pacto fiet perpetuus quidam beatitudinis & miseriæ circulus. Et eodem modo sentit etiam de miseris, ut illos dicat aliqñ ad hoc sæculũ redituros: & Origenes.

inde iterum ad beatitudinem euocari. Vnde euenit ut dicat dæmones aliquando fore saluandos. Hæc sententia apertissimè cõuincitur esse hæretica, & ratione, & scripturæ sacrę testimonijs. Ratione prius aggrediamur, & percõtemur Origenem, utrum anima quæ iam beatitudinem adepta est, sciat suã beatitudinem aliquando finiendam: an prorsus ignoret? Si penitus nescit suam beatitudinem aliquãdo finiendam, oportebit tunc Origenem fateri, nos in huius sæculi miseria existentes peritiores esse, quã beati sint in illa futura beatitudine: quoniã in hoc sæculo existentes, noscimus finiendam esse aliquãdo beatitudinem: beati autem ignorant futurã miseriam. Nos etiam in hoc sæculo uitam agentes, scimus (iuxta Origenis sententiam) beatorum felicitatem aliquãdo defituram: quod cũ ipsi ignorent, cõ sequens est ut peritiores simus illis. Si autem finẽ suę fœlicitatis scit anima beata, hac sola ratione miserа esse conuincitur, quoniam semper erit cum metu amittendi quod amat. At metus passio quædam est animæ: & qui timet, quodammodo patitur, & quãdam miseriam sustinet. Prẽterea metus ille uim amoris quodãmodo remittit. Tepidius enim quisque amat id quod scit se aliquãdo defecturũ. quapropter fiet, ut beatus sciens suam beatitudinẽ aliquando finituram, remisse ac tepide amet eandem. Hoc enim unico & fortissimo argumẽto Christus ab amore diuitiarum separare nos uoluit, ꝙ aliqñ
mat. 6. perituræ essent. Nolite (inquit) thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi ærugo & tinea demolitur: et ubi fures effodiunt atq; furantur. Rursum. Si beatus scit suam fœlicitatem defituram: multo beati⁹ & quietius uiuet hic anima in hoc sæculo, q̃ illic in illa beatitudine: & tanto beatius, quanto melior est spes certa boni acquirendi, q̃ metus mali imminentis. Miser siquidẽ in hoc sæculo uiuẽs, spem ha

bet futuræ beatitudinis:beatus autem metum patitur futuræ miseriæ,ad quam(iuxta Origenē) post aliquot annoꝝ curricula est reuocandus. Omissis autem argumentationibꝰ,scripturarum sacrarū testimoniis agamus:quoniam hæc uehementius urgent.Scriptura siquidem sacra non tantū semel aut iterum dicit beatitudinem & miseriam damnatoꝝ esse perpetuas. Vnde Salomon in lib.Sapientiæ ait, Iustorum animæ in manu dei sunt:& non tanget illos tormentū mortis. Quod si a beatitudine ad miseriam, & à miseria ad beatitudinem per cōtinuas alternationes sine cessatione circumeūt, necesse est ut illos tangat tormētum mortis. Et iterū assignās diuersum beatorum & damnatoꝝ statum, postꝙ de damnatis disseruerat, de beatis dicit, Iusti autē in perpetuum uiuēt, & apud dominum est merces eorum. Præterea apud Danielem dicitur, Et in tempore illo saluabitur populus tuus omnis qui inuētus fuerit scriptus in libro:& multi de his qui dormiunt in terræ puluere,euigilabūt:alij in uitā æternam,alij in opprobrium,ut uideāt semper. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti:& qui ad iustitiā erudiūt multos,quasi stellę in ꝑpetuas ęternitates. Ecce hic bis uno cōtextu beatoꝝ statū propheta declarauit esse ꝑpetuū. Rursum Gabriel angelus de filio dei incarnādo Mariā uirginē alloquēs ait:Regnabit ī domo Iacob ī ęternū,& regni eius nō erit finis.Domus autē Iacob illa est quę alibi appellatur domus Israel,scilicet gloria cęlestis,cuiꝰ magnitudinē propheta unus admiraē dicens,O Israel ꝙ magna est domus tua.Iacob siquidē ille est idē q et Israel.eadē ergo domꝰ Iacob, & domꝰ Israel.In hac domo dicit angelus Christū regnaturū in æternū.At qualiter poterit in illa domo regnare ī æternū, si domus nō est ęterna?Oportet ergo ut domus illa beatitudinis sit ęterna,ut ī il

Sapi.3.

Sapi.5.

Dan.12

Luc.1

Bara.3

la possit Christus regnare ī ęternum. Regnum etiã
Apo. 5 Christi beati sunt, qui in Apocalypsi clamant, Feci sti nos deo nostro regnum. Hoc est enim illud regnum quod coram Pilato Christus cõfessus est nõ
Ioã. 15. esse de hoc mundo. Et merito, quoniam alibi de iu stis loquens dixerat, Si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret: propterea mundus uos odit, quia nõ estis de mũdo. Si ergo beati regnum dei dicuntur, quomodo regni Christi nõ erit finis, si à beatitudine ad miseriam beati aliqñ reuocant? Oportet ergo beatitudinem fateri æternam, ut regnum Christi uere dicatur esse sine fine. Cæterum quod de damnatis dicitur, apertissime conuincitur
mat. 25 per id quod apud Matthęum dominus minatur se dicturum peccatoribus in die iudicij, Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, &
Lu. 16. angelis eius. Et apud Lucam, pater Abraham diuti epuloni in inferno sepulto ait, Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnum firmatum est, ut hi qui uolunt hinc transire ad uos, non possint: nec inde huc transmeare. Quibus uerbis nihil apertius dici potuit ad Origenis insaniam reuincendã. Contra hunc errorem scribit beatus Augu. in lib. 12. de ciuitate dei, cap. 20. quo in loco solum agit argumẽtis, nullum scripturæ sacræ afferens testimonium. Quod inde ueniisse constat, quia tunc contra Ethnicos philosophos agebat, quos sacræ scripturæ testimonium parum mouere poterat. Contra eundem errorẽ etiã disputat beatus Grego. in Moralib? sup illud Iob 40. Aestimabit abyssum quasi senescẽtẽ.

Quarta de hac re hæresis est, quæ asserit hominem in hac præsenti uita posse consequi finalẽ beatitudinem secundum omnem gradum perfectionis
Begardi. Beguinæ. quem habebit in patria. Hanc hæresim suscitarunt quidã homines in Alemania, dicti Begardi, & quædã mulieres dictę Beguinæ, qui omnes modo quo-

dam honesto & religioso incedunt. Nam hodie in Germania inferiori uidi ipsemet mulieres sic nominatas Beguinas, quæ in societate quadam honeste uiuunt, sine tamē alicuius uoti expressi emissione, & cum propriæ supellectilis retentione: quæ cū uolunt, & modus uiuendi eis displicet, liberam recedendi habent facultatem: & in toto possunt societatem relinquere. Secus autem se habēt Begardi, quoniam hi cœnobia habent, & tria uota, ut alīj monachi, Domino reddunt. Hāc rationem Begardorum & Beguinarum hic reddere placuit: quoniam hæc nomina alīs nationibus sunt prorsus ignota, utpote Hispanis & Italis, & magna ex parte Gallis. Hi ergo Begardi & Beguinæ, inter alios quos tenuerunt errores, hunc docere tentarunt, Hominem uidelicet in hac uita posse cōsequi finalem beatitudinem, quam habebit in patria. Vt autem hunc errorem cōuincamus, prius oportet beatitudinem definire: ne forte de uoce cōtendamus, & nō de re. Sed quoniam iuxta Aristotelis præceptum, æquiuocum prius est in sua distincta significata partiēdum, cīp definiatur, ideo multiplicem beatitudinis significationem prius ostendere oportet. Beatitudo liquidē in sacris literis aliquando & sæpe capitur pro uia ad beatitudinem cōsequendam. Beatus uir (inquit propheta regius) qui non abīit in consilio impiorū, & in uia peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentię nō sedit: sed in lege domini uoluntas eius. Et alibi, Beatus uir qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. Et ipse dominus apud Matt. assignat octo beatitudines, id est octo uias quibus peruenitur ad beatitudinem. Beati (inquit) qui lugent, quoniam ipsi cōsolabuntur. In illa autem uita beata, in qua perfecta est felicitas, nullus erit luctus. Ibi enim absterget deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum. Vocatur autē luctus, beati-

Psal. 1.

Psal. 7. mat. 5.

tudo: quoniã certa uia ad beatitudinem futurã, est in hac uita lugere, & nolle hic prosperari. Vocatur etiam fides uita æterna, eò q uia quædam est ad ui tam æternam. Sic enim dicit Christus, patrem pro
Ioã.17. nobis rogans, Hæc autem est uita æterna, ut cognoscant te solum Deum uerum, & quẽ misisti Iesum Christũ. Quem locũ beatus Cyrillus pertractans, ait, Radicem atque originem æternæ uitæ, fidem, et ueræ pietatis uirtutem esse affirmat. Veram autem pietatẽ illam esse asserimus, cui alieni falsiq; cultus crimen inuri nõ potest. Hæc Cyrillus. Quapropter maxime miror q quidam theologi scholastici illũ locum Ioannis afferunt ad probandum beatitudinis præcipuam partem esse dei uisionem, minorem autem esse dilectionẽ: pro qua re nullum aliud afferunt scripturæ testimonium, q illud Ioãnis quo Christus ait, Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum deum uerum, & quem misisti Iesum Christum. Omitto qualiter hunc locum interpretentur alij qui partem tutantur aduersam. nam eorum interpretatio mere uoluntaria est, & ex eorũ cerebro prodiens, nõ autem ex literæ ordine. Quod si à sacris doctoribus illius loci intelligentiam peterent, non tantum operis in ea re consumpsissent. Nec tamen hæc ideo dicta esse uolo, ut quis existimet me uelle contendere potissimam partem beatitudinis non esse uisionem: quoniã neq; pro hac parte neq; pro aduersa certare uolo: cum hic non pertractem hominum uarie sentientium opiniones, sed solã catholicam fidem. Hæc tamen ideo dixi, ut ij qui docẽt beatitudinis præcipuam partem esse uisionem, agnoscant quàm debili fundamento innitantur, cũ constet illum locum Ioannis, de fidei cognitione, quæ uia est ad beatitudinem, esse intelligendum. Et hoc ex ipsius literæ decursu facillime colligi potest. Nam Christus illo loco non orat patrem ut il-

lum per claram suæ essentiæ visionem clarificet, sed per fidei cognitionem. Tunc enim Christus clarificatus est, cum clare cognitus est per fidem quòd sit filius Dei. Tunc clarificatus est, cũ homines crediderunt illum esse filium dei. Cum ergo Christus orat patrem ut clarificet filium suum, hoc petit, ut fidem suæ diuinitatis hominibus donet, per quam credant illum esse Dei filium. Et propterea ut ostẽderet quòd non sibi soli consulens, sed hominibus prospiciens petit, subdidit: Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum Deum uerum, & quem misisti Iesum Christum. Hoc est, Vitam æternam habebunt, si in te & in me crediderint. Nec mirari debent, quod dicamus fidem uocari uitam æternã, cum apud Ioannem etiam dominus dicat, Qui credit in me, habet uitam æternam. Nõ dixit habebit, sed habet: ut clare ostenderet fidem dici uitam æternam, eò quòd uia quædam est rectissima ad uitam æternam consequendam. Hanc autem expositionem docet beatus Cyrillus (ut ostendimus) super Ioannem. Et in libro de fide ad reginas, hunc locum idem Cyrillus citans, ut inde conuincat Christum esse Deum, sic ait, Si cum agnitione solius & ueri Dei iunctam esse necesse est & adesse agnitionem Iesu Christi, & uitam hoc æternam parit, quomodo non omnibus manifestum est q̃ Deus uerus est Christus? Hæc ibi Cyrillus. In quibus uerbis id aduertendum est quod dixit, uitam æternam parit: unde clare patet quod Cyrillus sentit illum locum esse intelligendum de cognitione fidei: quam ideo dicit uocari uitam æternam, quia parit uitam æternam. Beatus Augustinus etiam hanc interpretationem innuit, non tamen ita expresse ut Cyrillus, sed per quasdam uerborum ambages: ideo eius uerba omitto, contentus indicasse lectori. Beatus Hilarius in libro de patria & filij

Ioan. 3.

Cyrillus.

unitate,cum illa eadē Christi uerba citasset ad probandam Christi diuinitatem,statim hæc uerba subiungit,Vitæ æternæ fidem uel loqui hæretice discere credere,& separa à deo Christū,si potes à patre filium,à deo uero super omnia Deum, à solo unum. unus enim dñs est Christ⁹ Iesus. Si uita ęterna est, in deū solū ueꝝ credidisse sine Christo, confitendū est solum ueꝝ deū salutē nō dedisse.Hæc Hilarius. Cum ergo tot clarissimi uiri doceant illum locum Ioānis esse ītelligendū de cognitione fidei, q̄ est uia ad ęternā uitā:conuincitur eos falso fundamēto inniti,qui illud citāt ad probandum præcipuā beatitudinis partem esse uisionem.Hæc per occasionem diximus. Nūc autem ad primum huius caussę caput reuertāmur,dicentes, uitā ad beatitudinē aliqñ appellari ī sacris literis beatitudinē.De ista beatitudine sic dicta,nō est intētio nostra nunc loq,qm̄ de hac nulli dubium est q̄ in hac uita habeatur. Aliquando capitur beatitudinis nomen pro fœlicitate summa,quam in alia uita speramus.Et de hac dici
Psal.8 tur in psalmo:Beati qui habitant in domo tua domine,in sæcula sæculoꝝ laudabūt te. Et de hac beatitudine præsentem facimus sermonem:ideo definitionē ēius prius statuamus. Diuus Seuerinus Boetius sic eam definit:Beatitudo est status omniū bonorum aggregatione perfectus. Et cōuenit cum eo quod dicit Augustinus.Beatus est qui habet quicquid uult,& nihil mali uult.hoc est,beatus est ille q̄ habet omne bonum quod potest rectè uelle. Ex quo sequitur illum esse beatum,qui deum perfectè possidet.tūc enim nostra uoluntas satiata est, qm̄ deo
Ps.102 habito habetur omne bonum.De illo nāq; dicitur, Qui replet in bonis desiderium tuum:renouabitur ut aquilæ iuuentus tua. Tunc siquidem replebitur in bonis desiderium nostrum,quando per resurrectionem renouabitur iuuentus nostra. Tūc erit satiata nostra

tiata noſtra uoluntas, iuxta id quod propheta ait, Satiabor cū apparuerit gloria tua. Beatitudo ergo non habetur niſi ſatiata uolūtate, & repleto deſiderio. At deſiderium noſtrū in bonis, nullus poteſt replere niſi ſolus deus. Deum autem nemo habet niſi qui eum perfecte amat. Qui manet in charitate (inquit Ioānes) in deo manet, & deus in eo. Deus autē nō poteſt perfecte amari in hac uita: quia nō poteſt in eadē perfecte cognoſci. Quæ enim minus cognoſcimus, minus etiā amari neceſſe eſt: quoniā ea quæ non cognoſcuntur, amari nō poſſunt. At deus non poteſt de cōmuni lege in hac uita, clara & faciali notitia cognoſci, iuxta id quod dicitur in Exodo. Non uidebit me homo & uiuet. Et Paulus ait, Videmus nunc per ſpeculū in ænigmate, tunc autē facie ad faciem. Si ergo in hac uita nō poteſt deus perfecte & clare uideri, ergo neq; amari perfecte; & per conſequens neq; poſſideri: ex quo ſequitur uoluntatē noſtram non poſſe hic ſatiari, neq; deſiderium repleri. ex quibus colligitur non poſſe fieri ut homo hic ſit beatus ea beatitudine de qua loqmur. Præterea militia quædā eſt (ut ait Iob) uita hominis ſuper terrā. Si ergo uita cuiuſq; hominis ſuper terrā, quædā militia eſt: neceſſario ſequitur, ut ibi beatitudo eſſe nō poſſit: quoniā beatitudo & quietem & tranquillitatem & ſecuritatē habet annexam: quę omnia lōgiſſime abſunt a militia. Ibi ſiquidē labor, ibi metus. Quapropter nullus militās ſe fœlicem clamat, niſi poſtquā uictoriam fuerit adeptus. Neq; in ipſamet militia quis coronatur: ſed poſt tranſactū certamē. Cum ergo beatitudo quaſi quædam ſit beatorū corona, conuincitur ut beatitudo non poſſit haberi in hac uita, quæ eſt militia quædam. Rurſum, idē Iob deſcribens uitam hominis quā agit in hoc ſæculo, ait, Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miſerijs. Si miſerijs repletur, qui ſit

1.Io.4.

Exo.33

2.co.13

Iob.7.

Iob.13.

ut beatus esse possit? Miserũs, inquam, repletur hęc uita, laboribus plena, cibi & potus indiga, cibo & potu defatigata. Hanc humores tumidant: dolores exterminant: ardores exsiccant: aer morbidat: cibi inflant, ieiunium macerat: ioci soluunt, tristitiæ consumunt: solicitudo coarctat, securitas hebetat: senectus incuruat: infirmitas frangit: mors omnino tollit. Quæ omnia uelut ex diametro cum beatitudine pugnãt: quo fit ut in hac uita beatus homo esse nõ possit. Demum præter hæc omnia tam aperta testimonia, extat ecclesię de hac re definitio. Concilium nãq; Viennense sub Clemente quinto celebratum, inter octo errores Beguinarum & Begardorũ quos damnauit, hũc quarto loco statuit: cuius decretum ponitur in libro Clementinarũ titulo de hæreticis, cap. ad nostrum. Cõtra hunc Beguinarum errorem nullum scio authorẽ scripsisse ex professo: propter quod ualde miror Guidonis Carmelitæ, qui cum summam de hæresibus scripserit, nunquam harum Beguinarum neq; errorũ illarum meminit, cum tamen parum ante ipsum fuerint, & in concilio Viẽnensi (ut diximus) dãnatæ. Propter quod oportuit ut ipsum non lateret, præcipue eum Viennense concilũ quadraginta aut fortè paucioribus annis Guidonem præcesserit. Alios tamen Beguinos & Beguinas recenset Guido in fine sui operis: qui (ut ex dictis Guidonis constat) longissime absunt ab istis de quibus nos modo locuti sumus. Nam errores istorum Beguinorum, de quibus loquitur Guido, nullo pacto conueniunt cũ illis qui in concilio Viẽnensi damnati sunt.

Begardi. Beguini.

Quinta hæresis est quæ docet omnẽ intellectualem naturam seipsa naturaliter esse beatam, & hęc etiam a Begardis & Beguinis inuenitur, & quinto loco collocatur inter eas octo quas proxime narrauimus esse damnatas in cõcilio Viennensi. Nec im-

merito a concilio damnatur, cum expressa sint scripturæ testimonia. Paulus nanq; ait: Gratia dei uita æterna. Et iterum. Iustificati gratis per gratiam dei. Si ergo gratis iustificamur, multo magis & gratis beatificamur. Et iterum: Non est uolentis neq; currentis, sed dei miserentis. Non ergo in seipsa naturaliter est beata quælibet intellectualis creatura. Præterea, Si (ut Christus ait) nemo bonus nisi solus deus, quia ipse natura bonus, nos autem nō sumus boni natura, sed sua tantum uolūtate: multo magis oportebit dicere, ut nemo beatus ex sua natura, nisi solus deus. Rursum, si quælibet intellectualis natura seipsa est beata, nulla ergo intellectualis natura potest esse misera: quoniā ea quæ a natura insunt, nullo modo deseri possunt. Hanc etiam hæresim oppugnant ea quæ aduersus proxime narratā hæresim diximus: quoniam si in hac uita nullus potest beatitudinem assequi, cōsequēs est ut homo nō sit naturaliter beatus. Valeant ergo Beguinæ, & colū & fusum exerceant, & nullo modo scripturas diuinas ptractent.

Ro. 6. Ro. 3. Ro. 9. mat. 19 mar. 10

Sexta hæresis docet, nullam animā ante diem iudicij esse beatam: quoniam (ut ait) nulla anima ante illum diem uidet deū. Huius hæresis authores sunt Armeni. eandē etiam tuentur Græci. Verum hi (teste Guidone) multo magis delirant, quoniam sicut negant beatitudinem dari iustis ante diem iudicij, ita etiam negant pœnam dari peccatoribus ante illum diem. Post istos surrexit Ioānes uigesimus secundus huius nominis pōtifex. Sed ne uerbis meis aliquis in hac parte fidem deroget, uerba Adriani papæ referam, qui in suo quarto Sententiarū in calce cuiusdam quæstiōnis de sacramento confirmationis ita ait, Nouissime fertur de Ioanne uigesimo secūdo q̄ publicè docuit, declarauit & ab oībus teneri mandauit q̄ animæ purgatæ ante finale iudicium nō habent stolā, quæ est clara & facialis uisio dei: & uni-

Armenii. Græci.

uersitatem Parisiensem ad hoc induxisse dicitur, q̃ nemo in ea poterat gradū in theologia adipisci, nisi primitus hūc errorem iurasset se defensurū, & perpetuo ei adhæsurū. Hæc Adrianus. Præter hos sunt adhuc alĩ huiꝰ erroris patroni, uiri quidē illustres, sanctitate perinde ac scientia clari: Irenæus uidelicet beatissimus pro Christo martyr, Theophylactus Bulgariæ episcopus, beatus Bernardus. Nec mirari quisquā debet si tanti uiri in tam pestiferū errorem
Iaco. 3. sunt lapsi: quoniā (ut beatus Iacobꝰ apostolus ait) qui non offendit in uerbo, hic perfectus est uir. Admonere tamen hic oportet lectorē, ne putet hunc errorem aliquid tantorū uirorū sanctitati aut doctrinæ detrahere, nam cum illo tēpore nunquā ecclesia de hac re quidquā diffinisset, nec res illa fuisset unquā in quæstionē uocata, nec tam expressa fuissent sacræ scripturę pro illius diffinitione testimonia, ut non possent in alium sensum utcūq; detorqueri: potuerunt eo tempore alterutram partem citra hæresis notam docere: præsertim cum non deessent aliqua scripturæ testimonia quæ illis quodāmodo fauere uiderentur. Vt autē fidē meam nulli suspectā in hac parte relinquam: uolo illorum uerba impresentiarū afferre, ut candidus lector agnoscat ita illos docuisse quemadmodū nos de illis testati sumus. Irenæus in calce libri quinti aduersus hæreses, hæc scribit uerba. Cum enim dominus in medio umbræ mortis abierit, ubi animæ mortuorum erant, pòst deinde corporaliter resurrexit, & post resurrectionē assumptus est, manifestum est quia & discipulorum eius (propter quos & hæc operatus est dominus) animę abibunt in inuisibilem locum, diffinitum eis a deo: & ibi usq; ad resurrectionem cōmorabuntur sustinentes resurrectionem: pòst recipientes corpora, & perfecte resurgentes: hoc est, corporaliter quēadmodum & dominus resurrexit, sic uenient ad cō

Irenæus.

ſpectum dei. Hæc Irenæus. In quibus uerbis cum dixit, ſic uenient ante conſpectum Dei, indicauit aperte animas ante corporum reſurrectionem non recipi in gloriam cœleſtem. Theophylactus autem exponẽs illud Apoſtoli ex undecimo capite ad Hebræos: Et hi omnes teſtimonio fidei probati, non acceperunt repromiſſionem, ſic ait, Cur, inquit, puſillo animo eſtis ſi certando exagitati nondum huius pro ſuſceptis laboribus mercedem adepti? quandoquidem quos diximus ſancti, etſi teſtimonium per fidem ſunt nacti deo perplacuiſſe, nil tamen adhuc cœleſtium promiſſorum ſint conſecuti: tametſi fuiſſe conſtat nonnullos, ut Dauidem regem, his terræ bonis affectos: haud tamẽ præſentia hæc ipſi inquirimus, ſed quæ in cælo ſunt, certiores & ueras promiſſiones. Hęc Theophylactus. Et poſt hæc paucis interiectis ſubdit: Nonne erga hos nil æquum deus ſe exhiberet, & his ipſis uideretur inferre iniuriam: ſi quidem qui in tolerãdis laboribus fuiſſent priores, in coronis tamẽ & præmijs capiendis nos operiantur neceſſe ſit? Atqui pergrata eſt illis huiuſmodi expectatio: ut cum fratribus perfectionẽ & gloriam adipiſcantur. Et quibuſdam interpoſitis rurſum ait: Obtulit pater his qui prius operi inſudaſſent, aliquid deguſtandum, operiri hos interea iubens, & fratres alios, ut unà cũ his opipare & uberrim ueſcantur. At hi ut fraterna charitate tenentur, læti expectant, ut inter epulas illas inſtructiores, gaudio inter ſe ineffabili expleãtur. hactenus Theophylactus. Et idem dicit ſuper uigeſimũ tertium caput Lucæ, pertractans illud quod Saluator noſter dixit latroni, Hodie mecum eris in paradiſo. Et miror quòd cum de quibuſdam alijs illius ſententijs chalcographus in calce expoſitionis euangeliorum lectorẽ admonuerit, iſtam tamen intactam reliquerit. forte non aduertit. Beatus Bernardus ſermone

Theophylactus.

tertio in festo omnium Sanctorum, hęc uerba scribit, In illam enim beatissimam domum nec sine nobis intrabunt, nec sine corporibus suis: id est, nec sancti sine plebe, nec spiritus sine carne. Hęc ibi. Et sermone proxime sequēti, qui quartus est de eadem festiuitate, de sinu Abrahę loquens, sic ait, In hunc ergo locum Saluator descendens contriuit portas æreas, & uectes ferreos confregit, eductosq; uinctos de domo carceris, sedentes quidem, hoc est, quiescētes, sed in tenebris & umbra mortis, iam tunc quidem sub altari dei collocauit, abscondens eos in tabernaculo suo in die malorum, & protegens eos in abscondito tabernaculi sui donec ueniat tempus in quo procedant, completo iam numero fratrum, & percipiant regnum quod eis paratum est ab origine mundi. Hęc Bernardus. In quibus uerbis id aduertendum est quod ait sanctos non percipere regnum quod eis paratum est, donec compleatur numerus fratrū. sed manifestiora multo sunt quę subiungit. nam paucis interiectis, exponens illud Apo
Apo.6 calypseos: Vidi sub altare dei &c. sic ait, Porro altare ipsum de quo nobis habēdus est sermo, ego pro meo sapere nil aliud arbitror esse q̄ corpus ipsum domini saluatoris. credo autem quòd & ego super hoc sensum eius habeam, præsertim cum audiam
ma.24 eum in euāgelio promittentem: Vbicūq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Interim ergo sub Christi humanitate fœliciter sancti quiescūt, in quam nimirum desiderant etiam angeli ipsi prospicere, donec ueniat tempus quando iam non sub altari collocētur, sed exaltētur super altare. Sed quid dixi? Nunquid humanitatis Christi gloriam, nō dicam hominum sed uel angelorum assequi poterit quis, nedum superare? Quonam igitur modo super altare dixerim eos exaltandos qui nunc sub altari quiescunt? uisione utiq; & cōtemplatione, non præ-

latione. Ostendet enī nobis filius (ut pollicitus est) semetipsum nō in forma serui, sed in forma dei: ostē det etiam nobis patrē & spiritum sanctū, sine qua nimirum uisione nihil sufficeret nobis: quoniā hęc est uita æterna, ut cognoscamus patrē uerum deū, fol. 17
& quem misit Iesum Christum: & in eis (quod nō est dubium) etiam spiritum utriusq; Hucusq; Bernardus. Ex cuius uerbis luce clarius constat illum sensisse sanctorum animas ante diem iudicij in sola uisione humanitatis Christi quiescere, & post illum diem fore exaltandas usque ad uisionem diuinitatis. Precor hic lectorem ne existimet horum sanctorum dicta me ideo hoc loco citasse, ut illorum gloriam & honorem hac occasione uel tantillum minuerem: absit enim a me tam maleuolus animus: nam etiam si id optassem, tantus ego non sum ut id assequi potuissem, præsertim quòd (ut proxime supra admonui) ecclesia illo tempore nil unquam diffinierat: quapropter liberum tunc illis fuit sic citra hæresis labem sentire. sed ideo istorum sanctorū dicta hoc loco apposui, ut lector admoneretur, ne si illa in illorum operibus legeret, illorum sentētiam incautus sequeretur. Si autē aliter illos quàm ego existimo sensisse aliunde cōstiterit, precor lectorem ut me magis imscium & ignorantē, qui illorum dicta nō intellexerim, quàm maleuolum censeat. Sed iam opus est ut ostendamus animas sanctorū quæ ex corporibus purgatæ discedūt, aut post corporis dissolutionem alibi purgatæ sunt, esse iam beatas, & clare deum uidentes. Primū omnium illud profero ex psalmis testimonium ubi propheta ad Christum loquens ait: Ascendisti in altum: cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus. Quæ uerba beatus Paulus in epistola ad Ephesios repetēs, ait: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Quid aliud erant iusti in sinu Abrahæ detenti, ęp ca Psa. 67 Eph. 4

Eph. 4 ptiuitas quędam? Hos enim hic Paulus prophetam imitatus, captiuitatem dixit, eo loquutionis modo, quo militiam dicere solemus eos qui militant. Hos itaq; iustos qui a dæmone propter primi parentis peccatum capti tenebantur, deus sua morte liberauit, & in aliam dulcem & optabilem captiuitatem transtulit, ut sicut antea a diabolo captiui tenebantur cui aliquando seruierant, sic postea a Deo capti sint, ut illius seruiant iustitiæ. Nam propter hoc ipsum (ut arbitror) captiuitatē ipsam dixit captiuam, quia fœlici & desiderabili captiuitate sic detinētur in gloria, ut sicut antea nō licebat illis ab inferis repedare: sic etiam modo non sit illis liberum ab illa beata uita uel ad modicum diuertere. De hac igitur captiua captiuitate propheta loquens ait, Captiuā duxit captiuitatem. sed quò duxit? Profecto in nullum alium locū duxit, q̄ in illum in quē ipse ascendit: quoniā ipso ascendente secū duxit. Ascendit autem in cælū: ergo in cælum duxit captiuā illam captiuitatem. Ascēdens (inquit) in cælum, captiuā duxit captiuitatē. Nec in cælum ducuntur ut ibi sine Dei uisione maneant, pro qua tot sæcula ingemuerant. Nam alioquin quod esset illis solatiū, aut quā meliorem haberent conditionē per Christi mortem iam redempti, si solam locorum transmutationē haberent? Cum ergo in cælum, quò ipse ascendit, illos duxerit, in beatam utiq; uitam quā diu desiderauerant transtulit. Sic enim beatus Hieronym. in cōmentarijs super psalmos exponens illū uersum, ait? Cælorū excelsa cōscendens, eos qui in captiuitate diaboli tenebantur, absoluit: ac post se tanq̄ captiuos deductos æternæ uitæ restituit. Hæc Hieronymus. Præterea illud est manifestissimū, quod saluator noster in cruce pendens, latroni se illi cōmendanti, di-

Luc. 23 xit? Hodie mecū eris in paradiso. Si animæ purgatæ non uident deum ante diem iudicij, quis est ille pa-

radisus in quo simul cũ Christo illo die latro futurus esse promittebatur? An forte in campis Elysiis aut in insulis fortunatis illũ detineri dicemus? Absit hoc à fidelium cordibus. Nõ est enim uero simile ut saluator noster qui legem spiritualem iam dederat, & suo ore prædicauerat, & illam tunc sua morte confirmabat, ad terrenas ueteris legis promissiones nos reuocaret. Spiritualia nobis promisit: regnum quippe cælorũ: & hoc ipsum est quod nunc appellat paradisum cum latroni ait· Hodie mecum eris in paradiso. Deinde in posteriori epistola ad Corinthios Paulus adhortans illos ad labores omnes pro Christo tolerandos etiam usque ad mortẽ, sic ait· Scimus enim quoniã si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, ædificationem ex deo habemus domum non manufactã, sed æternam in cęlis. 2.cor.5 Quæ uerba interpretans Anselmus in cõmentarijs super epistolas Pauli, sic ait, Prædicatores ecclesiæ postq̃ de corporibus transeunt, nequaq̃ per morarum spatia (sicut antiqui patres) cælestis patriæ perceptione differuntur: sed mox ut à carnis colligatione exeunt, in cælesti sede requiescunt, sicut in hac sententia demonstratur. Nõ enim dicitur, habebimus domum æternã in cęlis, sed habemus: qa uidelicet protinus habetur illa domus ex quo ista dissoluitur. Prius autem q̃ redẽptor noster morte sua humani generis pœnã solueret, eos etiam qui cęlestis patriq̃ uias sectati sunt, post egressum carnis, inferni claustra tenuerunt: nõ ut pœna quasi peccatores plecteret, sed ut eos in locis remotioribus quiescentes, quia necdũ intercessio mediatoris aduenerat, ab ingressu regni reatus primę culpæ prohiberet. Nunc autẽ perfecti quiq̃ mox in regnum suscipiuntur. Hactenus Anselmus. Rursum beatus Paulus Philippensibus scribens ait· Cupio dissolui, & esse cũ Christo. Phil.1. At inane esset & inutile

hoc desiderium, si ipso mortuo anima nondū posset ad cęlum peruenire in quo constat Christū esse. Cupit ergo dissolui, quia sine ulla hæsitatione credit statim post suam dissolutionem ad Dei uisionē peruenire. Vnde beatus Ambrosius in cōmentarijs hæc Pauli uerba pertractans, ait. Habet enim desiderium excedere, & cū Christo esse, multo melius æstimans ut iam prędens sit apud deum, ut exoptatis & promissis fruatur. Hæc Ambrosius. Ex cuius uerbis constat sanctos statim post mortē frui optatis & promissis. At uisio Dei & optata & promissa est, immo maxima omnium quæ nobis promissa sunt. & illud est expressius quod in Apocalypsi dicitur (si tamē iuxta uerā sanctorū intelligentiam sumatur) ubi de animabus eorū qui propter uerbum Dei interfecti sunt, & sub altari dei clamant, beatus
Apo. 6 Ioannes loquens ait. Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictū est illis ut requiescerent adhuc tēpus modicum donec cōplerentur conserui eorū & fratres eorū qui interficiendi sunt, sicut & illi. Quæ uerba ptractans beatus Augustinus homilia sexta super Apocalypsim ait, Arā dei ecclesiam dicit, sub cuius oculis martyres effecti sunt: & licet animæ sanctorū in paradiso sint, tamē quia sanguis sanctorum super terram funditur, sub ara clamare dicuntur. hęc Augustinus. Et Ambrosius Ansbertus lib. quarto super Apocalypsim hæc eadē uerba pertractans ait. Quid itaq; hoc loco per albas stolas nisi merces baptismi, nisi præmium martyrij, nisi retributio malorū, nisi gaudia cęlestis patrię designātur? Vbi etiam intelligimus quia sanctorū animæ quæ nunc singulas stolas acceperunt, binus quandoq; accipient, id est dupla gaudia. Ante resurrectionem quippe stolas singulas accepisse perhibētur electi: quia in sola adhuc anima ęternis beatitudinib⁹ perfruūtur. binas autē in resurrectione accepturi sunt,

quando cũ animarũ perfecto gaudio etiam corporis incorruptione uestientur. Hæc Ambrosius Ansbertus. Eodẽ modo hunc Apocalypseos locũ interpretatur beatus Gregorius, qui in expositione septem Psalmorũ pœnitentialium exponens illud ex quarto psalmo pœnitẽtiali, Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, hęc quę sequuntur scribit. Sancti enim uiri mundi gloriã mentis despectu calcantes, omnes in se mortales uoluptates mortificant, ut in deo postmodum perenniter uiuant: qui quoniam mũdi miserias pro deo pati minime refugiunt, beatitudinis æternę retributionẽ acquirunt: quę nimirum beatitudo & animabus eorũ ante resurrectionem tribuitur, & corporibus nihilominus post iudicium cõferetur: sicut in Apocalypsi Ioannes apostolus scribit dicens: Vidi sub altari dei animas interfectorũ propter uerbũ Dei, & testimoniũ quod habebant, & clamabãt uoce magna dicẽtes, Vsque quo domine sanctus & uerax nõ uindicas sanguinem nostrũ de his qui sunt in terra? Et datę sunt eis singulę stolę albę: & dictũ est illis ut requiescerent tempus adhuc modicũ donec cõpleatur numerus conseruorũ & fratrum ipsorũ qui interficiendi sunt sicut & illi. Quid namq; est singulas illis stolas albas tribuere, nisi animabus eorũ beatitudinis æternæ ímortalitatem cõferre? Quid uero est donec electorũ numerus impleatur requiescere, nisi futurę resurrectionis gloriam expectare? In qua nimirũ iterum singulas stolas albas accipient: quia ímortalia & incorruptibilia corporũ suorum uestimenta resument. Hactenus Gregorius. Cuius uerba tam aperte catholicã fidẽ exprimunt, ut nihil amplius possit desiderari. Eandẽ sententiam refert Beda, qui in cõmentarijs super Apocalypsim præfata uerba interpretans, sic ait, Singulas modo stolas habent animę sanctorũ de sua beata ímortalitate gaudentes: resur- Apo. 6

Esa. 61. gentibus autem corporibus(iuxta Esaiam)in terra sua duplicia possidebunt. Hæc Beda. Ad eundē modum interpretātur Haymo & Ricardus de sancto Victore in cōmentarijs quę ediderunt super Apocalypsim. Horum uerba prudens omisi, ne prolixitate nimia grauarē lectorē. Prēter hęc tam clara testimonia, hanc nostram & totius ecclesię sententiam confirmat, q̄ contra iustitiam uidetur esse differre per tot sęcula mercedem mercenario: propter quod in lege olim pręceptum erat, Non morabitur apud

Leu. 19 te opus mercenarij. Omnes autē iusti quasi mercenarij sunt in uinea domini laborantes. Mercenarij inquam, qui cū domino uineę, hoc est, cum deo patre, ex denario diurno, clara scilicet dei uisione, conuenerunt: & ex huius mercedis expectatiōe omnes suos labores quamlibet duros libēter tolerant. Cū ergo in morte omnes labores sic finiantur, ut iam non sit amplius ad meritorū cumulum laborandū: oportet ut illis animabus quę iam purgatę sunt, statim merces suorū laborū: ęterna scilicet beatitudo, tribuatur: alioqui iniustitia illis fieret, si illis fideliter laborantibus merces non statim daretur, nulla in illis existēte causa quę obstet quo minus statim reddatur. Deinde peccatori agēti quod potest, deus statim dat gratiam: ergo iusto usq; ad mortē agenti

Prou. 3 quod potuit, deus statim donabit gloriam. Accedit ad hęc q̄ (iuxta sapientis dictū) spes quę differtur, affligit animum: quo fiet ut animę quantūlibet sanctę in expectatione futurę beatitudinis suspēsę, sint in continua afflictione. At non est ęquum ut pœnā toleret, qui peccatū si quod cōmisit, iam digne purgauit. Prēterea peccatoris anima statim post mortē tolerat supplicium: ergo anima iusti statim etiam post mortē habebit prēmium: prēsertim cum deus citius ad misericordiam flectatur q̄ ad uindictam, & propensius & libētius iustos afficiat prēmio, q̄

peccatores pœna. De pœna peccatorũ statim pro illorum morte semper inflicta, testatur Iob sic inquiens. Ducunt in bonis dies suos: & in puncto ad infema descendunt. In puncto dixit, quia continuo post mortẽ sine ulla quiete descendunt ad inferos, ut ibi dignas pro peccatis suis luant pœnas. Et illud est apertissimum quod de diuite illo epulone apud Lucam dicitur. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Si peccatoribus dignã statim infligit deus pœnã, nõ est uero simile ut iustis non statim debitum reddat præmium. Demum inter ecclesiastica dogmata, quę in libro de ecclesiasticis dogmatibus numerantur, septuagesimumoctauum ad hanc rẽ pertinens sic ait, Post ascensionẽ domini ad cęlos, omnium sanctorũ animę cũ Christo sunt, & exeuntes de corpore ad Christũ uadunt, expectantes resurrectionẽ corporis sui, ut ad integrã & perpetuam beatitudinẽ cum ipso pariter immutentur: sicut & peccatorũ animę in inferno sub timore positę expectant resurrectionẽ sui corporis, ut cũ ipso ad pœnam detrudantur ęternam. Hęc ibi. Superest autẽ ut aduersariorũ obiectionibus respondeamus. Primo enim nobis obiiciunt Paulum qui in epistola ad Hebrœos enumeratis pluribus sanctis qui per fidẽ uicerunt regna, postea subdit. Et hi omnes testimonio fidei probati, nõ acceperunt repromissionẽ, deo pro nobis melius aliquid prouidente, ut non sine nobis consummarentur. Ex quibus uerbis colligitur nullam animã ante diem iudicij esse beatam, quousq; omnes iusti simul beatificẽtur: quia dixit q̃ non acceperunt repromissionẽ. Fatemur enim illos nõ accepisse repromissionem: quoniam resurrectio corporũ quam deus sanctis suis repromisit, adhuc differtur: ut simul omnes resurgamus, quatenus in cõmuni gaudio omniũ, maius fiat singulare. Et ita expectant donec omnes resurgamus, deo

Iob. 21.

Luc. 16

Ecclesiasticũ dogma

Heb. 11

ita sapienter ordinante,ut nō sine nobis cōsummarentur,hoc est,ut nō sine nobis perciperent cōsummatam beatitudinē animę & corporis. Et propter hoc nō dixit,ut nō sine nobis bearentur: sed dixit, ut nō sine nobis cōsummarentur: quia licet sine nobis beatitudinē animę sint consecuti, tamen perfectam & consummatā animę & corporis beatitudinem nō sine nobis assequentur. Cū ergo sancti iam in anima beati,nos ad suam consummationē expectent,ardentius nostram cupiunt liberationem, & propter se,& propter nos: atq; pro nobis interpellant, ut citius omnes à præsentis sęculi miseria liberemur. Ipsi enim plane norunt se nō sine nobis consummandos: quoniam cum ipsi pro suoꝝ corpoꝝ
Apo.6 resurrectione quā summe optant, precēs supplicationesq; ad deum funderent, acceperunt diuinū responsum ut requiescerent tempus adhuc modicū, donec compleatur numerus conseruoꝝ & fratrum eoꝝ qui interficiendi sunt sicut & illi. Hanc igitur repromissionem quę de corporis imortalitate data est, sancti nondū acceperunt, ut integram & perfectam beatitudinē sine nobis nō haberent: alias tamen promissiones,quę uidelicet de animarū gloria datę erant,iam acceperunt,quoniam iam deum uident,iam adimpletę sunt lętitia cū uultu dei: in illo exultant, illo fruuntur. Alioqui sibi non constaret
Heb.11 Paulus,quoniam Paulo superius de eisdem sanctis loquens dixerat, Per fidem uicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Plures & uarię sunt dignitates quas animę iuxta suorum meritoꝝ uarietatem iam receperunt: sed præter has omnes promissiones superest adhuc una de suoꝝ corpoꝝ incorruptione: & de hac dicit q̄ non acceperunt repromissionem: & ob hanc causam dono hanc etiam repromissionē accipiant, perfectam & consummatam non habent lętitiam. Sanctis ergo

suorum corpora resurrectionem desiderantibus, & à deo petentibus, tali modo respõdet deus, quo aliquis paterfamilias habens plures filios, singulisq; de agro reuertentibus, & rogantibus ut cibum sibi tribuat, respondet: Cibus uobis omnibus iam paratus est: sed præstolamini fratres uestros: ut cum in unum positi fueritis, omnes in cõmune comedatis, & epulemini gaudentes. Secundo nobis obiiciunt illud ex prima Ioannis epistola. Nunc filij dei sumus: sed nondum apparuit quid erimus: scimus autem quoniam cum apparuerit, similes ei erimus: quia uidebimus eum sicuti est. At ante iudicij diem nõ apparebit quid erimus, ergo ante illum diem nõ uidebimus deum sicuti est. Huic autem obiectioni nos respondemus q̃ licet Ioannes dicat nos futuros esse similes deo, & uisuros illum cum apparuerit quid erimus, nõ tamen dicit nos non uisuros illum antea q̃ appareat quid erimus: hoc tamẽ oportebat esse dictum, ut collectio argumẽti esset bona: quod cum dictum non sit, dicimus malam esse illius syllogismi collectionem. Potest etiam aliter responderi, ut dicamus iam in animabus sanctorum apparuisse quid in illis futurum erat: quoniam iam habent hæreditatem ad quam adoptatæ erant: iam uident deum, iam fruuntur illo. Nunc, inquit Ioannes, filij dei sumus. Filij inq̃ adoptiui, ad cęlestẽ gloriam adoptati: sed nondum apparuit quid erimus, quia nondum manifestũ est nobis id ad quod adoptati sumus: nescimus quanta sit hæreditas nobis seruata: scimus autem quoniam cum apparuerit hæc adoptio, cum reuelata nobis fuerit hæreditas ad quã fueramus destinati, tunc uidebimus deum sicuti est, nam ipsamet uisio hæreditas est ad quam adoptati sumus. quapropter fieri nequit ut appareat id quod nobis destinatum erat, quin deum uideamus. Sicut ergo dicimus sanctorum animas

1. Ioã. 3.

ante diem iudicñ deum uidere: ita dicimus iam in illis apparuisse quid futuræ erant. Hæc sunt testimonia scripturæ quæ aduersariis in faciem fauere uidentur. cū ergo tam parum moueant hęc scripturæ testimonia, & tam aperta sint quæ nos supra citauimus, & tantorum patrum authoritate confirmata: oportet ut firmissime credamus, & nullatenus dubitemus sanctorū animas quæ ex hoc mundo purgatæ discedunt, aut post earum à suis corporibus separationem alibi purgatę sunt, iam usq; ad facialem dei uisionem peruenisse, & æternam beatitudinem esse iam assecutas. Sed ut huic negocio finem imponamus, opus est ut ecclesię definitionem proferamus. Innocentius papa huius nominis tertius, uir præter pontificalē dignitatē omni ueneratione dignus, respondens episcopo Cremonēsi quærenti de quodam presbytero nō baptizato & iam defuncto, an potuit sine baptismo saluari, ita ait. In quisitioni tuæ respondemus, presbyterum quē sine unda baptismatis extremum diem clausisse significasti: quia in sanctæ matris ecclesiæ fide, & Christi nominis confessione perseuerauit, ab originali peccato solutum, & cælestis patriæ gaudium esse adeptum asserimus incunctanter. Hęc Innocentius Papa: & ponuntur hæc uerba in uolumine epistolarum decretalium, titulo de presbytero non baptizato, in capitulo quod incipit, Apostolicam. Post hanc Innocentij definitionē Benedictus undecimus huius nominis pontifex aliam multo uberiorē & expressiorē de hac re dedit definitionem: cuius uerba, quia raro illa decretalis inuenitur, ad ultimum usq; uerbum hic inferam: & sunt quæ sequuntur.

Extrauagans Benedicti. Benedictus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Benedictus deus in donis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, qui sacrosanctam Romanam catholicam & apostolicam ecclesiam

quam

quam ut uineam plantauit dextera sua, quamq; ut precipuam in ecclesiarum omnium caput erexit ut uictricem, dicẽte domino ad Petrum: Tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam: sua miseratione non deserit, sed per beatos Apostolos suos precipue Petrum & Paulũ singulares eiusdem ecclesiæ defensores, pia benignitate & continua pietate custodit, quatenus eisdem rectoribus gubernata, in se stabilis maneat fundata supra firmam petram, omnesq; Christianæ fidei cultores illi obediant, illi pareant, illi intendant, sub illius magisterio degant, sub eius disciplina & correctione consistant: non illis dogmatizetur improuidum, inferatur incautum, in fide temerarium ingeratur: sicq; declinent homines à malo, & faciant bonũ, ambulent per uias rectas, & ad meliora per sancta desyderia proficiscantur, sperent iustorum propinquas æternæq; uitæ retributiones, timeant malorũ inferni calamitates non remotas: nam scriptum est, Ecce uenio cito, & merces mea mecũ est reddere unicuiq; iuxta opera sua. quod si secus à quoq; fuerit attentatum, id protinus sua authoritate pœnis etiã adiectis, put expedire uiderit, prorsus euellat. Pro qua ut in se ipsa subsistens alios informaret, passionis suæ tempore saluator noster Iesus Christus patrem exorasse perhibetur, dicens: Simon, ecce Satanas expetiuit uos ut cribraret sicut triticum: ego autem pro te rogaui ut nõ deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Sane dudum tempore fœlicis recordationis Ioannis. xxũ. prædecessoris nostri, inter nonnullos etiam theologicæ facultatis magistros, super uisione animarum iustorum hominum post mortem suam, in quibus nihil erat purgabile cum de hoc sæculo decesserunt, uel si fuerat, iam purgatum fuerat ex toto, an diuinam essentiam uideant ante corporis suorũ resumptio-

nem & iudicium generale, & super nonnullis alijs orta materia quęstionis, ipsorũ aliqui negatiuam, aliqui affirmatiuã, alij uero secundũ suas imaginationes, de uisione diuinę essentię ab animabus huiusmodi, diuersa & diuersimode ostendere nitebantur: prout ex dictis & scriptis ipsorũ noscitur apparere: super reiectis suis uero cõcertationibus, quas hic causa breuitatis omittimus, quia ita ex nostris determinationibus inter se etiã decidebant. Cumq; idem prędecessor noster ad quẽ prędictorũ determinatio pertinebat, ad decisionem concertationũ huiusmodi se pararet, in suo consistorio publico tam fratribus suis sanctę Romanę ecclesiæ Cardinalibus, de quorũ numero tunc eramus, cũ prælatis & magistris in theologia qui multi aderant præsentes, iniungendo districtius & mandando ut super materia de uisione prædicta quando requirerẽtur ab eo, deliberate unusquisq; diceret quod sentiret. Tamẽ morte preuentus sicut domino placuit, perficere illud nequiuit. Defuncto itaq; prædecessore præfato, nos diuina dignatione ad apicẽ summi apostolatus assumpti, diligentius attendentes quanta ex prędictis eorũ concertationibus non solutis, animarũ imminent pericula, quanta exinde possunt scandala suboriri: ut ipsorũ uarietas pereat, & ueritatis soliditas innotescat, habita prius super prædictis solita examinatione & diligenti deliberatione cũ fratribus nostris dictę Romanę ecclesię cardinalibus, de ipsorũ fratrũ consilio, hac in perpetuũ ualitura constitutione, authoritate apostolica diffinimus, q; secundũ cõmunem dei ordinationẽ, animæ sanctorũ omnium qui de hoc mundo ante domini nostri Iesu Christi passionem decesserunt, necnon sanctorũ apostolorũ, martyrum, confessorũ, uirginũ, & aliorũ fidelium defunctorũ post sacramentũ baptismi ab eis susceptũ, in quibus nihil purgabile fuit quãdo

decesserunt, nec erit quando decedent etiam in futurum, uel si tunc erit aliquid purgabile in eisdem, tamen post mortē suam purgabunt, atq; animę puerorū eodē Christi baptismate renatorū, & baptizandorū, cum fuerint baptizati, ante usum liberi arbitrij decedentium, mox post mortē suam, & purgationē prefatam in illis qui purgatione huiusmodi indigebant, etiam ante resumptionem suorū corporum, & iudicium generale, post ascensionem domini nostri Iesu Christi in cęlū, fuerunt sunt & erunt in cęlo, cęlorum regno, & paradiso cœlesti, cū Christo sanctorum angelorum consortio aggregatę, ac post Christi Iesu passionem & mortē uiderunt & uident & uidebunt diuinam essentiam imediate se bene & clare & aperte illis ostendentem: quodq; sic uidentes eadem diuina essentia perfruuntur: nec non q; tali uisione & fruitione eorū animę qui iam decesserunt, sunt uere beatę, & habent uitam ęternam & requiem, & omnium illorum qui postea decedent, cum eandem diuinam uidebunt essentiam, ipsaq; perfruentur ante iudicium generale, ac q; uisio huiusmodi eiusq; fructus actum fidei & spei in eis euacuant, prout fides & spes propriè theologicæ sunt uirtutes: quodq; postq; inchoata fuerit uel erit talis intuitiua & facialis uisio, & fruitio in eisdem, eiusdem uisio & fruitio sine aliqua intermissione seu euacuatione prædictæ uisionis & fruitionis continuata existet, & continuabitur usq; ad finale iudicium ex tunc usq; in sempiternum. Diffinimus insuper q; secundum dei ordinationem cōmunem animæ decedentiū in actuali peccato mortali, mox post mortem suam ad inferna descendunt, ubi pœnis infernalibus cruciantur: & q; nihilominus in die iudicij omnes homines ante tribunal Christi cū suis corporibus cōparebunt, reddituri de factis propriis rationem, ut recipiat unusquisq; propria

corporis prout gessit siue bonum siue malum: Decernentes prædictas nostras diffinitiones seu determinationes, & ipsarum singulas ab omnibus fidelibus esse tenendas. Quicunq; autem deinceps prædictarum nostrarum diffinitionum seu determinationum, ac singularum ipsarum contrarium scienter & pertinaciter tenere, conferre, prædicare, docere, aut defendere uerbo uel scripto præsumpserit, cõtra eum sicut contra hæreticum modo debito procedatur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis &c. Datum Auinione quarto Calendas Februarij, pontificatus nostri anno secundo. Hactenus Benedictus papa. Sed ad maiorẽ eiusdem rei confirmationem, proferam de eadem re uniuersalis ecclesię diffinitionem. Nam Concilium Florentinum sub Eugenio quarto celebratum, per hæc uerba diffinit. Concilium Florentinum. Diffinimus illoꝝ animas qui post baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ post contractam peccati maculam, uel in suis corporibus, uel eisdem exutæ corporibus, prout superius dictum est, sunt purgatę, in cęlum mox recipi, & intueri clare ipsum dominũ trinum & unum sicuti est, pro meritorum tamen diuersitate alium alio perfectius: illorum autem animas qui in actuali mortali peccato, uel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas. Hæc Concilium Florentinum. Et quidem pro hac re satis me dixisse arbitror. Aduersus hanc hæresim scripsit satis diffuse Guillermus Ocham parte secunda Dialogoꝝ tractatu primo: & beatus Thomas in quodam opusculo quod inscribitur, Contra græcos & Armenos, Capite nono, aduersus hanc hæresim paucula quædam affert.

Concilii Florentini

Septima hæresis asserit omnes beatos esse pares

in gloria, neq; ullam esse in cælis præmiorum differentiam: quoniam nullam esse ait meritorũ in hac uita disparitatem: sed omnes iustos pares esse asserit in meritis & in præmijs: & omnes peccatores pares etiam esse dicit in peccatis, & in pœnis. Huius erroris dux & magister fuit Iouinianus quidã Romanus, prius monachus, postea monachatu reiecto ad mundum quem olim deseruerat, reuersus. Fuit temporibus Damasi, & Siricij papæ: sub Damaso monachus, sub Siricio monachatũ reñciens, hanc inter alias hæreses docuit. Nunc de diuersitate meritorum & uaria illorum retributione dicemus: quoniam de peccatorum differentia, infra in titulo de peccato, habendus est sermo. Meritorum & præmiorum uarietatem apertissime conuincit id quod dominus apud Ioannem ait, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Domum patris dixit regnũ cæleste, cuius domus magnitudinem propheta quidam admiratus dixit: O Israel q̃ magna est domus tua, & ingens locus possessionis tuæ. Hæc est illa domus Iacob de qua angelus ad uirginẽ loquens ait: Et regnabit in domo Iacob in æternum. Nisi enim de domo illa cælesti in æternum duratura loqueretur, uerum esse non posset quod ait: & regnabit in domo Iacob in æternum. Nam in eo quod æternum non est, ille in æternum regnare non posset. Hanc ergo domum Iacob, in qua ipse in æternum regnabit, nunc domum patris sui appellat. Quod autem de hac domo in qua iam regnat, loquatur: & non de illa in qua per membra sua nunc militat, hoc est, ecclesia ista inferiore, uerba quæ sequuntur, aperte declarant. Si quo minus, inquit, dixissem uobis, quia uado parare uobis locum: & si abiero, & parauero uobis locum, iterum uenio & accipiam uos ad me ipsum, ut ubi sum ego, & uos sitis. Nullus dubitat locum quem præparare se dicit Christus apostolis,

Iouinianus

Ioã.14

Baru.3

Luc.1.

Ioã.14

in cælo esse, in regno cælorum: non in terra in qua præsens apostolos relinquebat. locus ergo ille quê se apostolis paraturum dicit, ille idem domus est patris, de quo ait, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si ergo domus est regnum cælorũ, quid erit uarietas mansionum, nisi uarietas præmiorum quæ in illo regno habetur iuxta uarietatem merito
1.co.15. rum? Præterea in priore epistola ad Corinthios Paulus ait: Sicut in Adã omnes moriuntur, ita in Christo omnes uiuificantur: unusquisq; autẽ in suo ordine. si unusquisq; in suo ordine resurget, diuersa ergo erunt merita resurgentium: alioqui si unum est omnium resurgentium meritum, omnes in eodem ordine resurgent, & non unusquisq; in suo. Et in eodem loco iterum Paulus ait, Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarũ. stella enim à stella differt in claritate. sic & resurrectio mortuorũ. Sed hunc locum Iouinianus, teste Hieronymo, ita interpretatus est, ut diceret stellam differre à stella, quia spirituales differunt à carnalibus. Carnales ergo iuxta Iouiniani interpretationẽ stellæ erunt, & in cælestibus simul cum spiritualibus erunt. Abiit tamen à fideliũ cordibus hæc sententia. Non enim stellarum nomine Paulus totum genus humanum cõprehendit, sed solos iustos: quoniam peccatores ipsi tenebræ sunt: tantum abest ut alijs lucere possint. De solis ergo iustis eum locutum fuisse cõstat cum dixit, Alia claritas solis, alia claritas lunæ: ut maiores in claritate solis sint, & qui in sequẽti gra-
2.co.9. du sunt, lunæ splendore rutilent. Ac rursum in alio loco. Qui parce seminat, parce & metet: & qui semi nat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vides hic uarietatem metẽtium iuxta uarietatẽ seminantiũ. seminantes autẽ hic dicũtur omnes be
Psa.125 ne operãtes, iuxta illud prophetæ: Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant &

flebant mittentes semina sua. Venientes autē uenient cū exultatione portantes manipulos suos. Et illud est manifestū quod apostoli orantes dicunt, Domine adauge nobis fidē. Si una est omniū fides mensura, quomodo orant apostoli augeri suam fidem? Et Christus saluator noster de Ioanne Baptista testimonium ferens ait, Inter natos mulierū nō surrexit maior Ioāne Baptista, sed qui minor est in cęlo, maior est illo. Audis in cęlo minorē, sed ubi minor est, necesse est esse maiorē. Similiter de præceptorū suorū adimpletione & transgressione Christus loquens ait. Qui ergo soluerit unum de mādatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cælorū. qui autē fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cęlorū. Vbi autē magnus & minimus, oportet ut nō omnes eadem mensura metiantur. Eandē etiam differētiam maximi & minimi per Hieremiam prophetā explicat dicens. Ecce dies ueniunt dicit Dominus, & feriam domui Israel & domui Iacob fœdus nouum, non secundū pactum quod pepigi cum fratribus uestris. Et paucis interiectis subdit. Dabo legem meam in uisceribus eorum: & in corde scribam illam: & ero eis in deum: & ipsi erunt mihi in populum: & non docebit uir ultra proximum suū, & uir fratrem suum, dicens: cognosce dominum. Omnes enim cognoscent me à minimo usq; ad maximum. Ex quorum uerborū cōtextu apertissime cognoscitur, prophetā de futuro Christi in cælis regno fuisse locutum: cū tamen de illo loquatur, ait. Omnes cognoscent me à minimo usq; ad maximum. Si omnes sunt futuri æquales, quomodo ibi erūt maximus & minimus? Rursus i posteriore ad Corinthios epistola Paulus ait. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisq; ppria corporis prout gessit, siue bonū, siue malū. Deinde per Esaiam

Luc.17
Mat.11
Mat.5
Hier.31
2.cor.5
Esa.56

prophetã de eunuchis dominus loquens ait· Dabo eis in domo mea & in muris meis locũ & nomen melius à filijs & filiabus, nomen sempiternũ dabo eis, quod non peribit. In quibus uerbis apertissime uirginẽ præposuit coniugatis. nã de illis solis eunuchis loquitur qui se castrauerunt propter regnum cælorꝝ: quos illis qui in filijs generãdis coniugalis uitæ meritum seruant, hic prętulit dicens· Dabo eis nomen melius à filijs & filiabus. Cum ergo ait, dabo eis nomen melius: ostendit & coniugatis dari in domo sua locum bonum, sed multo inferiorem: & nomen bonum, sed minus cꝑ uirginibus. Sed ne quis forte carnalis existimaret ex hac promissione aliquid temporale sperandum, continuo subĳcit, nomen sempiternum dabo eis. Verum quia hæreticus adhuc elabi poterat dicens sempiternum hoc loco pro diuturno accipi, sicut ea quæ largissimæ sunt durationis, sempiterna aut æterna dicere solemus: ideo ut omnem rimulam hęretico obstrueret, addidit, quod non peribit. Quid ergo amplius Iouinianus quærit? Quid serenitati ueritatis nebulas suæ peruersitatis offundit? Quid in tanta scripturarum luce nebulas unde insidietur inquirit? Sempiternum hoc nomen quod non peribit, quidquid illud est, gloriam certe quandam excellentem significat, quę propria spadonibus dei fore promittitur, nec cum alĳs qui filios procreauerunt, erit cõmunis. nõ ergo omnes in illo regno paris sunt meriti. Accedit ad hæc cꝑ spiritus illi angelici non omnes eiusdem sunt cõditionis, necꝑ omnes eiusdem sunt meriti. Nam ex eis quidam dicuntur angeli, alĳ archangeli, alĳ throni, dominationes, potestates, cherubim, & seraphim. At frustra esset tanta diuersitas nominum, si nulla esset diuersitas meritorum. Si hæc meritorum diuersitas est in angelis, cur non eadem reperietur in hominibus: præsertim cum

iustis hominibus saluator promittat q̃ erunt sicut angeli dei? Præterea diuersitatē pœnarum iuxta peccatorum diuersitatem apertissime ostendit saluator dicens: Filius qui nouit uoluntatē patris, & non fecit secūdum illius uoluntatē, uapulabit multis. Filius autem qui non nouit uoluntatē patris, nec fecit secundum eius uoluntatē, uapulabit paucis. Vides hic apertum discrimen non quidē iusti & peccatoris, sed peccatoris & peccatoris. uterq; enim peccator: quapropter uterq; uapulat, alter tamē altero durius: nā unus uapulat paucis, quia leuius peccauit: alter autem multis, eò q̃ grauius deliquit. Cū ergo alius alio grauius puniatur iuxta peccatorū suorū uarietatem: oportet ut alius etiam alio iuxta meritorum suorū diuersitatem maiori præmio donetur. Sed iam supereſt ut uideamus quid sit illud quo Iouinianus suam tuetur hæresim. Omnibus, inquit, in uinea domini laborātibus æqua merces fuit data a iusto patrefamilias: unus quippe denarius. Quidā enim ex illis ab hora diei prima usq; ad ultimam laborarunt, alij autē sola una hora fecerunt: in mercedis autē receptione omnes pares sunt facti: quoniā omnes unum dūtaxat denarium receperunt. Huic obiectioni respondet beatus Augu. in lib. de sancta uirginitate cap. 26. per hæc uerba. Quid uticq; denarius ille aliud significat, nisi quod omnes cōmuniter habebūt? sicuti est ipsa uita æterna, ipsum regnū cælorū, ubi erunt omnes quos deus prædestinauit, uocauit, iustificauit, glorificauit? Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatē. Hic est ille denarius merces omnium. stella tamē a stella differt in gloria. sic & resurrectio mortuorū. Hæc sunt merita diuersa sanctorum. Si enim cælum significaretur illo denario, nonne in cælo esse, omnibus est cōmune sideribus? & tamen alia est gloria solis, alia lunæ, alia stel

mat. 22

Luc. 12

mat. 20

larum. Si denarius ille pro sanitate corporum ponderetur, nõne cum recte ualemus, omnibus membris cõmunis est sanitas: & ipsa si usq; in mortẽ permaneat, pariter & æqualiter omnibus inest? Et tamen posuit deus mẽbra, singulum quodq; eorum in corpore prout uoluit, ut nec totum sit oculus, nec totũ auditus, nec totũ odoratus: & quicquid est aliud, habet suam proprietatem, quãuis æqualiter habeat cum omnibus sanitatẽ. Ita quia ipsa uita æterna pariter erit omnibus sanctis æqualis, denarius omnibus attributus est: quia uero in ipsa uita æterna distincte fulgebunt lumina meritorũ, multæ sunt mãsiones apud patrem: ac per hoc in denario quidem non impari, non uiuet alius prolixius: in multis autem mansionibus honoratur alius alio clarius. Hactenus Augustinus. Alia adhuc multa nobis obiicit Iouinianus. uerum hęc tam friuola sunt, & tam parui momẽti, ut illa recensere pigeat, & illis respõdere dedignemur. si quis tamen ea scire desiderat, legat beati Hieronymi librum secũdum aduersus Iouinianum, quoniã eo loco ille omnes Iouiniani nęnias irridet, & illis respõdet. Sed iam opus est ut ecclesiæ de hac re diffinitionẽ audiamus. Concilium Thelense authoritate Syricij papæ in Africa celebratum sic ait, Agrestis enim ululatus est, nullã uirginitatis gratiã, nullum castitatis ordinem reseruare, promiscue omnia uelle cõfundere, diuersoꝝ gradus abrogare meritorũ, & paupertatem quãdam cœlestium remunerationũ inducere: quasi Christo una sit palma quã tribuit, ac nõ plurimi abũdent tituli pręmiorũ. Hęc cõcilium Thelense. Eandẽ sententiã docet cõcilium Florentinũ sub Eugenio. 4. celebratum. Nam in illis uerbis quę ex cõcilio Florentino ad confutationẽ proxime prędecessoris, hoc est sextę hęreseos supra citauimus, postq; dixit sanctorũ animas iam ante diem iudicij clare deum uidere sicuti

Concilij thelense.

Concilij Florentini

est,statim subiungit,pro meritorum tamen diuersitate alium alio perfectius.Et illos qui ad infernum descẽdunt,dicit pœnis disparibus puniri.Aduersus Iouin. scripsit B.Hiero. duos libros:& in.2.aduersus hanc hæresim disputat beatus August.in lib.de sancta uirginitate aduersus eundem errorem disputat.Alios non uidi.

BELLVM.

DE hac re fuit unus error Manichæorũ dicẽtium nullo pacto licere gerere bellum: atq; ob hanc caussam(ut testatur Aug.lib.22.contra Faustũ cap. 74.)reprehendũt Moysen,q̃ bella gesserit. Hunc errorẽ uelut iam sepultũ,ab inferis suscitauit hoc nostro æuo Ioãnes Oecolãpadius,qui in hoc a Manichæis differt,q̃ Moysen belligerantẽ non reprehendit: quoniã eo tempore dei aut iussu aut permissione licebat bellare. Nunc aurẽ Christo (ut ait) bellũ prohibente,iam nõ licet Christianis ullo pacto bellare.Eandem sententiã docet Cornelius Agrippa in lib.de uanitate scientiarũ. Nam de scientia artis mi litaris disserens.posteaq̃ illam multis iniurijs lacessiuit,& scõmatis affecit,hæc ait. Atq; nihilominus laudauit eam diuinus ille Plato, ipsecq; Aug.& Bernardus catholici in ecclesia doctores, hanc alicubi probauerunt, & pontificia decreta illã non improbant,licet Christus & apostoli longe aliter sentiãt. Tandem uel repugnante Christo non infimũ in ecclesia gradum obtinuit.hęc Agrippa.In quibus uerbis aperte docet Christũ prohibuisse bellum. Contra Manichæorũ sentẽtiam quã reprehendũt Moysen bellantẽ,piget disputare:cum ex scripturæ testimonio pateat Moysen ex pręcepto domini bellasse cõtra nationes barbaras & infideles. Aut ergo deũ etiam reprehendant, aut Moysi bellanti calũniari desinant. Si longiorẽ de hac re disputationẽ optas, lege b.Aug.contra Faustũ lib.22.ca.74. & per alia

Manichæi.

Io. Oecolãpadius.

quatuor sequentia capita. De reliquo autem in quo Oecolampadius & Agrippa assentiunt Manichęis arcentibus homines ab omni bellorũ genere, opus
Luc.3. est ut diligenter inquiramus. Lucas enarrans Ioãnem in deserto prædicantẽ & baptizantẽ, ait, Interrogabant autẽ eum & milites dicentes, Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminẽ concutiatis, neq; calumniã faciatis, & cõtenti estote stipendijs uestris. Si autem bellũ esset prorsus illicitũ: respondere debuisset beatus Ioãnes, Arma abijcite, militiam istã deserite, neminem percutite, neminẽ uulnerate. Cũ autem nihil eorũ dixerit, sed calũniam prohibuerit, & ut suis stipendijs contenti forent, præceperit: eo ipso uisus est bellum approbare. Præterea cum Cen
Mat.8 turio Christo diceret, Et ego homo sum sub potestate cõstitutus, habẽs sub me milites: & dico huic uade, & uadit: & alij ueni, & uenit: & seruo meo fac hoc, & facit. Christus hęc audiẽs, fidem Centurionis laudauit: militiæ uero desertionem non improbauit: imperaturus autẽ si bellum nullo pacto liceret. Rursum Herodianis quærẽtibus utrum liceret cen
mat.22 sum dari Cæsari, respondit Christus, Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quę sunt dei, deo. Hac autẽ de caussa tributa redduntur, ut inde militi ad pacis
Ro.13. cõseruationem necessario, stipendium soluatur. Sic enim ait Paulus cum de obedientia principi præstã da differit, Ideoq; necessitate subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo enĩ & tributa præstatis. Ministri enĩ dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Deinde si nullo pacto bellare licet: sequeretur inde q̃ peccatorẽ sceleratum se a iudice defendentẽ, ut ab eo non capiatur ad punitionem, si iudex inuadat ut capiat & puniat, male aget. hoc autem fateri, esset nimis absurdum, & totius humani conuictus destructiuũ, & sacris literis
Ibidẽ. apertissime contrarium. Beatus enim Paulus in ea

quæ ad Rom. est epist. ait, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a deo. & parum infra, Si autē malum feceris, time. Non enim sine caussa gladium portat. Dei enim minister est, uindex in iram ei qui malū agit. Quę autem pro se afferunt, parum propositū suum confirmant. Primo quidē obiciunt id quod dominus apud Matth. ait. Ego autē dico uobis non resistere malo, sed siquis percusserit te in dexterā maxillam tuam, præbe illi & alterā. Huic enim obiectioni Augu. respondet illud non esse operis præceptū, sed affectus: ut uidelicet animus noster ita patiēter toleret unius maxillæ percussionē, ut paratus sit, si in alia iterum percuteretur, patienter etiā ferre. Potest etiam aliter respōderi. Quid enim obstat eandē obiectionē duplici modo reiicere? Potest enī & non immerito dici, illam Saluatoris sententiā non pertinere ad præceptorū numerum, sed esse inter consilia connumerandā. Quod autem ita sit, ex immediate sequentibus facilè censeri potest, quoniā quæ immediate sequuntur, nullo modo ad præceptorū numerum spectare uidentur, sed ad cōsilia: ut sunt illa, Et ei qui uult tecum in iudicio cōtendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicūq; angariauerit te mille passus, uade cum illo & alia duo. Quæ duo, nullus nisi mentis inops contendet esse præcepta, sed solum consilia uiris perfectis data. Si ergo consilium est illud, inde cōuincitur dictum illud nullo modo Manichæorū sententiæ fauere. Secundo obiciunt, utrum Christianū debere præliari orationibus & precibus ad deū susis, ut deus illorum misereatur, & iniuriam illis illatā ab eis repellat, & offendētes a sua mala intētione reuocet. Cui obiectioni respondemus cōcedentes iustum bellatorem debere orationibus ad deū emissis præliari. quoniā (ut dicitur in. 1. Macha. lib.) non in multitu Mat. 5

1. Macha. 4.

dine exercitus uictoria belli, sed de cœlo fortitudo est. Nec tamē ideo abstinendū est a bello, & in uniEx.17. uersum reiçienda sunt arma, quoniā Moyse orante in monte, Amalech uincitur gladio Iosue.

Luthe rus. Secūda hæresis est Martini Lutheri: & nescio an paulo mitior uel potius durior aut atrocior quàm præcedens, dicenda sit. Is nanq; ait, non licere Christianis bellare in Turcas quoniā (ut dicit) est repugnare uoluntati dei uisitanti & corrigenti iniquitates nostras per illos. Itaq; Lutherus non ab omni bello arcet Christianos, sed a bello in Turcas gerendo qua in re uidetur mihi durior hæc quàm Manichæorum sententia. Si enim Christiano licet aduersus Christianū pugnare, qui fit ut aduersus Turcā non liceat? In bello nāq; ut iustum sit, caussa potissimum explorāda est, a qua belli iustitia pendet. q; si eadem caussa & multo urgentior est in bello aduersus Turcā, quàm in bello aduersus Christianum: sequitur inde ut iustius sit bellū quod in Turcā mouetur, quàm id quod aduersus quēlibet Christianū geritur. Caussa autē propter quā princeps mouere potest bellū, est ut inde pax perfecta habeat. Vnde Augusti. in epistola ad Bonifacium comitē, ait, Non quæritur pax ut bellū exerceatur, sed bellū geritur ut pax acquiratur. esto ergo bellando pacificus, ut eos quos expugnas, ad pacis utilitatē uincēdo perducas. Hæc Augu. At pacem nihil magis cōseruat & fouet quàm iustitia, & nihil magis perturbat q̄m
Ps.84. iniustitia. Iustitia (inquit Propheta) & pax osculatę sunt. Caussa ergo propter quā quis potest iuste bellare, est iustitię exequutio, & illius cōseruatio. Quo fit, ut siquis te occidere aut percutere iniuste uelit, tu iuste possis ei obuiare: & siquis per uim & uiolētiam res tuas uellet a te rapere, tu iuste possis illi resistere. Et si forte iam surripuit aut clāculo, aut alio quouis modo, & non patet alia uia recuperādi nisi

bello,tu iuste potes mouere bellſi ut recuperes: mo
dò in te ſit authoritas & poteſtas bellum congre-
gandi.non enim ad quẽuis ſpectat exercitũ cogere,
& bellum inire,ſed,ut ait Augu.contra Fauſtũ,hoc
eſt ſolius principis munus. Cum ergo eadẽ ſit cau-
ſa aduerſus Turcam intendi bellum, & authoritas
& poteſtas in imperatore & alijs regibus Chriſtia
nis non deſit,ſequitur ut æquè iuſtum,imo & mul
to iuſtius poſſit aduerſus eos bellum moueri quàm
aduerſus Chriſtianos, cũ multo iuſtior illic ſit cau
ſa quàm hic. Si enim Chriſtianus Chriſtianũ inua-
dit ut cędat & ſpoliet, & ob hoc alter iuſte reſiſtit,
nõne Turca Chriſtianos inuadit ut occidat & ſpo
lietimo certe ut multo peiora agat,ut uidelicet eos
fidem negare cogat, & Chriſto & eius euangelio re
nunciare,ut nomen Chriſtianũ ſi poſſet, ex orbe de
leat. Nõne hęc peiora ſunt? Si ob recuperandnm pa-
trimonium ab alio Chriſtiano raptũ,licet eum ag-
gredi bello:cur nõ licebit etiam aduerſus Turcam
pugnare,qui tot ciuitates & oppida, ne dicã regna
& imperium a Chriſtianis rapuit cum magno eo-
rum dedecore, & maxima illata iniuria? Si ergo ad-
uerſus aliquem præliari licet,licere autẽ iam ſupra
oſtendimus,aduerſus nullũ æque licebit,ut aduer-
ſum Turcam. Machabæus pugnat aduerſus Antio
chum, & alios reges infideles pro religione & fide
& ceremonijs,& in hoc facto laudatur. Cur nõ etiã
laudabitur Chriſtianus pugnãs aduerſus Turcam
pro fide & religione? De hac re plurimæ extant ec-
cleſiæ definitiones, non per uerba quæ docuit, ſed
per opera quę exercuit,quibus nos uerius exemplo
quàm uerbo inſtruxit. In cõcilio ſiquidẽ apud Cla
rum montem ſub Vrbano. ſecũdo celebrato decre-
tum eſt ut bellũ aduerſus Turcas fieret,in quo mi-
rifice Vrbanus profecit. Poſt cuius mortẽ Paſcha-
lis ſecũdus ſuccedens (ut teſtatur Platina)bello cœ

pto fauit. Calixtus quoq; secũdus habito Laterani nongentorũ patrum concilio, ex eorum assensu decreuit ut primo quoq; tẽpore supplementa militiæ iam deficientis, Christianis in Asia bellum gerentibus subministrarentur. Qua spe (ut idẽ Platina scribit) erectus Balduinus Hierosolymorũ rex, Gazin regem Turcarum minorẽ Asiam incolentium bello superauit, & in uincula coniecit. Lucius etiã tertius (eodem Platina teste) habito Veronæ concilio, principes Christianos adhortatus est ut Christianis pro fide in Asia laborantibus subueniret. Quid ergo Lutherus contra tot testimonia uerborum & exemplorum præsumit docere, non licere Christianis bellum inferre Turcis? Certe, ut conijcere ualeo ex eius uita & operibus mundo notis, hac sentẽtia se inimicum esse Christi, & diaboli ministrum declarauit: quoniã hæc docens, uisus est uelle nomen Christianum funditus delere: quoniã nisi Christiani Turcis hucusq; restitissent, iam actum esset de re Christiana. Sed gratias Deo, qui melius suo populo consuluit, quàm Lutherus optasse uidetur. Iam uideamus quo argumento suam sententiam confirmet, quia uidelicet (inquit) sic aduersus Turcas bellare, est resistere Deo, uisitanti iniquitates nostras ꝑ illos. O fortem argumentatorẽ. Tu ne es ille Luthere, qui scholasticos theologos irrides, eos sophistas appellans? Nõne tu hic sophistã merum agis? Quæ nam obsecro est ista collectio, Deus uisitat iniquitates nostras per bellum quod a Turcis cõtra nos geritur, ergo non licet Turcis resistere? Ad hunc modum non liceret nobis ullam prouisionẽ facere cõtra famem, ullam medicinã sumere cõtra morbos, ullum antidotum percipere contra pestem. per hæc enim omnia deus etiam uisitat iniquitates nostras. Tamen & si uisitet, non inhibet ut remedio aliquo adhibito illis obuiemus. Ita etiam etsi deus uisitet

iniquitates

iniquitates nostras per Turcas, non tamen inhibet defensionem. Ita enim Deus uisitat suos, ut nō de- Psal. 88
relinquat. Misericordia nanq; quam erga nos sem per exercet, exaltat iudiciū illius. Visitabo (inquit) in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum: misericordiam autem meā non dispergam ab eo. Contra hunc errorem scripsit Ioannes Roffensis episcopus in eo opere quod cōtra captiuitatem Babylonicam Lutheri edidit, toto uno in tegro articulo, uidelicet tricesimoquarto. Scripsit etiā ante septuaginta annos Dionysius Riskel Carthusianus libellum quendam de bello Turcis inferēdo, in quo suadet bellum Turcis debere fieri.

BENEDICTIO.

Omnes benedictiones quas ecclesia facit aut dicit super uinum, panem, aquam, oleum, sal, ceram, incensum, arbores oliuarum & palmarum, uestimenta, calices, aut alias quascunque res ad usum ecclesiasticarum rerum necessarias, impij Valdēses pro sua solita temeritate & ipietate irrident & sub sannant, dicentes illas omnes nullius esse momenti. Hos Valdēses hic (ut alibi semper) imitant Vuitclefistæ: qui (ut parentum suorum insaniam augerent) dicunt tales benedictiones esse ueram practicam necromantiæ potius quàm sacræ Theologiæ: tantum abest ut illas alicuius uirtutis esse credāt. De hoc errore iam supra nōnihil diximus cum de uirtute aquæ benedictæ disputauimus, in titulo de aqua, hæresi secunda: et infra in titulo exorcismus, multa amplius dicemus: quapropter usque ad illum locum disputationem differimus. Valdēses.

BESTIA ET BRVTVM.

DE hac re unam dūtaxat reperio hęresim, eamq; à solo Philastro citatā, quæ asserit bestias omnes rationis esse capaces, omniaque bruta animalia, æque ut hominem, non solum sentire, uerum

etiam intelligere. Hanc hæresim Philaster tribuit
Gnostici. Gnosticis & Manichæis. Augustinus autem in libro de hæresibus ad Quoduultdeum, de Gnosticis
Manichæi. & de Manichęis cum differit, nunq̃ hunc errorem illis impingit, nec Irenæus multo uetustior Augustino & Philastro, libro primo de hæresibus cap. tricesimoquarto recẽsens Gnosticorum errores, unq̃ huius erroris meminit. Sit autem hæc Gnosticorum sententia aut Manichæorũ, aut secus res se habeat, non multum curo, cum certum sit talem assertionẽ
Psal. 31 esse erroneam, & sacris literis apertissime contrariam. Nolite (inquit Propheta) fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Falsum est ergo
Psa. 48 omnia bruta esse rationis capacia. Et idem Prophetã iterum ait, Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. In quo autẽ similis factus sit, declarauit cum dixit eum non intellexisse. Per hoc enim quòd non intellexit, assimilatus est iumentis, quoniam illa non intelligunt. Si quidem bruta intelligunt, in quo quæso assimilatus est iumentis, cum honorem in quo eum Deus constituit, non agnouit? Ex his ergo duobus scripturę sacrę testimoniis apertissime conuincimus bestias non esse rationis capaces.

FINIS TERTII LIBRI

CALCEAMENTVM.

DE HAC RE unam hæreſim citant Philaſter & Auguſtinus, quæ docet non licere homini calceamenta portare. Huius autē erroris nullum aſſignant patronum: eam tamen tenētes, ab opere ipſo Diſcalceati ſunt nominati. Verum hic admonere oportet, hos non damnari uelut hęreticos quia calceamētis nō utuntur, ſed ideo damnantur, quia credunt nō licere illis uti. Calceamentis nanq; carere, & diſcalceatos incedere, bonum eſt & meritorium, tātum abeſt ut ſit hęreticum. Nudis ſiquidem pedibus ambulans affligit carnem ſuam, & corpus caſtigat, ne animæ reſiſtat, ſed obſequatur ut decet. At carnis macerationem quis dubitat eſſe bonam? Bonum eſt ergo & utile nudis pedibus incedere. Quapropter beatus Franciſcus Minorum pater, monachis ſub ſuo inſtituto degentibus, è quoꝝ numero ego ſum, & utinā bonus, pręcepit ut niſi neceſſitate cogēte, calceamenta nō portarent. Credere tamē nullo pacto licere portare calceamenta, hoc eſt hæreticum. Dominus enim aſſignās Iudæis modum iuxta quem debeant agnum Paſchalem comedere, dicit: Calceamenta habebitis in pedibus ueſtris. Propter quod, ut ueritas figuræ, & corpus umbræ aſſimilaretur, ſacerdotes ſolenne ſacrum celebrantes, in quo uerus ille agnus, uidelicet Chriſtus benedictus comeditur, calceamenta in pedibus tenent, etiā qui aliàs non eſſent portaturi, ut fratres minores, q etſi aliàs nudis pedibus incedant, cum tamen miſſam celebrant, calceamenta in pedibus tenent. Et dominus ad Ezechielem ait, Calceamenta tua erunt in pedi-

Diſcalceati.

Exo. 12

Ez. 24

bus tuis. Et Christus redemptor noster cum Apostolos suos misit binos ante faciem suam, misit il-
Mar.6 los(ut Marcus ait)calceatos sandaliȝs. Prȩterea,qđ nunquam reperitur denegatum,intelligitur esse cõcessum. Si ergo portare calceamẽta nunc̃ fuit omnibus prohibitum,inde cõuincitur esse nobis concessum. Verum hic forte aliquis obȷ̃ciet, quod portare calceamẽta dominus prohibuit. Nam(ut Mat
mat.10 thæus testatur)cum mitit duodecim Apostolos ad prædicãdum,inter alia quæ illis prȩcepit,hoc quoque dixit,Non perã in uia,nec̃ duas tunicas, nec̃ calceamẽta,nec̃ uirgam. Ecce calceamenta ibi prohibita. Fatemur ibi calceamẽta fuisse prohibita,sed non omnibus. Solis enim Apostolis tũc loquebatur,ad quos solos illa præcepta spectasse dignoscitur,ut aliàs docuimus. Nec etiam Apostolis in perpetuum & semper fuerũt data illa prȩcepta,sed solum pro illo tẽpore quo mittebantur. Ibi siquidem dicitur,In uiam gentium ne abieritis . Et tamen in
Lu.22. posterũ illis mandatur·Euntes in mũdum uniuersum,prædicate euãgelium omni creaturæ. Illic etiã prohibuit portare peram:tamen postea dicit,Quãdo misi uos sine sacculo & pera & calceamentis, nunquid aliqd defuit uobis? At illi dixerũt, Nihil. Dixit ergo eis·Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram:& qui non habet,uendat tunicam suam,& emat gladium. Ex quibus constat, illa quæ apud Matthæum referuntur, solum pro illo itinere peragendo esse data Apostolis præcepta, non autem pro tempore sequenti. Multo ergo minus ad nos iam pertinere possunt. Cum ergo nulla sit facta de portandis calceamẽtis prohibitio,apertissime conuincitur, licitum esse omnibus calceamenta portare, nisi illis forte qui se ad hoc per uotum obligauerunt.

CANTVS.

VNam duntaxat de hac re inueni hæresim, quæ irridet cantus qui dicuntur in ecclesia. Huius erroris primus auctor (ut opinor) fuit quidam Hilarius, de quo beatus Augustinus lib. 11. Retractationum cap. 11. mentionem facit, illiusque errorem prodit. Et nescio an Hilari⁹ iste ex Arrianis fuerit, qui cantibus sacris etiam detraxerunt, quia in illis audiebant Christi laudes, quem ipsi uehemẽter cupiebãt deprimere. Vnde Ambrosius in quadã oratione contra Auxentium de basilicis tradendis inuehens, quæ ponitur in quinto libro suarum epistolarum, sic ait, Itaq; & hodie cũ laudatur Christus, Arrianorum amentia uerberatur. Geraseni præsentiam Christi ferre non poterant: isti peiores Gerasenis, nec laudationem Christi sustinere possunt. Vident pueros Christi gloriam concinentes, quia scriptum est • Ex ore infantium & lactẽtium perfecisti laudem: irridentistam ætatulam fidei plenam, cum dicunt, ecce qd clamant? Sed respondet iis Christus, Si hi tacuerint, lapides clamabũt, hoc est fortiores clamabunt: clamabunt & iuuenes, clamabunt & maturiores, clamabunt & senes. Hæc Ambrosius. Ex cuius uerbis patet Arrianos detrahere laudib⁹ Christi in ecclesia decantatis. Tamen (ut existimo) non ideo detrahebant, quia cantabãtur laudes, sed quia laudabatur Christus ultra eorum opinionẽ, quoniam credebant Christum esse puram creaturam, quapropter inuidebãt laudibus quibus Christus extollebatur ut uerus Deus. quas laudes moleste tulissent etiam si summissa uoce & non cum cãtu dicerentur. Hæc dixi propter Thomam Vualden, qui Arrianis uidetur hũc errorẽ tribuere, motus hac Ambrosii auctoritate, male (ut opinor) perspecta. Hilarius tñ (ut ex Augustini uerbis patet) simpliciter cantibus detrahebat. Hunc errorem suscitarunt Valdenses, qui dixerunt frustra tempus

Hilarius. Pſal. 8. Lu. 19. Valdẽſes.

teri in cantibus ecclesiasticis. Hos postmodum se-
Ioānes Vuitcleff. cutus est Ioānes Vuitcleff Anglicus, qui adeo cantibus ecclesiasticis detraxit, ut cātantes in ecclesia, uocauerit sacerdotes Baal, quibus cū clamore orā
3. Re. 8 tibus Helias ppheta dixit, Clamate uoce maiore: Deus enim uester forsitā cum alio loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certe dormit: ut excitetur. Quapropter dicit Ioannes Vuitcleff, eos q̄ in ecclesia canūt, esse sacerdotes Baal, quoniam sic clamant ac si Deus dormiens eos non audiret, & eorum uocibus esset excitandus. Vt autem hūc errorem clarius cōuincamus, admonere prius oportet, duplicē esse orationem quę coram Deo fit, Vnā priuatam, quę à singulari persona fit. Aliā publicā, quæ ab hominū conuentu in unū congregato fit. Primā orationem expedit magis esse cum silentio q̄ cum clamore: quia sic cū clamore orās impedit alium ne ita quiete apud eū orare possit, quia suis uocibus, alterius sensum ad suos sermones rapit. Deinde sic publice cum clamore orans, suas secretas petitiones, quas forte nō expediebat alium scire, in auribus bonorum & malorum audiēdas cōmittit, & ita contingit, ut ab hominibus, quib⁹ sua secreta reuelauit, derideatur. Et propter hoc laudatur Anna Samuelis mater, de qua orante dīm pro
1. reg. 1. impetrando filio, dicitur in primo lib. Reg. Porro Anna loquebatur in corde suo, tantūq; labia illius mouebantur, & uox penitus nō audiebatur. Et de
1. Co. 14 hac oratione intelligendū est id quod Paulus ait, Si nō fuerit interpres, taceat in ecclesia, sibi autē loquatur & Deo. Si tamen quis ex impatienti quodā ac feruenti desyderio clamauerit orās etiam priuate, loco tamen ubi alios non perturbet, & sui cordis secreta non prodiderit sic orās, nec crediderit Deū magis audire cū fortius clamatur, quàm cum basse, iste sic orans cum clamore non male agit, immo

bene,si forte ad id intẽdit, ut alius oratione audita excitetur ad Deum laudandũ. Vnde Propheta ait, Ad dñm cum tribularer clamaui,& exaudiuit me. Pſal.17

Ne autem ſubterfugiant hæretici dicentes illud debere intelligi de clamore cordis,& non de clamore oris, afferamus in medium Chriſtum ſaluatorẽ nóſtrum, cuius operibus nullus niſi impie detrahere poteſt. Is enim(ut ait Ioannes) Lazarum ſuſcitaturus,eleuatis ſurſum oculis dixit, Pater gratias ago tibi quoniam audiſti me. Ego autem ſciebam quia ſemper me audis,ſed propter populum qui circunſtat,dixi,ut credant quia tu me miſiſti. Hęc cum dixiſſet,uoce magna clamauit·Lazare ueni foras. Ecce hic uides Ieſum uoce magna clamantem, qui tamen uoce ſummiſſa poterat audiri,imo qui ſine ulla uoce poterat ſuſcitare. Et ut fortius noſtra ſentẽtia cõfirmetur,uide quid Matthęus dicat, Et circa horam nonam clamauit Ieſus uoce magna,dicens: Heli heli lamazabathani.hoc eſt, Deus deus meꝰ, ut qd dereliquiſti me? Demum ut hominẽ tribus teſtibus cõuincamus,afferamus Paulum,q de Chriſto loquẽs ſic ait, Qui in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſq; ad illum q poſſet eum ſaluũ facere à morte,cum clamore ualido & lachrymis offerens,exauditus eſt pro ſua reuerẽtia. Quid ergo dices impie Vuitcleff ad iſta tã clara teſtimonia quæ tibi obiiciunt? Sed certe uereor ne etiã audeas Chriſtũ criminari,q non dubitaſti ſpõſam eiꝰ eccleſiã & contemnere & accuſare. Alia eſt oratio publica in qua nõ tñ conſuliẽ proprię cuiuslibet orãtis utilitati,ſed cõmunibus cõmodis ꝓſpicit. Et in hac oratione expedit orare alte, ut orãtes inuicẽ audiãtur, & ſe inuicẽ audiẽtes, de Dei laude ſancta quadam æmulatione contendãt. Duo nãq; Seraphim clamabãt alter ad alterum,Sanctus,ſanctus,ſanctus,dñs Deus Sabbaoth. Plena eſt oĩs terra gloria eius. Ad Eſa. 6.

quoꝝ ſimilitudinē duo chori in eccleſia fiũt, q p uices alternas cantãt, et tãcp duo Seraphim alter ad alterũ clamant. Expedit etiã orationē clamoroſam in cõmuni fieri, ut alij hoc audientes excitentur ad
mat. 5. Dei laudem. Vnde dominus apud Matthæum ait, Luceat lux ueſtra coram hominib⁹, ut uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum q in
Pſa. 32. cælis eſt. Et de oratione ipſa & laude ait Prophetã dñm in omni tẽpore, ſemper laus eius in ore meo. In domino laudabitur anima mea, audiãt manſueti & lętentur. Magnificate dominum mecũ, & exaltemus nomẽ eius in idipſum. Ecce ergo cui rei deſeruit illa publica & alta laudum decãtatio. Vnde Rabanus in lib. de Inſtitutis clericorũ, cap. 76. ait, Pſalterium idcirco cum melodia cãtilenarum ſuauium ab eccleſia frequentatur, quò facilius animi ad cõpunctionem flectãtur. Perfecta autem uox eſt alta, clara, ſuauis. Alta ut ſufficiat, clara ut aures adimpleat, ſuauis ut animos audiẽtium ſuauiter demulceat. Si autem aliquid ex his defuerit, perfecta uox non erit. Hæc Rabanus. Eandem ſententiã cõfirmat beatus Iſidorus lib. i. de Officijs, cap. 6. dicens, Itaqꝫ & in hymnis & pſalmis canẽdis, nõ ſolum prophetarum, ſed etiã ipſius Domini & Apoſtolorum habemus exemplum, & prȩcepta de hac re utilia ad mouendum pie animũ, & inflãmandũ diuinę dilectionis affectum. Hæc Iſidorus. Cum ergo cantus utilitas non parua iam pateat, opus eſt
Pſa. 32. ut illum cõprobemus teſtimonio ſcripturaꝝ. Propheta Regius ait, Cantate ei canticum nouum, bene pſallite ei ĩ uociferatione. Et ne poſſet Vuitcleff ſubterfugere, detorquẽs ſcripturam ad orationem
Luc. 2. mentalẽ, dixit, bene pſallite ei in uociferatione. Præterea Chriſto nato facta eſt cum angelo multitudo militiæ cęleſtis laudãtium Deum, & dicẽtium, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bo-

næ uoluntatis. Rursum, cum Christus intrabat ciuitatem Hierosolymã, cœperunt (ut Lucas ait) omnes turbę discipulorũ gaudentes laudare Deum uoce magna super omnib⁹ quas uiderãt uirtutib⁹, dicentes, Benedictus qui uenit rex in nomine domini, pax in cælo, & gloria in excelsis. Et quidã Pharisæorum de turba dixerunt ad illum, Magister increpa discipulos tuos. Quib⁹ ipse ait, Dico uobis quia si hi tacuerint, lapides clamabũt. Hæc Lucas. Ex quibus uerbis constat Vuitclefitas similes esse Pharisæis reprehendentib⁹ discipulos cum clamore laudantes Deum. Deinde ut cantus magis comprobaretur, ipse dominus cum discipulis suis cantare dignatus est. nã instante morte sua, post cœnã ultimam hymno dicto cum discipulis suis, exĩt in montem Oliueti. Vt autem hoc factũ nobis maxime fauere clari⁹ dignoscat, oportet declarare quid sit hymnus. Hymnus græca uox est, græce ὕμνος, latine autem ualet tãtum ac canticum siue laus quæ Deo tribuitur. Vnde Augustinus super psal. 72. in expositione tituli sic ait, Hymni laudes sunt dei cũ cantico. Hymni, cantus cõcinentes laudẽ dei. Si sit laus, et nõ est Dei, nõ est hymnus. Oportet ergo ut sit hymnus, ut habeat hæc tria, & laudẽ, & Dei, & cãticum. Hæc Augustinus. Eidem sentẽtiæ subscribit Isidorus, qui lib. 6. Etymologiarum cap. 34. sic ait, Hymnus est canticũ laudãtiũ Deum, ꝓprie, aut hymni sunt cõcinẽtes laudẽ Dei. ꝙ si sit laus, et nõ est Dei, nõ est hymnus. si sit & Dei, & laus, & non canteť, nõ est hymnus. Hæc Isidorus. Si ergo iuxta Matthæũ & Marcum Christus dixit hymnũ cum discipulis suis, ergo cãtauit. Et cõfirmat hoc ꝓpositum, factũ Pauli & Silæ, ꝙ in carcere positi, clamãtes Deũ laudabãt. Sic enim dicit, Media nocte Paulus & Silas adorãtes laudabant dñm: & audiebãt eos ꝙ in custodia erãt. Subito uero terræmotus fa-

Ibi. 19.

mat. 26
mar. 14

Act. 16

ctus est magnus, ita ut mouerentur fundamēta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia, & uniuersorū uincula soluta sunt: Si ergo nō licet alte & cū clamore & cum cantu orare, quomodo ad orationem clamorosam Pauli & Silæ tot miracula facta sunt? Postremò hāc catholicam sententiā cōfirmat totius ecclesiæ usus, nō nouus, sed ab ipso ecclesiæ nascētis exordio usq; ad nostra tēpora cōseruatus. Et ut cætera de hac re testimonia omittā, unum citabo, eo cæteris efficacius, q̄ ab homine extraneo & nostræ religionis inimico prolatum est. Plinius nāq; secūdus in quadam epistola ad Traianum de Christianis tunc (ut sic dicam) nascētibus loquēs, ait, Adfirmabant autē hāc fuisse summā uel culpæ suæ uel erroris, q̄ essent soliti stato die ante lucem cōuenire, carmenq; Christo quasi Deo dicere secū inuicē. Hæc ille. Et ut rē magis cōfirmemus, aliud producemus testimonium hominis etiā exteri, sed multū laudati. Philo enim Iudæus, qui tēpore Apostolorū fuit, & Christi tēpora attigit, de Christianorum cantib⁹ apertissimum perhibet testimoniū. Nā Eusebius Cæsarien. li. 2. Ecclesiasticæ historiæ cap. 17. enarrans qualiter Philo Iudæus omnia ecclesiasticæ institutionis initia, & originē Apostolicæ traditionis descripserit: dicit illum hoc etiam de Christianis narrasse, q̄ unus ex omnibus cōsurgens in medio, psalmum honestis modulis concinebat, & præcinenti ei unum uersiculum omnis multitudo respondebat. Post ista tam manifesta testimonia q̄bus impium Vuitcleff errasse cōuincimus, extat ecclesiæ de hac re definitio. Concilium nāq; Agathense cap. 30. suorum Decretorū sic definit, Et quia conuenit ordinem ecclesiæ ab omnib⁹ æqualiter custodiri, studendū est ut ubiq; (sicut fit) & post antiphonas collectiones per ordinem ab episcopis uel presbyteris dici, & hymnos matutinos uel uesperti-

plinius

Philo.

Concilii Agathēse

nos decantari diebus omnibus, & in conclusione matutinarum uel uespertinarum missarū post hymnos capitella de psalmis dici, & plebē collecta oratione ad uesperam ab episcopo cum benedictione dimitti. Hæc cōcilium. In quib⁹ uerbis præcipitur aperte, ut hymni omnibus diebus decātentur. Sed iam uideamus quo argumento suum propositum confirmare nitantur, ut illi respōdeamus. Sic enim aiunt. Christus prohibuit orare cum clamore & cantu, cum prohibuit publicam orationem, præcipiens ut secreto oraretur ab omnibus. Apud Mat- mat.6.
thæum nanq; sic ait. Tu tamen cum oraueris, intra cubiculum tuum, & clauso ostio tuo, ora patrem tuū in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscōdito, reddet tibi. Cui obiectioni respōdemus, Christum per illa uerba non prohibere opus, sed intentionem. nō enim prohibuit publice orare, sed prohibuit ne hac intentione & hoc animo aliquis oraret in publico, ut ab alijs uideretur. Hoc autem ita esse colligitur ex præcedentibus eiusdem Christi uerbis. Præcedentia siquidem & sequentia uerum sensum literæ manifestant. Præcedētia autem Christi uerba sunt hæc, Et cū oratis, non eritis sicut hypocritæ qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare, ut uideantur ab hominibus. Amē dico uobis, receperūt mercedem suam. Et statim subiungit, Tu autem cum oraueris &c. Præcedentibus autem uerbis prohibuit intentionem malam, quę est cū quis orat ut uideatur ab hominib⁹. Sequentibus autem præcipit bonam intentionē, ut uidelicet oret hac sola intētione, ut uideatur à Deo. Quod si quis hac intentione etiam publicam orationem faciat, intentio sua est secreta, id est ut secrete fiat, quia ad solum Deum eam dirigit, quamuis opus fuerit publicum. Et in hoc bene agit, immo sæpe necesse est ut sic fiat, quoniā (ut ait beatus

Augustinus)si nō habuerimus inspectores, nullos etiam habebimus imitatores. Si uero orans optat ab aliquo uideri, quantūlibet claudat ostium cubiculi in quo orat: iuxta tamen Christi intentionē in publico orat: quoniā Christus magis animum attendit q̄ opus. Et opus ipsum nunq̄ bonū aut malum censet, nisi quia à bono aut à malo animo procedit. Secundo obiiciunt per id quod propheta He
3.re.18. lias ad prophetas Baal ait, Clamate uoce maiore. Deus enim uester forsitā cum alio loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certe dormit, ut excitetur. Propter quod arguit Ioannes Vuitcleff, nō licere orare cum clamore, quia (ut dicit) sic orantes sunt sicut prophetę Baal qui reprehendūtur ab Helia. Fatemur prophetas Baal fuisse reprehēsos, aut potius derisos ab Helia, nec tamen hac sola ratione q̄ clamabant, sed qa clamantes credebant Deū altiores uoces magis audire quàm bassas. Ideo sic credentes clamabant orantes, ut facilius eorum uoces Deus audiret. Helias ergo eorum errorem deridens ait· Clamate uoce maiore &c. Non q̄ reprehē dat clamorem, sed reprehendit errorem quo credūt Deum egere altioribus uocibus ut audire possit. Qui autem orat cū clamore & cantu, credens Deū æque audire uoces bassas ut alias, immo, quod magis est, audire clamores cordis, iste sic credens etsi orans clamet ex quodam feruenti & impatiēte desiderio, nō errat. Superius nanq̄ ostendimus Christum cum clamore orasse, & pueros clamantes approbasse. Ad hunc modū Christus reprehēdit prolixitatem uerborū in oratione, nō simpliciter & ab-
mat.6. solute, sed sicut Ethnici faciunt. Sic enim ait, Orantes autem nolite multū loqui sicut Ethnici faciūt. Putant enim quòd in multiloquo suo exaudiantur. Quæ uerba exponens Rabanus, ait, Reuera omne multiloquium à gentibus uenit, qui exercendæ lin

guæ potius q̃ mundando animo dant operam, & hoc nugatorũ studiũ uel rogatorũ genus, etiam ad prece Deum flectendum transferre conantur, arbitrãtes sicut hominem iudicem, ita uerbis Deũ abduci in sententiam. Nolite itaq; similes esse illis, dicit unus & uerus magister. Hæc Rabanus. Itaq; illis uerbis non absolute prohibuit Christus multiloquium & prolixam uerborũ orationem: qm̃ ipse prolixe & prolixius orauit. Sed prohibuit multiloquium in oratione quemadmodũ Ethnici faciũt, q̃ putant q̃ in multiloquio suo exaudiantur. hoc est, prohibuit ne crederemus Deum per multiloquiũ nostrum magis flectẽdum, sed per maiorem animi feruorem. Contra hunc errorem scripsit satis diffuse & copiose frater Tho. Vualden in lib. suo de Sacramentalibus, titulo secundo, à quo fateor me aliqua decerpsisse, plura etiam contuli. Lu. 22.

CAPVT.

Vnus est error dicens nõ esse unum caput ecclesiæ in terris, uidelicet Papam. Sed de hoc infra longius dicemus in titulo Papa.

CHARACTER.

INter plures Lutheri errores, is unꝰ numeratur, quo dicit, in nullo sacramento imprimi characterem: sed hoc asserere, ait esse meram nouorum theologistarum fictionem. Hoc autem q̃ sit falsum, plurium sacrorum doctorũ testimoniis conuincemus, quos Lutherus nec nouos theologistas uocare poterit, nec sententiarios. His enim nominibus sæpissime alios notat, quorũ nõ est dignus corrigias calceamentorũ soluere. Sed ne forte de nomine cõtendamus, prius oportet ostendere quid sit character, de quo nostra est hæc præsens disputatio. Character uox græca est, & latine sonat tantũ ac signum uel figura. Character ergo, de quo nunc loqui paramus, figura quędam est (siue autem illa sit qualitas Luther.

ſiue relatio, parum intereſt) quã Deus animę impri
mit in ſignaculũ quo ſuũ gregẽ diſcernit ab alijs.
Oues enim ut ab ouibus diſtiugnãtur, ſigno quo-
dam illis impreſſo notantur. Milites etiam à militi
bus in bello ſigno quodam diſtinguuntur. Portari
etiam aliquãdo ſolet ſignum quoddam tanq; ſym
bolum nobilitatis cuiuſdam, per qd à plebe aut ab
alijs mediocris ſtatus hominibus diſtingui qs ua-
leat, ut in Hiſpania quidam portant in pectore ſpa
tham ex ſerico aut panno rubeo factã. Alibi aliqui
portant uellus aureum pendens ex catenula collo
circũfuſa. Iuxta hunc modum in tribus ſacramẽtis
imprimitur character, id eſt quædam figura in ani-
ma, qua ab alijs non ſic ſignatis diſtinguatur. Per
baptiſmum ſiquidẽ gratiã recipimus, & inter oues
dominicas cõnumeramur, & ouile eius intramus.
Vt ergo ab alijs non baptizatis, qui tanq; oues dia
boli ſunt, diſtinguamur, charactere quodam ſigna-
mur à Deo in anima. Et quoniã militia eſt uita ui-
Iob. 7. ta hominis ſuper terram (ut ait Iob) & eccleſia iſta
quæ nũc in terris eſt, militãs appellatur, quia in ea
militamus aduerſus dæmonem, carnem, & mun-
dum: ideo grandiores effecti ſacramentũ confirma
tionis accipimus, in quo gratia nobis præſtat, qua
roboremur in militia, & fortiores ſimus in prælio
cõtra hoſtes noſtros. Et ideo tũc Chriſtus dux no-
ſter nos charactere ſuæ militiæ notat, ut ab hoſtib?
diſtinguamur, et ab alijs etiã noſtrarum partiũ qui
ad hanc militiam nunq; peruenerũt, ut ſaltem hoc
ſignaculo ſeparemur. In ordinis uero ſacramẽto, q
eum recipit, ad altiorem quendam ſtatum extolli-
tur, & uelut ex plebeio ad nobilium ſtatum euehi-
tur, quapropter quaſi quoddam ſui ſtatus ſignum
tunc à deo illi imprimitur. Sed ne Lutherus dicat
nos in allegorijs tempus terere, oportet ut ſingula
percurramus, & teſtimonijs comprobemus. Et pri

mio de baptismo dicamus. Beatus Hieronymus exponens illud Pauli ad Ephes. Nolite contristare spiritum sanctū dei, in quo signati estis in die redemptionis, sic ait, Signati autē sumus spiritu Dei sancto, ut & spiritus noster & anima imprimantur signaculo dei, & illam recipiamus imaginē & similitudinem ad quam in exordio conditi sumus. Hoc signaculum sancti spiritus (iuxta eloquium saluatoris) Deo imprimēte signatur. Hæc Hieronymus. Ex quibus uerbis patet nostram animā signari signaculo dei, quod signaculum nos characterem appellamus. de nomine nanq; non contendimus, sed de re. Verum si de nomine adhuc cōtendit, audiat Augustinum, qui nō semel aut iterum characteris nomen exprimit. Is enim contra Cresconium grāmaticum dicentem rebaptizādum esse eum qui ab hæreticis baptizatus fuerat, lib. 1. cap. 30. sic ait. Neque enim propterea immutandus uel improbandus est regius character in homine, si erroris sui uenia & militandi ordinem à rege impetrauerit, qa eundem characterem quo sibi satellites congregaret, desertor infixit: aut propterea signa mutanda sunt ouibus cum dominico gregi sociantur, quia eis dominicum signum fugitiuus seruus impressit. Hęc Augustinus. Quibus uerbis bis characterem, bis signum nominauit. Et de baptismo contra Donatistas eandem causam agens, libro sexto, cap. primo sic ait, Habere & dare & accipere sacramētum baptismi, satis eluxit pastoribus ecclesiæ catholicæ toto orbe diffusæ, per quos postea plenariꝝ concilīꝝ auctoritate originalis consuetudo firmata est, et ouem quę foris errabat, & dominicum characterem à fallacibus deprædatoribꝫ suis foris acceperat, uenientem ad Christianæ unitatis salutem ab errore corrigi, à captiuitate liberari, à uulnere sanari, characterē tm dominicum in ea agnosci potius ꝙ̄ im- Eph. 4

probari,quandoquidem ipsum characterem multi & lupi & lupis infigunt:qui uidentur quidē intus esse,uerūtamen ad illam ouem quę etiam ex multis una est,non pertinere, morum suorū fructibus conuincuntur,in quibus in finem usq; perdurant.Hęc ibi Augustinus. Et in quodā sermone de gestis cū Emerito Donatistarum episcopo,sępenumero characterem baptismi nominat.breuitati studens, nolui in medium afferre.qui uoluerit legat ibi,et inueniet eum in septimo tomo operum Augustini.Iam uides Luthere qualiter testimonijs Hieronymi & Augustini probauimus characterē imprimi in baptismo, & istos nō poteris dicere nouos theologistas (ut assoles) nec sentētiarios,cum eorū quilibet plusq; sexcentis annis magistrum sentētiarum Petrum Lombardum pręcesserit.Sed iam ad cōfirmationis sacramentum pergamus. Innocentius papa huius nominis primus,uir doctrina & sanctitate clarus,Decentio Eugubino episcopo scribēs,cap.3.sic ait,De consignandis uero infantibus, manifestum est ab alio fieri q; ab episcopo nō licere. Nam presbyteri licet sint sacerdotes,pontificatus tamē apicem non habent. Hæc autem pōtificibus solis deberi,ut uel cōsignent,uel paracletum spiritum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat,uerum illa lectio Actuum Apostolorū,quę asserit Petrum & Ioannem esse directos qui iam baptizatis traderent spiritum sanctum.Hæc Innocentius.Ex quibus uerbis duo colligimus.Vnum est, cōfirmationem non posse nisi ab episcopo cōferri. Alterum est,q; in tali consignantur eam recipiētes. Sic enim appellauit eam, uidelicet cōsignationem. Sed quia forte hoc testimonium aliō detorquebit q; oportet,uno iam argumento de omnibus his tribus sacramentis,uidelicet baptismo, confirmatione,& ordine,cōcludamus.In his emm sacramētis,

Innocētius primus.

sancto

sancto docente spiritu, didicit ecclesia non patiendam iterationem, nō ob aliam causſam, q̄ q̄ in eis characteris confertur signaculū, quod deleri nullo modo potest. Quāuis enim peccatores sæpenumero illud maculent, & è candido reddāt atrum, è purissimo reddant impurum, nunquā tamen ita poterunt eradere, quin illo characterе cōsignati, orbi toto maneant in die iudicij noti ad gregem dominicū pertinere, cuius signaculo impressi sunt. Cum ergo ille character qui per talia sacramenta imprimitur, sit indelebilis, ideo non iterantur sacramēta quæ illum imprimunt. Quòd autē sacramenta illa iterari non possint, testatur Augu. de baptismo & ordine, ad hunc modū loquens. Vtrūq̄ enim sacramētum est, & quadam cōsecratione utrūq̄ homini datur, illud cum baptizatur, illud cum ordinatur. ideo non licet in ecclesia catholica utrūq̄ iterari. Hæc Augustinus. Eidem sentētiæ subscribit Gregorius, qui libro. 2. sui regiſtri, epistola. 32. sic ait, Illud aūt quod dicitis, ut is qui ordinatus est, iterū ordinetur, valde ridiculum est, & ab ingenij uestri cōsideratione extraneū, nisi forte quod exēplum ad medium deducitur, de quo & ille iudicandus est, qui tale aliqd fecisse perhibetur. absit autē a fraternitate uestra lic sapere. Sicut enim baptizatus semel, iterū baptizari non debet: ita qui cōsecratus est semel, in eodem iterum ordine cōsecrari non debet. Sed siquis forsitan cum leui culpa ad sacerdotiū uenit, pro culpa pœnitentia indici debet, & tamē ordo seruari. Hæc Gregorius. Et ut iam cōcludamus, conciliorū definitiones expedit adducere. Cōcilium Carthaginēse quartum sic definit. Nō licet fieri rebaptizationes, neq̄ reordinationes, uel retrāslationes episcoporū. & ponuntur hæc uerba in uolumine Decretorū de consecr. dist. 4. cap. non licet. De cōfirmatione autē Concilium Tarraconense sic ait, Dictum est nobis

Augu.

Grego.

Concilū Carthagi.

Concilū Tarracon.

quòd quidam de plebe bis uel ter, uel eo amplius, episcopis ignorantibus tamen, ab eisdem episcopis confirmentur. Vnde nobis usum est eandem cõfirmationem sicut nec baptismũ iterari minime debere. Hæc ibi. Quæ uerba adducit Gratianus in uolumine Decretorũ de consecra. dist. 5. cap. dictum est. Tamen ut ingenue fatear, cum recurrissem ad uolumen cõciliorum, ut ibi ex fonte haurirem, nihil tale ibidem reperi quale Gratianus citat sub illis titulis. Quo fit ut mea sententia dicere oporteat, uel titulum illum qui est in Gratiano, in curia scriptorum fuisse corruptum: aut illorum cõciliorum decreta, quæ nunc apud nos sunt, esse mutila & manca, nec adeo integra ut Gratiani tempore existebãt. Sed iam ad rem. Ex supradictis testimonijs constat illa tria sacramenta esse initerabilia. hoc autem non ob aliud euenit, nisi quia in illis imprimitur character, qui est indelebilis: qui character cum in alijs sacramentis non imprimatur, talia sacramenta iterato recipi possunt. Denique ut sentẽtiam nostram plene confirmemus, operæprecium erit concilij Florentini de hac re definitionem proponere, quoniam apertissime insanam Lutheri sentẽtiam damnat. Sic enim ait: Inter hæc sacramẽta. tria sunt, baptismus, confirmatio, & ordo: quæ characterem, id est spirituale quoddam signum a cæteris distinctiuum imprimunt in anima indelebile. Vnde in eadem persona non iterantur. Reliqua uero quatuor characterẽ non imprimunt: & reiterationem admittunt. Hæc concilium Florentinum. Et de hac re hæc dicta sufficiant. Contra hunc errorem nemo ex ijs qui aduersus Lutherum disputarũt (quod sciam) aliquid scripsit, præter unũ Angliæ regem, qui in eo opere quod pro defensione sacramentorum ecclesiæ scripsit, succincte satis & perfunctorie hunc errorem tangit.

Concilij Florentini.

Hic est unus error Manichęorum dicentium corpus suapte natura malum, & ideo a malo principio factum. Hic est etiam error Patricianorũ, a Patricio quodã Romano (ut ait Philaster) sic appellatorum. Hi dicunt carnem a diabolo factam, & ideo insequendam, & morte plectendam. Qui adeo carnem suam odiebant (sicut idem Philaster & Augustinus testantur) ut ultro mortem sibi inferre nõ dubitauerint, ut uel sic carne carere possent. Hunc eundem errorẽ ex parte tenent alij dicti Paterniani, qui alio nomine uocãtur (ut Augustinus ait) Venustiani. Hi dicunt inferiores partes corporis humani, nõ à deo, sed à diabolo esse factas: quapropter licentiã tribuentes omnium flagitiorum ex illis partibus, impurissime uiuunt. De reliquis autẽ superioribus corporis partibus nihil tale asserunt sicut Patriciani dixerunt. ideo tamen in unũ eos cõiungere placuit, quia uno eodemq; gladio feriendi sunt. Nam ostenso q̃ totum hominis corpus à deo factum sit, inde etiam manebit probatum, inferiores corporis partes esse à deo factas, cum illæ etiã sint de substãtia corporis humani. * Quo autem tempore aut Patriciani aut Paterniani cœperint, neq; ex Augustino neq; ex Philastro cõstat.) Primo ergo obijcimus id quod in Genesi dicitur, Et creauit deꝰ hominem ad imaginem suam. Ad imaginem dei creauit illũ, masculum & fœminam fecit eos. Ad hęc sexus distinctio non est in anima sita, sed in corpore, nec alibi q̃; in inferioribus corporis partibus. Si ergo Deus masculum & fœminã fecit eos, sequitur quòd non tantum creauit animam, cum iuxta illam nulla sit sexus distinctio, sed etiã fecit corpus: quod est contra Patricianos. Et non solum fecit superiores partes corporis, sed etiam inferiores, in quibus est potissima sexus diuersitas, & per hoc cõuincuntur Pa

Manichæi. Patriciani.

Paterniani. Venustiani.

*

terniani. Præterea in eodē libro posteadicitur, Im-
Gen.2. misit ergo dominus Deus soporē in Adam: cumq́
obdormisset, tulit unam de costis eius, & repleuit
carnem pro ea. Et ædificauit dominus deus costam
quam tulerat de Adam, in mulierem. Ecce hic uides
dominū pro costa fecisse carnem: & ex costa iterū
fecisse mulierem. non autē eam fecit ex costa quan-
tum ad animā, quoniam illa creatur, & cum sit spi-
ritualis, ex nihilo fit, nec ex costa fieri poterat. relin-
quū est ergo ut secūdum corpus a Deo factam esse
Psa.118 ex costa fateātur. Rursum, propheta regius ait: Ma-
nus tuæ domine fecerunt me, & plasmauerunt me.
Corpus autem æque est de substantia hominis ut
anima: dicēte Athanasio, Anima rationalis & caro
unus est homo. Cum ergo scriptura sæpe testetur
deum fecisse hominem, nulla corporis & animæ in
hac re facta distinctione, cōuincitur ut etiam fecerit
corpus sicut animam. Et ut nulla possit tergiuersa-
Iob.10 tione hic error celari, Iob expresse de corpore loqui
tur dicens, Sicut lac me coagulasti. non autē coagu
latur iuxta animam, ut liquet, sed iuxta corpus. Et
Ecc.18 Ecclesiasticus ait, Deus de terra creauit hominem.
Quod etiā ad corpus referri oportet, cum anima ex
Gen.1. nihilo fit creata. Deinde cum deus creauit hominē,
& masculum & fœminam fecisset, benedixit eis di-
cens, Crescite & multiplicamini, & replete terram.
Quibus uerbis (ut alias docuimus) generationē præ
cepit, quæ per corporū coniunctionē fit, & non per
quascūq́ corporis partes (ut omnibus notum est)
sed per inferiores, in quibus potissima sexus distin
ctio consistit. ergo partes illas quibus generatio fa
cienda est, à deo factas esse oportet, à quo generatio
præcipitur. Et hoc contra Paternianos. Confirmat
nostram sententiā manifestius Paulus dicens, Neq́
Ro.6. exhibeatis mēbra uestra arma iniquitatis peccato,
sed exhibete uos ipsos deo tanq́ ex mortuis uiuē-

tes,& membra uestra arma iustitiæ deo. Cum ergo arma iustitiæ corpus & eius mẽbra Paulus appellet, cõuincitur inde ut suapte natura non sit malũ, cum possit illud ad arma iustitię cõuerti. Postremo Christus nostrã assumẽs naturam, factus est uerus homo,sicut unus ex nobis. uoluit enim(ut ait Paulus)per omnia fratribus assimilari. Et Ioannes eius incarnationẽ describens,uno uerbo dixit, Et uerbũ caro factum est. Et Paulus iterũ ait, Qui factus est ex semine Dauid secũdum carnẽ. Si ergo caro hominis aut corpus humanũ a diabolo sit factum,ut Patriciani fabulantur,aut inferiores tantum corporis humani partes,ut Paterniani mentiũtur, diabolus fecerit: oportebit tunc dicere Christũ dei filium aliquid diabolicum retinere. Absit autẽ ut in tantam blasphemiam incidamus. Quæ enim societas lucis ad tenebras? aut quæ cõuentio Christi ad Beliak? Et ipsemet Christus dei filius de dęmone ait, Venit enĩ princeps huius mundi, & in me non habet quicq̃. Sed iam audiamus ecclesiæ de hac re definitionem. Leo papa huius nominis primus in epist. 71. i qua errores Priscillianistarũ dãnat, ca. 8. hęc ait. Octauũ eorum est, plasmationẽ humanorum corporũ diaboli dicere esse figmentum, & semina conceptionũ opere dæmonum in mulieris uteris figurari: propter ea resurrectionem carnis non esse credendam: quia concreatio corporis non sit congruens animæ dignitati. Quæ falsitas sine dubio opus diaboli est: & talia prodigia opinionum,figmenta sunt dæmonũ, qui non in fœminarũ uentribus formant homines, sed in hæreticorum cordibus tales fabricant errores. Quod immũdissimum uirus de Manichææ impietatis specialiter fonte procedẽs,olim fides catholica deprehendit atque damnauit. Hæc Leo Papa. Concilium Braccarense primum capite tertio suorum Decretorum sic definit. Siquis dicit creationẽ

Ioã. 1. Ro. 1.

2. co. 6. Ioã. 14.

Leo papa.

Concilium Brac.

uniuersę carnis nō opificiū esse dei, sed malorū angelorū, sicut Manichęus & Priscillianus dixerūt, anathema sit. Reliquū aūt Patricianorū errorē, quo credunt seipsos debere occidere, ut uel hoc medio carne priuentur, inferius in ti. de occisione, expugnabimus. De alio etiā Paternianorū errore quo putabāt oīa flagitia quæ per partes corporis iferiores cōmitti pūt, esse licita: iferius in tit. de coitu disputabim⁹.

Secunda hæresis docet imaginē dei ad quā homo a deo conditus esse dicitur, esse in hominis carne sitam, & non in anima. Verū de hoc errore infra deo duce in titulo de imagine disputabimus.

CIBVS.

Tatianus. Encratitæ.

DE hac re est unus error dicens non licere uescí carnibus. Hic est error Tatiani & Encratitarū, quos supra diximus a Tatiano fuisse exortos. De quibus Irenæus lib. 1. cōtra hęreses ca. 30. mentionē facit. Hunc errorem postea suscitarunt Manichæi.

Manichæi. Aerius Gathari.

Eidem adhæsit Aerius, ut Philaster ait. Augu. tamē dicit Epiphanium hoc illi non impingere. Cathari autem insaniā hanc auxerunt, dicentes nō licere comedere oua, caseum, lac, etiā si necessitas adsit. Hūc errorem Catharis impingit Guido Carmelita. *Hi autem Cathari qui ista docent, nō sunt illi qui aliàs dicūtur Nouatiani, sed alį Nouatianis posterioris, qui ad Manichæorū familiam pertinēt, quos Aug. non Catharos sed Catharistas appellat. Nam Aug. in lib. de hæresibus cap. 46. de Manichæis differēs, dicit illos in tres partes esse diuisos. Quidam dicti sunt Manichæi, nomē authoris seruantes: Alį Macarį, Alį Catharistę, hoc est, mundatores siue purificatores, propter quasdā horrendas & execrandas purificationes quas faciebant. Isti aliquādiu extincti, tandē post aliquot secula surrexerunt in Alemania, sub imperatore Frederico. 1. & uocati sunt Cathari, & melius uocarentur Catharistæ ut Aug. eos

* qui ad Manichæorū familiam pertinēt

appellauit: quia illi non mundati sed mundatores erant. Priscillianus etiam carnes tanꝯ immundas escas deuitauit. Græci etiã (ut Guido illis impingit) damnant eos qui comedũt de suffocatis, aut alias carnes in lege ueteri prohibitas. Cõtra hos oẽs clamat scriptura sæpissime. Primo dñs ad Mosen loquitur quæ suo nomine filiꝯ Israel dicturus sit, in hũc modũ, Decima die mẽsis huius tollat unusquisq; agnũ per familias & domos suas. Sin autẽ minor est numerus ut sufficere possit ad uescendũ agnum, assumet uicinũ suum, qui cõiunctus est domui eius, iuxta numerũ animarũ quę sufficere possunt ad esum agni. Ecce uides qualiter dominus præcipit comedere agnũ. Quod si carnes malæ essent & imũdę, deus nullo pacto præcepisset. Præterea, deus prescribens leges eorũ quę comedere poterãt filiꝯ Israel, per Mosen loquit̃ dicens, Hęc sunt animalia quę comedere debetis de cunctis animantibus terrę. Omne quod habet diuisam ungulã, & ruminat in pecoribus, comedetis. Eandem sententiã in reiteratione legis, hoc est in Deutero. replicat dicẽs, Hoc est animal quod comedere debetis. Bouem & ouem & caprã & cer uum, capreã, bubalum, tragelaphũ, pygargum, orygem, camelopardalũ. Omne animal qđ in duas partes findit ungulã, & ruminat, comedetis. Sed quoniam impĩj Manichæi uetus testamẽtum reiiciunt, dicentes illud a quodã malo deo esse factũ, de quo errore alias disputabimus, ideo testimoniꝯ noui testamenti opus est ut nostram rem firmemus. Et primo omnium tuba apostolica uidelicet Paulus pro nobis clamat in ea quæ est ad Romanos epistola, dicens, Scio & cõfido in domino Iesu, quia nihil cõmune per ipsum, nisi ei qui existimat quid cõmune esse, illi cõmune est. Commune hic uocat Apostolus cibum immũdum, & lege diuina prohibitum: sicut alibi dixit Petrus apostolus, Cõmune & im-

Y
Priscillianus. Græci.
Exo. 12
Leui. 11
De. 14
Ro. 14
Ac. 10. 11

mundū nunc̄ māducaui. Et post prædicta, Paulus eodem loco subiungit, Omnia quidē munda sunt, sed malum est homini, qui per offendiculū mandu
1.cor.8 cat. Hoc autē dicit Paulus, quia propter uitandum scandalū in proximo, debet homo a carnibus abstinere, si uidet alium scandalizari ex esu carnū, sicut alibi ait, Si fratrē meum scandalizo, carnes non comedam in æternū. Et in eodem priori loco eandem
Ro. 4. persequens sententiā Paulus subiungit. Qui autem discernit, si manducauerit, dānatus est, quia non ex fide. Tatianus ergo & Manichęus & Priscillianistę & Cathari dānati sunt iuxta Paulum, quia mandu cantes discernunt cibos, putantes aliquibus nō esse
1. Ti.4 uescendū. Præterea in epi. 1. ad Timoth. hoc clarius exponit dicēs, Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis tēporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dęmoniorum, in hypocrisi loquentiū mendacium, & cauteriatam habentiū suam cōscientiam, prohibentium nubere, abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendū cum gratiarū actione fidelibus, & his qui cognouerūt ueritatē: quia omnis creatura dei bona est, & nihil reiciēdum quod cum gratiarū actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbū dei, & oratione. Iam quæso, quid his nerbis apertius dici po-
Act.10 terat? Rursum confirmat hanc sententiā uisio Petri, de qua sic dicitur in actibus Apostolorum, Et cum esuriret Petrus, uoluit gustare. Parātibus autē illis, cecidit super eum mentis excessus. Et uidit cælum apertum, & descendens uas quoddā uelut linteum magnum quatuor initijs submitti de cælo in terrā, in quo erant omnia quadrupedia & serpētia terræ, & uolatilia cæli. Et facta est uox ad eum, Surge Petre, occide & manduca. Ait autē Petrus, Absit dñe, quia nunc̄ manducaui omne cōmune aut immundum. Et uox iterum secūdo ad eum, Quod deus pu

sificauit, tu cõmune ne dixeris. Hoc autẽ factũ est per ter. Et statim receptũ est uas in cælum. Hæc ibi. Deinde ipse Christus (ut omnes euangelistæ testantur) comedit agnũ paschalẽ. Si autẽ carnes ex se essent immundę & illicitæ, Christus totius perfectionis & uirtutis exẽplũ, nunq̃ comedisset. Accedit ad hæc omnia ecclesiæ in hac parte definitio. Concilium nãq̃ Braccarẽse primũ, capite quartodecimo suoꝝ Decretorũ sic definit. Si quis ímundos putat cibos carnium, quas deus in usu hominũ dedit, & nõ propter afflictionẽ sui corporis, sed quia ímunditiã putauerit, ita abstineat ab eis, ut nec olera cocta cũ carnibus perguste, sicut Manichæus & Priscillianus docuerunt, anathema sit. Hæc Conciliũ. Post tam expressa scripturæ sacræ & ecclesiæ testimonia, non est q̃ iam amplius de hac re disputemus. Verũ superest ut respondeamus cuidam obiectioni quę pro errore Gręcorum fulciendo adduci posset. In concilio siquidẽ ab Apostolis Hierosolymę celebrato, de quo í quintodecimo capite Actuũ Apostolorũ fit mentio: cum de hac re fieret disputatio, sic lata est sententia, Visum est enim spiritui sancto & nobis, nihil ultrà imponere uobis oneris, q̃ hęc necessaria, ut abstineatis uos ab ímolatis símulacrorũ, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, à quibus custodientes uos bene agetis. Hęc ibi. Quę uerba nullo modo nostrę sententię repugnant, quoniam illa ab Apostolis pro tunc prohibita sunt, & nõ quia ex se mala, aut quia lege diuina interdicta: sed prohibita sunt propter Ethnicos qui nouiter cõuertebantur ad fidẽ. Iudęi enim maxime horrebant comedere ímolata símulacrorũ, siue idolothyta, & suffocatũ. Apostoli autẽ timentes ne Iudęi conuersi, occasione cibi quẽ horrebant, separarentur à cõmunionẽ fidelium, pręceperunt fidelibus ut ab illis cibis abstinerent, ne occasione cibi perderent fra

tres, quos forte ad dominū possent conuertere, à tā libus cibis abstinendo. Hoc autē ita esse facile conuincimus. Nam ut de cæteris taceam, inter cibos illic annumeratos sunt immolata simulacrorum, de quibus Apostolus dicit esse licitum comedere modo non sit conscientia idoli: id est dummodo hoc propter idoli reuerentiam non faciat, credens forte aliquid numinis esse in idolo. Sic enim ait in prima
1.cor.8 ad Corinthios epistola. De escis autē quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & q̄ nullus est deus nisi unus. Nam si sunt qui dij dicantur siue in cælo siue in terra (siquidem sunt dij multi, & domini multi) nobis tamē unus deus pater, ex quo omnia, & nos in illo: & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Sed nō in omnibus scientia. quidam autē cum conscientia usq̄ nunc idoli, quasi idolothytū manducant, & conscientia ipsorū cū sit infirma, polluitur. Esca autē nos non cōmendat deo. Neq̄ enim si mā ducauerimus, abundabimus: neq̄ si nō manducauerimus, deficiemus. Videte autē ne forte hæc licentia uestra offendiculum fiat infirmis. Hæc Paulus. Ex quibus uerbis clare patet licitum esse comedere ea quæ immolata fuissent idolis, modo conscientia idoli nō adesset. Verum etsi hoc ei esset licitum: si uideret alium ex hoc scandalizari, à cibo alias licito deberet abstinere, ne fratrem suū occasione cibi perderet. Nullus est ergo cibus nobis diuina lege prohibitus: sed iuxta licentiam nobis à saluatore datam, de omnibus cibis qui apponuntur nobis, licebit manducare.

Secunda est hæresis huic proximæ oppositа, quę asserit quoslibet cibos, quolibet etiā die, omnibus, sine ullo discrimine esse licitos, quantūlibet p̄ eccle siasticas sanctiones fuerint prohibiti. Hæc est hæresis Iouiniani, ut patet ex Augustino libro de hæresi-

bus,ad Quoduultdeū cap.82. Hic Iouinianus monachus fuit Romæ tēpore beati Hieronymi,contra quē idē Hieronymus scripsit. Iouinianus Valdēses.

Est etiā error Valdensium,qui tēpore quadragesimæ carnē & oua & reliqua prohibita comedebant,dicētes nullū esse peccatum hoc facere, īmo dicebant ecclesiā nō posse talē ciborū abstinentiam p̄cipere,& in tali abstinentia à carnib⁹ dicebant nullū inesse meritū. Hunc eundē errorem hoc nostro tēpore amplexati sunt Lutherani, qui omni feria sexta & sabbato, & in omnibus diebus quadragesimæ carnes effrenatè comedunt. Lutherus.

Audiui ipsemet hoc mēse quo hæc scribo, uidelicet in mēse Maio anno dñi. M. D. XXXIII. à quodā uiro probo Colonienſi, q̄ ipso eunte ad nundinas quæ habentur Francfordiæ, q̄ ciuitas est superioris Germaniæ,tēpore quadragesimę in quolibet ferme oppido ante Francfordiam nullus cibus illi aut ſociis eius,aut quibuslibet alijs aduenientibus dabatur ab hospitib⁹ p̄ter carnes, quas ſi aliquis respuebat ob tēporis reuerentiā,& ecclesiæ statutū, nullo modo illi uolebant aut panē aut unum uenale tribuere. Francfordiæ autē dicebat mihi rē mitius agi p̄pter nundinas q̄ tunc tēpore quadragesimę ibi habebantur,ut libentius ad illas quisq; ueniret. Dicebat enim toto tēpore quadragesimæ carnē simul & pisces omnibus propinari: neminē tamē ad aliquē cibū cogi,sed liberā cuiq; manere facultatē edendi quod libuisset. De eadem autē hæresi ſuſpicionē nō modicā p̄buit multis Erasmus Roterodamus,uir utiq; tam pius q̄ doctus: & nescio an plene & recte ab hac se purgauerit ſuſpicione. Nam in multis ſuis ſcriptis apertissime hanc uidetur docere sententiam: è quibus unū & alterum indicabo lectori: ut ex illis conijciat quid ille uelit. In epistola præpoſita paraphraſi primę ad Corinthios,sic ait: Mihi puerioris Christianismi uidetur,magisq; cōsentaneum Erasm. Roterodamus

euangelicę & apostolicæ doctrinæ, si nullum certũ cibi genus præscribatur: sed admoneantur omnes, ut quisq; pro corporis habitu uescatur quæ maxime conducunt bonæ ualetudini: nõ ad luxum, sed ad sobrietatem, cũ gratiarũ actione, ac studio bonę mentis. Hæc Erasmus. Et in paraphrasi octaui capitis primæ ad Corinthios, sic ait. Approbo quod discis, Esca non cõmendat nos deo. Cũ enim deus uniuersa creauerit ad usus humanos, necq; quicq; à nobis exigat præter uitæ pietatẽ, quid illius refert, piscium an quadrupedũ an uolatilium carnibus uescamur? Nihil enim pietati quicq; uel addit uel adimit horum delectus: superstitiosum facere potest, pium nequaq;. Christus nullum horũ discrimen docuit. Proinde temeritatis sit, si quis homũculus conetur quenq; huiusmodi cõstitutionibus onerare. Pro suo quisq; corporis affectu uescatur quib⁹ uelit, modo sobrie parceq;, super omnibus gratias agens deo. Hucusq; Erasmus. Candidum lectorem obtestor per Christi passionem, & illius supremũ iudicium, ut omni affectu procul semoto cõsideret quid ex his Erasmi uerbis colligi possit. Nonne hic apertissime & luce clarius docet, nullũ esse meritũ in ciborũ delectu, in abstinentia à carnibus & lacti cinijs? immo dicit esse puriorem Christianismũ, & magis euangelicæ & apostolicę doctrinæ consentaneum, à nullo cibi genere abstinere. De hac re fuit à Parisiensibus theologis cõmuni illorũ censura notatus. Sed illorũ censuræ sic ille respondit, ut mihi uideatur de huius hæresis suspicione se male purgasse. Nam etsi fatetur se nolle præpositorũ ecclesię obedientiam ledere, necq; uelle ut quisq; pro libito contra ecclesię statuta uescatur carnibus aut alijs cibis tempore quo ab ecclesia sunt interdicti: tamen in ea sententia perstitit, ut dicat nihil proficere ad pietatẽ ciborũ discrimen: & esse magis Christiana doctrinę

cõforme,si talis ciborũ delectus statuto ecclesiæ tol lereturquoniam (ut ait) Christus nullũ ciborũ delectũ docuit. Admittit etiam carnium abstinẽtiam, sed hanc liberam esse optat: ut quisq; suo arbitrio & nõ lege cogente à carnibus abstineat. Nam in responsione ad primam de hac re Parisiensium censuram,sic ait·Arbitror autẽ puriorem fuisse Christianismũ temporibus apostolorũ ac martyrũ,qũ nunc, quando sic refrixit hominũ charitas. At illis tẽporibus,quũ nullũ esset præscriptũ de ciborũ discrimine,plures ultro abstinebant à carnibus,qũ nunc faciunt coacti lege. Hæc Erasmus. In quibus uerbis satis aperte indicat bonũ esse abstinere à carnibus: sed malũ esse alios ad hoc faciendũ lege cogere. Et si ita sentit,in alium errorẽ labitur similẽ errori Aerij, qui dixit nõ esse bonũ hominẽ ad ieiunium cogere: sed liberũ fore cuiq; cũ uoluerit ieiunare. Sed de hoc Aerij errore infra in titulo de ieiunio hæresi secunda disputabimus. Hoc ergo errore dimisso, ad priorẽ hæresim de ciborũ delectu reuertamur. Huius hæresis expugnatio,ex alio quod infra discutiemus pendet, uidelicet an ecclesia possit aliquam legẽ de nouo statuere: de qua re dicemus infra in titulo de ecclesia. Verum quantum pro nunc possumus dissere mus. In ueteri instrumento reperimus laudatã abstinentiam aliquorũ ciborũ & potuũ,qui etiam lege diuina nõ erant prohibiti. In libro nãq; Numerorũ Nũe.6
talis describitur lex Nazaræorũ· Vir siue mulier cũ fecerint uotũ ut sanctificentur,& se uoluerint domino consecrare, à uino, & omni quod inebriare potest,abstinebunt. Acetũ ex uino & ex qualibet alia potione,& qcquid de uua exprimitur, non bibent. uuas recentes siccasq; nõ comedent cunctis diebus quibus ex uoto domino cõsecrantur. quicquid ex uinea esse potest ab uua passa usq; ad acinum, non comedent. Sed ad hoc, & ad alia quæ de ueteri te-

ſtamento afferri poſſunt, reſpondebunt forte, in ueteri lege fuiſſe licitū immo meritoriū talium ciborū abſtinentiam, quia per illā obedientia præſtabatur domino illā præcipienti: in lege autē euangelica non licere iam talē ciborū differentiā facere, cū dominus omnium ciborū eſum conceſſerit. Sed hoc facillime reiicimus, ſi conſideret quiſq; non minus eſſe licitū in ueteri lege bouis & ouis eſum, q̄ſ nunc in lege euangelica. Sicut enim nunc omnes cibi ſunt à deo permiſſi, ita & tūc bos & ouis & capra & alia animalia quę ruminant, & ungulam habent diuiſam;
Leu. 11 Deu. 14 erant conceſſa, ut patet ex Leuitico & Deuteronomio. Sed nō obſtante tali indulgentia & conceſſione illorū ciborū, tunc in ueteri lege ante promulgationem euangelij, licite quis immo meritorie ab illis cibis abſtinebat, ergo & nunc ab eiſdē licite & meritorie abſtinebit: cum par ſit utrobiq; ratio, & æqua pro utroq; tēpore illorū ciborū cōceſſio. Quod autem diximus pro tempore ueteris legis meritorie aliquem à carnibus abſtinuiſſe, ſatis conuincitur per id quod Matthæus de Ioanne Baptiſta ait,
Mat. 3. Ipſe autē Ioannes habebat ueſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos. Eſca autem eius erat locuſtę, & mel ſylueſtre. Ecce iam uides Ioannē Baptiſtam à carnibus abſtinuiſſe: nec in hoc erraſſe dicere poterunt, quē conſtat ex utero matris ſanctificatū fuiſſe. Quod ſi per hoc nō meritorie egit, cur de hac re tantopere cum euangeliſta laudauit? Præterea poſt datum & prædicatum à Chriſto euangelium, in quo omnium ciborū eſum Chriſtus conceſſit, apoſtoli in unū congregati Hieroſolymis, proſpicientes tranquillę conuerſationi eorum qui ex Iudęis & gentibus conuertebantur,
Act. 15. decretum quoddā ediderunt in hunc modum. Viſum eſt ſpiritui ſancto, & nobis, nihil ultrà imponere uobis oneris, q̄ſ hęc neceſſaria, ut abſtineatis

uos ab immolatis simulacrorꝫ, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, à quibus custodientes uos bene agetis. Tunc iam percontabor Valdenses & Lutherum, an Apostoli sic decernentes errauerint, an iuste definierint? Absit ut dicant Apostolos post receptũ iam sanctũ spiritum in re tam seria omnes cõcorditer errasse, maxime spiritu sancto illis tunc assistẽte: sic enim dicunt: Visum est spiritui sancto, & nobis. Si ergo Apostoli tunc in unũ congregati, iusta quadam de caussa moti prohibere potuerunt esum suffocati & sanguinis: cur etiã modo ecclesia, aut concilium generale illã repræsentans, illos eosdẽ aut alios similes cibos ob aliquas caussas iustas prohibere nõ potesit? Nunquid detrudemus nunc ecclesiam ad angustiores limites q̃ antè, ut ea nunc non possit, quæ ante iuste poterat? Quòd si hoc dicunt: ostẽdant literas à deo de cælo missas, p quas reuocauit authoritatẽ & potestatẽ quã olim ecclesiæ sug concesserat. Rursum inter ecclesiastica dogmata per beatũ Augustinũ collecta, unũ habetur in hunc modũ, Sacratæ uirginitati nuptias coæquare, aut pro amore castigandi corporis abstinẽtibus à uino uel carnibus nil credere meriti accrescere, nõ hoc Christiani, sed Iouiniani est. Hæc ibi. Adde q̃ ab ipsis ecclesiæ nascentibus primordiꝫ talis fuit Apostolicorum uirorum consuetudo, ut à pluribus cibis abstinerent. Philo siquidem sapientissimus uir, Apostolis coæuus, de Christianorum uita loquens, hæc dicit, ut eum citat Eusebius secundo lib. historiæ ecclesiasticæ. cap. 17. Atque in ipsis diebus in terra recumbentes (sicut antiqui moris fuisse dicitur) ũnum quidẽ nemo omnino ne gustu quidem contingat, sed nec quamlibet carnem: tantum autem aqua sit eis poculum, & panis cum sale uel hyssopo cibus. Hęc ibi Eusebius. Postremò iam audiamus ecclesię definitionem. Concilium siquidem

Philo.

Toletanum octauū cap. ix. sic definit. Et etiam quī cunq; quadragesimæ dies, quę anni totius decimæ putantur, quæ & in oblatione ieiunij domino cōsecrantur, quibus etiam saluberrime cōditio humani generis expiatur, dum à quatuor mundi partibus ad hanc homo religionem crediturus adducitur, & quatuor elementis formatur, & propter transgressionem decalogi, quatuordecies conuenienter affligitur, illi qui temerarie hęc omnia contemnunt, nec uoracitatis ingluuiem frenant, & quod peius est, paschalia festa illicitorū esuum perceptione prophanant: quibus ex hoc adeo acerrime interdicitur, ut quisquis sine ineuitabili necessitate, atq; fragilitate, & euidente languore, seu etiam impossibilitate ætatis, diebus quadragesimæ esum carnium præsumpserit attentare, non solum reus erit resurrectionis dominicę, uerum etiam alienus ab eiusdem diei sancta cōmunione: & hoc illi cumuletur ad pœnam, ut ipsius anni tempore ab omni esu carnium abstineat gulam, quia sacris diebus abstinentię oblitus est disciplinam. Hęc Concilium. Cuius definitioni quemlibet Christianum magis oportet obedire, q̄ cuiusuis concilio malignantium Valdensium aut Lutheranorū. Sed iam uideamus quę nobis obiectant. Primò enim obijciunt id quod dominus dixit discipulis suis cū eos ad prędicandum misit, In eadem, inquit, domo manete, edētes & bibētes quę apud illos sunt. Et rursum, In quācunq; ciuitatē intraueritis, & susceperint uos, manducate quę apponuntur uobis. Cui obiectioni respōdemus illa uerba Christi nō ad omnes Christianos pertinere, sed ad Apostolos solum: nec illis pro toto tēpore futuro sunt dicta, sed pro illo dūtaxat tempore, quo ad illud iter mittebantur. Quibus enim tunc dicitur, In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: postea dicitur, Euntes in

Luc. 10

mundū

mundū uniuersum, prædicate euangeliū omni creaturæ. Deinde illis uerbis (ut Theophylactus admonet) solum docet Apostolos & Apostolorū nomine reliquos prædicatores euangelij, ut contenti sint cibo & potu qui offertur ab ijs apud quos diuersantur, nec eos debere quærere delicatiores cibos q̄ sint ij qui offeruntur ab ijs quibus prędicant. Adde q̄ etiā ad omnes illa uerba pertinerent, nihil ex eis colligitur nisi q̄ nobis iam permittebatur aut indulgebatur quilibet cibus etiā qui antè in lege erat prohibitus: nō autem est præceptum ibi, sed libera quædam facultas concessa. Quod si per hoc q̄ sub imperatiuo modo posita sunt, contendis esse præceptum esse, & non indulgentiam: ad hunc modum oportebit te etiam fateri præceptum esse quod dominus in Leuitico dixit. Omne animal quod habet ungulam diuisam, & ruminat, comedetis. quod si concedis: concedas etiam oportet Ioannem Baptistam peccasse, quia iuxta præceptum non fecit, cum nullum tale animal comedit. Certum est ergo illud esse intelligendū iuxta indulgentiam: ut sit sensus, Omne animal quod habet ungulam diuisam & ruminat, comedetis, id est poteritis comedere. Et hoc modo exponit Beatus Augustinus illum locum in libro de opere monachorum cap. 6. Ad hunc etiam modum capienda sunt illa euangelij uerba, In quācunq; ciuitatē intraueritis, & susceperint uos, manducate quæ apponuntur uobis, id est licitū erit uobis manducare de omnibus quæ apponuntur uobis: ut uidelicet intelligatis nullum iam per me esse uobis prohibitum cibū, nisi uos ipsi pro libito ab eis abstinere uolueritis, aut in posterum à meis successoribus uobis interdictū fuerit. Secundo obijciunt id quod dominus apud Matthæū ait, Quod intrat in os, non coinquinat hominē, sed quod exit de ore, id coinquinat hominē. ergo comedens car-

Leu. 11

Mat. 15

nes in quadrageſima, non peccat. Reſpondemus, fa
tentes cibum nullum ex ſua naturâ poſſe macula-
re animę ſubſtantiam: ſed uoluntas deprauata, qua
contra præceptum eccleſiaſticum carnes comedit,
illa eſt quę coinquinat hominem. Illa autem praua
uoluntas ſolicitans ad inobedientiã, eſt intima ho-
mini, & exit de corde, & inde peruenit ad os per
praui operis executionem. Ad hunc modum dici-
1.cor.8 mus etiam (ut Paulus ait) quòd eſca nos non com-
mendat deo. Eſca enim ipſa nec meliores nec peio-
res facit: ſed obedientia, qua obedientes præcepto
eccleſiæ abſtinemus ab aliquibus cibis, commen-
dat nos deo, & meliores facit: inobedientia autem
peiores. Sed iam diſcutere etiam oportet id quod
pro ſe adducit Eraſmus. Chriſtus (inquit ille) nul-
lum docuit ciborum diſcrimen, ergo purioris Chri
ſtianiſmi erit ſi nullus habeatur ciborum delectus.
Quantum hęc collectio ualeat, uel mediocriter do-
ctus ſi bene conſideret, intelliget. Nam ad hunc mo
dum oporteret etiam colligere ꝙ purior eſſet Chri-
ſtianiſmus ſi omnes procul ab eccleſia abigeren-
tur ceremoniæ, quoniam Chriſtus aut nullas aut
pauciſſimas docuit ceremonias. Eadem ratione fa-
tendum etiam erit, quòd purioris Chriſtianiſmi
eſſet ſi corpus dominicum daretur cœnatis q̃ ſi da
retur ieiunis: quoniam Chriſtus Saluator noſter
nec uerbo nec exemplo docuit dare ieiunis: cũ ipſe
met corpus ſuum Apoſtolis cœnatis dederit. Non
enim conſequens eſt, ut quia Chriſtus redemptor
noſter hoc aut illud non docuit, ideo longe ſit à pu
ro & uero Chriſtianiſmo. Ille purior eſt Chriſtia-
niſmus, qui propius accedit ad uitam & imitatio-
nem Chriſti & apoſtolorum eius. At Eraſmus ipſe
in reſponſione ad Pariſienſes fatetur tempore Apo-
ſtolorum cum nullum erat præſcriptum de cibo-
rum delectu, plures abſtinuiſſe à carnibus quàm

nunc. Purioris ergo Christianismi erit abstinere à carnibus ad domandam carnis rebellionem, quàm uesci carnibus quę corpori uires nimias ministrant ut suam possit exercere tyrannidē. Cæterum quod Christus nullum docuerit ciborum delectum, forte Iudæorum imbecillitas fuit causa. Iudæi siquidem putabant cibos quos lex Mosaica interdixerat, esse natura malos & immundos, ac proinde uetitos: & si Christus Saluator noster adhuc pergeret carnes & alios cibos prohibere, in suo forte confirmati fuissent errore, & in alium ducerentur, ut crederent etiam carnes esse natura malas, quemadmodum Manichæi impie sentientes opinati sunt. Vt igitur ab hoc errore Christus Saluator noster Iudæos auocaret, noluit ullum ciborum discrimen docere. Postea uero cum ecclesia ex gentibus collecta, spiritu sancto suggerente fuit satis edocta nullum cibum esse natura malum, sed omnem creaturam bonam esse, nihilq; esse reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur, Christus qui nobiscum est usque ad consummationem seculi, ecclesiam suam docuit leges statuere, quibus aliqua ciborum genera certis aliquibus temporibus interdiceret: ut pabulo nimis nutriente corpori sublato, cogatur animę nutui deseruire. Nam domitores equorum non uerbera solum adhibent ad domandum, sed cibum etiam aut cibi fortioris genus subtrahunt, fœnum pro hordeo tribuentes: ut fame debilitetur equulorum nimis effrenata uis. Sunt enim escę quędam, quę non solum nutriunt corpus ad uitam, sed inflammant ad libidinem. Ab his abstinere, non parum conducit ad ueram pietatem augendam. Qui plura de hac re uidere optat, legat Iodocum Clichthoueum in propugnaculo ecclesię, quod contra Lutheranos edidit, in quo satis diffuse hanc rem pertractat.

CIRCVNCISIO.

VNus est error asserens adhuc in noua lege debere paruulos circuncidi. uerum de hoc errore inferius dicemus in titulo Lex. ubi probabimus omnia legalia iam cessasse: quo facto, actum etiam erit de circuncisione.

CHRISTVS.

CHristus, nomen est unius personæ duas naturas habentis, diuinam uidelicet & humanam. hanc enim esse fidē rectam Athanasius ait, & catholica prędicat ecclesia, ut credamus & confiteamur, quia dñs noster Iesus Christus dei filius, deus & homo est. Deus est ex substantia patris ante secula genitus, & hō est ex substantia matris in seculo natus. Cū ergo plures exortæ sint circa personā Christi hęreses: hoc ordine eas pertractabimus, et primo de illis dicemus quæ circa naturam eius diuinam uersantur, deinde illas pertractabimus, quæ solum naturam humanam tangere uidentur. Postremo de illis differemus quæ totam respiciunt personam in duabus naturis existentem.

Prima ergo de hac re hæresis est, quæ negat Christum fuisse deum, sed solam naturā habuisse humanam. Huius hæresis primus author (quod sciam) fuit Ebion quidā apostolis coquus, quoniam anno domini octogesimo sub Domitiano Cæsare & Cleto papa floruit. Contra hunc Ebionē (ut dicit beatus Hieronymus lib. de ecclesiasticis scriptoribus) Ioannes omnium nouissimus scripsit euangelium, rogatus ab Asię episcopis. ideo cōpulsus est diuinā edicere natiuitatē. Post hunc Ebionē, uel ut uerius dicā eodem tēpore quo Ebion, Cerinthus eundē tenuit errorē. Philaster tamen hunc errorē Carpocrati cuidā tribuit, tanq̄ primo illius patrono, & post illū Cerintho, & deinde Ebioni, quē dicit fuisse Cerinthi discipulum. Post istos (ut idem Philaster ait)

Ebion

Cerinthus. Carpocrates.

hunc errorem tutatus est Theodotus quidã Bizantinus, qui in persecutione positus, Christum saluatorem negauit à quo tempore cępit docere Christũ esse purum hominem, & non deum. Hoc autẽ fecit credens hoc medio, negationis opprobriũ à se reẽcere. cogitauit enim apud se ꝙ si quis illi negationis crimen impingeret, responderet ꝙ hominem negauerat, non deum. Beatus tamen Augustinus hæc omnia tribuit cuidam Theodotioni. nescio tamen ubi litera sit corrupta, an apud Philastrũ, in cuius libro hic hæreticus uocatur Theodotus: an apud Augustinum, ubi uocatur Theodotion. certum est enim ex Eusebij historia ecclesiastica, fuisse quendã hæreticum Theodotum nomine, qui docuit Christum fuisse purum hominem, & ob id à Victore papa fuisse ab ecclesia electum. An autẽ Theodotion alius hoc etiam senserit, me latet. Fuit etiã iste error cuiusdã Artemonis, de quo Eusebius lib. 5. cap. 28. historiæ ecclesiasticæ. Post istos eundem errorẽ amplexatus est Paulus Samosatenus in Syria, qui dixit Christũ fuisse quidẽ hominem iustum, non autẽ deum. * Hic sub seuero Imperatore uixit, & Victore papa huius nominis primo.) Cui successit i eodẽ errore uelut discipulus magistro Photinus quidã, qui errorẽ iam deficientẽ sic instaurare & cõfirmare nitebatur, ut ille errorẽ defendentes, Photiniani & nõ Pauliani dicerentur. Istoꝝ ergo omnium cõmunis fuit error, Christum purum hominem fuisse ex utroq; sexu natum, nec ante Mariam eius matrem extitisse. Arriani autẽ etsi credant Christũ nõ ex utroq; sexu natum, cum tamen purã esse creaturam arbitrantur, dicuntq; illum nõ natura, sed adoptione filium dei. Verum cum istis obijcitur ex sacris literis conuinci Christum esse filium dei, fatentur, cum hoc tamen dicunt illum esse creaturam, quia filium dei ipsi dicunt esse quãdam dei creatu-

Theodotus.

Artemon.

Paulus Samosatenus

*

Photinus.

ram, & spiritũ sanctũ aliam creaturã productã à filio. Ideo contra istos Arrianos nihil nunc agemus, sed ad alium locũ differimus, quãdo de deo, & unitate illius essentiæ, & trinitate personarum disseremus. Cum ergo hoc sit unũ ex præcipuis nostræ fidei fundamentis, Christũ uidelicet esse uerũ deum dei filium, illud oportet ostẽdere esse firmissimum, & pluribus sacræ scripturæ testimoniis roboratũ. A primo ergo euãgelio, uidelicet Matthæi, incipientes, per reliquos noui instrumenti libros discurramus. Baptizatus autẽ Iesus (ait Matthæus) confestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt ei cæli, & uidit spiritum dei descendentem sicut columbã, & uenientẽ super se: & ecce uox de cælo dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui. Videshic nõ solum de terra, sed de cælo testimonium, qualiter Christus est filius dei. Et iterũ apud eundẽ, Venit autẽ Iesus in partes Cæsareę Philippi, & interrogabat discipulos dicens, Quẽ dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt: Alĩ Ioannẽ Baptistam, alĩ autem Heliam, alĩ uero Hieremiam, aut unũ ex prophetis. Dicit illis Iesus, Vos aũt quẽ me esse dicitis? Respondens autẽ Simon Petrus, dixit, Tu es Christus filius dei uiui. Et hic uocatur à Petro filius dei uiui, nec tamẽ pro hoc dicto reprehensus est, imo potius laudatus. Postq; etenim Petrus sua uerba finiuit, statim Christus subiũgit, Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est. Rursum idẽ Matthæus enarrans Christũ in monte transfiguratum, & Petrũ petentem ibidẽ manere, ait, Adhuc eo (uidelicet Petro) loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos: et ecce uox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Hoc etiã narratur à Marco & Luca. Præter hoc tamẽ Marcus aliud expressius habet testimo-

Mat.3.
Ibid.16
mat.17
Mar.9
Luc.9.
mar.14

nium. describens siquidem examinationem quam summus sacerdos de Christo faciebat, ait, Rursum summus sacerdos interrogabat eum, & dixit ei: Tu es Christus filius dei benedicti? Iesus autem dixit illi, Ego sum. Nullū certè expressius testimoniū potest afferri, p hac fide cōfirmanda. Lucas uero enarrans Gabrielē angelū de cęlo ad uirginem missum, uerbaq; eiusdē angeli ad uirginem referens, sic ait, Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur: et dabit illi dñs deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternū, & regni eius non erit finis. Iam uides eū uocatū ab angelo filiū altissimi. Sequitur, Dixit autē Maria ad angelū, Quomodo fiet istud, quoniā uirum nō cognosco? Et respōdens angelus dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: ideoq; et quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Et Elizabet cum uisitatur à Virgine Maria habente iam in utero Iesum, exclamat uoce magna, & dicit, Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uētris tui. Et unde mihi hoc, ut ueniat mater domini mei ad me? Adhuc Iesus est in utero paruulus corpore, & uocat eum Elizabet dominum suum. Qualiter quæso dominus illius esse potest, si præter humanam naturam non haberet diuinam, secundum quam & dominus est Elizabet, īmo omnium creaturarum? Iam opus est ut audiamus aquilā illam sublimem, Ioannem euāgelistam, qui supra pectus domini in cœna recubuit, cui & reuelata sunt secreta cœlestia. In principio (inquit) erat uerbū, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sequitur, Et uerbū caro factum est, & habitauit in nobis. Verbum uocat filium dei, quem & uocauit deum dicens, & deus erat uerbum. hunc filium dei factum esse hominem declarauit dicens, Verbum

Luc. 1.

Ibidē.

Ioā. 1.

Ibidē.8 caro factum est. Rursum, cum dixisset Iesus Iudęis, Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum: uidit, & gauisus est. dixerunt ergo Iudæi ad eum, Quinquaginta annos nōdum habes, & Abraham uidisti? Dixit eis Iesus, Amē amē dico uobis, antęq; Abrahā fieret, ego sum. Si Christus ante carnis natiuitatē nō extitit, quomodo uerum est quod ait, antęq; Abraham fieret, ego sum, cum Abraham p̄cesserit Christum iuxta carnis natiuitatē plusquā
Matt.1 mille annis? Et alibi uocatur filius Abraham. nō est ergo possibile ut filius sit ante patrē, nisi aliam habeat naturam, nempe diuinam, secundum quam filius Abrahæ non sit, & prior illo sit. Præterea idem Iesus Christus Lazarū mortuū suscitaturus, Mar-
Ioā.11. tham sororē Lazari alloquens ait, Ego sum resurrectio & uita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uita uiuet: & omnis qui uiuit & credit in me, nō morietur in ęternū. Credis hoc? Ait illi, Vtiq; domine, ego credidi quia tu es Christus filius dei, qui in hunc mundum uenisti. Paulus etiam uas electionis, qui uidit arcana dei, nō semel tantū aut iterum de hac re præbet testimonium, sed frequētissime. In
Rom.1 epistola siquidem ad Romanos sic eos alloqui incipit. Paulus seruus Iesu Christi, uocatus Apostolus segregatus in euāgelium dei, quod antè promiserat p̄ prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundū carnem, qui prædestinatus est filius dei in uirtute secūdum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorū Iesu Christi domini nostri, p̄ quē accepimus gratiam & apostolatū &c. Obserua hic q̄ primo dixit p̄dicationē Christi esse euangelīū dei: ex quo satis aperte conuincitur Christū esse deum. Deinde subiungit Christū esse prædestinatum siue declaratum aut manifestatū filium dei ex resurrectione mortuorum. per hoc enim q̄ seipsum suscitauit, declaratus

est deus. Nam etsi multi ex mortuis suscitati sint, nullus tamē propria uirtute surrexit: sed ab alio suscitatus est, nēpe ab ipso deo, & ab alijs sanctis ministerio quodā, hoc est precibus ad deū fusis, quas deus exaudiens, mortuū pro quo sanctus orat, suscitat. Christus autē cum seipsum suscitauit a mortuis, ppria uirtute, per hoc declaratus est filius dei. Et iterum idē Paulus ait, Secūdum duritiem tuā, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; secundum opera eius. Ecce uides hic iudicium Christi uocatū iudicium dei. Beatus enim Paulus Apostolus dicit oportere nos oēs manifestari ante tribunal Christi, ut reportet unusquisq; put gessit in corpore suo, siue bonū, siue malum. Et cū pater omne iudicium dederit filio, & cum iuxta beatū Iacobū unus sit legislator & iudex, cōuincitur inde ut christus sit deus, cum non sit aliud futurū iudicium, q̄p illud quod Christus in fine facturus est: hoc autem Paulus uocat iudicium dei: Christus ergo deus. Et in eadem epistola iterū ait, Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratrib⁹ meis, qui sunt cognati mei secūdum carnē, qui sunt Israelitę, quorum adoptio est filiorū, & gloria, & testamētum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum patres ex quibus est Christus secūdum carnē, qui est super omnia deus benedictus in secula, Amē. Nihil poterat ad ostendendā Christi diuinitatē expressius dici. Rursum in epi. 1. ad Corin. sic ait, De escis autē quę idolis imolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & q̄p nullus est deus nisi unus. Nam etsi sunt qui dicantur dij, siue in cælo siue in terra, siquidem sunt dij multi, & dñi multi, nobis tamen unus est deus pater, ex quo omnia, & nos in illo: & un⁹ dñs Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Hęc ibi Paulus. Si ergo unus solus est deus, &

Ro. 2.

Ro. 14

Ioā. 5.

Iac. 4.

Ro. 9.

1. cor. 8

nullus alius præter illum, & coassumitur in unam deitatis naturam dñs Iesus Christus, per quē Paulus ait facta esse omnia: ergo Christus est deus. Et
2.cor.3 in.2.epi.ad Corin.ait,Epistola nostra uos estis,scripta in cordibus nostris,quę scitur & legitur ab omnibus hominibus,manifestati quoniā epistola estis Christi ministrata a nobis,& scripta nō atramēto, sed spiritu dei uiui,non in tabulis lapideis,sed in tabulis cordis carnalibus.Epistolā Christi uocat apostolus Corinthios,quia illi Christi mandata & leges apud seipsos tanq̄ apud aliqua literarū monumenta cōseruabant.hanc autem epistolā dicit Paulus a se ministratā: ut sicut legis ueteris Moses olim fuerat minister,sic etiā ad legem euangelicā uulgandam & prædicandā minister fuit.& hanc scriptam non atramento,sed spiritu dei uiui. Scripta est ergo
Hier.31 a deo in cordibus nostris,quēadmodum per Hiere. prophetam dixerat, Post dies illos,dicit dñs, dabo legem meā in uisceribus eorū, & in corde corū scribam eam. Si ergo Corinthij sunt epistola Christi, & hæc est scripta a deo,Christus igitur deus.Illius siquidem est epistola a quo scribitur,nisi cum forte quis minister est alterius,ut alio dictante quis scribat: tunc enim epistolā dicemus esse eius qui dictauerat,etsi ipse non scribat.hic autē idem est dictare & scribere,idē dictans & scribens. Cum enim scripta sit epistola a deo,nō autē scribit deus alio quopiam dictante,epistola uero dicitur esse Christi:manifeste cōuincitur Christum esse deum.Et in epi.ad
Phili.2 Philipp.sic etiam ait, Hoc sentite in uobis,quod & in Christo Iesu: qui cum in forma dei esset,nō rapinam arbitratus est esse se æqualē deo. Quid clarius expectari potest,q̄ quod Paulus hic dicit ad cōfirmandam Christi diuinitatē? Et epistola ad Titū sic
Tit.2. admonet dicēs, Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non cōtradicentes,non frau

dantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, ut doctrinā Saluatoris nostri dei honorēt in omnibus. Hęc Paulus ibi, ubi apertissime uocat saluatorem deū. Ex omnibus reliquis epistolis Pauli poteram similia afferre testimonia: uerū ne tædio afficiā lectorem, & ut breuitatē quā a principio operis tenere statui, non excedā. omnibus illis prætermissis, ad epistolā quā ad Hebrǫos misit accedamus, quoniam in illa uidetur Paulus uelut ex professo & instituto hanc rem differere. Sic etenim ait, Cui enim dixit aliquando angelorū, filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum, Ego ero illi in patrē, & ipse erit mihi in filium? Et cum iterū introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, Et adorent eū omnes angeli dei. Et ad angelos quidē dicit, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flāmam ignis. Ad filium autē, Thronus tuus deus in seculū seculi: uirga æquitatis, uirga regni tui. Dilexisti iustitiā, & odisti iniquitatem: propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. hæc & alia multa ibi Paulus de Christo loquitur, quib? & diuina & humana eius demonstratur natura. Verū prædicta plenius discutiam?. Si ergo Christus adoratur ab angelis, oportet ut sit deus, cū solus ille sit adorandus. Deinde si factor est angelorū, & sedem habet in seculū seculi, oportet ut deus sit, quoniam nullus alius angelos fecit, nisi solus deus. Rursum, qui iuxta humanā naturā paulo minor angelis est factus, quomodo poterat esse angelorū conditor, si aliam non haberet naturā præter humanam? Christus igitur deus. Quod autē unctus dicitur prę participibus suis, hoc iuxta humanā naturam capiendum est: ut uidelicet unctio nō referatur ad diuinā naturā, sed ad humanā. Deus igitur & homo Christus: deus natura, homo uero dispensatione quadā, similis nobis per omnia factus, quādo factus est ex Heb.1

muliere secũdum carnem. Vt deus angelos condit, ut homo ungitur oleo exultationis prę participib⁹ suis. Et ista quidē adeo aperta sunt, ut nullo modo possint subterfugere dicentes Christũ esse filiũ dei adoptione: sed oportet eos dicere eũ esse filium dei natura. Nam filius dei adoptione est omnis iustus, qui prædestinatus est a deo in adoptionē filiorum in hæreditatē gloriæ. At nullus purus homo quantũlibet iustus, quantũlibet adoptatus, condit angelos, nec adoratur ab angelis, nec sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Quæ omnia cum soli illi qui natura deus est, conueniant: conuincitur Christum esse uere filium dei, & uerũ deum. Beatus etiam Petrus huius rei testimoniũ sæpe repetit. In priore si-
1. Pet. 3 quidem epistola dicit Christũ sedere in dextera dei, profectum in cælum subiectis sibi angelis, & pote-
2. Pet. 1 statibus & uirtutibus. Et in. 2. epi. sic ait, Nō enim indoctas fabulas secuti, notam facimus uobis dñi nostri Iesu Christi uirtutē & præscientiã, sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim a deo patre honorē & gloriam, uoce delapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gloria, Hic est filius me⁹ dilectus, in quo mihi cōplacui. Et hanc uocem nos audiuimus de cælo allatã, cum essem⁹ cum ipso in monte sancto. Hæc ibi Petrus. Beatus Ioānes apostolus & euangelista in sua. 1. canon. epist. de hac re
1. Ioã. 5 apertissimũ profert testimonium, dicens, Et scimus quoniã filius dei uenit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus deum uerũ, & simus in uero filio eius Iesu Christo. Hic est uerus de⁹, & uita ęterna. Quid hic garrire possunt hæretici, dicentes Christum esse filium dei non natura, sed adoptione? Vide quoties uno cōtextu eos reiiciat Apostolus. Vocat enim Iesum Christũ uerum filiũ dei. At qui sola adoptione est filius, nō est uere filius, sed filius cũ additamēto, uidelicet adoptione filius. Et ne ullus tergiuersatio-

ni pateret locus, addidit, Hic est uerus deus, & uita æterna. Quibus uerbis nihil obñci potest. Præterea ipsemet Christus ait: Opera quæ ego facio in nomine patris mei, ipsa testimoniũ perhibent de me. Videamus ergo opera eius, & discutiam⁹ num ex eis possimus conuincere Christum esse deum. Primo quidem peccata dimittit. Cum enim paralyticum quendam Christo offerrent aliqui, ut ab illo sanitate donaretur, eorum fidem ut uidit Iesus, dixit, Homo, remittũtur tibi peccata tua. Remittere autẽ peccata soli deo cõuenit. Nam etsi sacerdotes peccata dimittant, hoc faciunt ministerio quodã, non authoritate ut saluator fecit. Præterea cogitationes hominum cognouit. Hoc autẽ duplici testimonio cõprobamus. Cum enim Pharisæi & Scribæ audissent Christum paralytico dicentẽ, Remittuntur tibi peccata tua: cœperunt cogitare dicentes, Quis est hic, q̃ loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus deus? Vt cognouit autẽ Iesus cogitationes eorũ, respondens dixit ad illos, Quid cogitatis in cordibus uestris &c. Et iterũ, cum eiecisset ab homine quodam dæmoniũ mutum, quo eiecto cũ loqueretur mutus, & admirarẽtur turbæ, quidã ex eis dixerunt, In Beelzebub principe dæmoniorũ eĩcit dæmonia. Et alĩ tentantes, signum de cælo quærebãt ab eo. Ipse autem ut uidit cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur &c. Iam uides Christum inspicientẽ cogitationes hominũ. At solus deus est qui illas inspicere ualeat. Homo enim (ut est in. 1. Regum) uidet ea quæ foris patent, dominus autẽ intuetur cor. Et prophe ta regius ait, Scrutãs corda & renes deus. Rursum, miraculorũ claritas quæ Christus operatus est, eãdem astruit naturæ diuinæ in Christo fidẽ. A seculo non est auditũ quia quis aperuit oculos cæci nati: qualiter Christus aperuit, imponẽs lutũ super ocu-

Ioã. 10

Luc. 5.

Luc. 5.

Luc. 11

1. Reg. 16

Psal. 7.

Ioã. 9.

los eius. Qui postmodum in utroq; homine iam sanus, dicebat, Nisi esset hic a deo, non poterat facere quicq;. Veriorē habet fidē de Christo hic cæcus, q̄i Cerinthus, aut Ebiō, aut Paulus Samosatenus, aut Photinus, & reliqui eiusdē farinæ. Et ut alia miracula omittamus, de mortuis ab eodē suscitatis dicamus. Suscitauit Lazarū uerbo solo dicens, Lazare ueni foras. Suscitauit filium uiduæ etiā solo uerbo dicens, Adolescens tibi dico surge. Et filiā archisynagogi nō solū uerbo, sed tactu manus. Sic enim ait Matth. Et cum ejecta esset turba, intrauit, & tenuit manum eius, & dixit, Puella surge. Et surrexit puella. Iam quo pacto nō est uita secūdum naturā, cui mortui obediunt? qui nō solum sermone mortē potuit repellere, sed tactu manus? ostēdens per hoc uiuificum esse suū corpus: quod esse nō poterat nisi quia cōiunctū erat uitæ, s. diuinitati, in qua omnes uiuimus, mouemur, & sumus. Iam uideamus, quis est qui potest solo imperio & sermone a morte reuocare ad uitam, nisi solus deus? quoniā etsi homines quoq; suscitauerint mortuos, nō in sua tamē uirtute hoc fecerunt, sed in Christi nomine. Aliud siquidē est rogare, aliud imperare. Aliud est mereri, aliud donare. Helias quidē suscitat, sed orans, non imperans. Heliseus etiā cum filium Sunamitis suscitat, prius clauso ostio orat. Quod autē mortuo cōfiguratur, & tactu corporis suscitat, factum est ut typus esset & figura uēturi, qui in carne humana existens etiā mortuus ipse & sepultus, mortuos suscitare posset. Petrus etiā cum Tabitā suscitauit, prius positis genibus orauit, & postea conuersus ad corpus, dixit, Tabita surge. Et cum Æneā paralyticum ab annis octo iacentē in lecto, sanauit, sic illi loquitur, Ænea, sanet te dñs noster Iesus Christus. surge, sterne tibi. Et cōtinuo surrexit. Vides ibi expressam deprecantis uocē, non imperātis: sed de sua uirtute

Ioā. 6.
Luc. 7
Mat. 9
4. re. 4
Act. 9.
Ibidē.

& potestate diffidētis, & in potestate dñi Iesu Christi cōfidentis. Et cum claudi pedes in ingressu tēpli eleemosynā petentis cōsolidasset, ait, Argentum & aurū non est mihi, quod autē habeo, hoc tibi do· In noīe Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Vides qualiter non in suo noīe facit, sed in Christi nomīe. Quapropter etsi uerbo imperatiuo usus est, non ut prȩsumēs de sua potestate hoc facit, aut de authoritate suæ p̄ceptionis, sed cōfidens de merito, & Christi, pmissionibus, qui illis dixit, Si quid petieritis patrē in noīe meo, dabit uobis. Quid ergo hic hæretici tespōdere possunt? Si in noīe Christi Petrus īperat: nōne multo melius idē Christus suo noīe imperare poterit? Sed obstat, qa Christus etiā rogat patrē, & hoc non tantū semel aut iterū, uerum sæpissime facit. Fatemur quidē qd obȳciunt. Rogat quidē Christus ut homo: imperat ut dei filius. Rogat etiā propter circūstantes, cū uidelicet aliquid corā eis acturus erat, ne siniſtrum quid suspicarētur de eo, sicut alias Pharisæos de eo dixisse constat· In Beelzebub principe dæmoniorū ēiecit dæmonia. Ne qd ergo tale de eo suspicarētur cū aliquid corā eis magnificū & illustre opaturus erat, rogat patrē: ut crederent illa, dei uirtute operari. Rogat ergo patrē ut homo, qui poterat imperare ut filius dei. Demū ut iam concludamus, ipse Christus spiritū sanctum se daturum apostolis promittit. Qui ergo spiritū sanctum, qui etiam deus est (ut infra deo duce conuincemus) mittit, & Apostolis donat: nōne oportet ut ipse etiam sit deus? Alloqui deus a pura creatura & mitteretur & daretur: quod impium esset asserere. Christus ergo uerus filius dei, non adoptione, sed natura: ueram habet diuinitatis substantiam. Opera nanque eius testimonium perhibent de ipso. Vnde ipsemet Iudæos redarguens ait· Si opera nō fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Præ

Act. 3.

Ioā. 14.

Ioā. 15.

ter hæc omnia tam aperta scripturæ sacræ testimonia, extant etiam plurium conciliorum de hac re definitiones, per quas catholica ecclesia quid nos secũdum ueram fidem de Christo sentire oporteat, manifestauit. Verum has conciliorum definitiones usq; ad sequentis hęresis expugnationẽ differimus. Ibi enim ostendemus cõtra alios hæreticos ueritatem naturæ humanę in Christo, & tunc adiũciemus cõciliorum definitiones, cõfitentium duas naturas in Christo, uidelicet diuinam & humanã in unitate personæ. Contra hanc hæresim plurimi ex antiquis scripsere. Ambrosius fecit uolumen de fide ad Gratianum, quinq; libris partitum, in quo ostẽdit Christum uerũ deum patri æqualẽ. Beatus Cyrillus fecit librum de recta fide ad reginas, in quo idẽ probat.

Secunda hæresis est, quæ negat Christum habuisse naturam humanã, sed unam tantũ in eo ponunt, naturam uidelicet diuinã, sicut & unam personã. Hæc autem hæresis in multas adhuc factiones scinditur. Solẽne est enim hæreticis, ut nunquã sciant tenere unitatem. Quidam enim ex eis simpliciter & absolute negauerũt Christum humanam habuisse naturam. Huius erroris author fuit Cerdon, ut Augustinus ait in libro de hæresibus, cap. 21. Irenæus tamen lib. 1. aduersus hęreses cap. 28. de hoc Cerdone loquens, quem dicit fuisse tẽpore Higinĳ papæ, qui fuit nonus a beato Petro, & eiusdem Cerdonis errores ibidem recẽsens: nunquã hunc errorem illi impingit. Augustinus uero refert Cerdonem ita docuisse, ut dixerit Christum neq; natum ex fœmina, neq; habuisse carnẽ, neq; uere mortuũ, neq; quicq; passum, sed simulasse passionẽ. Hunc errorem lõgo post tẽpore secuti sunt Proclianitæ, quos Philaster dicit fuisse Galatas. hi, ut Philaster & Augustinus testantur, dixerunt non uenisse in carne. Apelles autem, de quo Eusebius lib. 5. cap. 13. mẽtionem facit, docuit.

Cerdõ

Procli naitæ.

Apelles.

docuit,sicut Augustinus & Philaster testant, Christum carnem suã non de matre sumpsisse, sed eã ex elementis accepisse,quã resurgens ex mortuis, mũdo reddidit.& ita sine carne (ut ait)in cælum ascendit.Manichæi huic simillimum errorem tutant, dicentes Christum nõ fuisse uerum hoiem,sed phantasticum,& phantasma quoddam,nec ex utero uirginis prodijsse. Manichæi. Hunc Manichæorũ errorem amplexatus est Priscillianus,qui(ut cõstat ex quadã epistola Leonis papæ huius nois primi) nec natalem dñi secundum carnem, nec diem resurrectionis illius pie uenerabatur: ꝓpterea ꝙ Christum uerum fuisse hoiem nõ credebat. Priscillianus. Alij autem dixerũt Christum uerum fuisse hoiem , non tñ eiusdem naturæ nobiscũ , qa(ut dicũt)Christus a patre missus,corpus cęleste secum traxit,nihilq; de uirgine accepit, sed per illam tanq; per rimam quandam aut per fistulam sine ulla carne de ea assumpta transiit. Huius erroris dux & magister fuit Valẽtinus,qui floruit tempore eodem quo Cerdõ,ut ait Irenęus lib. 3.aduersus hæreses cap.4. Valentinus. Apollinaris(ut Augustinus ait)etiam dixit Christum non assumpsisse carnem ex uirgine:neq; tñ ideo negabat Christum carnem habuisse:qm̃ dicebat in ipso ĩcarnationis opere aliquid uerbi in carnem esse cõuersum. Apollinaris. * Hic ex Laodicea Syriæ fuit ortus,floruitq; sub Cõstantio filio Cõstantini maioris. * Qui de illo plura nosse cupit,legat historiam tripartitam lib.5.cap.49. Hi ergo omnes quos enumerauimus hæretici conuenerunt in unum aduersus dominũ, & aduersus Christum eius, quoniam illi omnes etsi diuersis semitis incedant, ad hunc tamen scopum omnes tendunt, ut Christum uerum & perfectum hoiem, cuiusmodi nos sumus,negent: quapropter humanam naturã quæ sit eiusdẽ speciei cũ nostra , ab illo separare cõtendũt. Cõtra hos ergo oẽs simul pugnare opor

tebit. Cum enim ostenderim9 ex sacris literis Chri stum uerā carnem ex uirgine matre & nō aliundē assumpsisse, quā carnem ī sua ꝓpria substantia manentem, suæ deitati uniuit, salua utriusq; naturæ ꝓprietate: oēs tunc hæretici p̄stati uicti remanebunt. Sed ante oīa opus est, ne forte in uanū laboraverimus, ut unum hoc iaciam9 fundamentū, ueritatem humanę naturæ ī duab9 substantijs cōsistere, corpore uidelicet et anima rationali, nec aliud esse hoīem q̄m corpus & animā. Hoc ergo iacto fundamēto, sic hostes nostros aggredimur. Christus est ex semine Abrahæ. nō est autem semen Abrahæ secundum diuinitatem, ut clarissime patet. erit ergo secundū humanitatem. At in humanitate nihil est aliud q̄m corpus & anima. cum ergo anima nō fiat ex ꝓpagine, ut supra cōtra Apollinarem euicimus: restat ut iuxta carnem sit semen Abrahæ. Si ergo caro ei9 est semen Abrahæ: cōuincimus ut caro eius nō sit de cælo, quemadmodum Valentinus fabulat. Si enim de cælo secum corpus traxisset, fieri neqret ut esset semen Abrahæ. Quod autem Christus sit semen Abrahæ, & ex semine Abrahæ secundum carnem na
Ge. 22. tus: ostēdit id quod in Genesi legimus dictum esse Abrahę à deo ꝑ angelum, Per memetipsum iurauī, dicit dñs, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito: benedicam tibi & multiplicabo semen tuū sicut stellas cęli, et uelut arenam q̄ est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorū tuorū: & benedicent̄ in semine tuo omnes gentes terræ, qa obedisti uoci meæ. Vt autem de intellectu horū uerborū nō cōtendamus, audiamus apo
Gala. 3. stolum Paulū, q in epist. ad Gal. illa uerba in hunc modū declarat· Abrahæ dictæ sunt ꝓmissiones, & semini eius. Nō dicit & seminib9 eius, quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo, q est Christus.
Ro. 1. Præterea ī epist. ad Ro. Paulus uocat Christum se-

men Dauid. Sic enim ait, Paulus seruus Iesu Christi, uocatꝰ apostolus, segregatus in euãgelium dei, qd̃ antè pmiserat per pphetas suos í scripturis sanctis de filio suo, q factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Vides hic exp̃sse Christum iuxta apostoli sententiã factum esse ex semine Dauid. In eo autem qd̃ addidit secũdum carnẽ, inuere uoluit aliam esse Christi naturã, nempe diuinam, secundũ quam non sit factus ex semine Dauid. Nam si sola fuisset í Christo humana natura, sufficiebat dicere, q factus est ei ex semine Dauid. Ver̃ ne qd simile opinandi p̃buisset occasionem, dixit: q factꝰ est ex semine Dauid secundum carnem, ut p hoc daret intelligere aliã esse in Christo naturã secundum quã nõ est factus ex semine Dauid. Si ergo Christus est semen Abrahæ, & factus est ex semine Dauid secũdum carnem, ergo Christus ueram carnem habuit cõtra Cerdonem & Manichæum: & nõ de cęlo, ut Valentinus dixit: aut ex elementis, ut Apelles: qm̃ si de cælo traxit, aut ex solis elementis cõflauit, nõ ergo de semine Abrahæ, aut Dauid. Eodem argumẽto conuincít Apollinaris dicens aliqd diuinitatis cõuersum fuisse in carnem. Omitto pro nunc q illud fieri nullo pacto poterat, ut ostendemus. Sed si fieri posset, factumq́ fuisset, tunc Christus secundum carnem non esset factus ex semine Dauid, sed ex aliquo deitatis qd̃ in carnem fuisset cõuersum. Quando enim aliqd cõuertitur í aliud: illud aliud in quod cõuertitur, dicitur fieri ex illo qd̃ in aliud cõuersum est: ut gratia exempli cum uinum uertít in acetum, dicimus acetum factum ex uino præexistente. Si ergo aliquid diuinitatis conuersum fuit in Christi carnem, necessarium erit ut dicatur carnem Christi factam esse ex diuinitate: nõ ergo ex semine Dauid. Rursum, beatꝰ Matthæus euangelista humanã Christi generationẽ edisserẽs sic ait, Liber

Mat.1. generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham. Abrahã genuit Isaac,&c. Sequitur infra·Iacob autem genuit Ioseph uirum Mariæ, de qua natus est Iesus,qui uocat̃ Christus. Si Christus carnem ueram nõ habuit,ut dixit Cerdon:aut carnem phantasticam habuit,ut mẽtitus est Manichæus:aut de cælo traxit,ut somniauit Valentin⁹:aut de solis elementis cõflauit,ut fabulatus est Apelles: quomodo Christus erit filius Dauid,& fili⁹ Abrahæ,si carnem nõ habuit deriuatam ab illis? Pręterea si Christus nihil accepit ex uirgine Maria,sed per eam(ut ait Valentinus)quasi p̃ fistulam transiit:quomodo uerum erit quod ait Matthæus,de qua natus est Iesus,q̃ uocat̃ Christus? & quod ait angelus Mariæ
Luc.1. uirgini iuxta Lucam·Ecce cõcipies & paries filiũ, & uocabis nomẽ eius Iesum? Filius siquidem substantiã carnis accepit à matre,alioq; nec de ea nasci diceret̃,nec filius eius iure uocabitur. Quòd si sol⁹ per illã trãsitus sufficeret ut filius illius dicatur,uocabimus eadem lege et menstruũ mulieris filiũ ei⁹, & urinam, aliaq; superflua quæ mulier ex se emittit.hoc autem fateri,aptissima esset ineptia. Christ⁹ ergo q & natus eit de uirgine glorioſa, & filius ei⁹
Gal.4. uocatur,substantiã carnis habuit ex ea.Sed clarius apostolus Paulus in ea q̃ est ad Galatas epist. hos hæreticos reijcit dicens, Cum uenit plenitudo temporis,misit deus filium suum factũ ex muliere. Si fact⁹ est muliere,ergo nõ ex cęlesti materia, aut ex elementor̃ adunatione corpus accepit, sed ex ipsa muliere ex qua factus est. Nã si ex ea nihil accepit, qualiter ex ea fieri potuit? Accepit ergo corpus ex muliere ex qua factus est. Accedit ad hoc,q̃ sæpissi me sanguinẽ Christi audimus nominatum i nouo istrumento: qd uere dici nõ posset,nisi Christus uera carnis substãtiam habuisset. Paulus enim ait i
Ephes. ea q̃ est ad Ephesios epistola, Vos eratis longe, sa-

ctī estis ppe in sanguine Christi. Et in epist. ad Hebræos ait, Si enim sanguis hircorū & taurorū, & cinis uitulæ aspersus, inqnatos sanctificat ad emūdationem carnis, quāto magis sanguis Christi, q per spritum sanctum semetipsum obtulit imaculatum deo, emundauit cōscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendū deo uiuenti? Beatus etiā Petrus ait, Nō corruptibilib⁹ auro & argento redēpti estis de uana uestra cōuersatione paternæ traditionis, sed p̄cioso sanguine quasi agni incōtaminati et imaculati Christi. Et beat⁹ Ioānes dicit: Sāguis Iesu Christi filij dei emundat nos ab omni peccato. Necesse est ergo, ut ueram carnis substātiam habeat, q uerum dicat sanguinē habere. Deinde ipsius Christi opa apertissime ueram carnis substātiā testanē. Esurire, sitire, lassari, dormire, tristari, dolere, pati, crucifigi, mori, resurgere, euidēter humanū est. His autem omnib⁹ Christum fuisse obnoxium, clarius est q̄ ut testimonio aliquo egeat, qd nūc in mediū afferri oporteat. Præterea, cum passio sua īstaret, ex tædio & horrore illius dixit, Spiritus prōptus est, caro autem īfirma. Quib⁹ uerbis aptissime testatus est se carnem habere, cuius infirmitas in passionis tolerantia declarata est. Post resurrectionem etiam ob nullam aliam caussam quadraginta dierū spatio in terris demoratus est, & cum discipulis cōuersatus est colloquēs, coambulās, cōuescens, q̄ ut ostenderet ueram carnis substantiā, & eundē quem crucifixum & mortuū uiderant, resurrexisse cognoscerent. Vnde Lucas ait, Quib⁹ & præbuit seipsum uiuū post passionē suā in multis argumētis, p dies 40. apparēs eis, et loquēs de regno dei. Hac de causa dicit Thomæ de resurrectione īcredulo, Infer digitum tuū huc, & uide manus meas: & affer manū tuā, & mitte in latus meū, et noli esse īcredulus, sed fidelis. Vulnus lateris, fixuras clauorū, & oīa recen

Heb. 9

2. Pet. 1.

1. Io. 1.

mat. 16

Act. 1.

Ioā. 20.

tissimæ passionis signa monstrabat,& palpãda præ bebat,ut p hoc ueritatẽ carnis post resurrectionem agnoscerent,quã moriẽdo cognouerãt. Manifestissimis ergo scripturæ sacræ testimoniis ostẽdit Christum uerã carnem habuisse. Eos autem q illam in
2. Io.4 Christo negãt,beatus Ioan.euãgelista uocat Antichristos.Omnis spiritus(ingt) q non cõfitẽ Iesum Christum in carne uenisse, ex deo nõ est,& hic est Antichristus.Cęterꝝ qm̃ Apollinaris dixit aliqd di uinitatis cõuersum fuisse in carnem, hoc esse ipossibile fieri opus est ut ostendamus,quãuis p superiora argumenta sufficienter hęc hæresis reuincat. Deꝰ enim imutabilis est, sempꝙ in uno eodemq; statu pmanens,ipso attestãte,q p quẽdam ꝓpheram ait, Ego deus,& nõ mutor.Et Paulꝰ de Christo loquẽs
mala. 3 Heb.1. ait,Et tu i principio dñe terram fundasti,et opa manuum tuarꝝ sunt cæli.Ipsi peribunt,tu autem pmanebis,& omnes ut uestimentum ueterascent,& ue lut amictum mutabis eos, & mutabunt̃:tu autem idem ipse es,& anni tui nõ deficient. Est ergo simplex & incõmutabilis natura deitatis tota semp in sua essentia,nec dãnum sui recipiens, nec augmentum:ita ut nulla additiõe possit fieri maior,aut alicuius partis detractione minor.Si ergo (ut Apollinaris somniauit)aliqd deitatis cõuersum fuisset in carnem,iã p illam cõuersionem deitas esset minor, qm̃ illa cõuersione, facta aliqd deitatis deperderet̃, illud uidelscet qd'in carnem fuisset conuersum.Nã id qd'in aliud uertit̃,non manet in sua natura post talem uersionem factã:ut cũ uinum uertit̃ i acetũ, post talem cõuersionem nõ manet uinũ in sua substantia. Quapropter esset necessario iuxta Apollinarẽ dicẽdũ,in icarnatione uerbi diuinitatem fuisse diminutã. Quòd autẽ Apollinarius ꝓ sui erroris con
Ioã.1. firmatione affert illud Ioannis,Verbum caro factũ est,uolens p hoc ꝓbare uerbi substantiã cõuersam

fuisse in carnem, ex mera ignorantia procedit. Non enim opus est, ut quoties aliqd fit qualicūq; (ut ita dicam) factionis aut facturę modo, unum cōuertat in aliud: potissimum qñ illud quod fit, nō simpliciter & absolute fit, sed aliquale tunc fit, quale prius nō erat: ut gratia exempli, si lignum aliqd' nunc albere incipit, dicimus tunc lignum fieri album, non q̄ lignum uertatur in albedinem, sed q̄ ligno manente eodem in sua substantia, recipiat in se albedinem, per cuius accessionem lignum est album. Similiter si corpus humanum aliàs frigidum accedat ad ignē, & calefiat, dicim⁹ illud corpus fieri calidū, nec tñ ideo dicimus corporis humani substātiam uerti in calorē, sed q̄ ipsa corporis humani substantia manente corpus ipsum recipiat in se calorem, p̄ cuius inhęsionem corpus ipsum dicat calidum. Ad hunc modum (si aliqua tam ineffabilis mysterij̄ potest adaptari similitudo) cū dicimus, Verbum caro factū est, sic accipiendū est qualiter dicim⁹, corpus fit calidū, ita ut nō itelligamus uerbum aliquo pacto conuerti in carnem, sed q̄ uerbi substantia sine ulla sui mutatiōe manēte, susceptit i se nostrę carnis substantiam, p̄ cui⁹ accessionē uerbū factum est caro, id est carneū, ut ita loquar. Nā aliàs si p̄ hoc qd' dicit uerbum caro factum est, esset itelligendum q̄ uerbi substantia sit cōuersa i carnem, oportebit eadem lege dicere dei substantiā cōuersam fuisse i maledictionem: qa Paulus dicit, Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Hoc autem nefas est & horrendum fateri. Dict⁹ est autem Christus factus maledictum, nō p̄ talē conuersionem, sed qa in cruce pependit, in qua oīs qui pēdebat, maledictus uocabat. Sed iam opus est ut de hac re ecclesiæ definitiones afferam⁹. Cōcilium Nicenū trecentorū & decem & octo patrū sub Cōstātino celebratum, sic ait, Credimus i unū deū pa- Gala. 3. Deut. 21 Concilū Nicenū.

trem omnipotentem,omniũ uisibiliũ & inuisibiliũ conditorem. Et in unum dominum Iesum Cristũ filiũ dei, de patre natũ unigenitũ,hoc est de substã tia patris,deum uerũ de deo uero,natũ nõ factum, homousion patris,hoc est eiusdẽ cũ patre substantię: per quẽ omnia facta sunt quæ in cęlo & quę in terra: qui propter nos & propter nostram salutem descẽdit,& ĩcarnatus est. Homo factus,passus est, & resurrexit tertia die,& ascendit in cęlos,inde uẽturus est iudicare uiuos & mortuos. Eos q dicũt, erat quando non erat,& anteqũ nasceretur nõ erat, & qa ex nullis subsistẽtibus factus est, aut ex alia subsistentia uel substantia dicunt esse,aut conuertibilem filium dei,anathematizat catholica & apostolica ecclesia. Hæc Concilium Nicenũ. Ex cuius decreto omnes hæretici in præsenti errore & in prę cedenti nominati,colliduntur & corruũt. Cõciliũ Ephesinũ primum ducentorũ episcoporũ sub Theodosio iuniore & Valentiniano principibus celebratum,in prícipio,hoc est in ea epistola quã Nestorio misit,sic ait,Sequentes itaq; omniũ sanctorũ patrũ confessiones,quas loquẽte ĩ eis sancto spiritu protulerunt, & intentioni q̃ est in eorũ intellectibus, æquis uestigiis inhærentes,itaq; iter ambulãtes regium, profitemur q̃ ipsum unigenitũ dei uerbum natum ex ipsa patris essentia,de deo uero deus uerus,lumen de lumine, per quem omnia facta sunt siue in cęlis siue in terra, salutis nostrę caussa descẽdens,ad exinanitionẽ sese dignatus est ĩclinare: natus autem & homo factus ideſt carnem de uirgine sancta suscipiens,eámq; propriam faciens, natiuitatem nostrã ex uulua sustinuit, homo de muliere procedens,nec quod erat abñciens. Nã licet factus est in assumptione carnis & sanguinis, tamen etiã quod erat deus natura scilicet & ueritate persistẽs nec carnem itaq; dicimus in naturam deitatis esse

Concilium Ephesinum.

cõuersam, nec ĩ substantiã carnis ĩseparabilem del
eſſentiam cõmutatam. Hęc Concilium Ephesinũ.
Et eandem sententiã ꝓfert Cõcilium Chalcedonen
se sub Martiano imperatore & Leone papa huius
nominis primo: q quidem Leo in epistola quadam
ad Astorigẽsem ep̃m, quę est septuagesima prima,
in qua priscillianistaꝝ errores dãnat, ille ingt. Quar
to autem cap. cõtineť, ꝙ natalem Christi, quẽ secun
dũ susceptionẽ ueri hoĩs catholica ecclesia uenerať,
quia uerbum caro factũ est, & habitauit in nobis:
nõ uere ĩsti honorent, sed honorare se simulent, ieiu
nantes eodẽ die, sicut & die dominico, q est resurre
ctionis dies: qđ utiq; ideo faciunt, qa Christũ dñm
in uera hominis natura natum esse nõ credunt, sed
per quãdam illusionem ostentata uideri uolunt q̃
uera non fuerint, sequentes dogma Cerdonis atq;
Marcionis, & cognatis suis Manichæis per oĩa cõ
cordãtes: q, sicut in nostro examine detecti atq; cõ-
uicti sunt, dominicum diem, quẽ nobis saluatoris
nostri resurrectio cõsecrauit, exigunt ĩ mœrore ieiu
niũ: soli (ut ꝓditum est) reuerentię hãc cõtinentiã de-
uouentes, ut ꝓ omnia sint à nostræ fidei unitate di-
scordes: & dies qui à nobis cum lętitia habetur, ab
illis in afflictione ducatur. Vnde dignum est, ut ini
mici crucis Christi & resurrectionis, talẽ accipiant
sentẽtiam, qualem elegere doctrinã. Hactenus Leo
papa, uir quidem sanctus iuxtà ac doctus. Concili-
um Ispalense secundum, cap. 13. decretoꝝ suoꝝ ac
gestoꝝ eandem definitionem de hac reꝓfert. Quo-
rum duoꝝ cõcilioꝝ uerba nunc prætereo: qm̃ pro
expugnatione quartæ hæresis, quam de hac mate-
ria prodemus, iteꝝ à nobis erant repetenda. Qua-
propter qui huic negocio uoluerit adaptare, legat
quartum huiꝰ tituli errorem, et eius expugnationẽ,
qm̃ ualde uicinus est huic. Sed opus est ut aduersa
rioꝝ obiectionibꝰ respõdeamus. Valentinus nanq;

ideo ait Christum de cælo carnem traxisse, qa Paulus ait, Primꝰ homo de terra terrenus, secūdus homo de cælo cęlestis. Cui obiectioni respōdemus, sa
1.Co. 15 tentes id quod Paulus ait, Christum uidelicet hominem cælestem esse & fuisse, nec tñ ideo dicendū est carnem eius esse cælestem. Ad hoc enim ut uere homo cælestis dicatur, sufficit ut natura diuina, in qua subsistit, cælestis sit, sicut ex oppositio ad hoc ut filius dei passus & mortuus dicat, sufficit ut natura humana, in qua etiam cum natura diuina subsistit, passa fuerit & mortua. Propter unionē siquidem illaꝝ duaꝝ naturaꝝ in uno supposito, quicqd de qualibet illaꝝ seorsum p̄dicatur, illud idem dicitur de supposito, in quo ambæ subsistūt, quāuis nō eodem p̄dicationis modo: qa si aliqd de natura dicitur in abstracto, nō oportet sic dici de supposito, sed in concreto: ut gratia exempli Christus non uere dicitur humanitas, sed uere dicit̄ homo. Quapropter Christus dicit̄ oīpotens, qa illud naturæ diuinæ cōpetit: dicit̄ īfinitus, eadem ratione: dicit̄ etiam infirmus, dicitur finitus, quia hæc naturæ humanæ sunt propria. Hac ergo de causa Christus dicit̄ homo cælestis, qa secundum naturam diuinam est cælestis: quomodo Adam dictus est terrenus, quāuis anima eius ex qua etiam sicut ex corpore cōponit̄, sit cęlestis. Itaq; Paulus Christo dedit nomē à principali natura, cum uocauit eum cælestem: Adæ uero dedit nomen à minus principali, uocans eum
Gal.4. terrenum. Manichæus autem sic obiicit, Paulus de Christo loquēs ait· In similitudinem hominum factus, & habitu iuuentus ut homo. Si Christus in similitudinē hominū factus est: ergo nō est uerus homo. Quæ argumentatio oīno est inanis, & ex falsa imaginatione procedens, ex hoc uidelicet q; credit unū hoiem nō esse alteri similem etiam secundum substantiā: qd̄ maxime falsum est, et a modo loquē

di sacræ scripturæ ualde alienum: qm̃ etsi Aristoteles dicat similitudinẽ fundari in qualitate, & nõ in substantia, tm̃ sacra scriptura nõ est alligata regulis Aristotelicis, q̃ sæpenũero uocat similia illa q̃ sunt eiusdem speciei. Sapiẽs nanq; ait, Omne animal diligit sibi simile. Et iterũ · Omnis caro ad simile sibi cõiungit. Et exp̃ssius de hoie dicit deus, Faciamus adiutorium simile sibi, de Eua loquẽs q̃ similis est Adæ, eò q; eiusdem speciei est cum illo. uterq; enim homo. Et in eodem libro parum infra · Vixit autem Adam 130. annis, & genuit filium ad imaginẽ & similitudinem suam, uocauitq; nomen eius Seth. Cũ ergo Seth factus sit ad similitudinem Adæ, oporteret iuxta argumentationẽ Manichæorũ, ut Seth homo nõ esset, qa similis est homini. Illa ergo q̃ eiusdem speciei sunt, similia esse dicũtur: qui modus loquendi etiam ab ipsa philosophorum doctrina nõ est omnino alienus. Iuxta hunc ergo modum Christus cum sit uerus homo, dicitur in similitudinem hominum factus, quia humanam susceptt naturã, quæ eiusdem est speciei cum nostra. Contra hunc errorem scripsit beatus Athanasius unum librum de incarnatione uerbi, in quo duas Christi naturas ostendit Beatus Ambrosius scripsit alium librum de incarnationis dominicæ sacramento, in quo ferme omnes quos hic enumerauimus errores cõmemorat, & expugnat. Beatus etiam Cyrillus Alexãdrinus episcopus librũ elegantem fecit, quem præ titulauit de recta fide ad Theodosium principem, in quo uarios hæreticorum errores de incarnatione Domini recenset & conuincit.

Ecc. 13.

Gen. 2.

Ibid. 5.

Tertia hæresis de incarnationis dominicæ mysterio est, q̃ duas ponens in Christo naturas, duas etiam dicit esse p̃sonas, unam diuinitatis, aliam humanitatis: nec unũ Christũ i deitate & humanitate sẽtit, sed seperatim atq; seiũctim alterũ docet esse si

lium dei, alterꝫ filium hominis, quem dicit etiã appellari Christum: quapropter uirginem Mariã nõ dei, sed hominis tñ matrem appellat. Deniqꝫ Christum esse tñ hoiem dicit, non autem deum, sed in quo deus speciali quadam prærogatiua habitaret, atqꝫ ideo Christum dicit uocari Emmanuel, qd' interpretatur nobiscum deus: nõ quia simul sit deus & homo, sed quia in humanitate diuinitas habitaret: quapropter Christum nõ deum, sed deiferũ appellat. Huius hæresis authorem omnes ꝓdunt fuisse Nestorium Cõstantinopolitanũ epm, q (ut Gennadius ait, & ex lib. 12. historiæ tripartitæ ca. 4. constat) fuit tempore Theodosi iunioris. Verum beatꝰ Ambro. in lib. de incarnationis dominicæ sacramẽto cap. 6. huiꝰ erroris mentionem facit tacito illiꝰ erroris authore. At beatus Ambrosius nõ paruo tempore Nestorium ꝓcessit, qm beatꝰ Ambrosius tempore Theodosii maioris archiepiscopus fuit Mediolanensis: nam Theodosium ꝓpter crudelitatem Thessalonicæ ab eo factã excõmunicauit, & illi ingressum ecclesiæ ꝓhibuit. Hic autem Theodosiꝰ, pater fuit Arcadij imperatoris. Arcadius uero pater Theodosii iunioris fuit, sub quo fuit Nestoriꝰ: quapropter miror ꝙ omnes hunc errorem tribuãt Nestorio tanqꝫ primo illius authori. Fieri tñ potuit, ut q̃uis alius ante eũ hoc asseuerauerit, non tñ ita publice ut Nestorius, quapropter latius sub Nestorio hæc hæresis fuerit diffusa, & ab illo nomen hac ratiõe suscipiens, Nestoriana hæresis fuerit appellata.

Nestorius.

Post Nestorium iam defunctũ, atqꝫ in cõcilio Ephesino cõdemnatum, suscitauit eũdem errorẽ Petrus Gnaphçus Antiochenus epꝰ, qui duas personas in Christo ponens, ausus est in angelico hymno, qui trisagion à Græcis uocat, quartã superaddere uocẽ dicens, Sanctus deus, sanctus fortis, sanctus & immortalis, sanctus q crucifixus est. ut sanctũ fortẽ,

Petrus Gnapheus.

quo nomine filius dei designatur, alium faceret ab eo q crucifixus est. Hic autē Petrus Gnaphæus cōdemnatus est in quinta Synodo Cōstantinopolitana. Hæc hæresis satis iam cōfutata relinquit ex cōfutatione primæ hæresis quā de hac re narrauimus & reiecimus: qm̄ ut satis patet, Nestorij hęresis coincidit cum errore Pauli Samosateni & Photini & aliorꝫ impie sentientium Christū fuisse purum hominem, & uirginem ei⁹ matrem fuisse matrem puri hois. Quapropter cum illic ex apertis scripturæ testimonijs ostēderimus Christum uerꝫ fuisse deū, & in secundæ hæresis expugnatione docuerimus Christum esse uerum hoiem: satis ide (ut existimo) reijcitur Nestorius. Verum qm̄ duas nobis cōtendit facere personas, unā quæ sit deus, aliam quæ sit homo: & quæ ppria sunt deo, uni pſonæ attribuit in sola natura diuina existenti: & quę propria sunt hominis, personæ in sola humana natura existenti accōmodat: ideo hoc nobis probandum restat, eundem esse Christum qui sit deus, et qui sit homo: ita ut unus & idem sit deus & homo. Primo ergo, uirgini Mariæ petenti ab angelo modum iuxta quem conceptura esset filium, angelus respondit, Spiritus sanctus supueniet in te, & uirtus altissimi obūbrabit tibi: ideoq; & qd̄ nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Quib⁹ uerbis apertissime eiusdem Christi humanam diuinamq; naturam expressit. Cum enim dixit, ex te nascetur, pprietatem humanæ naturæ de matre sumendā declarauit. Cum autem dixit sanctum, ostendit q̄ sine contagione carnalis cōcupiscentiæ gigneretur. Dicens uero, uocabit̄ filius dei, clarissime ostendit naturæ diuinæ proprietatem. Quę omnia cum angelus dixerit uirgini gloriosæ de filio quem ipsa conceptura & paritura erat, cōstat filium uirginis eundem esse qui & filius dei: cōstat etiam illam, matrem dei merito dici de- Luc. 1.

bere. Nã si filiꝰ uirginis Mariæ, filius dei est, & deꝰ fieri ullo pacto negt ut uirgo mater dei nõ sit. Præterea cum uirgo gloriosa iam ꝓgnans Elizabet cognatam suam uisitaret, eadem Elizabet spiritu sancto repleta exclamat dicens. Vnde hoc mihi, ut ueniat mater dñi mei ad me? Vides hic qualiter Elizabet uocat uirginem gloriosam matrẽ dei? Nam qs alius dñs ꝑter deum? Ille enim solus dñs, ille solus altissimꝰ. Magis ergo oportet credere Elizabet spiritu sancto repletæ, q̃ uirginem matrem dei nominat, q̃ Nestorio, q spiritu diabolico agitatus negat eam matrem dei. Rursum, ipsemet Christus ait. Nemo ascendit in cœlum, nisi q descendit de cœlo, filiꝰ hois qui est in cœlis. Quibꝰ uerbis utrãq; naturam in una ꝑsona exꝑsit, qm̃ cum se filium hois dicat, de cœlo tñ se descendisse asserit: qa iuxta naturam diuinam à patre q est i cœlis originem trahens, ad nostræ humanitatis susceptionem se iclinauit. Deinde Paulꝰ plurimis in locis hoc clarissime docet. In epistola siqdem ad Romanos ait, Paulus seruus Iesu Christi, uocatus apostolus, segregatus in euangelium dei qd' antè ꝓmiserat ꝑ prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, q factꝰ est ei ex semine Dauid secundum carnem. Ex quibꝰ uerbis duo colligunẽ notatu digna, nostro ꝓposito deseruiẽtia. Primo, Paulus dixit euangelium dei. Et cum alibi dicat, Nõ enim nos ipsos ꝓdicamus, sed Christum Iesum. Et alibi, Nõ enim me iudicaui aliqd scire inter uos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. cõuincitur inde, Christum esse deum. Paulus ꝓdicat euangelium dei, & non ꝓdicat nisi Iesum Christum crucifixum, Iesus Christus ergo deus. Quòd si adhuc cõtentiose ueritati resistens, dicat alium esse qui sit deus, & alium q sit crucifixus: uideat secũdum qd' Paulus dicit de filio dei. Qui factus est (inquit) ei ex semine Dauid secundum carnem. Nã

Ibidẽ.

Ioan. 3

Ro. 1.

2. co. 4

1. co. 2.

illud pnomen relatiuum qui, facit ut q̃ sequuntur, eidem accommodent̃ personæ quam significat nomen illud cuius fecit relationẽ. Si enim diceres, Aristoteles docuit mundum caruisse initio, q̃ dixit etiã eum carituru fine: quis adeo demens est, ut per hæc uerba duos Aristoteles itelligat, unum qui docuerit mundum sine initio, alium qui dixerit mundum sine fine: Eundem enim Aristotelem fuisse qui illa docuerit, illis uerbis designatur. Relatiuũ nanque est quasi quædam eiusdem nominis repetitio. Cum ergo Paulus dixit de filio dei, Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, non potest alicui alteri adaptari, quàm eidẽ filio dei. Est enim ac si dixisset, Et ille idem filius dei factus est ex semine Dauid secũdum carnem. Vna est ergo eadem persona quæ filius dei est iuxta naturam diuinam, & facta est ex semine Dauid secundum carnem. Eadem consequentia cõuincit id quod in epistola ad Philippẽses ait, Hoc sentite in uobis quod in Christo Iesu: qui cum in forma dei esset, nõ rapinam arbitratus est esse æqualem Deo. Certum est illud pronomen qui, unam Christi personam referre, nõ duas. Nam si duas referret, numeri esset pluralis, et uerbum illi responderet pluralis numeri: cum autem uerbo singularis numeri iungatur, constat unã illud tantum personam referre, non duas. Si unam refert: quæro utrum diuinam, aut humanam: Si humanam, tunc sequitur ut humanitas Christi æqualis sit diuinitati: qa Paulus ait, Qui cum in forma dei esset, non rapinã arbitratus est esse æqualẽ deo. Quod si personã illam q̃ in sola natura diuina existit, dicas pronomen referre: tunc qualiter conueniunt quæ Paulus uno orationis contextu subiungit dicens, Sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiẽs, in similitudinẽ hominũ factus: & habitu iuentus ut homo, humiliauit semetipsum factus

Phil. 2.

obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis? Tunc enim oporteret ut natura diuina crucis mortem sustinuerit, quod aperta est blasphemia. Vt autem hæc omnia incõmoda euitemus, necessariũ est iuxta ueram fidem fateri duas esse naturas in Christo in unitate personæ, quæ persona iuxta naturam
Ioã. 10 diuinam æqualis est patri, secundum quã ait, Ego
Ioã. 14 & pater unum sumus, secũdum humanam naturã minor est patre, secundum quã ait, Pater maior me est. Secundum diuinam est immortalis, secundum
Ioã. 11. quam ait, Ego sum resurrectio & uita. Secũdum humanam fit obediens usq; ad mortem, mortẽ autem
mat. 26 crucis: secundum quã ait, Verũtamen non sicut ego
Gala. 4 uolo, sed sicut tu. Et in epistola ad Galatas ait, At cum uenit plenitudo tẽporis, misit deus filium suũ factũ ex muliere. Ecce hic apertissime Paulus dicit filium dei factũ ex muliere. idem ergo filius dei est, & filius mulieris, quoniã ex ea factus esse dicitur.
1. cor. 2 Et in priore epi. ad Corin. hoc expressius docet, dicens, Si enim cognouissent, nunq; dñm gloriæ crucifixissent, Nihil apertius cõtra Nestorium dici potuit: cum dicat dñm gloriæ, hoc est deum fuisse crucifixũ. Vnus ergo idẽ est qui crucifixus est, & mortuus est, & qui deus & dñs gloriæ est. Multa alia scripturæ testimonia possem afferre, quæ breuitati studens omitto. Sed uno tantũ argumento iam aduersus Nestorium agam. Et percontor ab eo, an credat filium dei incarnatũ fuisse, an prorsus neget? Si negat filium dei incarnatũ, contradicit Ioãni dicẽti, Verbum caro factum est. & cõtradicit fidei Niceni
Ioan. 1 cõcilij dicentis de filio dei, Qui propter nos & propter nostrã salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus, passus est. Si uero (ut decet) cõcedit filium dei incarnatum: ipso incarnationis nomine duas innuit aperte naturas, unã quæ incarnata est, & aliam qua incarnatus est. Nõ enim seipsa natura

deitatis

deitatis ícarnata eſt,ſed natura carnis incarnatã eſſe oportet. Vt ergo filius dei incarnatus dicaſ,oportet ut filius dei carnẽ in ſe habeat. Quòd ſi alia eſſet perſona carnis,alia deitatis,nullo pacto poſſet dici incarnatus,Nunq̃ enim aliqd dicitur tale per qualitatẽ exiſtentem in alia pſona. Quis adeo eſſet demens,ut diceret Petrum eſſe album,ppter albedinẽ inhærentem Ioanni? Sic etiã fieri nõ poteſt,ut filius dei dicatur incarnatus propter carnem exiſtentem in alia perſona, ſed propter carnem quam habet in unitate ſui ſuppoſiti ſibi unitam. Nunquam etiam diuerſarum naturarum nomina dicũtur de ſe inuicẽ nec in cõcreto,nec in abſtracto,niſi illæ duæ naturæ inſint eidem perſonæ: ut gratia exẽpli, niſi albedo & frigiditas inſint eidem ſuppoſito, nunq̃ album diceſ frigidũ. Quanuis enim albedo inhæreat lacti,& frigiditas ferro,nũ quam album diceſ frigidum. Si tũ albedo & frigiditas reperiantur in niue, tunc merito dicimus album eſſe frigidũ. Sed homo dicitur Deus,& ea quæ ſunt ppria hominis, dicuntur de filio dei: & ea quæ ſunt propria dei, dicũtur de filio hominis. ergo filius hominis, & filius dei, una eſt pſona. De illo enim diciſ, In principio erat uerbũ,& uerbum erat apud deum,et deus erat uerbum: per quod natura oſtẽditur diuina. De eodem etiam dicitur,Et uerbũ caro factũ eſt: ut per hoc natura demõſtraretur humana. De illo diciſ, Omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factũ eſt nihil. qd' propriũ eſt dei. De eodẽ dicitur q̃ factus ſit ex muliere,quod proprium eſt hominis. Magi cum adorãt,quod ſoli deo debetur: ſed in præſepio reclinatum inueniũt,& matris ubera ſugentem,qd' ad hominem pertinet. Infantia paruuli oſtenditur humilitate cunarũ,maieſtas diuinitatis declaratur uocibus angelorũ. Quem ſicut hominẽ diabolica tentat aſtutia,eidẽ tanquã deo angeli miniſtrãt. Qui laſſa-

Ioan.1.

tus ex itinere uelut homo sedit supra puteum, idem
Ioā.4. clamat & dicit, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā uos. Qui sitiens uelut homo, petit a Samaritana potum, idē uelut deus dicit, Si scires donū dei, & quis est qui petit a te bibere, tu forsitan petisses ab eo, & daret tibi aquā uiuam, de qua qui biberit, nō sitiet iterum. Qui esurit uelut homo, idem uelut deus de quinq; panibus &
Ioā.6. duobus piscibus satiauit quinq; milia hominum.
Ioā.11. Qui miserationis affectu uelut homo deflet amicū mortuū, idem sublato lapide quatriduanæ sepultu xę uelut deus excitat redituiuum. Is qui uelut homo
Luc.23 cruci affixus erat, idē uelut deus latroni paradisum promittit, lucem in tenebras cōuertit, & omnia elementa tremere facit. Licet tamē unus & idem sit in duabus naturis, aliud est quod illi debeē iuxta maiestatem diuinitatis, aliud quod dispēsatiue habuit iuxta humilitatē humanitatis. In uno coruscat miraculis, iuxta aliud succūbit iniurijs. Et sicut secundum diuinitatē ab æqualitate paternæ gloriæ nō recessit, ita iuxta humanitatē, naturam nostri plasmatis non reliquit. & licet aliquādo noīetur unius tantum naturę noīe, nō propterea intelligendū est alteram ab illo excludi: ut gratia exēpli si dicatur, filius hominis tradetur gentibus ad illudendū, flagellandum, & conspuendū: quia ibi solum nominatur filius hominis, nō propterea credendū est filium dei non fuisse traditum, sed personā in sola humana natura existentē. hoc enim esset absurdum. Nam & filius dei patitur, & filius hominis patitur: quia idē est filius dei, & hominis. Cum autē dicit filius dei, aut filius hominis: etsi ibi in qualibet uoce una tantum exprimatur natura, duæ tamē dantur intelligi duplici ratione. Vna, quia uox illa filius hominis, aut illa filius dei, non est nomen naturæ, sed nomen suppositi, in quo cum sint duæ naturę, ambæ dātur

intelligi, quia per nomẽ ſuppoſiti datur ſutelligi totum ſuppoſitũ prout eſt. At cum ſit in duabus, etſi non explicetur niſi una, non tamen per hoc ſeparatẽ ab altera. Altera ratio eſt, quia ſæpe nomine partis datur intelligi totũ, & nomine unius naturæ datur intelligi totum ſuppoſitũ in duabus naturis ſubſiſtens: ut gratia exempli, homo res quędã eſt ex duabus naturis admodũ diuerſis cõpoſita, corpore uidelicet & anima, & tamẽ nomine unius illarũ ſæpe totus homo denotatur, quem modum loquendi nõ abhorrent ſacræ literę. In Geneſi etenim cum numerantur omnes qui cum Iacob ingreſſi ſunt in Ægyptum, ſic legimus, Cunctæ animæ quę ingreſſę ſunt cum Iacob in Ægyptum, & egreſſæ ſunt de femore eius, abſq; uxoribus filiorũ eius, ſexaginta & ſex. Et poſt pauca iterũ, Omnes animæ domus Iacob quę ingreſſæ ſunt in Ægyptum, fuere ſeptuaginta. Ecce hic uides nomine animæ totum hominẽ deſignari. Vide etiã eum nomine carnis ſignificatũ. Non permanebit (inquit Deus) ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt. At caro nomẽ eſt proprium alterius tantum naturæ duarũ ex quibus homo cõponitur. Quod ſi hoc bene cõſideraſſet Neſtorius, nunq; in tam impiam lapſus fuiſſet hæreſim, duas perſonas diſtinguens propter duas quas cognoſcebat naturas. Nam ex rebus creatis poſſet quodam modo in tam admirabilis ſacramenti cognitionem peruenire. Nam homo etſi duas naturas habeat ualde diuerſas, una tamẽ eſt perſona, diuerſas denominationes ſuſcipiens propter diuerſitatẽ naturarum, quoniam mortalis dicitur, & hoc propter ſolũ corpus quod moritur, quãuis anima ímortalis ſit. Dicitur etiã intelligens ratione animæ, quæ ſola in homine intelligit. Dicamus cum catholica eccleſia ſentientes, Chriſtum Dei filium duas habere naturas, diuinam uidelicet & humanã, inconfuſas in unita-

Ge. 46

Gen. 6

te suppóſiti, ſine ulla earum mixtione unitas, ita ut unus & idē ſit dei filius, & hominis filius. Qui uero aliter ſentit, ut duos faciat filios, unū hominis, alterum dei, eſt Antichriſtus, ut Ioānes Euangeliſta
1.Io.4. ait, Omnis (inquit) ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex deo non eſt, & hic eſt Antichriſtus. Quāquā in codicibus Græcis nō ſic habeatur, ſed ſic, Omnis ſpiritus q̄ nō cōfitetur Ieſum in carne uenille, ex deo nō eſt. Verum hæc lectionis uarietas ut alia ſit apud Latinos, q̄; apud codices græcos nunc reperiatur, inde euenit, quòd, ut ait hiſtoria tripertita lib.12.cap.4. hæretici hunc ſenſum ex ueteribus exēplaribus abſtulerunt, qui uolebant ſeparare ab hominis diſpenſatione diuinitatē, itaq; raſerunt id quod illis apertiſſime obuiabat, ſicut alias ſæpiſſime eos feciſſe cō
Eraſmus. ſtat. Sed Eraſmus Roterodamus uir certe ad nauſeā doctus, & de bonis literis bene meritus, in ſuis Annotationibus ſuper nouum teſtamētum editis, ſuſpicatur hanc particulam quæ nunc in latinis codicibus habetur, aduerſus hæreticos eſſe additam, quorum alij Chriſto ſic tribuebāt humanam naturam, ut adimerent diuinam: alij ſic tribuebant diuinam, ut adimerent humanā. Hanc autem ſuam ſuſpicionē cum aliquo modo cōfirmauerit Eraſmus, non tamen ſic eam mordicus tenet, quin liberum dimittat cuilibet ſuū iudicium, ut ſentiat prout uelit. Quapropter iuxta libertatē ab eo donatā loquens, dico magis cōſonum eſſe particulam illam non eſſe additam. Primo, quia etſi eccleſia hanc habeat conſuetudinem, ut propter nouas hæreſes inſurgentes, nouas effingat uoces, nunquā tamen reperietur ut in ſacris literis aliqd addiderit minueritve. Sed forte dicet hoc non ab eccleſia additum, ſed ab aliquibus doctis uiris, quod poſtea ſucceſſu tēporum ſic ab omnibus ſuſceptum eſt. Eſto. Verum hoc negari non poteſt, authores illos a quorum fragmentis

in unum consarcinatis historia illa tripertita nomẽ accepit, Græcos fuisse, & græce scripsisse, qui e græco in latinum per Epiphanium Scholasticum hortatu Cassiodori uersi sunt. At author ille unde hoc sumptum est, dicit in antiquis exemplaribus sic haberi, Omnis spiritus qui soluit Iesum, ex deo non est. Non ergo apud solos Latinos sic habetur, sed apud Græcos sic tunc habebatur. Fieri ergo potuit ut antiqua exemplaria perderẽtur, & supersint illa sola quę ab hęreticis deprauata sunt, & quę ab illis exemplaribus fuere transcripta. Præterea idem author historię dicit ueteres interpretes hoc ipsum de signasse, quod aliqui adulterarint hanc epistolam, soluere hominem a Deo uolentes. Authorem uero illum unde hoc sumptum est, cõstat esse Socratem, quoniam a principio undecimi libri usq; ad finem duodecimi, in quo ista narrantur, nullus alius intitulatur q̃ Socrates, qui, ut constat ex ultimis uerbis historiæ, tempore Theodosii iunioris fuit, quo tempore etiam fuit Nestorius. Rursus, beatus Leo papa huius nominis primus, in epistola ad Flauianum Constantinopolitanũ episcopum, contra Euticetem hæreticũ agens, uerba illa adducit, Omnis spiritus qui soluit Iesum, ex deo nõ est. Leo autem hic ualde uicinus fuit Nestorio, immo (ut conijcere possum) coæuus, quãuis forte non fuerit Papa tempore Nestorij: quoniam Nestorius tẽpore papæ Cęlestini fuit, sub quo celebratum est cõsilium Ephesinum, in quo damnatus est Nestorius. Cælestinus autẽ (ut Platina testatur) pręfuit ecclesię annis octo, mensibus decem. Post Cęlestinũ pręfuit eidem uniuersali ecclesiæ Sixtus tertius, annis octo. Post istũ successit Leo, de quo nunc agimus, qui particulam illam, prout nos nunc habemus, citat. Quod si illa fuisset tunc addita, non fuisset adeo demens ut contra hæreticum agẽs testimonio suppositiuo aut ad-

dito uteretur. Quapropter mihi magis placet, ut dicamus illam esse ueram literam quã nunc codices Latini retinent, & Græcos codices fuisse (prout historia tripartita refert) ab hæreticis deprauatos. Et ita hoc testimonio Ioãnis adiuti, dicimus Nestoriũ de spiritu Antichristi fuisse, quoniã omnis spiritus qui soluit Iesum, ex deo non est, & hic est Antichristus. Quis autem est qui uerius soluit Iesum, quàm Nestorius, qui diuinam a Christo separat naturã, duas ponẽs personas, unam deitatis, aliam carnis? dissoluens illum admirabilẽ nexum utriusq; naturæ in unitate suppositi. Contra hanc hæresim est cõcilij Ephesini definitio, in quo post multa quæ illic contra Nestoriũ ex sacræ scripturæ testimonijs definiuntur, sic decernitur. Igitur quia deũ carne unitum iuxta subsistentiã, sancta uirgo corporaliter peperit, idcirco eam dei genitricẽ esse profitemur, non quòd uerbi natura existendi principium de carne sortita sit (erat enim in principio uerbum, & Deus erat uerbum, & uerbũ erat apud Deum, & ipse cõditori seculorum patri coæternus, & uniuersitatis cõditor) sed quòd ut superius diximus, iuxta subsistentiam sibimet uniens humanã naturam, natiuitatem sustineret ex ipsa uulua corporea. Hæc cõcilium Ephesinũ. Contra hanc hæresim scripsit beatus Cyrillus in libro de recta fide ad Theodosium, in quo libro cõtra plures hæreticos disputat, præcipue tamen contra hanc Nestorij hæresim. Gelasius Papa scripsit etiã aduersus Nestorium & Euticetẽ librum de duabus naturis in una persona. Ioannes papa alium paruũ libellum de eadem re edidit. Gẽnadius etiam scripsit aduersus Nestoriũ, sed huius opus nõ uidi. Ioãnes Cassianus etiam scripsit opusculũ de incarnatione uerbi contra Nestoriũ, quod nunc recens est in Germania excusum.

Quarta heresis est huic precedenti omnino oppo

sita,& quodāmodo declinat ad secundam hęresim. Hæc autē quarta hæresis dicit unam esse personam Christi, & in hoc bene contra Nestorium: sed sicut Nestorius propter duas quas uidebat in Christo naturas, duas etiam dixit personas, ita etiam hæc hæresis propter unā quā fide tenebat esse Christi personam, cogitur ex ignorātia unam tantum in Christo ponere naturam, uidelicet diuinam. Quia tamē uidebat aperta sacræ scripturæ testimonia prohantia Christum ueram carnē habere, secundum quam natus sit de uirgine, & pro nobis passus & mortuꝰ, dicit & fatetur filium dei esse incarnatū, sed in ipso incarnationis momento carnem fuisse cōuersam in diuinitatem. Huius erroris author extitit quidam Eutices abbas cuiusdam monasterij in Constantinopoli tēpore Leonis Papæ huius nominis primi, & Martiani Imperatoris. Hic Eutices dixit Christum unam tantum habuisse naturam, uidelicet diuinam, sicut una erat persona: quia etsi fateretur uerbi incarnationem, post illam tamen unionem dicebat carnem fuisse conuersam in deitatem, & ita secundum eum factum est una carnis deitatisq; substantia: quapropter coactus fuit concedere Christū fuisse passum secūdum naturam diuinam, quia per incarnationem carnis substantia (ut dicebat) fuerat in substantiam diuinitatis conuersa. Hanc hæresim cum Flauianus Constantinopolitanus Episcopus dānasset cum Euticete illius authore, ortum est hac de causa aliquod dissidium inter Christianos orientales, quibusdam defendentibus Euticetē, alijs eum damnantibus. Quapropter annuente Imperatore Theodosio iuniore Synodus Ephesina indicitur, in qua pręsidente Dioscoro Alexandrinæ urbis episcopo, eodem Euticetis errore (ut postea patuit) infecto, Eutices restituitur, & Flauianus damnatur. Et hæc uocatur secunda Ephesina synodus, quæ a ca-

Eutices.

Dioscorus

tholicis omnibus uelut execrāda & maledicta reiicitur, quoniam nec summi pōtificis authoritate celebrata, nec ad eam ex ecclesia catholica factus est generalis conuentus, sed solis hæreticis conuenientibus definitū est tale uenenosum dogma. Post hūc Euticetem, & Dioscorum illius fautorē, paruo tempore elapso surrexerunt alij hærerici dicti Acephali, sic nominati quoniam simul insurgentes, nullus repertus est qui illorum esset princeps atq; magister. Hi duas in Christo negabant naturas, sed unā tantum affirmantes, uidelicet diuinam, eandē dicebant fuisse crucifixam. Et quoniā in Chalcedonensi concilio huius oppositum fuerat definitum contra Euticetem & Dioscorum, hi nolunt acquiescere definitionibus eiusdem Chalcedonēsis concilij. Hæc hæresis, si bene quisq; considerauerit, ab expugnatione trium præcedentium hæresum manet expugnata. Probato siquidē, ut iam probauimus, in Christo duas esse naturas, diuinam uidelicet & humanam in unitate personæ: concluſum tunc est contra istos qui unam tantū naturam astruunt. Sed quoniā modum & rationē unius tantū naturæ asserunt, dicentes substantiā carnis fuisse cōuersam in diuinitatē, & diuinitatem dicunt passam in cruce esse: hęc duo sunt a nobis pro uiribus deo duce explodenda, ut tam nefanda blasphemia non audiatur. Si Christus unam tantum habet naturā, aut illa natura est omnino simplex sine ulla compositione, aut est natura composita. Si natura illa unica quam dicunt esse in Christo, est simplex sine ulla cōpositione. & illa natura est diuina, erit ergo Christus tantū deus, & nō homo. nō enim fieri potest ut homo dicatur, qui naturā non habet humanā, sicut album nō potest dici quod non habet albedinē. Hoc autem in expugnatione secundæ hæresis reiecimus, ubi probauimus Christū uerū fuisse hominē. Et reuera hæc Euticetis

Acephali.

hæresis ualde cõformis est hęresi Valẽtini aut Apel lis aut Manichæi, quoniã is Eutices (ut Flauianus Cõstantinopolitanus episcopus ait in epistola quã Leoni papæ huius nominis primo misit prodens Euticetis errores) dixit carnẽ domini nõ esse nobis consubstantialẽ tanq̃s ex nobis susceptã,& coadunatã Dei uerbo,sed dicebat uirginẽ q̃ eũ genuit, secundũ carnẽ cõsubstantialẽ nobis esse, ipsum autẽ dñm nõ suscepisse carnẽ ex ea cõsubstãtialẽ nobis. Quę oia iam impia & absurda esse superius conuincimus. Si autẽ illa natura quã in Christo ponunt, non sit simplex,sed cõposita,utputa tertia quędam ex duabus coalita, tunc sequeretur patrẽ & spiritũ sanctũ esse incarnatos,& uirginẽ Christi matrẽ esse deum & hominẽ simul: quæ omnia sunt hæretica. Quòd tamẽ oporteat eos ista concedere, sic conuincimus, quoniam Christus Dei filius (ut catholica cõfitetur ecclesia iuxta definitionẽ Niceni concilij) cõsubstantialis est patri, id est eiusdem cũ illo substantiæ & naturæ. Si ergo filius Dei (ut isti hæretici dicunt) per unicã quã solũ habet naturã,incarnatus dicitur,& homo appellatur:ergo pater,qui eandem habet naturam quam filius incarnatus etiam dicetur, & homo uocabitur. Et eodẽ modo potest argui de spiritu sancto, quia spiritus sanctus (ut in concilio Cõstantinopolitano primo ecclesia definiuit) eiusdẽ est cũ patre & filio substantiæ: quapropter eadẽ ratione dicetur spiritũ sanctũ fuisse incarnatum, & esse hominẽ. Quę omnia esse erronea, nullus est fidelis qui nõ uideat. Et quoniam (ut suspicari possum ex dictis Gelasii papæ contra Euticetẽ scribentis) hoc modo posuit Eutices unam in Christo naturã quasi cõpositam,& uelut tertiam ex duabus resultantẽ, quoniã Eutices dicebat ante incarnationem duas fuisse naturas, sed post incarnationem unam tantũ mansisse naturã, quia tunc quędã

ueluti confusio aut cōpositio facta est naturarum: & affert Gelasius papa exemplum eorū, quo suum errorem confirmare nituntur. Quemadmodum(inquiunt)homo una est natura ex duabus alijs cōpositis,qua cōpositione & unione facta,tertia resultat, quæ nulla illarum est: sic dicunt esse in incarnatione uerbi, ut ante incarnationē duæ fuerint naturæ, post incarnationē una tantum manserit,duabus illis in unā(ut aiunt)coeuntibus.Ideo aduersus hanc cōpositionem secundo arguamus. Sic exponentes, nunq̄ Christum faciunt duas naturas habentem. Non enim eas habuit ante unionē,quia tunc secundum omnes unius tantū erat naturæ, puta diuinę. Nec̄ post incarnationē, quia tunc secundum ipsos unius est tantum naturæ cōpositæ. Præterea, quid est quod ait ante incarnationē fuisse duas,post incarnationē uero unā? Quomodo enim ante incarnationē poterant esse duę naturæ,cū tunc uerbum nō esset incarnatum? Aut enim dicis humanā naturā quā deus sibi uniuit, ante unionē per se subsistitisse, & tunc dices filiū Dei sibi uniuisse personā humanam,& nō naturā: & tunc duas facies cū Nestorio personas: & sic à Nestorio fugiens,ad eundē confugies. Aut forte dicis q̄ etsi nō tota humana natura p̄cesserit ante incarnationē, tamē anima eius antea in cœlo fuerat,aut in terris cōuersata,& tunc in incarnatiōe fuerit carni à deo assumptæ infusa. Quod si hoc fateris,incidis in Origenis errorem de animabus primo creatis in cœlo, & postea corpori infusis. quē errorē iam supra deo duce euicimus. Alio autem modo nō possum suspicari quo pacto dicas ante incarnationē fuisse duas.Rursum,si ante incarnationē erant duæ, & post nō manet nisi unā, ergo per incarnationē aut fit alterius illarū deperditio, aut fit utriusq̄ mixtio & cōfusio:sicut cū uino miscetur aqua,ante mixtionē erant duæ naturæ, post

mixtionē est una tantū natura. Si per incarnationē fit carnis deperditio, iam nō incarnatio, sed potius (ut ita dicā) decarnatio dicenda esset. Si est utriusq; naturę mixtio aut cōpositio, ita ut tertia resultet ex illa cōpositione natura, tunc oportet ut neutrius naturę illarū ex q̄bus cōponitur, denominationē susci piat. Hō enim (ut illoꝝ exēplo utar) qui tertia q̄dā est natura, ex duabus ualde differentib⁹ naturis cō stans, corpore uidelicet & aīa, necꝫ aīæ necꝫ corporis denominationē susc ipit, qm̄ nec aīa nec corpus dicit̄, sed solū dicitur hō. Ita ergo oporteret q̄ Christus nec deus diceretur, necꝫ hō, positq̄ naturā q̄dā habet ex illis duab⁹ cōpositam. Quod si forte exēplum per me adductū magis placet de uino mixto aquæ, quod post mixtionē retinet nomē uini, aqua conuersa in uinū: & ita forte dicas, carne cōuersa in deitatem per incarnationem, mansisse in Christo nomen Dei: tunc cōsidera ibi etiam non manere nomen aquæ, sed solum uini, eò q̄ per mixtionem aqua fuit uersa in uinum: & ita post incarnationem oporteret te concedere Christum non esse hominem, eò q̄ humanitas fuerit in diuinitatem conuersa. Deinde si una tantum est in Christo natura, quomodo secundum illā poterit tam oppositas susc ipere denominationes? Impossibile enim est, ut una eademq́ natura substātiales susc ipiat differentias contrarias, quia oppositа non possunt dici de eodem secundum idem. Quod si oppositа de eodē dicantur, oportet ut diuersa in se contineat, secundum quę diuersas susc ipit dictiones: ut homo quia corpus habet & animam, potest dici corporeus secundū corpus, incorporeus secundum animā: mortalis secundum corpus, imortalis secundū animā. At cum Christus dicatur mortalis & immortalis, passibilis & impassibilis, finitus & infinitus, oportet ut diuersas habeat naturas, iuxta quarum di-

uersitatem diuersas istas suscipiat denominatiões. Non est ergo in Christo una natura composita, sed duæ simplices quarũ quęlibet suis est determinata proprietatibus. Error autẽ iste Eutician orũ (ut Damascenus. iii. lib. de fide Orthodoxa ait) & similiter Nestorianorũ, ut mihi uidetur, inde ortus est, q̃ nescierunt distinguere inter naturã & personã. & ideo Nestorius duas cognoscens naturas, duas credebat esse personas. Eutices autẽ ex oppositо, quoniã unã fatebatur & fidẽ credebat esse Christi personã, inde credebat oportere unam etiam tantũ esse naturam. Vterq; tamen eorum facilè, si malitia non eos excęcasset, potuisset cognoscere & uidere in uno hominis suppositо duas esse naturas, in quo nec pluralitas naturarũ cõcludit pluralitatem personarũ, nec unitas personę arguit unitatem naturę. Hoc ergo hominis exemplũ, quantũ ad hoc solũ spectat, cõmodissimum est, cuius in alijs maxima sit dissimilitudo: quoniam in homine est naturarũ pluralitas in unitate personæ per naturalem compositionem unius ex pluribus: in Christo autẽ est pluralitas naturarũ simplicium sine ulla earum cõpositione aut mixtione. Et ita i homine tres sunt naturæ, duę duarum partium, uidelicet corporis & animæ, & tertia ex illis resultans, scilicet ipse homo, qui nulla illarum est. In Christo uero duæ sunt tantũ naturæ, diuina & humana, ex quibus nulla alia tertia cõstituitur. Sed iam opus est ut alium Euticetis & Acephalorũ cõmunem errorem & impiam blasphemiã reiciamus, qua dicunt diuinitatem in cruce passam fuisse. Quis hoc ferat? Cuius aures nõ horrent audire diuinitatem aut dolere aut pati potuisse? Deus si quidẽ cum summe perfectus sit, & quoddam infinitæ perfectionis pelagus, talibus miseriis subijci ne-
Mala. 3 quit. Ego deus (dicit ipsemet) & non mutor. Si non mutatur, fieri necesse est ut aut semper doleat &

semper patiatur, qđ summa esset miseria: aut nunq̃ doleat, immo nec dolere possit nec pati. Nã si semel gaudens, & carens omni passione, postea dolet & patitur: necessarium est ut tunc mutetur. Præterea Petrus Apostolus ait, Christo igitur passo pro nobis i carne, & uos eadẽ cogitatione armamini. Carne passum dixit, non deitate. Et Paulus Apostolus ait, An experimentũ quæritis eius qui in me loquitur Christus? Qui non infirmatur, sed potens est in nobis. Nam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute dei. Passus est ergo Christus & mortuus, sed ex nostræ humanitatis infirmitate. Viuit autẽ impassibilis & imortalis, sed ex suæ diuinitatis uirtute, quæ tanta est, ut in se nec mortẽ subire, nec passionem aliquam sustinere possit. Ipse etiam Christus Iesus se i carne fuisse passum testatur. Nã Iudæis dicentibus & petẽtibus ab eo, Quod signũ ostendis nobis, quia hæc facis? respondit Iesus, & dixit eis, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. ille autem dicebat de tẽplo corporis sui, quod solutũ fuit in morte, excitatum in resurrectione. propter quod Euangelista quasi hoc declarans subiunxit, Cũ ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat: & crediderunt scripturæ & sermoni quẽ dixit Iesus. Vides hic passionẽ ad corpus relatam, nõ autẽ ad deitatem, quoniã illa pati nõ poterat. Prophetiæ etiam quæ de Christi passione præcesserant, de passione in carne loquũtur. Vnde in psalmo sub persona Christi dicitur, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Et Esaias ostendens uoluntariam fuisse Christi passionem, sub persona eiusdẽ Christi ait, Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas uellẽtibus. Et ut alia multa prætercam, quid aliud significat illę angelor uoces ad Christum, quibus eum interrogabant dicẽ-

1.pet.4

2.co.14

Ioã.3.

Psal.21

Esa.50

Esa.64 tes, Quare rubrum est uestimentū tuum? Nomine uestimenti carnē designantes, qua uestita fuit diuinitas in incarnatione. Hæc autē caro cū fuisset suo sanguine intincta, q̄rebant, quare rubrū est uestimē tum tuū? Et iterū, Quis est iste qui uenit de Edom, Ibidē. tinctis uestibus de Bosra? Aduersus tam apertam blasphemiam piget plura afferre testimonia. Eius certe narratio pro expugnatione suffecisset, nisi aduersus homines duræ ceruicis & indomabilis cordis ageremus, cuiusmodi sunt omnes hæretici. Cōtra hanc hæresim sunt plurimorū concilior̄ definitiones. Concilium nāq; Chalcedonense sic ait, Cōsentientes sanctis patribus, unū eundemq; filium cōfiteri dominū nostrū Iesum Christū consona uoce edocemus, pariter perfectū eundē in deitate deū, & hominē eundē ex anima rationali & corpore, secundū diuinitatē unius cum patre naturæ, secundū humanitatē eundē unius naturæ nobiscū, p omnia similem nobis absq; peccato, ante secula quidē ex patre natū secundū diuinitatē, in nouissimis uero diebus eundē propter nos & propter nostrā salutē hominē factum: hunc unū eundemq; Christū filiū Dei unigenitum in duas naturas inconfuse, īmutabiliter, indiuise, inseparabiliter cognoscendū: in nullo naturarum differentias propter unitatē perimendas, magis autē salua utriusq; naturæ proprietate, & in una coeunte persona, unoq; statu cōcurrente, nō in duabus personis partiendum uel diuidendū, sed unū eundemq; filium unigenitum Deum uerū dn̄m Iesum Christū. Hæc concilium Chalcedonense: cuius decreto nō minus Nestorij q̄; Euticetis & Acephalor̄ hæresis corruit. Sed quia impij Acephali & maledicti nō recipiunt Chalcedonense concilium, ideo ad priora & posteriora concilia cōfugiamus. Hæc nāq; hæresis ante Euticetem & Acephalos fuit. Nam Philaster, qui lōgo tempore ante eos

Concilīū chalcedonē se.

fuit,refert quandam hęresim quę dixit diuinitatem in cruce doluisse,& passam fuisse.Eandem etiam re citat Augustinus etiam Acephalis uetustior, cuius nullus eorum auctorem hęresis prodat.Concilium Ephesinum, quod tertia synodus dicitur, circa finē suorum decretorum sic ait, Sic illum diximus passum esse,& resurrexisse, non quia Deus uerbum in sua natura passus sit,aut plagas aut clauos & trāsfixiones, aut alia uulnera susceperit (deus nāq; incorporalis & extra passionem est) sed quia corpus illud quod ipsi proprium factum est,hoc sustinuit: ideo hæc omnia pro nobisipsis dicitur passus. inerat enim in eo corpore quod patiebatur, Deus qui pati non poterat. Hæc Concilium Ephesinum. Et concilium Ispalense secundum.xiii. suorum Decretorum capitulo sic ait: Ergo sicut immaculata fides,& sancta Dei ecclesia docet, confitemur dominum nostrum Iesum Christum intemporaliter ex patre Deum natum, temporaliter ex utero gloriosę uirginis Marię hominem editum, & ob hoc in una existente persona duas naturas habentem: deitatis, qua ante secula genitus: & humanitatis,in qua diebus ultimis editus est: in illa secundum formā dei, in ista secundum formam serui cōsistens.In illa patri manens æqualis, in ista sine peccato similis nostrę conditioni.In illa inuiolabilis,in ista passibilis. In illa ex qua mori non potuit, in ista in qua mortem susceperit.Hæc concilium Ispalense expresse contra Acephalos.Quibus uerbis omnes hæreses prefatę circa Christi personā exortę colliduntur.Contra hanc hæresim scripsit Gelasius papa eodem libello quo scripsit contra Nestorium.Scripsit etiam Boetius aduersus eandem hæresim unum librū de duabus naturis. Et beatus Damascenus libro tertio de fide orthodoxa per singula capitula cōtra singulas præfatas hæreses disputat.

Concilium Ephesinum.

Concilium Ispalense.

Quinta hæresis est quæ asserit Christum solum corpus habuisse, nō autē animā. Huius auctor fuit Arrius Arrius, ut testatur Augustinus in lib. de hæresibus ad Quoduultdeū cap. 49. sic de Arrianis loquens: In eo autē q̄ Christum sine anima solam carnē susceperisse arbitrantur, minus noti sunt, nec aduersus eos ab aliquo inueni de hac re fuisse certatum. Sed hoc uerum esse & Epiphanius nō tacuit, & ego ex eorum quibusdam scriptis & collocutionibus certissime cōperi. Hæc Augustinus. Verū quia ex his uerbis nō constat an Arrius hoc uenenū reperierit, an sequaces illius de suo cerebro postea addiderint Apollinaris ideo, p nunc de Arrio tacemus. Apollinaris, de quo iam aliàs diximus, hunc errorem postea suscitauit, qui cōmuniter dicitur illius erroris auctor. Philaster hanc hæresim recitat nullo nominato illius auctore. Hæc hæresis satis conuincitur per ea quæ in expugnatione secundæ hæresis dicta sunt. Si enim Christus ueram habuit naturę humanę substantiā, ergo & habuit animam, quoniam sine ea perfectus homo esse nō potest. Verū etsi hoc apertissime eum conuincat, particularibus argumentis non pigebit contra eum agere. Christus passionis suæ tempore mat. 26 iam appropinquāte ait, Tristis est anima mea usq; Ioā. 10 ad mortē. Et ante dixerat, Ego sum pastor bonus, & animā meam pono pro ouibus meis. Et iterum, Potestatē habeo ponendi animā meam, & iterū sumendi eam. Aperta satis sunt hæc, nec; ullā parabolam redolentia. Verū his auctoritatibus (ut Augustinus ait) Apollinaris respondebat, dicens Christū animā habuisse nō rationalem, sed solùm eam quæ corpus uiuificaret: & uerbū ipsum loco rationalis animæ extitisse. Sed per hoc non effugit quin dicat Christum non fuisse integrū & perfectū hominem eiusdem substantię nobiscū. Sed ut nullū illi pateat Luc. 2. effugium, consideremus quid Lucas de eo dicat,

Iesus

Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud deum & homines. Quomodo autem profecerit sapientia, sequentia uerba declarant, qm̃ addidit, & ætate. Iuxta id ergo profecit sapiẽtia, secundũ quod profecit ætate. At cum secundum solam naturã humanam profecerit ætate, cõsequens est ut iuxta eandem profecerit sapientia, qm̃ secundum naturã diuinam, quæ ímutabilis & infinitè sapiens est, nullo modo proficere poterat. Profecit ergo sapientia secundum humanitatem. Sed si humanitas quã susce pit, animam rationalem nõ habuit, ergo secundum humanitatem nihil sapuit, qm̃ secundũ animã rationalem sapere debuisset, & non secundũ corpus, aut secundũ animã p̃cise uegetantem corpus. Rursum propter hoc filius Dei nostrã susceptit naturã, ut per naturã ab eo susceptam nostris succurreret defectibus, & is q̃ sine peccato erat, nostra peccata dissolueret. Nihil ergo profuisset nobis solùm carnẽ sine anima susciperé, quia peccata nostra í anima erant, & nõ in carne, quæ peccare nõ potest. Sed Christus totum hominẽ redemit, qui ait, Totum hominẽ sanum feci in sabbato. Totũ ergo hominẽ Christus assumpsit, qui totũ hominẽ redemit. Demũ iste error plurimor̃ concilior̃ definitionibus damnatur. Concilĩ Romæ habitũ sub Damaso papa, sic ait, Anathematizamus eos q̃ pro hominis anima rationali & intelligibili dicunt dei uerbũ in humana carne uersatũ, cũ ipse filius sit uerbũ dei, & p̃ anima rationali & intelligibili in suo corpore fuerit, sed nostrã, id est rationalẽ & intelligibilẽ sine peccato animã susceperit atq̃ saluauerit. Hæc concilĩ Romanũ. Cuius concilĩ decreta ponuntur in libro Conciliorũ generalium, non inter ipsa concilia, sed post inter decreta Damasi papæ. Concilium Ephesinum cap. xiĩ. suor̃ Decretor̃ sic ait, Nõ enim dicimus q̃ Dei natura conuersa uel immutata sit, sed magis q̃

Ioã. 7.

Concilĩ Romanũ.

Concilĩ Ephesinum.

carnem animatã anima rationali sibi copulauerit, uerbumq; substantialiter & ineffabiliter factus sit homo. Hæc Cõcilium Ephesinum. Cõcilium Chalcedonẽse sic ait, Cõsentientes sanctis patribus unũ eundemq; filium cõfiteri dñm nr̃m Iesum Christũ, cõsona uoce edocemus pariter perfectum eundem in deitate Deum, & hominem uerum eundẽ ex anima rationali & corpore &c. Hęc cõcilium Chalcedonense. Contra hanc hæresim nõ uidi nec hucusq; sciui aliquẽ qui scripserit præter beatũ Ambrosiũ, qui in libro de incarnationis dominicæ sacramẽto, per totum septimum capitulum contra eam agit.

Concilii chalcedonẽse.

Sexta est hæresis quæ asserit in Christo tantum unam fuisse uoluntatem, uidelicet diuinam. Huius hęresis auctor fuit Macharius Antiochenus episcopus, qui condemnatus est in sexta synodo Constãtinopolitana sub Agathone papa celebrata. Huius hæresis fautores dicti sunt Monothelitæ, non (ut quidam corrupte dicunt) Monoselitæ: & quidam, cuius nomen sciens prætereo, deriuationem nominis assignare uolens, non minus impudenter q̃ imprudenter dixit, Monoselitæ dicuntur à Monoso illius hæresis authore. Monothelitæ dicti sunt ab una tantum uoluntate quam Christo tribuebant: quoniam μόνος græce, ualet latine tantum ac unus. θέλησις idem est quod uoluntas. Hinc ab illis duabus dictio est composita μονοθέλητας, quasi unam asserentes uoluntatem. Cõtra hanc hęresim sic agimus, & primo ab illius patrono quęrendum est an duas in Christo fateatur naturas. Si unam tantum dicit in Christo naturam, sicut unam uoluntatem, tunc ad aliquam p̃dictarũ hęresum reducẽdus est, quę in Christo duas negauerunt naturas. Si uero duas in Christo fatetur naturas, ergo & duas oportet eum fateri uolũtates: q̃m sicut unius naturę una est uoluntas, ita plurium naturarũ plures sunt uo-

Macharius.

Monothelitæ

luntates. Ideo enim dicimus patris & filij & spiritus sancti unã esse uoluntatẽ, quia una in illis trib⁹ personis est deitatis substantia. Ita ergo in Christo, in quo sunt duæ naturæ diuersæ, diuinitatis uidelicet & humanitatis, oportet ut duę sint etiã uoluntates, una quæ pertinet ad diuinitatem, altera quę spectat ad humanitatẽ. Præterea si una tantũ est i Christo uoluntas, ergo una tantum in Christo erit natura, quoniam sicut una natura uniam infert uoluntatem, ita ediuerso una uoluntas unam arguit naturam. Vna siquidem uoluntas nõ potest esse duarũ naturarum. Rursum si una tãtum est uoluntas, aut illa erit diuina, aut humana, aut tertia ex illis cõposita, sicut supra Eutices dixerat. Si diuina tantũ est uoluntas, ergo Christus nõ habuit integrã & perfectam humanitatẽ eiusdem speciei cũ nostra, qm̃ perfecta humanitas sine uoluntate esse nõ potest. Si autem illa una uoluntas est tantũ humana, ergo Christus nõ erit Deus, qm̃ non potest esse Deus sine uoluntate diuina. Vtrunq; autem hor⁹ duor⁹ probauimus esse hæreticum. Si uero dicat illam unam Christi uoluntatem esse tertiam ex illis duabus compositam, tunc sequitur q⁹ illa uoluntas nec diuina sit nec humana, qm̃ compositum non suscipit denominationem alicuius suarum partium ex quibus cõponitur: & ita secundum ista oporteret dicere Christum non esse uerũ deum, nec uerum hominẽ, quia nec uoluntatem habet diuinam (secundũ istos) nec humanam. Sed omissis his argumentis, scrutemur scripturas sacras, qm̃ (ut Christus ait) illæ testimonium perhibent de illo. Marcus Euangelista ait, Venit Iesus in partes Tyri & Sidonis: & ingressus domum, neminẽ uoluit scire, & nõ potuit latere. Quo modo nõ potuit latere cum uoluit? Nonne uoluntas diuina omnipotens est? Nonne omnia quæ uoluit dominus fecit in cœlo & in terra? Ergo se- Ioan. 5. Mar. 7

cundū id quod nō potuit latere, ſecundū id uoluit neminē ſcire. At cōſtat eum ſecundū humanitatem nō potuiſſe latere, qa ſecundū illā nō erat omnipotens, ergo ſecundū eandē uoluit neminē ſcire. & ſecundū diuinā uoluntatē non ita uoluit. ergo alia eſt uoluntas diuinitatis, & alia humanitatis. Præterea, cum Chriſtus eſſet proximus paſſioni, dixit Pater,
Luc.22 ſi uis, transfer calicem iſtum à me. Verūtamen non mea uoluntas, ſed tua fiat. Vides hic expreſſe duas Chriſti uoluntates nominatas, unam diuinitatis, aliam humanitatis? Nam ſi una tantum eſſet Chriſti uoluntas, uidelicet diuina, quomodo fieri poſſet q; Chriſtus patrē oraret dicens, nō mea ſed tua uoluntas fiat? Non enim eſt poſſibile ut uoluntas patris impleatur, uoluntas autem filij nō, cum una ſit patris & filij uoluntas. Sed quia duæ ſunt in Chriſto uoluntates, una diuinitatis, q̄ eadē eſt cū uoluntate patris, ſecundū quā nihil à patre petit: alia humanitatis, ſecundum quā quodāmodo paſſionem nolebat: ideo ſuam uoluntatem, id eſt humanam poſtponens diuinæ, dicit, Nō mea uoluntas, ſed tua fiat. Rurſum, beatus Apoſtolus Paulus de Chriſto loquens ait, Factus eſt obediens uſq; ad mortem,
Phil.2. mortem autē crucis. Nō fuit autem obediens ſecundū naturā diuinā, qa obediētia ſubiectionē q̄dam denotat. Secundum autem naturam diuinā nō erat ſubiectus patri, quia ſecundum illam nō rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. Secundū humanam ergo naturam factus eſt obediens. Obedientia autem uoluntaria q̄dam eſt ſubiectio, & ſine uoluntate obedientia eſſe nequit. illud enim quod per uim & coactionē fit, nō fit per obedientiā. Cū ergo Chriſtus ſecūndum humanitatē factus fuerit obediens patri uſq; ad mortē, oportet neceſſario ut ſecundum eandē humanitatē uoluntatē habuerit ſecundū quā pati uoluit. Contra hanc hæreſim cele-

bratum est concilium Constantinopolitanū, quod sexta synodus appellatur, sub Agathone papa. Post longas ergo de hac re collationes, & disputationes in hoc concilio habitas, tandē actione decimaseptima sic definitur, Iuxta quod olim prophetæ de eo, & ipse nos dñs Iesus Christus erudiuit, & sanctorum patrū nobis tradidit symbolū, duas naturales uoluntates in eo, & duas naturales operationes, in diuise, inconuertibiliter, inseparabiliter, incōfuse, secundum sanctor̄ patrum doctrinā adæq; prædicamus, & duas naturales uoluntates, nō contrarias (absit) iuxta quod impij asseruerunt hæretici, sed sequentem humanā eius uoluntatē, & nō resistentem uel reluctantē, sed potius subiectā diuinæ eius atq; omnipotenti uoluntati. oportebat enim carnis uoluntatē moueri, subīci uero uoluntati diuinę, iuxta sapientissimum Athanasium. Sicut enim eius caro Dei uerbi dicitur & est: ita & naturalis carnis eius uoluntas, propria uerbi dicitur & est: sicut ipse ait, Quia descendi de cœlo non ut faciam uoluntatem meam, sed eius qui misit me patris. suam propriam dicens uoluntatem, quæ erat carnis eius. Hæc concilium Constantinopolitanū. Contra hanc hęresim nullum reperi scriptorem pręter Damascenum, qui tertio lib. de fide orthodoxa cap. 14. de hac re disputat, nō nominato (ut solet) erroris auctore. * Vnde suspitio mihi oritur Macharium illum Antiochenum episcopum nō fuisse primū huius hæresis inuentorē, sed alium quempiam multo illo uetustiorem, fuisseq; statim sepultam ac postea per Macharium suscitata. Nam Ioannes Damascenus qui cōtra hanc hæresim disputat, per aliquot secula prędictum Macharium pręcessit. Vixit enim Ioannes Damascenus (si Ioanni Tritemio credimus) sub Theodosio Iuniore circa annum dñi. 450. Macharius autem hic floruit sub Agathone papa huius nominis

Concilii Cōstāntinopolitani. Ioā. 3. *

primo,&(ut diximus)damnatus est in sexta synodo,quæ,iuxta computationem Mariani Scoti, celebrata est anno dñi. 698.)Et Petrus Lombardus.iii. lib.Sententiarum distinct.xvij. de hac re agit,q̃uis breuiter & perfunctorie. Qui autem plenius de hac re edoceri cupit,legat acta sextę synodi,in qua satis diffuse hoc negociũ inquiritur.Huius hæresis nunquam meminit Guido Carmelita in sua summa de hæresibus, quod ualde miror, cum sit uiris doctis notissima. Vnde conuincitur eum non legisse acta sextæ synodi. Apparet etiam quod aliàs diximus, eum in ueteribus hæresibus recensendis nullũ aliũ legisse præter opusculum Augustini de hæresibus, aut capitulum quoddam Isidori in suis Etymologḡs, in quo enumerat hæreses quæ ad suum usque tempus pręcesserunt.Cum enim nec̃ August.nec̃ Isidorus hanc hæresim numeret, utpote utroq̃ posteriorem,ideo Guido illius non meminit.

Septima hęresis nimis ingrata est Christo redemptori nostro,qm̃ non agnoscit beneficium ab eo nobis collatum. negat enim Christum crucifixũ fuisse, sed Simonem Cyrenæum qui angariatus sustulit crucem. Huius erroris auctor fuit impius Basilides Apostolor̃ tempore, de quo Eusebius lib.iiii. historiæ eccle. cap.viii. loquitur. Post hunc pauco tẽpore elapso Marcus à quo Marcitę hæretici dicti sunt,eidem adhęsit errori,dicens Christum non uere,sed putatiue passum fuisse. Cõtra hunc errorem piget testimonia scripturæ afferre, cũ utrunq̃ testamentum plenũ sit testimonijs passionis Christi. Et dimisso ueteri,in quo ferè omnia p figuras & ęnigmata dicta sunt,quatuor euãgelior̃ apertissima est historia enarrans Christi passionem. nullus autem eorum ait Cyrenæum fuisse passum, sed solùm portasse crucẽ,cui postea fuit Christus affixus.Et Paulus hoc sæpissime in suis epistolis docet. In prior

Basilides.

Marc.

enim epistola ad Corinthios ait, Nos autē prædicamus Christum crucifixū. Et iterum, Nihil me scire iudicaui inter uos, nisi Iesum Christū, & hunc crucifixū. Et ut omnia alia omittā, Petrus Apostolus eo die quo spiritum sanctū recepit cū alijs, p̄dicans populo ait, Viri Israelitæ, audite uerba hæc, Iesum Nazarenum uirū approbatum à Deo in uerbis, uirtutibus, & prodigijs & signis q̄ fecit Deus p illū in medio uestri, sicut scitis, hunc definito cōsilio & p̄scientia Dei traditū, per manus iniquorū affligentes, interemistis. Et infra, Certissime sciat ergo omnis domus Israel, quia & dūm eum & Christū fecit deus hunc Iesum, quē uos crucifixistis. Qui ergo per passionem suam mortuus est, quomodo nō uere sed putatiue passus est? Quod si non uere passus est, falsa est p̄dicatio Pauli. Contra talem insaniam nō est opus plura afferre: quia, ut à principio statuimus, cōtra eos solos nunc agimus, q̄ Christo nomina per baptismū dederunt. Qui uero hæc alle runt, aut Ethnicos aut Iudæos se esse ostēdunt, qm̄ (ut ait Paulus) p̄dicare Iesum Christū crucifixum, Iudæis est scandalum, gentibus autem stultitia. 1. cor. 1. Ibid. 2. Act. 2 1. cor. 1

Octaua hæresis est non minus ingrata ipsi Christo, non agnoscens etiam beneficium tam immensum, quale nobis contulit, uidelicet redemptionem nostram. Huius hæresis author est quidā Bassus no mine, sub apostolorū temporibus, de quo apud solum Philastrū reperio mentionē factam fuisse. Hic Bassus dixit nō sperari salutē neq; in Christi maiestate, neq; in eius p̄sentia corporali. Hunc errorem Petrus Abailardus, qui dixit non ideo filium dei fuisse incarnatum, ut hominem liberaret. Et ut clarius eius stulta mens appareat, uerba illius hic inseram, quæ beatus Bernardus ponit Epistola. 190. Ideo (inquit) sicut dicunt doctores, hac necessitate incarnatus est filius Bassus. Petrus Abailardus.

dei, ut homo, qui aliter liberari nō poterat, per mortem innocentis iure liberaretur à iugo diaboli. Sed ut nobis uidetur, nec diabolus unq̄ ius aliquod in homine habuit, nisi forte deo permittente, ut carcerarius: nec filius dei ut hominem liberaret, carnem assumpsit. Hæc Petrus Abailardus. Ecce nouum alterum Goliath, qui omnibus catholicis doctoribus exprobrat, omnes eos errasse dicens. Verum hic deo duce petra catholicæ fidei pcussus corruet. Primum ergo quod dicit diabolū nullum ius aut potestatem habere in homine: manifeste conuincitur per id quod dominus apud Ioannem ait, Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicq̄. Si nullam potestatem habebat in homine, quomodo princeps mundi uocatur? Et apertius ostendit id quod sequitur, uidelicet, & in me nō habet quicq̄. Quod si in alijs hominibus nullū etiam ius aut potestatem habebat: quid opus erat addere, & in me non habet quicq̄? Quia tamen per uerba præcedentia dixerat diabolum habere potestatē super homines, ne quid simile de eo putari posset, addidit, & in me non habet quicq̄. Vt autem nulla nostra expositione aut argumētatione sit opus, audi beatum Paulum expresse hoc dicentem. Nequando (inquit) det illis deus pœnitentiam ad cognoscendam ueritatem, ut resipiscāt à diaboli laqueis, à quo captiui tenētur ad ipsius uoluntatem. Vides hic laqueos diaboli nominari à Paulo: & captiuos homines à diabolo teneri ad eius uoluntatem. Præterea si homines capti non erant à dæmone per peccatum, nihil ergo Christus sua morte operatus est: quoniam si nos captiui non eramus, certe oportet ut nec redempti etiam simus. Non enim redimitur nisi qui captus est. Verum hoc ingratus & blasphemus Petrus Abailardus concessit, dicens filium dei nō ideo carnem assumpsisse ut hominem liberaret.

Ioā.14

2.tim.2

Sed error iſte plurimis ſacræ ſcripturæ teſtimonijs dānatur. Et ut uetus teſtamentū omittam, ad nouū accedo. Apud Matth. legimus angelū dixiſſe Ioſeph de uirgine Maria ſponſa eius, Pariet autē filium, & uocabis nomē eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorū. Et apud Ioā. idem Chriſtus ait, Nō enim miſit deus filium ſuū in mūdum ut iudicet mūdum, ſed ut ſaluetur mūdus per ipſum. Et in cœna ultima carnē ſuam dans in cibū diſcipulis ſuis, ait, Hoc eſt corpus meū, quod pro uobis tradetur. Et calicē porrigens ait, Hic eſt calix nouum teſtamentū in ſanguine meo, qui pro uobis fundetur. Et beatus Paulus ait, Vbi uenit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum factū ex muliere, factū ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorū reciperemus. Et alibi, Deus autem qui diues eſt in miſericordia, ptopter nimiā charitatem ſuam qua dilexit nos, & cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati. Et in alio loco, Et uos cum mortui eſſetis in delictis, & præputio carnis ueſtræ, cōuiuificauit cum illo, donans uobis omnia delicta, delens quod aduerſum nos erat chirographū decreti quod erat cōtrarium nobis: & ipſum tulit de medio, affigēs illud cruci: & expolians principatus & poteſtates, traduxit cōfidenter, palam triumphans illos in ſeipſo. Et Beatus Petrus apoſtolus ait, Sciētes q̄ non corruptibilibus auro uel argento redēpti eſtis de uana ueſtra cōuerſatione paternæ traditionis, ſed precioſo ſanguine quaſi agni incōtaminati & immaculati Chriſti. Poſtremo illa quatuor animalia & uigintiquatuor ſeniores quos Ioannes uidit cecidiſſe corā agno, cantabant dicentes, Dignus es accipere librū, & aperire ſignacula eius, quoniā occiſus es, & redemiſti nos deo in ſanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. Ecce

Mat.

Ioā. 3.

Luc. 22.

Gal. 4.

Ephe. 2

Colo. 2

1. Pet. 1

Apo. 5

isti qui redemptione per Christum facta iam fruebantur, agnoscunt redēptionē. Petrus autē Abailardus, quoniā per peccatum in captiuitate diabolica detinebatur, non agnoscebat redemptionē. Contra hoc sunt plurium conciliorū definitiones. In symbolo fidei edito in cōcilio Niceno sic de Christo filio dei dicitur, Qui propter nos homines & propter nostram salutē descendit de cælis, & incarnatus est, atq; homo factus passus mortuus est, & resurrexit tertia die, ascendit ad cælos, uēturus iudicare uiuos & mortuos. Hęc cōcilium Niceńum. Et eadem ferē uerba ponuntur in symbolo facto in cōcilio Constantinopolitano, quod secūda synodus dicitur. Cōcilium Ephesinū, quod tertia synodus dicitur, in ultimo capitulo suoꝝ Decretorū sic ait, Est enim ineptum & stultum hoc dicere, ꝙ is qui ante omnia ſęcula est cōsempiternus patri, secundæ generationis eguerit ut esse inciperet: sed quia propter nostrā salutem, naturā sibi copulauit humanā, & processit ex muliere, idcirco dicitur esse natus carnaliter. Hęc concilium Ephesinū. & idem dicit cōcilium Chalcedonēse, quod quarta synodus dicitur. Ecce cōtra Petrum Abailardū omnia quatuor cōcilia quę beatus Greg. dicit se uenerari tanq̄. 4. euāgelia. Obmutescat ergo Petrus Abailardus, & suā cōpescat supbam arrogantiā, qua non est ueritus contra omniū sacroꝝ doctoꝝ concordē doctrinā sentire. Contra hūc errorē nullum reperi scriptorē prēter beatū Bernardū, qui in quadā epi. ad Innocentiū papam, quę est in ordīe. 190. de hac re disputat, a quo aliqd hausimus. Huius hęresis etiā non meminit Guido, imo nec ipsius Petri Abailardi ullā unq̄ mentionē facit.

Nona hæresis negat in Christo fuisse spiritum timoris dñi. Et hoc uenenum etiā est a Petro Abailardo inuentum, quēadmodū illi impingit beatus Bernardus illa eadem epistola, uidelicet. 190. quāuis cō

Pe. Abailar.

tra illum nõ disputat. Sed eam redarguit & cõuincit Esaias propheta, qui de Christo loquens ita ait: Esa.11. Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice ei⁹ ascendet, & requiescet super eum spiritus dñi, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus cõsilij & fortitudinis, spiritus scientię & pietatis, & replebit eum spiritus timoris dñi. Hæc uirga quæ de radice Iessę orta est, uirgo est Maria de genere Dauid, qui filius fuit Iessę, ut Matth. narrat. Flos autẽ est Christus, qui ait, Ego flos campi, & lilium cõuallium. Super Can.2. hunc florem requieuit ille septenarius spiritus quẽ Esaias expressit, id est septem eiusdẽ spiritus sancti dona, inter q̃ spiritus timoris dñi numerat. Præterea quid trepidat ponere in Christo spũm timoris dñi? An forte qa timor est imperfectorũ, secũdum qd' Ioã. 1.Io.4. ait, Perfecta charitas foras mittit timorẽ? Et ideo forte Petrus Abailardus timẽs negare in Christo fuisse perfectã charitatẽ, negauit in eo fuisse spiritũ timoris. Quod si ita est, trepidauit certe timore ubi non erat timor. Nesciuit enim multiplicẽ esse timorẽ domini. Quidam nãq; est timor dñi seruilis, cum uidelicet quis propter odium pœnę quã timet, fugit peccatum: qui timor seruilis dicitur, quia serui talem timorem cõsueuerunt habere. Dicitur etiam initialis, quia uia quædã est & initium ad bonũ. Vna enim pars iustitię est declinare a malo, ad quã introducit hic seruilis timor, & ideo initialis uocatur, de quo dicitur, Initium sapientiæ est timor dñi. Hic timor Pl.uo. est imperfectoq;, quia perfecta cuiuscũq; operis executio a charitate ortum habere debet. Hic autem timor nõ oritur a charitate, sed ab odio pœnæ. Hunc timorem perfecta charitas foras mittit: quoniã qui sic iam deum diligit, ut ex amore eius cuncta operetur, tunc iam desinit agere propter odium pœnæ. Qui enim ex odio pœnę agit, quasi coactus a pœna quã timet agit: quã si sciret nunq; fore infligẽdam,

desisteret ab actione. Qui uero ex amore agit, mere libere agit. Hunc timorē Christus non habuit, quia perfectissimā habuit charitatem, quæ illum nō permittebat. Alius est timor dñi filialis, cum quis. ſ. fugit malum ex solo amore patris, ne uidelicet offendat patrē: qui ideo dicitur filialis, quia tali timore bonus filius timere debet patrē. Et hunc nō solum non expellit charitas, imo eum producit charitas, & ab ea ortum habet. Et hunc timorē habuit Christus, quia a multis, imo ab omnibus malis declinauit, & nō timore alicuius pœnę, sed ex solo dei amore. ergo fuit in eo timor filialis. Quod si adhuc contendas dicens hunc timorē filialem habere immixtam quādam pœnam, & ob hoc illum dicas non fuisse in Christo, cuius anima fuit beata ab origine suæ cōceptionis: hoc nihil obstat: quia etsi eius anima fuit beata, nihilominus tristabatur in passione, quę tristitia multo grauior fuit pœna, q̄ illa quę est īmixta timore filiali. Ergo q potuit tristari cū esset beatus, timere etiam potuit præcipue timore filiali, cuius si aliqua est pœna, mitissima certe est. Rursum, beati qui iam extra omnē pœnam sunt, timent
Psal. 18 dominū: ut propheta ait, Timor dñi sanctus permanet in sęculū sęculi. Christo ergo nihil sua beatitudo obstare potuit quin deum timuerit. Verum hoc prophetæ dictum de quodā alio timore interpretātur, quem uocant reuerētialem, qui non est aliud q̄ quædā ipsius dei reuerentia: & hunc dicunt habere beatos. Quod si hic sit a timore filiali distinctus, & timorē filialem negent inesse beatis, sed solum quē appellant reuerentialē, non tamē per hoc euadet Petrus Abailardus, quin aliquis spiritus timoris domini (ut Esaias dixit) fuerit in Christo: quoniā cum Christus præ omnibus reueritus sit deum, adeo ut
Heb. 5 propter illam reuerentiam Paulus dicat eum a deo fuisse exauditum: cōsequens est, ut etiam supra om

nes deum timuerit hoc timore quẽ uocant reuerentialem. Nõ est ergo cur Petrus Abailardus trepidet Christo tribuere timorem: quoniam etsi nõ habuit timorem seruilem, quẽ perfecta charitas foras mittit, habuit tamen timorem filialem aut reuerentialẽ, quem perfecta charitas producit.

Decima hæresis asserit Christũ substinuisse uulnus lanceæ cũ adhuc uiuus esset. Huius erroris author fuit quidam Petrus Ioãnis, ut Guido carmelita illi impingit. Et certe miror qꝫ homo qui uel parum latine sciat, & legat euãgelium Ioãnis, in hunc incidat tam apertum errorẽ: nisi forte superba eius malitia illũ excæcante: quoniã beatus Ioãnes enarrans passionẽ Christi, post multa tormẽta quę Christo illata esse dicit, de morte eius sic ait, Cũ ergo accepisset Iesus acetũ, dixit, Consummatũ est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Iudæi ergo, quoniam parasceue erat, ut non remanerent in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum, ut frangerentur eorũ crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidẽ fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autẽ cum uenissent, ut uiderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed unus militum lancea latus eius aperuit, & cõtinuo exiuit sanguis & aqua. Et qui uidit, testimonium perhibuit, & uerum est testimonium eius. Et ille scit quia uera dicit, ut & uos credatis. hucusqꝫ beatus Ioannes in euangelio. Ex istorum autem uerborũ ordine clarissime patet Christum fuisse iam mortuũ cum latus eius fuit lancea percussum. Et si ergo angelus de cælo aliud annũciaret nobis, nõ esset credendus. Necꝫ causa deuotionis aut cõtemplationis licet mendacium fingere. Iste autẽ ut augeret dolores passionis Christi, dicebat licite posse dici & cõtemplari Christum fuisse percussum lancea cũ adhuc uiuus esset.

Pe. Ioãnis.

Ioã. 19.

stus non resurrexit(ait Paulus)inanis est prædica- 1.co.1
tio nostra,inanis & fides uestra. Inuenimur & falsi testes Dei,quoniam testimonium diximus aduersus Deum,quòd suscitauerit Christum, quem non suscitauit. In re igitur tam aperta superfluum esset longam texere disputationem.

Duodecima & ultima,quã de hac re reperio hærelim, est quæ asserit Christum in cælos sine carne ascendisse. Hanc hæresim docuit Apelles, & cum Apelles.
ipso Apelle,quod sciam,sepulta fuit. Hic(ut Augustinus ait)dixit Christum sine carne resurrexisse,& sine eadem in cælum ascendisse. Quid hac sententia fabulosius dici potest? Nulla siquidem ratione mouetur,nullo argumento fulcitur,nulli fundamento innititur:sed merum somnium aut pura fabula apparet. Si Christus sine carne resurrexit:quis fuit ille quem in medio discipulorum constitutum octaua resurrectionis die Thomas tetigit? Cuius erant illæ Ioã.20
manuum cicatrices, & lateris uulnus,quæ Thomę ostendit,& palpanda præbuit? Diuinitas siquidem nec oculis corporeis uideri poterat, nec manibus tangi,nec cicatrices sustinere. Pręterea,discipulis apparens Christus post resurrectionem,illisq; conturbatis & conterritis,eò quòd existimarent se spiritũ uidere,dixit,Quid turbati estis,& cogitationes ascẽdunt in corda uestra? Videte manus meas,& pedes meos,quia ego ipse sum. Palpate & uidete,quia spiritus carnem & ossa non habet,sicut me uidetis habere. Et cum hoc dixisset,ostendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus,& mirantibus præ gaudio,dixit,Habetis aliquid quod mãducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. Quomodo ergo sine carne resurrexit,qui resurgens,manus & pedes habet, & fauum mellis comedit? Rursum,si Christus sine

Act.7. carne ascendit in cælum, quis est ille quem Stephanus in persecutione positus uidit, dicēs, Ecce uideo cælos apertos, & filium hominis stantem a dextris uirtutis dei? At filius dei, si carnem secludas, nō amplius dicetur filius hominis. Accedit ad hæc, quòd Christo ascendente in cælum, angeli dixerunt Apo-
Act.1. stolis: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? Hic Iesus qui assumptus est a uobis in cælū, sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntē in cælum. At cum Iesus in forma humana sit iudicaturus, cōuincitur ut in forma etiam humana ascenderit. Aduersus tam apertum mēdacium, & tam claram dementiam, non est opus plura afferre. Et certe puderet me ista narrare, si illos hæreticos fuisset puditū illa asserere. Sed cum eorū insaniæ iam uulgatę sint, & per multos scriptores qui de illis mentionem fecerunt, narratæ: necesse fuit eas hic inserere, ut cum alijs hæresibus damnarentur.

CONCILIVM.

DE hac re unum solum reperio errorem omnib? ferme hæreticis cōmunem. Omnibus nāq; hęreticis semper fuit, & hucusq; est proprium, conciliorū authoritati detrahere, eamq; pro uiribus imminuere: quoniam uident nihil esse adeo efficax ad eorum effrenatam audaciam reprimēdam, sicut est concilij generalis authoritas. Quapropter cum hæretici omnes obstinate suos tueantur errores, euenit ut si forte eorum aliquis error per concilium fuerit damnatus, ad hoc eis cōmune asylum confugiant, dicentes conciliū in tali definitione errasse. Hoc egit
Arrius Arrius. cum enim damnatus fuisset in concilio Niceno, ille & eius sequaces acquiescere nolentes definitioni concilij, dixerunt cōcilium errasse. Ad eun-
Nesto- dem modum se habuit Nestorius in cōcilio Ephe-
rius. sino damnatus, ut ille & eius fautores suam sententiam cōcilij Ephesini decreto pręponerēt. Nec aliud

fecere

fecere Eutices & Dioscorus in concilio Chalcedonensi damnati. Notissima est etiam historia de Ioãne Huss Bohemo, qui cum amplexus fuisset doctrinam Ioannis Vuitcleff, & eam uidisset in concilio Constantiensi damnari, nec tamen propter hoc destitit suum mordicus tenere errorem, dicens concilium Constantiense errasse in condemnatione Ioannis Vuitcleff. Postremus omnium Lutherus cum à principio prædicationis suorum errorum, concilium appellasset, timens postea ne forte concilio cõgregato sua uenenosa dogmata damnarentur, addidit hoc aliud uenenum, dicens concilium generale quantumlibet probe (ut decet) congregatum, posse in fide & moribus errare, & concilium Constantiense errasse in cõdemnatione Ioannis Huss. Aduersus ergo horum omnium hæreticorum dementiam hoc probandum est, concilium generale rectè congregatum nõ posse errare in fide. De cõcilijs autem particularibus, quæ in singulis prouincijs fiunt, non est mens nostra disputare, quoniam illa talia errare possunt, & aliqua eorum errasse compertum est. Concilium certe Carthaginense octoginta episcoporũ, cui interfuit beatus Cyprianus martyr, errauit, definiens hęreticos & ab hæreticis baptizatos fore rebaptizandos. & alia multa celebrauerunt Donatistæ cõcilia, in quibus ipsi iactabant se habere multas Episcoporum centurias. & de his quo'd errauerint non dubitamus: uerum etsi hæc aut alia similia prouincialia concilia errauerint, eorum error non obest toti ecclesiæ, cum huiusmodi error per definitionem generalis cõcilij corrigatur, quemadmodum docet beatus Augustinus libro secundo contra Donatistas, sic dicens, Et ipsa concilia quæ per singulas regiones uel prouincias fiunt: plenariorum cõciliorum authoritati, quæ fiunt ex uniuerso orbe Christia-

eutices Dioscorus.

Ioãnes Huss.

Lutherus.

no, sine ullis ambagibus cedere, cum experimento rerum aperitur. Hęc Augustinus. De solis ergo conciliis generalibus recte congregatis dicimus ea errare non posse. Vt autem hoc clare comprobemus, oportet eos percõtari, utrum sit aliquis certus modus quo errans in fide doceri possit, ut reuocatus ab errore, certam teneat fidei regulam. Si dicant nullum talem modum esse certum, duo sequuntur inconuenientia. Primùm, quòd non recte & sufficienter Deus ecclesiæ suæ prouiderit. Secundum, quòd nullus quantumlibet in fide errauerit, per hoc peccabit: quia uidelicet immedicabili ignorantia laborat. Impium enim est dicere ut deus obligauerit aliquem ad id quod sibi impossibile est. Si ergo nulla patet uia certa qua ab errore reuocari possit, erit ergo illi impossibile certam tenere fidei regulam: qua propter cum ea caruerit, non peccabit. Si autem dicãt aliquam esse uiam certam qua doceri possit ut relicto errore ad rectam fidem redeat, hæc non erit hominis cuiuslibet particularis doctrina, quoniã quilibet particularis homo errare potest i fide, etiã si papali dignitate fulgeat. Erit ergo uia certa concilij generalis recte cõgregati definitio. Quod si ipsum cõcilium etiam errare posset, nec ista esset certa uia: adhuc essemus dubij an concilium ipsum recte senserit, an male. Quo facto, semper essemus hæ
Iaco. 1. sitantes, & similes (ut ait beatus Iacobus) fluctui maris qui à uento mouetur & circũfertur. Verum hic Lutherus & sui complices uiam certissimam esse aiunt scrutinium scripturarum, penes quas dicunt esse iudiciũ omne ad cõtentiones de fide sum
Ioan. 5 mouendas: quoniã Christus dixit, Scrutamini scripturas, quoniam illæ testimoniũ perhibent de me. Quibus obijcimus, quòd ex illa authoritate solum habetur scripturas locum tenere testium, & non locũ iudicis. Non enim dixit, Scrutamini scripturas,

quoniam illæ iudicium ferũt de me, sed dixit, Scrutamini scripturas, qm̃ illæ testimonium perhibent de me. At testium officium nõ est ferre sententiam, sed solum testimoniũ dicere. Ad iudicem uero spectat testium dicta audire & scrutari: quibus auditis, iuxta eorum testimonium sententiã dicit. Quapropter fatemur, iuxta scripturæ sacræ testimoniũ sententiam esse dicendam: uerum opus est iudice qui testium dicta inquirat, audiat, scrutetur: quo sublato, etiam ex scripturæ sacrę testimonio nõ potest certitudo fidei haberi, quoniam ipsam eandem scripturam quisque pro suo arbitratu interpretabitur. Arrius certe plures scripturæ locos pro sui erroris cõfirmatione afferebat. Nestorius (ut Gennadius in catalogo scriptorũ ecclesiasticorũ ait) sexaginta scripturæ testimonijs suam hæresim cõfirmare nitebatur. Et quis hæreticus suam hæresim non conatus est scripturæ authoritatibus probare? Si enim quempiam hæreticum noua docentem interroges, unde hoc probas, q catholicæ ecclesiæ antiquam fidem dimittere debeam? statim ille mille testimonia, mille exempla, mille affert authoritate, de lege, de psalmis, de Apostolis, de Prophetis, quibus perperam interpretatis suum uenenosum dogma confirmet. Quo pacto ergo tunc scriptura erit iudex, cum ea pro libito hæreticus iuxta ac catholicus utatur? Arrius & Athanasius contendunt de consubstantialitate filij. Arrius pro se affert illud Christi dictum, Pater maior me est. Athanasius Io. 14.
suam & cathalicam fidẽ confirmat per illud quod Christus dixit, Ego & pater unum sumus. Vterq; eorum dicit se scrutatum fuisse scripturas, & quod illæ testimonium perhibent de sua doctrina. Non est ergo sufficiens & certa uia scrutinium scripturarũ, qm̃ eas quisq; pro libito interpretatur. Opus est ergo iudice, qui sententiã dicat de interpretatio-

ne illarum scripturarum, quis sit uerus earum sensus. Is autem iudex, ut nos certos sua sententia reddat, oportet ut talis sit qui falli non possit. Particularis autem homo, quicũque is sit, falli potest. Erit ergo necessariò generale concilium talis iudex qui falli nõ potest, & nos certos de uera fide per suam sententiam faciat. Aut ergo nullus est iudex infallibilis cui certò credere teneamur, aut concilium generale erit talis iudex qui falli non possit. Quod si nullum esse talem iudicem dicas cui certò credere teneamur, qualem, bone Deus, tunc haberemus Ecclesiam? quàm inconstantem, quàm dubiam, quam hęsitantem? ipso certe Proteo mutabiliorem. Quomodo non uacillabit omnis Christianorum fides, si non est certum cui credere teneamur? Et certe si quisque bene consideret, fomentum omnium hæresum ualidissimum est, dicere quòd concilium generale recte congregatum errare possit: quoniam illo admisso, omnes hæreses per conciliorum authoritatem damnatæ resurgent, & nulla inuenietur uia qua illas ab ecclesia reĳcere ualeamus. Nam si scripturis sacris cõtra eos agatur, statim eas aut omnino reĳciẽt, eas esse canonicas negantes, aut perperam interpretabũtur, & ad suum sensum detorquebunt, sicut eos fecisse, & nunc facere experientia docet. Et ita ecclesię facies esset omnino confusa, & turpis, & misera. Præterea, in concilĳs generalibus recte (ut decet) congregatis, adest spiritus sanctus eorum moderator & rector, qui eos in fide instruat. quapropter sicut nec spiritus illis assistens errare potest, ita nec ipsa concilia quæ ab eo diriguntur. At Deum assistere ipsis generalibus Concilĳs recte congregatis, con-
mar. 18 uincitur per id quod Dominus ait, Si duo ex uobis consenserint super terram de omni re quacunque petierint, fiet illis à patre meo qui in cælis est.

Vbi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum. Quod si hoc promisi sum uides duobus aut tribus in nomine Christi congregatis, quid futurum putas cum totum gene rale concilium fuerit congregatum? Hoc etiam ex concilio Hierosolymæ ab Apostolis celebrato cla rius patet, ubi Apostoli in unum congregati ut de cessatione legalium definirent, sic sententiam pro ferunt: Visum est spiritui sancto & nobis &c. Rur- Act. 15
sum ecclesia habet spiritū sanctum illi assistentem, & eam gubernantem. Sic enim Christus promisit: Ioā. 14
Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pa ter in nomine meo, ille uos docebit omnia, & sug geret uobis omnia quæcunque dixero uobis. Nec enim hęc uerba ad solos apostolos referenda sunt: nec illa spiritus sancti missio (ut ait Bernardus) p- pter solos Apostolos facta est. Ad quid enim neces sariæ erant Apostolis omnium gentium linguę, ni- mat. 28
si quia omnes gentes docendę erant? Et ipsamet ue ritas ait, Ego uobiscum sum usque ad consumma tionem sęculi. Quod uerbum nequaquam ad solos Apostolos referendum est, cum illi non essent per mansuri in hac misera uita ad finem usque mundi. Sed toti ecclesiæ dictum est illud, cui Deus promit tit se ad finem usque affuturum. Hoc autem antea sub nomine Christi Salomon loquens prædixerat: Can. 8.
Vinea (inquit) mea corā me est. Christus ergo sem- per ecclesiæ adstat tanquam spōsus sponsæ suę co- habitans, tanquam caput membris suis hærens, ut ea uegetet atque regat. At concilium generale (ut in principio huius operis docuimus) ecclesiam uni- uersalem repręsentat. concilio ergo generali in quo uniuersa ecclesia repræsentatur, Deus ipse assistit, il lud docens omnia ad salutem necessaria. Deinde si concilium generale (ut diximus) uniuersalem eccle siam repræsentat: sequitur cōcilium errare nō pos-

se in fide & moribus, quia ecclesia quæ per cõciliũ generale repræsentatur, nõ potest errare in fide aut
mat.16 moribus. De ecclesia nãq; ipsamet ueritas ait: Portæ inferi nõ prævalebunt aduersus eam. Portæ inferi sunt singula mortalia peccata, per quæ fit introitus ad infernũ. Quod si uniuersalis ecclesia in fide aut moribus errare posset, portæ inferi prꝙualerent aduersus eã. Et apud Ioannẽ eadem ueritas iterum
Io. 14. ait, Ego rogabo patrẽ, & aliũ paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum. Quæ uerba non ad solos apostolos referenda sunt, sed ad uniuersalem ecclesiã, cui pmittit spiritus sancti præsentiam ad finẽ usq; sæculi. Et beatus apostolus Pau-
Eph.5. lus dicit, Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiã, & seipsum tradidit pro ea ut illam sanctificaret, mundans eã lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, nõ habentẽ maculam aut rugã, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata. Si ergo Christus exhibuit ecclesiã sine macula & sine ruga, qualiter eã ificere poterit hæresis labes, aut peccati ma-
1. Ti.3. cula? Rursum, idẽ Paulus in alia epistola uocat ecclesiã columnã et firmamentum ueritatis: ex qbus uerbis cõuincitur ut ipsa errore aliquo inuolui nõ possit. Nõ enim est possibile, ut ea quę columna & firmamentũ est ueritatis, erret. Ex his ergo & alĩs plurimis quę possunt afferri, cõuincimus generale concilium recte (ut decet) cõgregatum, nõ posse in fide aut moribus errare. Dicimus autem cõcilium tunc esse generale, & recte congregatum, qñ pontificis summi authoritate cõuocantur omnes quoꝝ interest de re illa definire. Sine summi pontificis authoritate cõciliũ generale celebrati nõ potest. Hinc nõ est mirum si Ariminense cõcilium errauerit: qa ab hæreticis Arrianis, fauente Cõstantio imperatore, & ipso Arriana hæresi infecto, congregatum est,

contradicente tamē Liberio papa. Quapropter omnia in hoc concilio gesta, Damasus papa, cōuocato postmodum Romam concilio, rescidit prorsus. Eadem ratione concilium Constātinopolitanum sub Constantino & Gregorio tertio celebratum, inane est & pestiferum, quia renitente Gregorio tertio cōgregatum fuit, & cōtra illius mentem & aliorū catholicorū lata est ibi sententia de imaginibus omnino ab ecclesia tollēdis: & ideo hoc fuit postea in septima synodo quæ Nicena fuit, sub Hirene imperatrice damnatum. Nec oportet ad hoc ut concilium dicatur generale, q̄ omnes Christiani cōuocentur, sed solum illi ad quos spectat docere et regere, quales sunt maiores ecclesię, ut episcopi & similes. Ad hos enim spectat docere, & ad alios nō. Et hoc uale cōsonum est rationi. Si enim omnes possent docere, omnes definire, ad omnes spectaret de fide sententiam dicere: tūc totum corpus unum membrū esset: Paulus tamen ait, Nam & corpus nō est unū membrum, sed multa. Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore: & si dixerit auris, quoniam non sum oculus, non sum de corpore: non ideo nō est de corpore. Si totum corpus oculus, ubi auditus? Si totum auditus, ubi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra unūquodque eorum in corpore sicut uoluit. Quòd si essent omnia unum membrū, ubi corpus? Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus. Et aliquibus interiectis subiungit. Nunquid omnes apostoli? Nunquid omnes prophetę? Nunquid omnes doctores? Ex q̄bus Pauli uerbis conuincimus quosdam esse in ecclesia ad hoc à deo destinatos, ut doceant & definiant: aliorum autem munus esse, doceri, & aliorū documenta suscipere. Hi ergo omnes quorū interest docere, regere, definire, ñ soli conuocādi sunt, nō autē pro- 1.co.12

Act.15. miscuum uulgus. Cum enim dissensio esset in ipso ecclesiæ nascentis exordio de cæremonijs ueteris legis, quibusdam dicentibus eas simul cũ lege euãgelica debere seruari, alijs autem contrarium affirmantibus, congregatum est Hierosolymæ hac de caussa concilium: ad quod solùm cõuenerunt apostoli & seniores uidere de uerbo hoc: & tamen quę ibi determinanda erant, omnes concernebant. Cui rei simillimum est id quod in ueteri lege Dominus

Deu.17 præcepit. Si difficile (inquit) & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, caussam & caussam, lepram & non leprã, & iudicum intra portas tuas uideris uerba uariari: surge & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, uenieśque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quęresq; ab eis, qui indicabunt tibi iudicij ueritatem, & facies quodcunq; dixerint qui prę sunt loco quẽ elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius sequerisq; sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neq; ad sinistram. Vides hic qualiter ad omne dubitationis uulnus amputandum mittit nos Dominus non ad reges, non ad duces, non ad promiscuam plebem, sed ad sacerdotes Leuitici generis, & præcipue ad summam tunc temporis sacerdotem, ad quem magis quàm ad quẽlibet aliũ spectat (ut alias in principio huius operis diximus) de fide definire. Maiores ergo ecclesiæ ad concilij uocandi sunt, & nõ promiscuum uulgus. Quòd si aliquis quantũlibet delectus ex plebe, etiam non uocatus ad concilium accesserit, & uelit toti concilio aliquid proferre, dicens se habere aliqua quæ ad cõmunem omnium utilitatem spectant, is proculdubio non est cõtemnendus, sed audiendus, & postea ad maiores spectabit definire. Vnde Paulus in.1. ad

1.Co.14 Corinthios epistola ait, Si non fuerit interpres, ta-

ceat in ecclesia, sibi autem loquatur, & deo: prophetæ autem duo aut tres dicant, & cæteri diiudicent. Quod si alii reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Ex quibus Pauli uerbis cõstat eos esse audiendos, & non contemnendos, qui id quod sibi reuelatum fuerit, docere uoluerint. Cum ergo omnes quorum interest, conuocati sunt, & summi pontificis authoritate congregati: tunc concilium generale recte congregatum dicetur. Quòd si omnes sic congregati, unanimes & cõcordes, aut eorum maior pars cum summo pontifice consentiat: illa erit certa sententia, & pro infallibili concilii generalis definitione tenenda. Pro hac re potuissem sacrorum doctorum testimonia, & conciliorum decreta afferre, sed omisi, quoniã contra damnantes concilia agimus, qui eidem concilio de se definienti dicent, Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum nõ est uerum. Ioan. 8

De hac re scripsit satis tamen breuiter Ioannes Episcopus Roffensis in eo opere quod cõtra captiuitatem Babylonicam Lutheri fecit, duobus articulis, scilicet uicesimooctauo & uicesimonono. Scripsit etiã uir doctissimus Iodocus Clichthoueus in eo opere quod composuit pro assertione ueritatum in concilio Senonensi contra Lutherum definitarum capite tertio. Dionysius Riskel Carthusiensis ante istos per annos sexaginta, scripsit de authoritate Concilii libros tres. Huius autem opus non uidi, sed testimonio Ioannes Tritemii in suo libro de Ecclesiasticis scriptoribus hoc habui. Gulielmus Occam in libris dialogorum de hac re pertractat fusius quàm oportebat, & nescio an ita sanè ut ueritas postulat: quoniã omnia quæ ibidem pertractat, adeo indecisa reliquit, ut nescias quas partes tenere uelit. Ioãnes Gerson etiam plures edidit tractatus, in quibus de potestate Ecclesiæ & de Conciliorum authoritate differit. Ioannes

de turre Cremata in libro de summa Ecclesiæ: Ioannes Eckius & alij complures de hac re locupletissime tractant.

COITVS.

Simo magus Saturninus.

DE hac re fuit quidam bestialis & turpis error. Nam Simon ille Magus, de quo in actib⁹ apostolorum fit mentio, docuit promiscuum fœminarum usum esse licitum, ita ut quisq; qua uellet uti sine peccato posset. Eandem turpitudinem eodem ferè tempore docuit Saturninus quidam in Syria.

Nicolaitæ. Apo. 2

In eodem errore fuerunt Nicolaitæ: quapropter de illis dicitur in Apocalypsi, Hoc habes bonũ, quòd odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. Hi Nicolaitæ a Nicolao qui unus fuit ex septem diaconis qui cum Stephano in ministerium uiduarũ deputati fuerant, occasionem sui erroris sumpserunt. Ille nanque cum ab apostolis increparetur de zelotypia uxoris, quam ualde pulchram habebat: ut se de zelotypia coram apostolis purgaret, uxorem in publicum produxit, dicens, ut qui uellet, ea uteretur: ostendere uolens hoc facto se non esse adeo zelotypum, ut ipsi impingebatur. Ex quo facto alij occasionem sumentes, crediderunt hoc licitum esse, ut quisque qua uellet fœmina uteretur: qui ab isto Nicolao originem se habere iactantes, Nicolaitæ sunt appellati. Si qs tamen de hoc amplius nosse cupit, legat Eusebium libro tertio ecclesiasticę historiæ cap. 29. Philaster etiam narrat talẽ fuisse Florianis consuetudinem, ut in ecclesia post occasum solis, extinctis lucernis, promiscue quas uellẽt mulieres accipientes cum eisdem miscerentur. Sed hũc errorem Augustinus his Florianis nõ tribuit, quãuis de illis loquitur in libro de hæresibus cap. 66. nisi forte alij sint de quibus Philaster loquitur, quoniam illi uocantur à Philastro Floriani: at ij quorum Augustinus meminit, uocantur ab eo Floria-

Floriani.

ni, à Florino quodam illorum magistro sic dicti.
* Quis autem fuerit istorum Florianorum dux,& * quo tempore uixerit,Philaster non expressit neque ego apud alium inuenire potui. Hunc eundem errorem promiscue concubitus suscitarunt in Bohemia quidam dicti Adamitæ, quorum princeps & dux fuit quidam Picardus ex Gallia Belgica. Hic enim(ut Æneas Syl. in li. de orig. Bohemorũ refert) in Bohemiam sub Sigismundo Romanorũ rege penetrauit,qui præstigijs quibusdam numerosam uirorũ ac mulierum plebem ad se traxit,quos nudos incedere iubens,Adamitas uocauit,se autẽ filiũ dei dixit,& Adam uocari præcepit. Suis Adamitis cõnubia promiscua permisit: quãuis sine illius assensu nefas esset mulierem cognoscere, sed ut quisq; libidine urente in aliquã exarsit,eam manu apprehẽdit,& adiens principem,dicebat se illam appetere. Quo audito, ille Picardus eorũ princeps respondebat,Ite,crescite & multiplicamini. Hanc eandẽ hæresim,sed cũ magis obscœna & nefanda turpitudine docuerũt Valdenses. illi enim(ut Guido carmelita de illis narrat) dixerunt q̃ urente carnis libidine,omnis carnalis cõmixtio tam inter uiros q̃ iter fœminas est licita. Et certè miror q̃ in cogitationẽ hominum uenire possit,nõ dico ut tale quid faciãt, sed ut licite illud fieri posse credant. Certus enim sum aliquos fuisse masculorũ cõcubitores, q̃m hoc scripturæ sacræ testantur: sed uix credere possum, ut sic facientes,se male facere non credant,aut saltẽ nõ timeãt,cõscientia sua illos accusante. Lex enim naturalis quę omnium cordibus est insita,& nemine docẽte scitur: docet hoc nefandũ & pessimũ scelus esse fugiendum. Hi omnes hæretici de mẽdacio cõuincuntur, si ex sacris literis ostenderimus nullum coitum esse licitum præter eum qui coniugio mediante inter uirum et propriã uxorem habetur.

Adamitę.

Valdẽses.

Vt autem hoc clarius apparet, hoc prius supponẽdum est, omnem coitum possibilem haberi, esse triplicem tantum, uidelicet aut cum iumento, aut cũ homine masculo, aut cũ fœmina. Coitus cũ iumento, lege naturali damnatus est, & eũ deus lege scripta damnauit, dicẽs, Cum omni pecore nõ coibis, nec maculaberis cum eo. Mulier nõ succumbet iumento, nec miscebitur ei, quia scelus est. Et in eodẽ libro iterum ait: Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur, pecus quoq; occidite. Mulier quæ succubuerit cuilibet iumento, simul interficietur cum eo. Sanguis eorum sit super eos. Coitum cum homine masculo, eadem lex damnat. Nam & Sodomam & Gomorrã ciuitates incendio destruxit, ita ut egresso Loth, à maximo usque ad minimum omnes comburerentur propter peccatũ hoc. Et in Leuitico dominus ait, Cum masculo nõ commiscearis coitu fœmineo, quia abominatio est. Et iterum, Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, uterque operatus est nefas, morte moriantur. Sit sanguis eorum super eos. Et apostolus Paulus de gentibus loquens ait, Propter hoc tradidit illos deus in passiones ignominiæ. Nam fœminę eorum mutauerunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam. Similiter autem & masculi relicto naturali usu fœminæ, exarserunt in desideriis suis inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes. Et uoco hic coitum cum masculo, etiam si cum fœmina coeat tanquam cum masculo. nã coitus ille contra naturam etiam est, & ideo damnatus. Omnis enim coitus, secundum cuius speciem aut modũ generatio non potest haberi, iure naturæ reprehenditur. Finis nãq; ad quem natura coitum ordinauit, est generatio, & multiplicatio speciei; propter quod omnis coitus qui tali modo fit quali impossibile esset generationem ad fœtum ex illo habe

Le. 18. Le. 20.

Ge. 19.

Le. 18. Ibidẽ, 20.

Ro. 1.

re,naturali lege damnatur.Hoc ergo contra obscœ
nissimos Valdenses sufficiat. Restat ergo solus coi
tus qui est uiri cum fœmina.Hic autem coitus tri-
pliciter fieri contingit. Aut enim aliquis coit cum
illa quæ sibi cõiugio copulata est,aut cum illa quę
etiam coniugio copulata est alteri, aut coit cum so
luta,quæ uidelicet nõ est alicui nupta. Si coit cum
uxore alterius,talis coitus uocatur adulterium, &
est lege diuina damnat⁹. Sic etenim lex diuina ait,
Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius, & Le.20.
adulterium perpetrauerit cum coniuge ꝓximi sui,
morte moriantur & mœchus & adultera. Et ipsa
ueritas in euangelio inter opera mala quæ coinqui
nant hominem,enumerat adulteria.De corde enim
exeunt (inquit)cogitationes malæ homicidia,adul
teria,fornicationes,furta.&c. Coitus uero cum so- mat. 15
luta,quę nulli lege matrimonij est alligata,uocatur
fornicatio: & hic coitus etiam diuina lege damna-
tur, ut patet ex dicto Saluatoris ꝓxime citato,ubi
inter ea quæ coinquinant hominem,post adulteria
enumerauit etiam fornicationes. Græci tamen (ut Græci.
Guido illis impingit) dicunt simplicẽ fornicationẽ
non esse peccaũ. Martinus de magistris in suo lib.
de temperantia, quęstione secunda de luxuria,dicit
se fateri fornicationem simplicem esse peccatũ mor
tale: tamen dicit insuper quòd oppositum credere
non sit hęreticum,quia(ut dicit)testimonia scriptu
ræ sacrę non sunt expressa,quoniam etsi in plurib⁹
locis prohibeatur fornicatio, tamen possunt dicta
illa interpretari quòd nomẽ fornicationis sumitur
generaliter pro luxuria in communi:& quia illius
multæ sunt species malæ, ideo dicit fornicationem
hoc nomine sumptam esse damnatam, quia luxu-
ria ex genere suo est mala.Sed cum pace illius dixe
rim,ego credo Martinum alioqui uirum doctum,
in hac parte errasse,quoniam ut aliàs diximus,bea

to Hieronymo nobis suffragante, in sensu literæ cõ
sistit euangelium, & nõ in nuda litera. quapropter
diximus non ad quemlibet spectare interpretatio-
nem scripturæ, sed ad solam ecclesiam: aut si in ali-
qua particulari persona talis potestas residet, ea est
in solo summo põtifice. Ecclesia ergo quæ habuit
ius & potestatem discernendi scripturas sacras à
prophanis, illa habet potestatem discernẽdi uerum
& legitimum sensum à non uero. Nihil certè pro-
fuisset scire quænam sit scriptura diuina, si postea
in eadem scriptura reciperemus sensum falsum pro
uero. Sicut ergo credimus ecclesiæ dicenti hanc aut
illam esse scripturam diuinam: ita etiã oportet cre-
dere eidem dicenti hunc aut illum esse eiusdem scri
pturæ sensum. At ecclesia catholica docet simpli-
cem fornicationem esse peccatum, & contra legem
diuinam, ergo tenendum est fornicationem esse le-
ge diuina prohibitam: & ita necessarium est ut hæ-
reticus sit qui pertinaciter dixerit simplicem forni-
cationem non esse peccatum. Præterea concors om
nium sacrorum doctorum de eadem re sententia, fi
dem facit, quoniam etsi in aliquib⁹ plures eorum
errauerint, fieri tamen nequit ut omnes concordi-
ter errent. Quomodo enim possibile est ut omnes
Eph. 4 errent, qui (ut Paulus ait) ne nos erraremus, à Deo
dati nobis sunt? Aut concors est omnium sancto-
rum doctorum sentẽtia, simplicem fornicationem
esse peccatum mortale, nec ullus unquam ex his q
ab ecclesia probati sunt, oppositũ asseruit. Sed iam
uideamus utrum fornicationis nomen possit sem-
per in sacris literis pro luxuria i genere accipi. Pri-
mo certè constat in illo saluatoris dicto, quod pau
lo antè citauimus, nullo modo sic accipi posse, nisi
ineptam Christo tribuerimus locutionẽ. Sic enim
mat. 15 ait, De corde enim exeunt cogitationes malæ, homi
cidia, adulteria, fornicationes. Ecce post adulteria

subiũxit fornicatiões. Quis autẽ nisi iepte loquẽs, post enumeratã speciẽ addit postea genus illi⁹ speciei:Species autẽ cõgrue post genus addit. Nullus enim aptè loquens hic diceret, De domo ista multa sublata sunt,uidelicet uestes, uasa, arietes, pecora. Nã eo ipso ꝙ arietes nominati erãt,pecora itelligebant,quia arietes pecora sunt. Cum ergo Christus post adulteria subiũxerit fornicatiões:signũ est fornicationem ibi non posse capi loco generis,ut oẽm carnis libidinem significet:nec pro adulterio,quoniã esset inanis eiusdem rei repetitio. Præterea hoc eodẽ ordine uitia illa carnis enumerat Paulus. Sic enim in epistola ad Galatas iuxta Ambrosii lectionem dicitur,Manifesta sunt opera carnis, quę sunt adulteriũ, fornicatio &c. Vbi iterum post adulterium reperitur fornicatio,& ideo oportet ut nec ꝓ adulterio ponatur, nec pro genere carnalis libidinis,sed pro specie distincta ab adulterio. Rursus in epist.priore ad Corinthios sica it,Nolite errare:neque fornicarij,neque idolis seruientes,neque adulteri,neque molles,neque masculorum concubitores,neque fures,neque auari,neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum dei possidebunt. Vides hic fornicarijs expresse denegatũ esse regnũ dei. At nullus rationis capax à regno dei excluditur nisi propter peccatum mortale. Neque hic etiã potest dici quòd fornicatio ponatur pro genere cuiuslibet libidinis carnalis: quoniam tunc superfluè addunt reliquę libidinis species,uidelicet adulteri,molles, masculorum concubitores: quoniam negato genere,negantur omnes generis species:uelut si dixeris,nullũ animal esse in illa domo, eo ipso negasti ibi esse hominem,aut equum, aut aliud quoduis brutum. Præterea si ibi nomen fornicarij pro genere ponitur,& nõ pro specie,& cuilibet fornicario regnum dei iterdicitur:sequitur,ut qui for- Gala. 5 1. co. 6.

nicationem(quemadmodum illi loquũtur)simplicem cõmisit,sit prohibitus à regno dei quoniã fornicatio simplex,species quædam est luxuriæ. nega to ergo genere,negatur etiã species.Ex his ergo satis patet coitum soluti cum soluta, qui fornicatio dicitur,esse lege diuina prohibitum.Solus ergo coitus qui est uiri cum propria uxore,licitus est. Deinde promiscuus concubitus expresse lege diuina prohibetur. Nã quis uerius potest dici ꝓmiscuus concubitus, q̃ꝑ quem meretrices sustinentꝫq̃ paratæ sunt cum quocunq; uolente coire. Et ille meretricius coitus propriè fornicatio dicitur, à fornicibus in quibus meretrices degere solebant. Talis autem coitus lege diuina prohibetur.Non erit (inquit)meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filijs Israel.Sequit infra, quia abominatio est utrũq; ad dominum deum tuum.Accedit ad hæc,ꝙ si promiscuus concubitus esset licitus, & (ut turpes & obscœni Floriani faciebant) in ecclesia extinctis lucernis,mulieribus promiscue miscerentur uiri,contingeret sæpe ut filius coiret cũ matre, & pater cũ filia,quod natura horret,& lex diuina damnat.Ad uersus ergo oēs p̃fatos hęreticos hęc dicta sufficiãt

Deu. 23

Secunda hæresis est omnino præcedenti opposita,q̃m omnem coitum damnat, dicens omnem coitum esse illicitum. Et de hac sententia inter plures hæreticos conuenit.Verum de hac re inferius agemus in titulo de nuptijs,ubi probabimus deo duce nuptias esse licitas,& à deo probatas.

Tertia hæresis docet carnalem coitum urẽte carnis libidine non esse peccatum, sed bene osculum: quia(ut dicunt)ad hoc non inclinat natura, ad illũ autem est naturalis quædam instigatio. Et hæc est una ex hæresibus quas Beguinæ & Begardi asseruerunt. Hic autem error duos in se complectitur. Vnus est ꝙ instigante carne carnalis coitus nō est

peccatum,

peccatum,& de hoc conuenit inter hos & Valdenſes,quos iam in prima hęreſi euicimus. Alius eſt q̃ oſculum ſit peccatū. & ſi de aliquo oſculo loquantur,uerum dicunt,quoniã oſculum per quod fit ſolicitatio ad coitum,peccatū eſt,ſicut & ipſe coitus. Omnis enim operatio,a fine ad quẽ dirigitur,ſumit denominationem,ita ut ſi finis ſit bonus,& reliqua adſint,operatio erit bona. Si finis eſt malus,operatio erit mala. Omne ergo oſculū quod ad ſolicitandam carnẽ dirigitur,peccatum eſt. Si uero de quolibet oſculo loquantur,q̃ omne tale ſit peccatū,manifeſtus eſt error,quoniã oſculum quod in ſignum pacis & ueri amoris pręſtatur,tale nõ ſolum nõ eſt peccatum,ſed potius eſt actus uirtutis,ſicut & ipſa pax cuius eſt ſignū. Chriſti enim diſcipuli ſe inuicẽ oſculantes, ſignū pacis & ueri amoris oſculo præbebant. Quapropter Iudas hoc ſignū Iudæis dederat dicens, Quẽcũq̃ oſculatus fuero,ipſe eſt,tenete. mat.27
Nam cum diſcipuli Chriſti alicunde remeabunt ad Chriſtum,oſculū ori illius in ſignum pacis infigebant. Hoc fecit & Iudas,ut tali ſigno,pderet Chriſtum. Ideo Chriſtus dixit illi, Oſculo filiũ hominis mat.27
tradis? Præterea,nec omne oſculū quod cauſſa ſolicitandæ carnis præſtatur,peccatum eſt,præcipue ſi coitus ille ad quem dirigitur,licitus eſt,ut in coniugibus cõtingit. Si enim uxor exigat a uiro ut coeat cum ea,& ut hoc debitū uxori pręſtet,uir oſculatur uxorem,ut uidelicet per hoc excitetur caro ad reddendum debitum quod aliàs reddere nõ poſſet: nõ ſolũ non eſt peccatū tale oſculū,ſed uirtutis actus, ſicut & ipſe coitus eſt actus iuſtitiæ,cum per illum uir reddat uxori quod illius eſt. Poſtremo hæc ſententia Beguinarum dãnata eſt in concilio Viẽnenſi ſub Clemente.5. celebrato: cuius concilij definitio habetur in libro Clementinarũ titulo de hæreticis, cap. ad noſtrũ,ubi condẽnantur octo Beguinarum

errores, & is de quo agimus, septimo loco annumeratur per hæc uerba. Septimo quod mulierum oscularum, cū ad hoc natura non inclinet, est mortale peccatum: actus autem carnalis, cum ad hunc natura inclinet, peccatum non est, maxime cum tentatur exercens. Hæc ibi. qui error cum alijs septē ibidem numeratis simul damnatus est.

CONFESSIO.

REs quædam ualde difficilis est confessio peccatorum, per quā peccator sacerdoti omnia peccata sua in aurem dicit, qua re nihil durius aut grauius in tota lege euangelica reperitur: ideo propter operis difficultatē, multi hæretici nec saluti suę nec saluti aliorū consulentes, conati sunt eam funditus tollere, diuersis tamē uijs id aggredi tentarunt. Primus ergo de hac re error est, qui negat eam esse a deo institutam, sed dicet sola humana cōstitutione stabilitā. Hunc errorem docuit in Hispania quidā Petrus Osmensis doctor theologiæ Salmātinus. Et hūc errorem dñs Alfonsus Carillo archiepś Toletanus & Hispaniarū primas, habito prius cū plurimis doctis uiris cōsilio, dānauit, & hęreticū declarauit authoritate Sixti. 4. tūc pōtificis max. ad hāc causam illi specialiter delegata. Quā definitionem idem Sixtus postea cōfirmauit: cuius cōfirmationē in fine huius hæresis, nec uno uerbo mutato, referemus. Hic est etiā error Lutheri: ūno ante Lutherū huic errori ansam prębuerunt aliqui iuris canonici periti. Nā glossator decreti in principio distinctionis quintæ de pœnitentia dicit q; melius est credere illam confessionē peccatorū auricularem esse institutam ex quadā uniuersalis ecclesiæ traditione, q̄s ex noui aut ueteris testamenti authoritate. Secūdus error est qui dicit non esse necessarium cōfiteri sacerdoti, sed sufficit soli deo peccata cōfiteri. Hic est error quorūdam orientalium hæreticorū qui dicūtur

Luthe.

Iacobitæ,& hos sequitur Lutherus dicens non esse necessariam hanc clancularem cõfessionem quę in aurẽ sacerdotis fit, sed sufficit si soli deo cõfiteatur. Hunc enim errorẽ ex primo deducit, uelut putrem aquã ex fonte corrupto. Nam cum afferrentur testimonia scripturæ cõfessionem peccatorũ præcipientis: interpretatus est ea de confessione quæ deo fit, quã dicit esse diuino iure præceptã, eamq; sufficientem. Tertius error dicit confessionẽ esse superfluã & inutilem si cõtritio adsit: & huius hæresis author est Ioãnes Vvitclef. Quartus error dicit non esse necessariam omnium peccatorũ examinationẽ, nec esse omnia peccata mortalia confitenda, quoniã (ut Lutherus ait) dum uolumus omnia pure cõfiteri, nihil aliud facimus, q̃ p̃ misericordię dei nihil uolumus relinquere ignoscendũ. Quintus error omnino tollit confessionẽ, & iste est error Valdensium, qui coincidit cum errore qui est Iacobitarum & Lutheri. Sextus error est dicens in confessione non confiteri gratiã qua homo iustificetur: & ita negat confessionem posse dici sacramentũ. Et hunc errorem etiam docet Lutherus. Hos oĉs errores sic ex industria cõiunxi, cautĩa prolixitatis uitandæ, quoniã testimonia quæ cõtra illos citaturi sumus, aliquãdo duos errores, aliquãdo tres eorum simul cõuincunt. ideo ne eandem authoritatẽ bis aut ter repeteremus, hos errores simul coniunximus, ut citato alicuius testimonio, in eo tũc omnia quæ cõtra errores pugnãt, annotemus. Omitto pro hac re testimonia quæ ex ueteri testamẽto afferri possunt, quoniã omnia quæ inde afferri possunt pro hac re, adeo obscura sunt, ut quãuis nostro proposito faueant, illud tamẽ apertè ostendere nequeunt. Omitto etiã illa quæ in nouo testamento sub quadã figura & sub quodã uelamine dicta sunt. Verbi gratia Christus dixit decem leprosis salutẽ ab eo petentibus: Ite, ostendite uos sa- Lu.17

Iacobitæ. Luthe.

Ioãnes Vvitclef.

Valdẽses.

cerdotibus. Et leproſo quem deſcendens de monte
Mat.8 tactu ſuæ manus purificauit, dixit, Vide, nemini di
xeris, ſed uade oſtende te ſacerdoti, & offer munus.
Ex quibus uerbis etſi ſatis cõgrue dici poſſit cõfeſ
ſionem deſignari, quoniã per lepram peccatum figu
ratur, quapropter per oſtenſionẽ lepræ ſacerdoti fa
ciendam, oſtenditur peccatorũ confeſſio ſacerdoti
facienda: & ꝙ mundatus a lepra adhuc debeat oſtẽ
di ſacerdoti, ſignificat ꝙ mũdatus a peccato per cõ
tritionem, adhuc debet oſtendere peccatorũ ſuorum
maculas remanẽtes per confeſſionẽ ſacerdoti facien
dam: hæc inquã etſi ſatis pie dicta ſint, non tamen
ſunt efficacia ad hęreticũ reuincendum: quoniã nul
lus ſenſus ſacrę ſcripturę (ut in principio huius ope
ris docuimus) efficax eſt ad fidem roborandam, &
hæreticos reuincendos, niſi ille literalis ſit. ex ſenſu
enim myſtico nunquã poteſt ſumi argumentũ effi
cax contra hæreticos. At ꝙ ille ſenſus datus ſit my
Ioã.2. ſticus in illa litera, apertiſſimũ eſt. Simile etiam eſt
illud quod Lazaro reſuſcitato Chriſtus dixit apo
ſtolis, Soluite eũ, & ſinite abire. Ex quo etiã colligi
poſſet, ꝙ peccator quãuis per gratiam a deo in cõ
tritione collatã ſit a morte peccati ſuſcitatus, nihi
lominus ligatus ſacerdoti traditur, ut abſoluatur a
uinculo quo tenetur ad certam pœnam pro peccati
ſatisfactione ſoluẽdam. Hæc certe pia ſunt, & mul
tum eccleſiæ catholicæ fidẽ iuuant: ſed quia nõ tam
aperta ſunt, ideo non ſunt adeo efficacia ut oporte
ret. Quod ex toto ſacro inſtrumẽto (mea quidẽ ſen
tentia) efficacius & fortius poteſt afferri, eſt illud
uerbum quod Chriſtus poſt reſurrectionẽ ſuam di
Ioã.20 ſcipulis dixit, Accipite ſpiritum ſanctum. quorũ re
miſeritis peccata, remittuntur eis. & quorũ retinue
ritis, retenta ſunt. Quæ uerba ſubtili ſunt examine
diſcutienda, quoniã multa ex illis uerbis nobis ſuf
fragantia colligere poſſumus. Primo ergo dicitur,

quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Quibus uerbis iuxta sententiã omnium sacrorum doctorum potestatẽ dedit sacerdotibus absoluẽdi homines a peccatis. At sacerdotes non possunt peccata remittere, nisi prius ea cognouerint: quoniã qui sententiam de re aliqua laturus est, oportet ut plene rem eandẽ prius agnoscat, sicut sapiens ait, Qui iudicat quæ nouit, iudex iustitiæ est. Peccata autem Pro.12
aliorum, maxime quæ secreto, & intra cordis latebras cõmissa sunt, sacerdotes non possunt agnoscere, nisi ipsimet peccatores sacerdotibus peccata sua reuelent. Qui ergo sacerdotibus potestatẽ remittendi peccata dedit, illis eisdẽ uerbis peccatorib⁹ obligationẽ cõfitendi sua peccata iniãxit. Verũ huic argumentationi fortasse respõdebit quispiã, ꝙ ex uerbis saluatoris solum haberi potest confessionẽ esse sub consilio tanꝯ bonum quoddã opus, & ad salutem maxime cõducens: qua confessione facta, sacerdotes habent potestatẽ absoluendi, sibi per illa uerba a Christo collatam. Sed hæc respõsio facilè reꝟcitur per id quod post illa uerba ĩmediate subiungitur, Quorum retinueritis, retenta sunt. Nihil certe aliud est sacerdotes retinere peccata, nisi non remittere. Sensus ergo literę est, Quorum non remiseritis peccata, illa non sunt remissa. Si ergo ad hoc ut peccata sunt remissa, oportet ut ea sacerdos remittat: ergo ad hoc ut peccata sint remissa, oportet etiam ut peccator illa sacerdoti manifestet. Quòd si iterũ forte quis dicat ex illis uerbis non haberi necessitatem confessionis clancularię, quæ nunc in aurẽ sacerdotis fit: de hac re non contendo, modo concedant ex illis uerbis haberi necessitatem cõfessionis, siue illa clancularia sit, siue publica: quoniam (ut late aduersus Lutherũ disputat Iacobus Latomus) in utraꝯ earum potest consistere sacramentum pœnitentiæ. Non est enim sic de necessitate sacramenti pœniten

tiæ, & confessio fiat secrete, ut si publice fieret, non esset sacramentum: quãuis male ageret qui publicè confiteretur, nisi aliqua particulari iusta caussa urgente. Præterea ex illis uerbis, Quorum remiseritis peccata, remissa erunt, conuincitur gratiam per absolutionẽ sacerdotis infundi a deo. Sacerdote enim remittente ministerialiter, deus uere peccata tunc remittit. At cum peccatorum remissio nunquam sine gratia gratum faciente habeatur: sequitur ut quoties sacerdos pœnitẽtem a peccatis absoluit, toties Deus gratiam infundat. Quòd si per illam gratia infunditur a Deo, sequitur eam recte dici posse sacramentum, quia post uerba sensibilia significantia absolutionem peccatorum, si peccator obicem non ponat, efficaciter sequitur gratiæ infusio. Ex his ergo uerbis multa colligimus, uidelicet cõfessionem esse necessariam, contra Valdenses: eamq; non debere fieri soli Deo, sed etiam sacerdoti qui absoluturus est pœnitentem a peccatis, & hoc contra Iacobitas. Habemus etiam per cõfessionem infundi gratiam, & ita esse sacramentum, & hoc contra Lutherum. Rursum si confessio sola humana inuentione est introducta, & non præcepto diuino, ostendant qui hoc dicunt, illam primæuam ecclesiæ institutionem: quam cum non sciant nec possint ostendere, oportet ut fateantur illam esse a Deo. sicut enim isti exigunt a nobis apertum scripturæ testimonium, quo probemus confessionem fuisse a Deo institutam: sic nos exigimus ab eis apertam & ueracem historiam, qua doceãt primam ecclesiæ institutionem de confessione facienda. Nos pro nostra fide protulimus testimonium ex euãgelio Ioãnis. Ipsi autem ut doceant fuisse ab ecclesia institutam, nunquam ostendent primam ecclesiæ institutionem. Quòd si quis dicat eam fuisse institutam in concilio Lateranensi, in quo facta est Decretalis illa nimis uulgata

quæ incipit, Omnis utriusq; sexus hoc si ad confessionem annuatim faciendam referatur, facilè crediderim, quoniã ante illam Decretalem nescio an fuissent homines obligati ad cõfessionem quolibet anno faciendam. Sed si de confessione simpliciter dicatur eam cœpisse in ecclesia a tempore illius concilij: constat illud esse falsum, quoniam Innocentius Papa huius nominis tertius, sub quo illud concilium Lateranense celebratum est, & decretalis illa edita (ut Platina ait) adeptus est summum pontificatum circa annum domini. M C C. ante quem per multas annorũ centurias fuere Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, & alij plures, qui dicunt confessionem esse necessariam: & constat eam tempore apostolorum fuisse exercitam. In actis siquidem Apostolo- Act. 19
rum dicitur, Multi credentium ueniebant confitentes & annunciantes actus suos. Deinde ecclesia catholica errare non potest in his quæ ad fidem & bonos mores spectant. At cõcors omnium sacrorum doctorum de aliqua re sententia (ut in principio huius operis docuimus) manifeste ostendit eã esse mẽtem & definitionem ecclesiæ: quoniam cum plures fuerint doctores sanctitate perinde ac scientia præcellentes diuersis tẽporibus diuersisq; locis existentes qui eidem sententiæ subscripsere, quorũ sententiam nunquã ecclesia damnauit, sed ad eorum assertionem tacuit, quæ nunquã ad hæreses damnandas tacere solet, cõuincitur inde illam sententiã cui omnes doctores subscribunt, esse ueram ecclesiæ catholicæ mentem, & ueram fidem. Cum ergo omnium sacrorum doctorũ sit concors sententia confessionẽ omnium peccatorum mortalium de quibus peccator recordatur, esse necessariò sacerdoti faciendam, & sine ea saluari non posse, eamq; a Christo esse institutam: cõstat inde hanc esse catholicæ ecclesiæ fidem, cõfessionem uidelicet peccatorum esse diuinò

præcepto & nō humano introductam. Horum autem ſacrorum doctorum aliqua pauca teſtimonia afferam ex quibus hoc perſpicuum euadet. Omitto in hac re Bernardum, Hugonem de ſancto Victore, & Richardum, Bedam, Rabanum, Iſidorum, atq; etiam Gregorium, quoniā horum notiſſima ſunt teſtimonia. Ad uetuſtiores accedo. Leo papa huius nominis primus, in epiſtola ad Theodorum epiſcopum Foroliuiēſem, quę eſt in ordine. 69. ſic ait, Multiplex miſericordia dei ita lapſibus ſubuenit humanis, ut non ſolum per baptiſmi gratiam, ſed etiā per pœnitentiæ medicinam ſpes uitæ reparetur æternę, & qui regenerationis dona uiolaſſent, proprio ſe iudicio cōdemnantes, ad remiſſionem criminum peruenirent. Sic diuinæ bonitatis præſidijs ordinatis, ut indulgentia dei niſi ſupplicatione ſacerdotū nequeat obtineri. Mediator enim dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, hanc præpoſitis eccleſiæ tradidit poteſtatem, ut & confitentibus actionem pœnitentiæ darent, & ſalubri ſatisfactione purgatos, ad cōmunionem ſacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent: cui utique operi ipſe Saluator interuenit, nec unquam ab his abeſt quæ miniſtris exequenda cōmiſit. dicens, Ego uobiſcum ſum uſq; ad conſummationē ſeculi. ut ſi quid per ſeruitutem noſtram bono ordine & gratulando impletur affectu, non ambigamus per ſpiritū ſanctum fuiſſe donatū. Hæc Leo Papa. In quibus uerbis multa ſunt notatu digna quæ noſtro propoſito deſeruiunt. Cū enim dixit diuinæ bonitatis præſidijs ordinatis, innuit nō eſſe humana cōſtitutione introductā, ſed diuino iure ordinatā. Cum uero ait ueniam nō poſſe aliter haberi niſi ſupplicatione ſacerdotum, oſtendit confeſſionis neceſſitatem. Dicens autem Deum ſemper aſſiſtere abſolutioni & miniſterio ſacerdotum, ſatis aperte declarauit huius ſacramēti effica-

Leo papa.

mat. 28

etiam. Augustinus in lib. 50. homiliarū homilia. 49. sic ait, Qui post uxores uestras uos illicito concubitu maculastis, si præter uxores uestras cū aliqua concubuistis, agite pœnitentiam, qualis agitur in ecclesia, ut oret pro uobis ecclesia. Nemo sibi dicat, occulte ago, apud deum ago: nouit deus, qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine caussa dictum est, Quæ solueritis in terra, soluta erunt in cęlo? Ergo sine caussa sunt datæ claues ecclesiæ dei? frustramus euāgelium dei? frustramus uerba Christi? promittimus nobis quod ille neget? nonne nos decipimus? Hæc Augustinus. Quibus uerbis aperte dicit esse necessariam sacerdotis absolutionē, & non sufficere ut secretò deo confiteatur pœnitens. Quòd si necessaria est sacerdotis absolutio, ergo necessaria est peccatoris confessio, quia sacerdos absoluere nō potest peccata quæ non nouit. Et cum in pluribus alijs locis hoc idem dicat, expressius tamen super Ioannem tractatu. 49. eandem sententiam explicat. Videat qui uolet. Satis etenim mihi est, qui breuitatem tenere promisi, ut lectorem admonuerim. Hieronymus exponens illud Ecclesiast. 10. Si mordeat serpens in silētio &c. sic ait. Si quem serpens diabolus occultè momorderit, & nullo conscio eum peccati ueneno infecerit, si tacuerit qui percussus est, & non egerit pœnitentiam, nec uulnus suum fratri & magistro uoluerit confiteri, magister qui linguam habet ad curandum, facilè ei prodesse non poterit. Si enim erubescat ægrotus uulnus medico confiteri, quod ignorat medicina, non curat. Hæc ibi Hieronymus. Quibus uerbis apertissime ostendit confessionis necessitatem, ut sine ea uulnus peccati curari non possit. Ambrosius lib. primo de pœnitentia cap. 7. disputans aduersus Nouatianos negantes pœnitentiam posse peccātibus proficere, sic ait, Cur baptizatis, si per hominem peccata dimitti nō

mat. 18

Ambr.

licet? In baptismo utiq; remissio omnium peccatorũ est. Quid interest utrum per pœnitentiam, an per lauacrum, hoc ius sibi datum sacerdotes uendicent? Vnum in utroq; ministerium est. Sed dices quia in lauacro operatur mysterio; gratia. Quid in pœnitentia? nonne dei nomen operatur? Quid ergo? Vbi uultis, uendicatis uobis dei gratiam, ubi uultis repudiatis? Hęc Ambrosius. In quibus uerbis beatus Ambrosius clarissime docet, in pœnitentia perinde ac in baptismo gratiam per sacerdotũ ministerium conferri. Nunq; autem per ministerium sacerdotũ pœnitentia cõpletur, nisi cũ peccatorem sua peccata cõfitentem sacerdos absoluit. Ergo per pœnitentiæ sacramentum, hoc est per cõfessionem, homo recipit gratiam: cuius oppositum dicit Lutherus in sexto errore suprà nominato. Huius autẽ sacramenti necessitatem docet idẽ Ambrosius lib. ii. de pœnitentia cap. vñ. cuius uerba causſa prolixitatis uitãdę relinquo, satis putans lectorem dirigere. Beatus Cyprianus sermo. v. de lapsis, loquens de illis qui corde solum peccauerunt, sic ait, Hi q̃uis nullo sacrificiũ aut libelli facinore constricti sunt, qm̃ tamẽ de hoc uel cogitauerunt, hoc ipsum apud sacerdotes dei dolenter & simpliciter confiteantur, exomologesin conscientiæ suæ faciant, animi sui pondus exponant, salutarem medelam paruis licet & modicis uulneribus exquirant. Et parum infra. Confiteantur singuli. quæso uos fratres, delictum suum, dum adhuc qui deliquit, in seculo est, dum admitti eius confessio potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes, apud dñm grata est. Hęc Cyprianus. Ex his Cypriani uerbis duo colligimus. Vnũ, q̃ uidelicet confessio facienda est apud sacerdotes dei, & non solum coram deo. Alterum, q̃ illa nõ sit facienda solùm de publicis, sed etiam de occultis quæ intra cordis latebras cõmissa sunt. Cuius op-

Cyprianus.

positum docet Lutherus. De alijs autem occultis peccatis, quæ sic occulta sunt, ut ipsum peccatorē lateant, uel quia eorū non recordatur, uel quia firmiter credit, excusabili ignorantia, nō esse peccata. de his inquam non disputamus q̄ ea confitenda sint. Nullus enim fuit unquam tam demens, ut putaret illa etiam sacerdoti in aurem fore narranda, quorū pœnitens nō recordatur. Quod uero Lutherus pro se adducit, dicens non oportere omnia confiteri, qa (ut dicit) sic facientes nihil relinquunt misericordię dei ignoscendum: tale est ac si diceret non oportere etiam laborare ut omnia opera nostra bona & bene facta sint, quum sic facientes multo minus uelint aliquid relinquere misericordiæ dei ignoscendum: quapropter illo argumento Lutherus etiam persuaderet hominibus ut nolint omnia bene operari. Adde q̄ etiam si omnia confiteantur peccatores, adhuc omnia relinquunt misericordiæ dei ignoscenda: quoniam etsi peccatores omnia confiteantur peccata, īmēsam tamen exercet misericordiam deus, cum omnia remittat: cum etiam si omnia opera quantumlibet exacte fecerimus, magnam nobis exhibet misericordiam cum ea ad uitam acceptat æternam: qm̄ non sunt condignæ passiones huius seculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Sed ne ex solis doctoribus latinis testimonia sumpsisse uideamur, operæpreciū erit aliquorum Græcorū testimonia proferre. Cyrillus lib. iii. super Leuiticum exponens illud, Si peccauerit unum aliquid de istis, pronunciet peccatum quod peccauit sic ait, Est aliquod in hoc mirabile secretū, q̄ iubet pronunciare peccatū. Etenim cuiusuis generis pronuncianda sunt & in publicum proferenda cuncta quæ gerimus: si quid in occulto gerimus, si quid in sermone solo, uel etiam intra cogitationum secreta cōmisimus, cuncta necesse est publicari, cūcta pro-

Rom. 7

Cyrillus.

ferri. Proferri autem à nobis, aut ab illo qui accûsator peccati est & incentor. Hæc Cyrillus. Vides hic qualiter omnia proferri iubet, & nullum celari permittit, si uolumus diaboli accusationem euadere.

Chrysostomus

Chrysostomus homilia. 3. super Matthæũ loquens de illis qui baptizabantur à Ioanne cõfitentes peccata sua, sic ait, Cõfessio peccatorũ, est testimonium conscientiq timentis deum. Qui enim timet iudiciũ dei, peccata sua non erubescit confiteri. Qui autem erubescit, non timet. Perfectus enim timor soluit omnem pudorem. Illic enim turpitudo cõfessionis aspicitur, ubi futuri iudicij pœna nõ creditur. Nunquid nescimus quia confessio peccatorũ habet pudorem, & quia hoc ipsum erubescere pœna est grauissima? Sed ideo magis iubet deus cõfiteri peccata nostra, ut uerecundiam patiamur pro pœna. Nam & hoc ipsum pars est iudicij. Hæc Chrysostomus. In quibus uerbis hoc aduertere oportet, quod dicit iussisse deum ut confiteamur peccata nostra, ut uel sic uerecundiam patiamur tanq̃ pœnam pro peccatis nostris susceptam. quę uerba nullatenus ad cõfessionem quæ soli deo fit, referri possunt. Plura certe de hac re afferre possem sacrorũ doctorũ testimonia, uerùm ne nimia prolixitate grauarem lectorẽ, omitto. Sed inter tam multa testimonia uel unum esse debet (mea quidem sententia) efficacissimum, q̃ nulla humana authoritate populus unq̃ potuisset adduci, ut occultissima scelera, quorũ tacitam conscientiam horrebant, in alienas aures, tanto cũ pudore, tanto cũ periculo, sine ulla cunctatione effunderet. Nec simile est uerò fieri potuisse ut tot p̃sbyteri promiscuæ multitudinis confessiones audientes, secretum seruarent, etiam hi qui aliàs nihil continere possunt, nisi deus ipse qui sacramẽtum instituit, rem tam salubrem speciali gratia defenderet. Confessio ergo peccatorũ quę sacerdoti fit, est à deo

instituta: in qua omnia sunt peccata reuelãda, quorum pœnitens recordatur: quibus reuelatis in confessione, & data à sacerdote absolutione, pœnitenti deus peccata dimittit, & gratiã infundit: q̃ omnia diuersis testimoniis probata iam sunt. Sed de institutione confessionis q̃ illa sit à deo, testatur Sixtus quartus pontifex maximus, qui de hac re definiuit per hæc uerba quæ nunc subiũciuntur.

Extrauagans Sixti quarti.

SIxtus episcopus seruus seruorum dei, Ad perpetuam rei memoriam. Licet ea q̃ de nostro mandato rite fiant, plenam obtineant roboris firmitatẽ: tamen illis interdum nostri muniminis robur adiũcimus: ut eo firmius illibata persistant, quo magis nostro fuerint præsidio cõmunita. Dudum siquidẽ ad audientiam nostram deducto, q̃ a modico tunc decurso tempore citra in Hispaniarũ regnis, & præsertim in uniuersitate studij Salmanticẽsis, fuerant & adhuc erant nõnulli iniquitatis filij, qui quasdã falsas, sanctæ catholicæ fidei contrarias, erroneas, scandalosas & male sonantes propositiones, præsertim circa peccatorũ confessionem, & ecclesiastica sacramenta in studio huiusmodi, & in frequentissimo hominum cœtu ueras esse publice affirmare, & pertinacissime sustentare, ac defendere: apertissimas sacræ scripturæ auctoritates eorum erroribus repugnantes, earum rectũ, clarum & apertũ sensum salsis eorum interpretationibus impudẽter uiolando refellere: huiusmodi quoq; eorũ falsa dogmata manifestè hæreticæ prauitatis labem continentia in aliorum mentes inserere, & simpliciũ animas illaqueare: & ut illa in plurium notitiam peruenirent, & ut in perpetuũ de illis memoria haberetur, libros cõponere, & in publicũ, ut illos legendi omnibus esset facultas, tradere præsumpserant eatenus, & præsumebant: Nos tunc uenerabili fratri nr̃o Alphonso Archiepiscopo Toletano per alias nostras litę-

ras commisimus, ut assumptis secum aliquibus in Theologia magistris, & alijs uiris literatis (uocatis his qui propositiones ipsas ueras esse affirmare nisi erant, & nitebãtur in dies: & auditis quę ipsi pro illarum ueritate, & alij Christifideles ad dilucidandam earum falsitatem deducere uellent) an quæ in propositionibus huiusmodi cõtinebantur, falsa, & fidei p̃fatæ contraria, erronea, & male sonantia existerent, auctoritate nostra declararet, & decideret: & declaratione huiusmodi facta, illos quos in prę-missis culpabiles esse reperiret, si iuxta sanctorũ patrum instituta & canonicas sanctiones se emendare, & depositis de cordibus eorũ totaliter erroribus prędictis, ad ecclesiæ unitatem, hæretica labe huiusmodi abiurata, redire, & iuxta declarationẽ suam tales propositiones esse scandalosas, falsas, & hæreticas, ac male sonantes fateri, & desuper confectum librum huiusmodi retractare, & cum effectu refutare recusarent, & in illis, eorumq; erroribus pertinaciter insistere uellent: hæreticos, ac cẽsuris & pœnis in tales à iure promulgatis irretitos esse decerneret; plena sibi desuper auctoritate cõcessa, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Postmodum uerò sicut accepimus, prędictus archiepiscopus ad executionem dictarum literarũ, earũ forma seruata rite procedens, dilectos filios Petrũ de Prexanoo, & Petrũ de Ocãna, ac Petrũ de Caloca, necnon Didacũ de Betõno, Martinũ quoq; Alfonsum Delatorre, magistros, & Petrũ Didaci de Cõstana, ac Ioannẽ de Quintanapalla, licentiatos in theologia: nenon Tellium de Buẽdia Toletanũ, & Vascũ de ribera, de Talauera, in eadem ecclesia archidiaconos, Thomã de Cuenca, & Ioannem de Medina decretorũ doctores: ac Garsiam Fernãdi de Alcala, in eisdẽ decretis licentiatum, & alios quamplures magistros in Theologia: ac doctores & licentiatos in

eisdē decretis: alios quoq; quāplurimos doctos & literatos uiros ex diuersis regnorū prædictorū locis: pariter & dilectū filium Petrū de Osma propositionum prædictarū auctorē, eiusq; sequaces, coram se ad suum oppidum de Alcala Toletanensis diocesis euocari fecit: ac dicto Petro de Osma & sequacibus minime comparentibus, debito tempore expectatis: matura super omnibus propositionibus prędictis deliberatione præhabita, de unanimi consilio & assensu magistrorum & prædictorum doctorum declarauit illas propositiones, per quas Petrus de Osma, & eius sequaces prædicti pertinaciter affirmare non uerebantur, confessionem peccatorum in specie, ex uniuersalis ecclesiæ statuto, non diuino iure compertam fore: & peccata mortalia, quo ad culpam, & pœnam alterius seculi, absque confessione, sola cordis contritione: prauas uerò cogitationes sola displicentia deleri: & q̄ confessio secreta sit, necessariò non exigi: & non peracta pœnitentia confitentes absolui non debere: & Romanū pōtificem purgatorij pœnam remittere, & super his quæ uniuersalis ecclesia statuit, dispensare nō posse: sacramentum quoque pœnitentiæ quantum ad collationem gratiæ, naturæ, non autem institutionis noui, aut ueteris testamenti existere: & alias quas propter earum enormitatem, ut illi qui de eis notitiam habent, obliuiscantur earum: & qui de eis notitiam non habent, ex præsentibus non instruantur in eis, silentio prætermittendas ducimus: falsas, sanctæ fidei catholicæ contrarias, erroneas, & scandalosas, ac à fidei ueritate alienas, ac sanctorū patrū decretis & apostolicis constitutionibus contrarias fore, manifestam hæresim continere, dictarū literarum & per illas sibi concessę facultatis uigore declarauit: & pro talibus haberi & reputari debere decreuit: prout in quibusdam authenticis scriptu-

ris desuper cõfectis plenius continetur. Et demum (præmissis sic ut præfertur gestis, & propositis in consistorio coram nobis) nos dilectis filijs nostris Stephano tituli sanctæ Mariæ in transtiberim: & Ioanni tituli sanctæ Praxedis presbyteris cardinalibus, ut de præmissis gestis per ipsum archiepiscopum, diligenter se informarent: & quæ inuenirent, nobis & alijs fratribus nostris sanctæ Romanę ecclesiæ cardinalibus referrent: qui tam zelo fidei, q̃ ut nostris parerent mandatis, onus huiusmodi prõpta uoluntate suscipientes, cuncta diligenter rimarunt: & quę inuenerunt, nobis & alijs fratribus nostris memoratis fideliter retulerunt: propositiones præfatas erroneas fore pluribus authoritatibus & rationibus, præter illas quas in archiepiscopi processibus inuenerunt, etiam demonstrantes zelo fidei memoratæ. Nos igitur, ad quem spectat errores huiusmodi extirpare (habita corundem sanctæ Mariæ in transtiberim & sanctæ Praxedis Cardinaliũ relatione prędicta) ipsius archiepiscopi solertiam & diligentiam in pręmissis plurimum in dño cõmendantes, ex certa nostra scientia archiepiscopi declarationem, & decretũ huiusmodi, & prout illa concernunt, omnia & singula in scripturis p̃dictis Archiepiscopi super p̃missis cõfectis contenta, auctoritate apostolica, tenore prę̃sentium, de eorundẽ referentium & aliorũ fratrum nostrorũ una cum consilio & assensu, laudamus, confirmamus, & approbamus, ac p̃sentis scripti patrocinio cõmunimus: supplentes omnes & singulos defectus, si qui forsan interuenerunt in eisdẽ. Et nihilominus pro potioris cautelæ suffragio omnes & singulas propositiones p̃dictas, falsas, sanctæ catholicæ fidei contrarias, erroneas & scandalosas, & ab euangelica ueritate penitus alienas, sanctorũ quoq; patrum decretis, & alijs apostolicis constitutionibus contrarias

fore,

sore, ac manifestam hæresim continere, dicta auctoritate declaramus. Præfato quoque archiepiscopo scientia & auctoritate prædictis committimus & mandamus, ut contra dicti Petri de Osma sequaces prædictos, si huiusmodi hæresim, in quam prolapsi sunt, abiurare, & eundem Petrum prout errantem secuti sunt, errores suos abiurantem & se emendantem sequi recusauerint, aut malitiose distulerint, iuxta prædictarum aliarum nostrarum literarum continentiam, tanquam hæreticos procedere non omittat. Et ut gesta per eum probe & laudabiliter zelo fidei de mandato nostro, & per nos meritò approbata, ad omnium incolarum illarum partium notitiam facilius perueniant: qua habita possint seipsos ne in prædictos prolabantur errores, liberius custodire, præsentes nostras literas cum processu per eum habito, ac dicti Petri abiurationem, singulis illarum partium episcopis significare non omittat: qui post significationem eandem, clero & populo suarum ciuitatum & diœcesum ea publicari procurent: & generaliter omnia faciat, quę pro huiusmodi hæresis extirpatione necessaria fuerint, seu ei quomodolibet opportuna uidebuntur, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis quæ in dictis literis uoluimus non obstare, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Nulli ergo omnino hominum liceat &c.

Quòd uerò confessio sit necessaria etiam si contritio adsit, præter testimonia adducta testatur Concilij Constantiensis definitio. In quo Concilio, sessione octaua dānati sunt. 45. articuli Ioannis Vuitclef: & inter cęteros is unus septimo loco assignatur, sub his uerbis. Si homo debite fuerit contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua & inanis. Quæ sententia simul cum alijs ibidem condemnata est. De hac materia confessionis contra

Concilij Cōstantiēse.

Lutherum scripsit Ioannes Roffensis episcopus in eo opere quod contra Lutheri captiuitatem Babylonicam edidit. Scripsit etiam satis diffuse Iacobus Latomus in eo opere quod pro assertione determinationis facultatis Louanensis contra Lutherum composuit. Scripsit etiam frater Caspar Sagerus ordinis minorum. Alios autem, qui multi referuntur, non uidi.

Alius est error ad hanc rem quodammodo spectans, qui dicit omnes homines cuiuscunq; conditionis fuerint, posse audire confessiones, & pœnitentes absoluere. Hic error est Martini Lutheri dicentis omnes Christianos esse sacerdotes. Verum de hoc errore inferius disputabimus in titulo de sacerdotibus, ubi (deo duce) probabimus nõ omnes Christianos esse sacerdotes.

Lutherus.

CONFIRMATIO.

Græci. HAeresis Græcorum est (ut ait Guido) confirmationem non esse sacramentum. Frater Bernardus de Lutzemburgo in suo catalogo hæreticorum de Græcis loquens, dicit eos sacramentum confirmationis paruulis statim post baptismum conferre, & hoc per simplices sacerdotes. Itaq; hi duo contraria uidentur Græcis tribuere, & nescio utri eorũ credam. Vt autem ingenue uerum dicam, nulli istorum in hac re fido, quoniam neutrum uideo exacte rem inuestigasse, sicut ex alijs pluribus conijcere licet. Siue ergo hoc Græci teneant siue illud, hoc certum est Valdenses hunc errorem docuisse, quanuis Guido de eorum erroribus differens, nũquam hoc illis tribuat. Tamen Aeneas Syluius, qui postea summus pontifex effectus, & Pius secũdus dictus est, in libro de origine Bohemorũ capite tricesimo quinto errores Valdensium recensens, hunc inter alios illis impingit. Post istos Ioãnes Vuitclef Valdensium instaurans sectam, dixit confirmationem

Valdẽses.

Ioãnes vuitclef

posse à quolibet presbytero dari: non tamen (quod sciam) negauit confirmationis sacramentum, quoniam Thomas Valden, qui diligentissime huius errores perscrutatus est, in suo primo tomo doctrinalis fidei libro secundo capite quinquagesimo septimo solum hoc impingit Vuitclefo, quòd uidelicet dixerit confirmationem conferri posse à quocunq; sacerdote, & quòd sola lucri temporalis cupiditate est reseruatum episcopis. Martinus Lutherus dogmata sua à lacubus putridis & infectis (ut solet) hauriens, Valdensibus consentit, dicens confirmationem neque esse sacramentum, neque gratiam cõferre, sed esse meram ceremoniam, & ritum quendam. Vt autem hoc esse falsum conuincamus, memores esse oportet illius quod in principio huius operis suprà docuimus: multa uidelicet esse fide tenenda etiam si per scripturas sacras expresse probari non possint. Deinde ne in posterum de nomine solum contendamus, hoc prius admonere oportet, ut quæ à recentioribus scriptoribus confirmatio uocatur, illa eadem sit quæ ab antiquis & uetustioribus uocatur consignatio. Veteres siquidem ex ritu & ceremonia quæ in illius sacramenti collatione obseruatur, consignationem appellauere, eò quòd chrismate, hoc est oleo consecrato, episcopus hoc sacramentum conferens, frontem pueri iam baptizati unxit, facto super frontem ex eodem chrismate signo crucis, quo tanquam ualidissimo & impenetrabili scuto muniatur aduersus dæmonis iacula. At recentiores ad effectum ipsius sacramenti aspicientes, confirmationem appellauere, quoniam in hoc sacramento donatur gratia per quam fortior quilibet & firmior esse ualeat ad pugnam cum dæmone sustinendam: & ideo meritò confirmatio dicitur, quia per illam firmior efficitur. His ergo suppositis, facilè probabimus

Lutherus.

confirmationē esse sacramentū conferens gratiam,
Act. 8. qđ à solis episcopis ministrari potest. In actis Apostolorū legimus q̄ cum apostoli qui erant Hierosolymis, audissent quia recepit Samaria uerbum dei per p̄dicationem Philippi diaconi, miserunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cum uenissent, orauerunt pro ipsis ut acciperent spiritum sanctum. Nōdum enim in quenq̄ illorum uenerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritū sanctum. Ecce hic uides ad impositionem manuū apostolicarū spiritum sanctū super iam baptizatos descendisse. Vnde conuincitur confirmationis sacramentum gratiam suscipientibus cōferre, quoniam hoc modo per impositionem manuū orationi coniunctam apostoli tunc conferebant confirmationē, sicut illum locum plures sacri doctores & uetustissimi interpretantur: & summi pontifices sancti simul & docti, & antiquitate reuerendi, sic illum locum declarant: & concilij generalis definitio de cōfirmatione locum illum esse intelligēdum decernit. quę omnia mox subijciemus. At (sicut in principio huius operis docuimus) ille pro uero & indubitato sacræ scripturæ sensu recipiendus est, quem ecclesia nobis pro uero sensu scripturæ dederit. Nam sicut ad eam spectat scripturas sacras à prophanis distinguere, ita ad eam spectat uerum scripturæ sensum a falso separare. Cum ergo ecclesia nos doceat illum scripturæ locum de confirmatione aut frontis consignatione esse intelligendum, non est q̄ amplius de illo dubitemus. In illo autem loco apertissime dicitur per manuum impositionem spiritum sanctum conferri: ergo per confirmationem præstatur gratia nouiter confirmato. Quòd autem in illo loco Actorum Apostolicorū nulla fit mentio de unctione chrismatis, sed de sola manuū impositione

nihil mouere debet, quoniam etsi hoc ibi subticeatur, nihilominus tamen certum est Christum ita instituisse ut confirmandus chrismate ungeretur, & Apostolos ita feciſſe ut Christus illis præceperat. Nam Fabianus papa & martyr in epistola ad Orie- Fabia-
tales episcopos, reprehendens eos episcopos, q̃ non nus pa
quolibet anno in feria quinta, quæ dicitur esse in pa.
cœna domini, conficiebant chrisma, sed chrismate duorum aut trium annorum sæpenumero utebantur, sic ait: Errant enim qui talia excogitant, & mẽte uæsana potius q̃ recta sentiunt. In illa enim die dominus Iesus postquam cœnauit cum discipulis suis, & lauit eorum pedes: sicut à sanctis Apostolis p̃decessores nostri acceperunt, nobisq́ reliquerunt, chrisma conficere docuit. ipsa enim lauatio pedum nostrorum significat baptismum, quando sancti chrismatis unctione perficitur, atque confirmatur. Hæc Fabianus papa. Quem Lutherus nec uelut recentem aut trecentenarium (ut solet) reijcere potest, quoniam ante mille & fermè trecentos annos sub Decio Imperatore martyrio coronatus est. Prẽterea in eodem libro Actor̃ Apostolicor̃ reperimus iterum à beato Paulo simile quid fuisse factum. Hic AA. 19.
enim cum discipulos quosdã solo Ioãnis baptismate baptizatos reperisset, illos uero baptismo in nomine Iesu baptizauit, quo facto imposuit illis manus, & uenit spiritus sanctus super eos, & loquebãtur linguis, & prophetabant. Ecce iterum uides gratiam per manuum impositionem dari. Quod si gratia infallibiliter ibidem confertur sub aliquo signo sensibili exterius apparente nil obstat quin sacramẽtum dicatur. Sed hic unum aduerte, q̃ nunq̃ illa manuum impositio facta est nisi per solos Apostolos, & nunq̃ reperietur ab alijs discipulis facta: unde sacri & uetusti doctores colligunt hoc sacramentum non posse ab alijs q̃ ab episcopis confer-

ri, quoniam episcopi succedunt Apostolis, reliqui uero presbyteri repręsentant discipulos, & illis succedunt. Hoc autem testimonijs sacrorum doctorũ & uetustorum comprobare oportet. Damasus papa in epistola de coepiscopis sic ait, Quòd autẽ solis Apostolis eorumq; successoribus propriũ sit officiũ tradere spiritum sanctum, liber Actorum Apostolorum docet, præsertim cum nullus ex septuaginta discipulis, quorum isti (de presbyteris loquitur) in ecclesia speciem gerunt, legatur donũ sancti spiritus per manus impositionem (ut p̃dictum est) tradidisse. Hæc Damasus papa doctus simul & sanctus, qui ante mille & plus q̃ centum annos obijt.

Damasus papa

Innocentius papa homo eiusdem farinæ cũ Damaso, quoniã sanctus & doctus fuit, in epistola ad Decentium Egubinũ episcopum cap. tertio sic ait, De consignandis uerò infantibus manifestum est ab alio fieri q̃ ab episcopo non licere. Nam presbyteri licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Hæc autem pontificibus solis deberi, ut uel cõsignent, uel spiritum paracletum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, uerum illa lectio Actorum Apostolorum, quæ asserit Petrum & Ioannem esse directos qui iam baptizatis traderent spiritum. Nam presbyteris seu extra episcopum, seu præsente episcopo cum baptizant, chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab episcopo fuerit cõsecratum: non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis cũ tradunt spiritum paracletum. Hęc Innocentius. Ex istis uerbis patet confirmationem, siue consignationem conferre gratiam susципienti, & talem confirmationem non posse ab alio q̃ ab episcopo conferri. & dicit id esse non solum ex consuetudine ecclesiastica, sed ex lege diuina, quæ in Actis Apostolorum fundatur. Idem sub eisdem ferme uerbis qui-

Innocẽtius.

bus Damasus, dicit Leo papa huius nominis primus in epistola ad uniuersos Germaniæ & Galliæ episcopos, quæ est in ordine sexagesimasexta. uideat qui uolet, quoniam in uolumine Conciliorum generalium insertæ sunt hæ Leonis epistolæ. * Melchiades papa & martyr in epistola quadã ad Hispaniæ episcopos, expressius huius sacramẽti uirtutẽ explicat, sic inquiens· Spiritus sanctus qui super aquas baptismi salutifero descendit illapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præstat ad gratiam. Et quia in hoc mundo tota ætate victuris, interq; inuisibiles hostes & pericula gradiendum est, in baptismo regeneramur ad uitam, post baptismũ confirmamur ad pugnam. In baptismo abluimur, post baptismũ roboramur. At si continuo transituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Regeneratio perse saluat mox in pace beati seculi recipiendos: confirmatio autem armat & instruit ad agones mũdi huius, & prælia reseruandos. Qui autem post baptismum cum acquisita innocentia imaculatus peruenit ad mortem, confirmatur morte, quia non potest peccare post mortem. Hæc Melchiades papa. Deinde Eusebius papa, qui hunc Melchiadem in pontificatu præcessit, quiq; sub Diocletiano pro Christi nomine glorioſum sustinuit martyrium in Epistola tertia, quæ est ad Episcopos Tusciæ & cãpaniæ, de hac re apertius reddit testimonium, sic inquiens· Hæreticos omnes quicunq; dei gratia conuertuntur, & in sanctæ trinitatis nomine credẽtes baptizati sunt, Romanæ ecclesiæ regulam tenentes, per manus impositionem reconciliari præcipimus. Manus impositionis sacramentum magna ueneratione tenendũ est, quod ab alijs perfici nõ potest nisi a summis sacerdotibus. Nec tempore Apostolorũ ab alijs q̃ ab

ipsis apostolis, legitur aut scitur peractũ esse: neq; ab alijs (sicut iam dictum est) q̃ ab illis qui eor̃ locum tenent, unq̃ perfici potest, aut fieri debet. Nam si aliter pr̃sumptum fuerit, irritum habeatur & uacuum, nec inter ecclesiastica unq̃ reputabitur sacramenta. Hęc Eusebius papa & martyr. In q̃bus duo sunt annotanda quę nostro proposito deseruiunt. Primum quidem ait, confirmationẽ esse sacramentum, quod Lutherani negant. Deinde dicit illud nõ nisi ab Episcopis posse conferri, quod negauit Ioannes Vuitclef. Vrbanus papa & martyr Apostolor̃ temporibus uicinus in Epistola de cõmuni uita, & oblatione fidelium, ad omnes episcopos scripta sic ait. Omnes fideles per manus impositionem episcoporum, spiritum sanctum post baptismum accipere debent, ut plene Christiani inueniantur: quia cũ spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiã & constantiam dilatatur. Hęc Vrbanus papa, & martyr, qui aperte asserit per confirmationem aut manus impositionem spiritum sanctum infundi.) Clemens etiam papa & martyr, qui quartus a beato Petro fuit, in quarta epistola sua hoc dicit idẽ circa finem epistolæ. Epistolæ autem istius habẽtur in illo uolumine in quo omnium conciliorum decreta coaceruata sunt, in principio illius uoluminis. Quod autem Hieronymus in libro aduersus Lucifer ianos ait esse magis propter honorẽ sacerdotij q̃ ex legis necessitate decretum, ut solus episcopus p̃ impositionem manus spiritũ sanctum cõferat, hoc me nõ mouet, nec quenq̃ mouere debet, quoniam p̃stat credere magis Damaso & Innocentio, & alijs sanctis perinde ac doctis quos citauimus, q̃ soli Hieronymo, qui alias etiã opinatus est inter presbyterum & episcopum nullum esse ex lege diuina discrimen. Nec in hoc aliquid detrahimus Hieronymo (absit) nec propter hoc aliquid gloriæ illius

deperit, quoniam ipsemet beatus Hieronymus catholice (ut decet) sentiens, ad eundē Damasum Papam scribit, dicens se illam solā uelle tenere fidem, quā illum Romanus pontifex & uerus Petri successor docuerit. Nec etiam mouere debet factum beati Gregorij, qui scribens Ianuario episcopo, permittit ut presbyteri sacramentū confirmationis baptizatis cōferant: quoniā ut ex illa eadem epistola patet, ipse prius hoc illis presbyteris ne id facerent prohibuerat: quia tamē inde scandalum nasci cognouit, permisit ut presbyteri illud cōferrent ad scādalum & maius aliud malum euitādum. sic enim ex eadē epistola patet esse permissionē, & non concessionē. An autē male fecerit sic permittēdo uel nō, ego non disputo, nec ad me spectat, qui nunc de casibus particularibus non ago. Si tamen cogor sententiā meā prodere, credo uirum sanctū simul & doctum neq; errasse uoluisse, neq; id quod faciebat ignorasse. Sed iam opus est ut de hoc concilij definitionem audiamus. Cōcilium Ispalense secūdum, cui interfuit beatus Isidorus, recensens ea quæ presbyteris sunt interdicta, & solis episcopis reseruata, cap. 7. suorum Decretorū inter alia etiam annumerat cōfirmationem, dicens, Siquidē nec benedicere eis ecclesiam, uel altaria cōsecrare, neq; per impositiones manuū fidelibus baptizandis uel conuersis ex hæresi spiritum tradere, nec chrisma cōficere, nec chrismate baptizatorū frontem signare. Hæc concilium Ispalense. Præterea inter quadragintaquinq; articulos Ioānis Vuitclef in cōcilio Constantiensi damnatos, is unus uigesimooctauo loco cōstituitur, sub his uerbis: Confirmatio iuuenum, & clericorū ordinatio, locorum cōsecratio, reseruantur papę & episcopis, propter cupiditatē lucri tēporalis & honoris. Qui articulus cum alijs eiusdē Ioannis Vuitclef ibidem una super omnes lata sententia damnatus est.

Concilium Ispalense.

Concilium Cōstantiense

CONTRITIO.

Luthe. ECce iterum nobis occurrit Lutherus, qui prẽsto est ut omnes bene agere uolentes impediat, & a bono opere deterreat. Is enim ait, contritionẽ, & peccati detestationẽ quæ ab horrore gehẽnę incipit, esse peccatum: tantũ abest ut illã probare uelit. Vt autẽ eius insana mens omnibus pateat, uerba eius referam. Contritio (inquit) quę paratur per discussionẽ, collectionem & detestationẽ peccatorũ, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorũ grauitatẽ, multitudinẽ, fœditatẽ, amissionem æternæ beatitudinis, & acquisitionem æternæ dãnationis: hęc contritio facit hypocritam, immo magis peccatorẽ. Hæc Lutherus. Ex quibus duo colliguntur Lutheri errores. Vnus quo dãnat contritionẽ quæ oritur ex cõsideratione & odio gehennæ, & dicit talem contritionẽ esse peccatũ. Alter quo dicit nõ oportere ad parãdam uerã cõtritionẽ, discutere & colligere omnia peccata, recogitãdo grauitatem, multitudinẽ & fœditatem eorũ. Primo ergo manifeste errat damnans contritionẽ quę oritur ex consideratione & odio gehẽnæ: quoniã etsi talis peccati detestatio, quæ ex solo gehẽnę odio oritur, perfecta & meritoria non sit, non tamen ideo est mala. Nam si talis peccati detestatio mala est, aut talẽ malitiam habet ex seipsa, aut eam contrahit ex causa unde oritur, uidelicet odio gehẽnæ. Nullus est tam demẽs qui dicat talem detestationẽ peccati esse malam ex se, quoniã tunc quocunq; fine præfixo esset mala: ita ut etiã si talis detestatio fiat propter deũ, sit futura mala. Illa enĩ operatio quæ ex natura sua mala est, qualẽcũq; finem respiciat, mala erit. Quia enim uelle furari malum est, propter quẽcunq; finẽ illud fiat, semper male fiet. Cum ergo talis detestatio peccati non sit mala ex se, oportet ut sit mala, pter causam unde oritur, uidelicet propter odium

gehennæ. At odium gehennę non eſt malum. poteſt enim quis licite odiſſe gehẽnam, quoniã ad hoc ipſum inclinat natura etiam nõ uitiata. Adeo enim te naciter inhæret naturę illud gehẽnæ odium, ut prorſus gehennam diligere nequeat. Quòd ſi deteſtatio peccati ex ſe nõ eſt mala, nec odium gehẽnę ex ſe eſt malum, qui fit ut deteſtatio peccati quæ ex odio gehẽnæ oritur, ſit mala? Præterea ſi talis deteſtatio peccati ſit mala, ſequitur inde timorẽ dei ſeruilem eſſe malum, quoniã conſtat talem peccati deteſtationẽ procedere ex timore ſeruili. Verũ hoc Lutherus cõcedit, ideo hoc expugnare oportet: quo facto, de Luthero utrobiq; triũphabimus. Antecq; tamen eũ aggrediamur, oportet bene ſcire de qua re cõtra eum pugnare uelimus. Pro quo admonere expedit dupliciter cõtingere poſſe ut aliquis timore pœnæ fugiat peccatum. Fieri enim poteſt, ut quis ſic peccatũ timore pœnæ fugiat, ut ſi pœnã minime iminuere cõſpiceret, peccatum nunq; relinqueret. Et iſte quãuis peccati opus effugiat, peccandi tamẽ uolũtatem retinet. Quapropter eum qui ſic timore pœnæ peccatum deteſtatur, male agere dicimus, & in hoc non eſt uerus dei timor etiam ſeruilis, quoniã qui uerè deum timet etiã timore ſeruili, ab omni peccato declinat. unde beatus Ambro. ſermone. 15. ſuper pſal. 118. ſic ait, Carnes animę ſunt carnales cogitatiões. Configat has carnes timor dñi, & iudicioꝝ eius, & ſeruituti redigat. Quòd ſi carnes iſtæ reiciunt claues diuini timoris, haud dubie dicitur, Non permanebit ſpiritus meus in hoîbus, quoniã carnes ſunt. Niſi igitur affigãtur cruci hæ carnes, & cõfigantur clauis a timore dñi, non permanebit in his ſpiritus dei. Hæc Ambroſius. De hoc ergo timore, & de huiuſmodi peccati deteſtatione, nõ diſputamus aduerſus Lutherũ: quinimo conuenit inter nos de hac re. Aliter contingit deteſtari peccatũ timore pœnæ: ſic Gen. 6

uidelicet, ꝙ timore pœnæ, & peccati opus, & peccā di uolūtas prorsus abĳcit. Contingit enim ut quis cōsideret gehēnam, & grauissimā eius pœnā, quam maximè odit, & inde ascendat ad cōsiderationē dei, qui potest talem pœnā infligere, & sic cōsiderans ti
mat.10 met deū uelut potentē talem pœnā infligere. Et hic timor dei dicitur seruilis, qñ timetur deus propter solam eius potentiā. Et hunc ut nos habeamus, & persuadet & incitat dñs ipse qui dicit: Eum timete qui potest corpus & animā mittere in gehēnā. Deinde peccator hoc timore percussus progreditur ad considerationē peccati sui, qd causa est ut talis pœna irrogetur peccatori: quapropter cōsiderat quāta sit peccati grauitas, quāta eiusdē fœditas, quāta etiā enormitas, quæ talem exigit pœnā. Ex cōsideratione tādem huius grauitatis & fœditatis peruenit ut absolute & simpliciter sic fugiat peccatum, ꝙ nulla in eo peccādi maneat uolūtas, sic uidelicet ꝙ etsi iā pœnā nunc̄ fore infligendā certò sciret, nunc̄ peccare uellet, quoniā iā peccati enormitatē plene agnouit, ad quā tamen cognoscēdam ex cōsideratione & odio pœnæ surrexit. Talis ergo detestatio peccati, quæ (ut patuit) ex timore dei seruili oritur, & ex cō sideratione & odio gehēnę procedit, bona est. Talis etiā timor dei seruilis bonus est: imo donū est spiritus sancti: quod patet ex eo, qd proxime citauimus Ambrosii testimonio. Nisi (inquit) affigantur cruci hæ carnes, & configantur clauis a timore dñi, non permanebit in his spiritus dei. Vides hic timorē domini pertinere ad spiritū dei. Sed ꝙ de timore seruili loquatur, cōuincitur ex eo quod parū infra in fine eiusdē sermonis ait. Ille enim (inquit) dignus est qui habet Christi timorē, ut crucifigat carnale peccatū. hunc timorem sequitur charitas. Hæc ille. Ex cuius uerbis patet aliquē esse timorem dñi bonū ante charitatem, quod tamē negat Lutherus: per quē timorē

expellitur peccatum. Nec illum qui sic peccatū ex illo timore deserit, Ambrosius reprehēdit: quinimo laudat. Præterea si ille timor dei seruilis malus est, quis est ille timor qui est initiū sapientiæ? Nō certè timor filialis, quoniā iste posterior est ipsa uera sapientia, cum ex charitate oriatur, non autē charitas ab illo. Qui fit ergo ut malus sit, qui totī? boni initium est, & primus gradus ad uirtutē capessendā? Rursum, Dauid hoc timore fuit a somno peccati excitatus, neq; in hoc reprehenditur, quinimo laudat. Nā & peccatū illi dimissum est per hanc detestationē: tantū abest ut faceret magis peccatorē, ut Lutherus ait. Cū enim Nathā ꝓpheta cōminatus esset Dauid ex parte dei afflictiones & angustias pro peccato cōmisso, Dauid peccatū agnoscēs ait, Peccaui. Pſ.110. 2. re.12
Et Natham propheta statim subiunxit, Dñs quoq; transtulit peccatum tuum a te. Quòd etiam timore illo fuerit excitatus, ipsemet Dauid testatur dicens, Circūdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis cōturbauerunt me, dolores inferni circūderunt me, præoccupauerūt me laquei mortis. Deinde Esaias propheta ait, Dñe in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Sicut quæ cōcepit, cum appropinquauerit ad partum, dolēs clamat in doloribus suis, sic facti sum?. A facie tua dñe cōcepimus, & quasi parturiuimus spiritū. Et ubi nos habemus, a facie tua dñe, translatio LXX. dicit a timore tuo. & Hieronymus ait esse idem a facie tua, & a timore tuo. Propheta etiā regius peccatores ad pœnitentiā excitat, hoc timore eos cōpungens. Nisi cōuersi fueritis (inquit) gladium suū uibrauit, arcum suum tetēdit, & parauit illum. Hunc etiam timorē incutiebat peccatoribus Ioānes Baptista dicens, Genimina uiperarum, quis ostendit uobis fugere a uentura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentia. Et paulopost, Iam enim se- Pſal.17 Esa.26 Pſal.7. Luc.3.

curis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonũ excidetur, & in ignẽ mittetur. Et ut finem imponam, quoties Christus redemptor noster hunc timorẽ peccatoribus incussit? Quoties eos per hunc timorẽ ad pœnitentiam inducere voluit? Nisi pœnitentiam (inquit) egeritis, omnes simul peribitis. Per timorẽ etiam illius ultimi atq; terribilis iudicij excitat ad bonũ. Nã cum de iudicio differuisset, dixisseq; illum diẽ esse incertum, subiunxit: Vigilate ergo, quia nescitis qua hora dñs uester uẽturus sit. Vides hic aperte qualiter timore iudicij cõpungit, ut ad bene agendum perducat. Quòd si hoc malũ esset (ut Lutherus ait) Saluator ipse non tam ex animo hoc persuaderet. Parabola etiam publicani nihil aliud prætendit q̃ cõtritionem quæ per considerationẽ peccatorũ, & considerationem enormitatis eorum paratur, bonã esse. Nam de publicano illo dicit ueritas quòd descẽdit iustificatus. Verum quare iustificatus? Quia uidelicet in tẽplo orans, à longe stabat, neq; audebat oculos ad cælum leuare, sed percutiebat pectus suum dicens, Deus propitius esto mihi peccatori. Quare nõ audebat oculos ad cælum leuare? Cognoscebat certè grauitatem & multitudinem peccatorũ suorũ, & ideo indignũ se iudicabat qui propius accedere posset, aut oculos in cælũ leuare: ideo percutiebat pectus suũ dicens, Deus propitius esto mihi peccatori. Ecce uides contritionẽ huius publicani quam parauit per discussionẽ, collectionẽ & detestationẽ suorũ peccatorũ. Et per illam contritionem iustificatus est, qui antè non fuerat iustus: quoniã ipsamet ueritas ait, Amen dico uobis, descendit hic iustificatus. Verum cum ascendisset in templum oraturus, non erat iustus, sed descendit iustus. Postremo illa filij prodigi parabola ad qd aliud spectat, q̃ ut doceat nos ex odio pœnæ ad deum conuerti, talemq; Luc. 18.

conuersionem esse deo gratam? Filius siquidem ille cum omnē substantiam quā a patre acceperat, male cōsumpsisset, in tantam redactus est inopiam, ut porcos pasceret: & tanta fame premeretur, ut cuperet saturari de siliquis quas porci manducabāt: & nemo illi dabat. Ecce uides stimulū pœnæ grauis excitantē a somno peccati. Vide qualiter excitatur, quia cū fame periret, in se reuersus dixit. Quid autē fecit eum ad se reuertī? certē fames maxima quā patiebatur, fecit eū, qui extra se & patrē suum abierat in regionem longinquā uitioꝝ, ut rediret ad se & ad patrē suum, id est ad considerationē suæ fœditatis, & bonitatis paternæ. Felix necessitas, quę illum ad bene agendum compulit. Ad se ergo reuersus dixit, Quanti mercenariꝝ patris mei abundant panibus, ego autē hic fame pereo? Surgam & ibo ad patrem meum, & dicā ei, Pater peccaui in cœlū & corā te, iam non sum dignus uocari filius tuus &c. Quòd autem cōtritio huius bona fuerit, patet, quoniā receptus est a patre, & datur illi stola prima, uidelicet prima grā qua p peccatū exutus fuerat, & gaudiū fit cum eo, & meritò, quoniā magnum gaudium fit in cælo super uno peccatore pœnitentiā agente. Hic ergo filius etsi postmodū patrem diligebat, tamen initium totius suæ conuersionis, & primus gradus ad illam dilectionē fuit cognoscere suam miseram conditionē, & statum in quo erat. ad hanc autē cognitionē incitauit & impulit fames quā patiebat. Quid ergo obgānit Lutherus, & nouū uult nobis condere euāgeliū? Hęc. n. tā aperta sunt testimonia, ut eum undiq; transfigant. De hac re scripsit ante 40. annos Frater Stephanus Brulifer tractatū insignem de timore dōi seruili, aduersus quendam innominatum prædicatorē, qui tunc temporis populo prædicans, eadem docere tentauit de timore seruili, quæ nunc Lutherus docet. Scripsit etiam nunc Luc. 15

Ioānes episcopus Roffensis in eo opere quod cōtra Lutheri captiuitatē Babylonicam edidit: cui rei totum unū articulum uidelicet sextum tribuit. Iacobus Latomus in opere quod pro assertione facultatis Louaniēsis cōtra Lutherū scripsit, multo fusius q̄ Roffensis de hac re tractat. Alium autē non uidi.

CORRECTIO.

DE hac re est unus error dicens quòd populares possunt ad suum arbitrium dominos delinquētes corrigere, sed de hoc infra disputabimus in titulo de subditis.

CREATVRA.

PRima de hac re hæresis est dicens creaturas ab alio q̄ a deo esse factas. Verum hæc in plures ad huc sectas diuiditur. Quidam enim dixerūt totum hunc mūdum fuisse ab angelis factū. & huius erroris princeps fuit Simon ille Magus, de quo in actis Apostolorū fit mentio, quem secutus est Menāder illius discipulus, & Saturninus, a quo Saturniani dicti sunt. qui ait solos septē angelos fecisse mundū præter conscientiā dei patris. & Cerinthus. Alij dixerunt creaturas factas esse a malo deo. hi enim (ut infra dicemus) duos posuerunt deos. Vnum bonū, qui nihil rerū harum creauerit: alium malū, a quo omnes creaturas processisse dicunt. Huius hæresis authores fuerūt hi qui appellati sunt Gnostici. Hos secutus est impius Manichæus. Augu. tamē in lib. de hæresibus cap. 46. de Manichæis loquens dicit illos asserere mūdum fuisse factum a bono deo, sed habere in se cōmixtionē mali. Sed Theophylactus Manichæos dicit asserere creaturā esse a malo deo factā. Exponēs enim miraculū illud quod est apud Ioā. 5. Ioānem quādo de quinq̄ panibus satiauit dominus quinq̄ milia hominū, sic ait, Confundantur Manichæi dicentes q̄ panis & omnes creaturæ factę sint a malo deo: propterea siquis dederit eis panem, nō accipiunt

Simon magus
Menāder.
Saturninus.
Gerinthus.
Gnostici.
Manichæus.
Theophylactus.

accipiunt illum de manibus illius, sed procul quidem illū abīci iubent: stantes autē et maledicentes ei qui dedit, dicūt, Qui seminauit te, disperga tur: & qui pinsuit te, pinsatur carne, & similia. Confundā tur itaq;, dicentes q̄ boni dei filius Christus panes multiplicarit. Nam si mala fuisset creatura, beatus deus illā utiq; nō multiplicasset, ut taceam iterim q̄ ipse panes comedit. Hæc Theophylactus. Et cōciliū Braccarense primū cap. 13. hoc idē tribuere ui dēr Manichęo, qd illi tribuit Theophylactus, sicut infra patebit. Eundē etiā errorē cum Manichæo do cuit postea Priscillianus. Hæc ergo istoꝝ omniū hę reticoꝝ cōmunis hęresis cōuincīt per id qd dicitur Geneſis primo. In principio creauit deus cęlum & terrā. nō ergo angeli, aut aliæ uirtutes. Et Salomon ait, Creauit deus ut essent omnia. Et ecclesiasticus idem exp̄sse asserit dicens, Qui uiuit in ęternū, creauit omnia simul. Verum hoc testimonio nō cōuincitur Manichæus, qm̄ dicit malum deum esse ęque æternum sicut bonum: quapropter illum Ecclesiastici locum de suo malo deo interpretabīt. Sed audiat Malachiam dicentem, Nunqd non deus unus creauit nos? Ecce manichæe dei unitatē, & illū unū deum creatorem omnium nostrum. Nō ergo creaturæ sunt ab angelis, ut Simon aut Menander aut Valentinus dixerunt. Nō etiā à malo deo, ut impi⁹ Manichæus dixit, & illi⁹ sectator Priscillianus. Sed qm̄ Manichæus (ut alias dicemus) uetus testamentum reīcit, ad nouum cōfugiamus instrumentum. Ioānes de filio dei loquens ait, Verbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Omnia p̄ ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et paulo post, In mundo erat, & mundus p̄ ipsum factus est. Et Paulus apostolus ait, Qui autē oía creauit, deus est. Et particularem sermonē de cibis alibi faciens, reprehēdensq; eos qui ab illis abstinere docent, ait illos

Priscillianus. Sapi. 1. Ecc. 18

Mal. 2.

Ioan. 1.

Heb. 3.

1. Ti. 4

habere cauteriatam cõscientiam,q prohibent nubere,et prohibent abstinere à cibis quos creauit deus ad pcipiendum cum gratiarum actione. Et xxiiij. se
Apo.4 niores pcidentes ante thronum in Apocalypsi dicebant, Dignus es dñe deus noster accipere gloriã & honorem & uirtutem, quia tu creasti omnia, & ꝓpter uoluntatem tuam sunt, & creata sunt. Et cõcilium Nicenum ad reprimendam hanc Manichęorꝝ insaniam adiecit in suo symbolo credẽdum esse in unum deum factorem cæli & terræ, uisibilium omnium & inuisibilium. Denicꝫ Cõcilium Lateranẽse sub Innocentio papa hui⁹ nois tertio, postꝫ tres omnes summæ trinitatis pſonas unicã esse substantiã dixerat, hæc uerba subdit. Vnũ uniuersorꝝ principium, creator oium uisibilium & iuisibilium, spiritualium & corporalium, q sua omnipotẽti uirtute simul ab initio temporis utramꝫ de nihilo cõdidit creaturam, spiritualem & corporalem, angelicã uidelicet & mundanam: ac deinde humanam quasi cõmunem ex spiritu & corpore cõstitutam. Hæc Concilium. Quæ uerba habentur in uolumine decretalium primo de sum. tri. & fi. catho. Deinde cõcilium Braccarẽse primum cap. 13. sic definit. Si qs dicit creationem uniuersæ carnis nõ opificium esse dei, sed malorꝝ angelorꝝ, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit. Hæc concilium Braccarense. Contra Manichęos cum aliàs pluries scripserit Augustinus, tamen de hac re signãter scripsit super Grnesim contra Manichæos.

Manichæus. Secunda hęresis quam ex priore Manichęus deducit, est ꝙ creaturæ sunt malæ ex se & generatione sua, quia (inquit) à malo deo creatę sunt. Cui sententiæ postea subscripsit Priscillianus. Hæc autem hæresis adeo est apta, ut nõ esset opus aduersus eã pugnare, nisi cõtra hoies effrontes & durę ceruicis agerem⁹. Sed suo eos telo cõfigamus. Omnis crea-

tura ex se bona est, quia (ut iã ꝓxime cõuincimus) oĩs creatura ab uno deo q̃ summe bonus est, facta reperiẽ. Præterea, descripta per Mosen oĩum rerum creatione, statim addidit, Vidit deus cuncta q̃ fecerat, & erant ualde bona. Quid ergo insanit Manichæus, dicens ea oĩa esse mala? Rursum sapiens ait, Diligis dñe oĩa, & nihil odisti eorũ quæ fecisti. Sed si creaturæ ex se malæ essent, deus id qd̃ malum est diligeret. Sed iam ad testamentum nouum recurramus oportet, quia cõtra Manichæos agimus. Paulus ait in priore ad Timotheum epist. Omnis creatura dei bona est. Postremo, cõcilium Bracarense primum ca. 7. suorũ decretorum sic definit, Si quis dicit diabolum nõ fuisse prius angelum bonum à deo factum, nec dei opificium fuisse naturam eius, sed dicit eum ex tenebris emersisse, nõ aliquem sui habere authorem, sed ipsum esse principium absq; substantia mala, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt: anathema sit. Et cap. 8. iterum, Si quis credit q̃ aliquas immundas creaturas diabolus fecerit, & tonitrua, & fulgura, & tempestates, & siccitates ipse diabolus authoritate sua facit, sicut Priscillianus dixit: anathema sit. Hæc concilium Bracarense. Nec opus est plura afferre in re tam aperta. Contra hanc hæresim scripsit Beatus Augustinus in pluribus locis, præsertim in libro primo de libero arbitrio, quo loco ostendit nihil esse malum nisi à nostro libero arbitrio, & ĩ li. 2. de moribꝰ ecclesiæ.

Gen. 1. Sap. 2. 1. Ti. 4 Concilium bracarense.

CRVX.

DE hac re est unus error qui nullo pacto permittit crucem adorari, sed dicit esse idololatram eum qui crucem aut adorat, aut quomodolibet reueretur. Sed de hoc errore iam supra disputauimus in titulo de adoratione, errore primo.

DECIMAE.

DECIMAS non eſſe ſacerdotib⁹ ſol uẽdas quidã hęretici docuerũt: cp̃ ad hoc docendũ non eadem ratione omnes perſuadebant. Fuerũt enim quidã dicti Pſeudoapoſtoli, quorũ dux & magiſter fuit quidam Gerardus Sagarellus de Parma circa annũ domini. 1260. qui captus, & iudicio eccleſiæ damnatus, igni traditus eſt. Hi ergo Pſeudoapoſtoli (ut Guido ait) dixerũt decimas non debere dari ſacerdotibus Romanę eccleſiæ, quia non ſunt pauperes ſicut Apoſtoli. Poſt iſtos ſucceſſit i eodẽ errore Ioãnes Vuitcleff, alia ratione motus. Dicebat enim ꝓ decimæ ſunt purę eleemoſynę, et parochiani poſſunt ꝓpter peccata ſuorum prælatorum ad libitum ſuum eas auferre. Sed hæc ſententia conuincitur eſſe hęretica per hoc quòd nulli licitum eſt tranſgredi pręceptũ diuinum. Præceptum autẽ diuinum eſt de decimis ſoluendis. Omnes (inquit deus) decimæ terræ, ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborum, domini ſunt, & illi ſanctificantur. Hæ autem decimæ multiplici ratione pręcipiũtur à deo. Prima, ut ſit cibus in domo domini. Sic enim per Malachiam prophetam dominus ait, Inferte omnem decimam in horreum meum, ut ſit cibus in domo mea, hoc eſt ad ſuſtentationẽ eorum qui in domo mea ſunt. Iuxta quod dictum fuerat in lege Nihil aliud poſſidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in uſus & eorum neceſſaria ſeparaui. Secunda cauſa eſt ut ſeruiãt in templo, & orent deũ pro populo. Et hæc cauſa aſſignatur in libro Numerorũ. Filijs (inquit) Leui dedi omnes decimas pro miniſterio quo ſeruiunt mihi

pſeudo apoſtoli.

Io. vuitcleff.

Leu. 7.

mala. 3 Nu. 18.

Ibidẽ.

in tabernaculo fœderis, ut non accedant ultrà filij Israel ad tabernaculum: solis filijs Leui in tabernaculo seruientibus, & portantibus peccata populi. Cui cõsonat id quod apostolus ait: Qui altario deseruiunt, cum altario participant. Tertia causa est, ut uacent legi dei, & populum doceant. quæ causa describitur in secundo libro Paralipomenõ, ubi dicitur, Præcepit etiam habitantibus in Hierusalem, ut darẽt partem sacerdotibus & leuitis, ut possent uacare legi domini. Cui consonat Paulus dicẽs, Si seminamus uobis spiritalia, magnum est si nos carnalia uestra metamus? Quarta causa est pauperum egestas. Non enim propter solos ipsos sacerdotes decimæ illis redduntur, sed etiam propter pauperũ necessitatẽ. Vnde Augustinꝰ ait, Decimæ ex debito requirũntur. Qui eas dare noluerit, res alienas inuadit: & quanti pauperes in locis suis ubi ipse habitat, illo decimas non dante mortui fuerint: tanto grauiori homicidio reus ante æterni iudicis tribunal apparebit, qa rem à deo pauperibꝰ delegatam, suis usibꝰ reseruauit. Hæc Augustinus. Ecce uides deũ sæpissime præceptum de decimis soluendis repetere. nõ sunt ergo puræ eleemosynæ, cũ illo iure debeant. Quid ergo Pseudoapostoli & Vuitcleff aduersus dei ꝓceptum docere tentãt? Sed dicũt Pseudoapostoli: Pauperes nõ sunt sacerdotes: habent unde alias uiuãt: nõ ergo eis debent, quia iam panis sufficiens est in domo dñi. Esto. Sed nũquid hæc sola fuit causa ut decimæ illis darentur? Sed istis patrocinatur Vuitcleff dicẽs, multi ex eis nec seruiũt in tẽplo, nec deũ pro peccatis populi orant, sed ipsi peiores populo sunt, nec plebem sibi cõmissam docent: nõ est ergo cur illis decimę persoluantur. Concedimus plures è sacerdotibus tales esse, ut prorsus indigni sint sacerdotis nomine. Sed nunqd propter solos sacerdotes decimę persoluuntur eis? Pauperũ enim egesta- 1.co.9. 2.pa.31 1.co.9.

tem ostendimus esse causam propter quam decimę debeant persolui. Et propter hanc causam docent peritissimi theologorū, sacerdotes etiam aliàs abundantes in diuitijs, posse decimas recipere tanquam earum dispẽsatores, ut eas uidelicet pauperibus distribuãt. Et qui hoc nõ faciunt, iniuste eas retinent. Sed esto, nec sacerdos qualis oportebat sit, nec decimas pauperibus diuidat, numqd ideo quod illi iure debetur, est illi denegandũ? Hac enim lege fieret, ut cum quilibet etiã laicus necessaria uictui & uestitui haberet, si ultra hoc aliquis alius pecuniam quam mutui lege aut alicui? rei uenditione illi debebat, illi deneget nolẽs debitum soluere, iuste hoc faciat, quoniam communis omnium sanctorū sententia est, ut qui ultra necessitatem sibi aliqd reseruat, rapere dicatur. Ambrosius inquit, plus quàm sumptui sufficit, uiolenter detentum est. Et Hieronymus ait, Aliena rapere conuincitur qui ultra necessitatem sibi reseruare probatur. Augustinus idẽ sæpissime repetit. Iuste ergo, iuxta Vuitclefi & pseudoapostolorū sententiam iste debitor posset negare debitum creditori superflua habenti, quia illa superflua iniuste habet. Verum absit ut hoc cõcedamus, quia etsi ille male agit retinendo, iste non ideo bene agit debitũ negãdo, qm̃ nõ ad quẽlibet spectat ut male agẽtem puniat. Ita etiã quãuis sacerdotes nõ recte officium sibi commissum exequantur, nõ tamen ideo plebs bene agit decimas illis denegãdo, quia nõ ad plebem spectat sacerdotum peccata punire, sed ad superiores, puta ad episcopos, aut archiepiscopos, aut summum pontificem, qui deberent sacerdotes male uiuẽtes officio & beneficio priuare, & in eorū locum alios bonos subrogare. Quod si non fecerint, relinquendi sunt iudicio diuino puniẽdi. Nec opus est in hac re amplius morari, cum sit de hac re expressa definitio. Nam inter 45. articu

los Ioannis Vuitclef in concilio Constantiensi con demnatos, is un⁹ decimo octauo loco cõstituitur, sub his uerbis·Decimæ sunt puræ eleemosynæ, & se. parochiani possunt propter peccata suorum prælatorum ad libitum suum auferre eas. Qui articulus simul cum alijs una super omnes lata sententia per concilium Constãtiense damnatur. Verum hic admonere uolo lectorem, ut nõ existimet me sentire, ut ex præcepto diuino sit nunc omnib⁹ iiunctum decimas sacerdotibus tribuere iuxta ueram & præcisam decimæ partis assignationem. Quod ideo dico, quia etsi ab omnibus receptum sit aliquid deberi sacerdotibus offerri, & hoc non solum iure diuino, uerum etiam lege naturæ, tamẽ utrum id quod debetur, sit iuxta ueram decimæ taxationem computãdum, de hoc est cõtrouersia inter doctores: Canonistis dicentib⁹ etiam illam decimæ taxationem esse iure diuino adhuc sacerdotib⁹ debitã: Theologis uero dicentibus talem decimæ taxationem fuisse ueteris legis cæremoniã, atq; ideo fuisse per mortem Christi abrogatam, sicut & cæteræ ueteris legis cæremoniæ. Quapropter dicunt aliquid deberi sacerdotibus de iure diuino & naturali: quod autẽ tale qd sit sumendũ iuxta ueræ decimę taxationẽ, illud dicunt esse nunc in lege euangelica ex solo iure humano. De qua re impræsentiarum non est mentis meæ aliquid definire, quoniam nõ suscepi onus tractandi opiniones, sed ueram fidem contra hæreticos, contra quos satis esse arbitror ostẽdisse sacerdotibus decimas deberi ex præcepto diuino, quod nemini transgredi licet. An autem talis decima sit uere decima totius pars, an non: parum refert, quia etsi præcepto diuino non esset indicta, iure tamen pontificio præcipitur, cui omnes Christiani subesse tenentur. Concil. ũ Cõstanñ

DEVS.

Esa. 45 1. Ti. 6. Sacre. 19. SEcretissima res est Deus, & quæ omnium intellectus maxime fugiat: adeò ut propheta quidã fuerit coactus dicere, Vere tu es deus absconditus. Nec mirum, qm̃ (ut ait Paulus) habitat lucem inaccessibilẽ, quam nullus oculus ferre potest. Hinc cũ dñs pertransiret coram propheta Elia, & ante dñm spiritus grãdis & fortis, subuertens montes, & cõterẽs petras, Elias operuit uultum suum pallio, qa uidelicet sciebat tantum diuinę maiestatis splendorem humanos oculos ferre nõ posse. Nam si filij Israel non poterant intendere in faciem Moysi, eò ꝙ cum dño in monte habuisset colloquium, quid putas faciet intellectus humanus, si intendere uelit in faciem dei, ut illum proprij ingenij acumine penetret? Certe necessarium est ut fiat quod sapiens ait, Scrutator maiestatis opprimetur à gloria. Quapropter nulla est res, in cuius cognitione perfecta magis oporteat captiuare intellectum nostrũ in obsequium dei, cui ipsemet deus, qm̃ ad inuestigandum supremũ illud unitatis & trinitatis mysteriũ nullus intellectus fide destitutus sufficit. Hinc tot de hac re ortæ sunt hæreses (omitto Gentilium & Paganoꝝ errores) qm̃ suis uiribus innitentes, de suo ingenio confisi, magis humanis argumentationibꝰ cui fidei tribuerunt. Et ita factum est ut maiestatem diuinam perscrutari uolẽtes, oppressi sint à gloria, & in multas hęreses lapsi sint. Quia ergo posuerũt in cœlum os suum, & montẽ illum qui super omnes montes est tetigerunt: oportet ut lapidibus ora eoꝝ obstruamus, iuxta pręceptũ dñi dicentis, Omnis qui tetigerit mõtem, lapidabit. Ad has ergo hęreses refellẽdas hoc ordine aggrediemur, ut primo illæ pertractentur, quæ ipsam diuinitatem absolute sumptam respiciunt. Deinde illas discutiemus, quæ ad singulas diuinas personas spectant.

Exo. 34 Pro. 25 Exo. 19.

Prima ergo hæresis est quæ asserit plures deos.

Et hæc in plures factiones diuisa est. Hoc enim hæreticis est cõmune, ut nunq̃ sibi constent. Quidam enim dixerũt duos esse deos, unum bonum, à quo omnia bona: alterum malũ, à quo omnia mala procedere dicebãt. Huius hæresis primi authores fuere ñ qui Gnostici appellati sunt: de quibus iam aliàs diximus. Post istos Apelles quidã (de quo Eusebi⁹ lib. 5. hist. eccles iast. cap. 13.) eundem tutatus est errorẽ de duob⁹ dñs, uno bono, altero malo, c̃p̃c̃p̃ aliquantum in hoc à Gnosticis differt, qui (ut Augustinus de hæresib⁹ cap. 23. refert) nõ dixit illos duos deos esse duo rerum principia, sed unum tantũ dicit esse principium, deum scilicet bonum, & ab illo factum alterum deum, qui cũ malignus esset, mundum in sua malignitate fecit. Hos Gnosticos post aliquot annos imitatus Manichæus, eundẽ docuit errorẽ, & sub hoc magis prævaluit quàm sub Gnosticis: adeo ut ab illo nomẽ acceperit, & Manichęorum iam appelletur. Verum hic Manichæus (ut cõmune est hæreticis qui sepultas iam hæreses suscitant, & quò clariores appareant, insaniam augere procurant, ex suo cerebro nonnihil addentes) ultra Gnosticos hoc dixit, duo uidelicet scripturæ instrumenta à duobus illis dñs processisse. testamentum uetus dicit esse factũ à malo deo, testamentũ autẽ nouum à bono, & hunc conditorem noui testamẽti dicit esse patrem domini nostri Iesu Christi, non autẽ illum qui fecit uetus testamentũ. Hunc errorẽ post multa sæcula ab inferis reuocarunt Albanenses. Hoc enim illis ipingit Guido. Et catalogus hæreticorꝝ idem tribuit Albigensibus. Alĩ autem hæretici dixerunt duos esse deos, sed nõ dixerunt unũ bonum esse, alterũ uero malum. Huius erroris author fuit quidã nomine Cerdon, q̃uis Philaster dicat Cerdonem s[illegible]sse duos deos, unũ bonũ, & alterum malũ. B[illegible]s tñ Augustinus lib. de hęresib.

Gnostici. Apelles. Manichæus. Albanenses. Albig. Cerdõ

cap.21. dicit Cerdonem posuisse duo principia sibi aduersantia,& deum legis ac prophetarum nō esse patrem Christi,nec esse bonum,sed iustū:aliū uero deū esse patrē Christi,& hunc esse bonum. Ecce ex Augustini sentētia Cerdon nō posuit aliquē deum esse malum,qm̄ dicit illum esse iustum, quāuis nō sit bonus. Vt autem beati Augustini sententia confirmetur,in medium ꝓducam Irenæum,multo uetustiorem Augustino & Philastro. Is enim Irenęus lib.1.aduersus hæreses cap.28. de hoc Cerdone loquēs ita ait, Et Cerdon autem qdam ab his q sunt erga Simonem occasionem accipiens,cum uenisset Romam sub hoc Hygino,q nouum locum episcopatus p successionē ab Apostolis habuit,docuit eū q à lege & prophetis annunciatus sit deus , nō esse patrē dñi nostri Iesu Christi. Hunc enim cognosci, illum autem ignorari: & alterꝫ qdem iustum,alterꝫ autem bonum esse. Hæc Irenæus . Ex cuius uerbis nil tale habetur,ut Cerdon senserit duos esse deos, quorꝫ unus sit bonus,alter malus. Hunc Cerdonē secutus est Marciō Pōticus Cerdonis discipulus.

Marcion.

Eodem tempore quo fuit præfatus Cerdon(ut Irenæus lib.3.aduersus hæreses cap.4.ait) extitit quidam hęreticus Valentinus nomine, q cum Platonicus esset(ut Tertullianus in lib.de hæresib⁹ait)Platonis sectā religioni Christianę miscens,multa figmēta fabulosa docuit. Is enim duo oium rerū principia esse dixit,quæ appellauit profundum & silentium: & profundum dixit esse patrem, & ex coniugio profundi & silentij processisse ītellectum & ueritatem,& protulisse in honorē patris æonas octo, id est octo sæcula . De intellectu autem & ueritate ꝓcessisse uerbum & uitam,& protulisse æonas decem. De uerbo & uita ꝓcessisse hominem & ecclesiam,& protulisse æonas duodecim,quę omnes simul sunt triginta,id est triginta sæcula . De tricesi-

Valentinus.

mo sæculo dicit diabolũ genitũ, & à diabolo alios natos qui fecerunt hunc mundum. Itaq; omnia ait processisse ex illis duobus principijs, profundo uidelicet & silentio. Quę omnia sunt mera figmenta, & meræ fabulæ, quæ nulla prorsus ratione fulciri possunt, sed ex cerebro delirantis aut somniãtis hominis deriuata. Has fabulas idoctas secuti sunt Secundus, à quo Secundiani: & Ptolemæus q̃dam, & Marcus, huiꝰ Valentini sectatores. Contra omnes hos hæreticos non est operosum disputare: cũ apertissima sint scripturæ sacræ testimonia, quæ docent unũ tm̃ esse deum: cũq; esse summe bonum, à quo cuncta, pcedunt. In Deuteronomio dicit, Audi Isra el, dñs deus tuus unus est. Et in eodem libro iterũ, Videte q̃ ego sim solus, & non sit alius præter me. Naamam ille à lepra animæ pariter & corporis sanatus ait, Vere scio q̃ non sit alius deus in uniuersa terra, nisi tantum in Israel. Propheta regius, qui & ipse Israelita erat, dicit, Quis deus præter dominum? aut quis deus præter deum? Et iterũ, Quoniã magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es deus solꝰ. Sapiens Salomon eandem etiam fidem docet. Nec enim (inquit) est aliꝰ deus q̃ tu, cui cura est de omnibus. Esaias etiam eandem fidem commẽdat, qui deum describit ita loquentem, Ego dominus, & nõ est alius: extra me nõ est deus. Et in eodã loco, Ego Dominus, & non est alter. Et iterum ibidem, Ego Dominus, & non est alius. Et in eodem loco, Nunquid nõ ego Dominus, & nõ est ultrà Deus absq; me? Eandẽ sententiã iterũ ibidem repetit dicens, Cõuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ, quia ego deus, & nõ est alius. Sed quoniam & Cerdon & Manichæus uetus testamentum non recipiũt: ut nulla illis ad fugam pateat uia, testimonijs noui instrumenti illos cõfigere oportet. Paulus in priore ad Corin. epistola sic ait, Scimus q̃ nullus est

Secundus. Ptolemæus. Marc.

deu. 6. lbi. 27.

4. re. 5.

Psal. 17 Psal. 85

Sap. 12 Esa. 45

Cor. 8

deus nisi unus. Nam etsi sunt qui dicantur dij, siue in cœlo siue in terra, siquidē sunt dij multi, & domini multi: nobis tamen unus est deus pater, ex quo
Gala. 1 omnia, & nos ī illo. Et in epist. ad Galatas ait, Me-
Eph. 4 diator unius nō est, deus autem unus est. Et alibi, Vnus dominus, una fides, unū baptisma, unus deꝰ & pater omniū, qui super omnes, & per omnia, & in omnibꝰ nobis. Omitto hic rationes philosophicas adducere, qm̄ non disputamus aduersus gentiles, sed aduersus eos qui Christo nomina in baptismo dederunt, & q se Christianos iactāt, cum nihil minus sint. Aristoteles sæpissime demonstrare contendit unū tantum esse omniū rerū principiū. Verum cū scripturæ sint adeo apertæ, nō est opus nostris argumentationibus. Quod ait Cerdon, deum uidelicet legis & prophetarum nō esse patrē domini nostri Iesu Christi, cui subscribit Manichæꝰ, addens deum noui testamēti nō esse eum qui dedit et
Heb. 1. uetus. Hæc impietas unico Pauli uerbo conuincitur. Multifariam (inquit) multisq; modis olim deꝰ loquens patribus in prophetis: nouissime autē diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit hæredē uniuersoꝝ, per quem fecit & secula. Quod si aliud adhuc testimoniū requiris, aperiat os suū
Luc. 1. ille mutus Zacharias, & dicat, Benedictus dominꝰ deus Israel, quia uisitauit & fecit redemptionē plebis suæ. Patet q; loquitur de patre domini nostri Iesu Christi, qa nō aliter uisitauit & fecit redemptionem plebis suæ, nisi mittendo filiū suum, ut saluaretur mundus per ipsum. De hoc ergo patre cū loquatur, addidit, Sicut locutus est per os sanctorū qui à seculo sunt prophetarum eius. Ecce manifeste patet, deum qui locutus est per prophetas, esse etiam locutū in nouo testamento in Euāgelistis, & fecisse redemptionem nostrā per filium suū. Quod si tertium adhuc petunt testē, petamus & nos auxi

lium à beata uirgine Maria, ut pro nobis de hac re testimoniũ dicat: nec deerit petitioni nostræ. Illa siquidem magnificans Deum eò ꝙ respexerit humilitatẽ ancillę suę, & fecerit illi magna qui potẽs est, & alia multa quæ ad patrem dñi nostri Iesu Christi necessariò referenda sunt: tãdem ait, Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordię suæ: Sicut locutus est ad patres nostros Abrahã & semini eius in secula. Ille ergo deus qui fecit nobiscum misericordiam: ille inquã locutus est ad patres nostros Abrahã & semini eius. Nõ est ergo alius uetus, alius noui testamenti deus: nec alius ꝙ locutus est per prophetas, & alius qui est pater domini nostri Iesu Christi. Verum hoc Paulus expressius docet, qui in epistola ad Romanos ait, Quoniam qui dem unus est deus qui iustificat circũcisionem ex fide, & præputiũ per fidem. Quid ergo insanit Manichęus? Nonne in circuncisione uetus, & in pręputio nouum testamẽtum designatur? Sed iam uideamus reliquum quod aiunt: unum uidelicet ex duobus dijs quos ponũt, malũ esse. Quę ulla unq̃ maior potuit esse blasphemia? Quę aures hoc ferre possunt, aut quis ĩtellectus hoc cogitare potest, ut deo malitiam impingat? Nõ possunt hæc ullo pacto cohærere, ut deus sit, & malus: quoniã si deus est, necessario bonus est: & si bonus nõ est, deus certe nõ est. His certe hæreticis aptissime conuenit id quod Paulus de gentibus loquẽs ait, Cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerũt, sed euanuerunt in cogitationib⁹ suis, & obscuratũ est insipiens cor eor⁹. Dicentes enim se esse sapiẽtes, stulti facti sunt. Ecce qualiter isti impĳ & blasphemi hęretici deũ glorificãt, qui eum malum dicunt. Vide quales illi gratias reddunt, ꝙ supremã illi malitiã impingũt. Cum ergo omnium cordib⁹ à natura insitum sit, ut deũ esse bonũ agnoscamus: Luc. 1. Ro. 3. Ro. 1.

pro re tam aperta piget testimonia scripturæ afferre: qm̃ & si quis ea desideret, apertissima sunt: adeo
Luc 18 ut ipsum euangelium, cui soli isti hæretici credunt, dicat, Nemo bonus nisi solus deus. Contra hos hæreticos nõ esset agendum argumentis, sed lapidib⁹,
Le. 24 iuxta præceptum domini dicentis, Homo qui maledixit deo suo, portabit peccatum suum: & q̃ blasphemauerit nomen domini, morte moriatur. Lapidibus opprimet eũ omnis multitudo populi, siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit. Qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur. Quis autem uerius deo maledicit, q̃ꝑ q̃ dicit deum esse malum? hic ergo lapidib⁹ opprimẽdus uenit à tota multitudie.

Secunda hæresis est quæ docet deum esse corporeũ. Huius hæresis primus (ut existimo) author extitit Tertullianus. Quanquam hunc Tertullianum de hac re quodammodo excusat Beatus Augustinus in lib. de hæresibus cap. 86. dicens nõ propter hoc dicendum esse hæreticum Tertullianum, quia potuit ita de deo sentire, ut diceret eum esse corpus quoddam, non quidem tale q̃d partes habeat quarum aliæ maiores, aliæ minores existant, quod etiã loco sit circunscriptum, & certis limitibus conclusum: sed ideo potuit nominare corpus, quia uidelicet non est inane, sed est aliquid, qui ubique totus est. Sed re uera nescio an talis res quæ partes nõ habet, congrue & apte posset uocari corpus. Verum beatus Augustinus mitissima usus censura excusauit quod potuit. considerauit nanque nullum esse acerbius & grauius crimen quod Christiano possit obr̃ci, quàm crimen hæreseos: ideo antequam illud alicui impingamus, oportet prius rẽ anxie examinare, & lapidem ad filum reducere. Discant ergo ab Augustino eximio fidei zelatore, hi qui tam leuiter de hæresi pronunciant, ut si forte quispiam docuerit aliquid quod ab eorum placitis uel digi-

Tertullianus.

to transuerso discedat, statim hęresim ꝛclament, nul lā prorsus hominis excusationem admittentes etiā cum facilè excusari potest. Cū ergo beatus Augustinus Tertullianum de hac re excuset, nolo ego aduersus eundem seuerior esse iudex. Malo enim (iuxta beati Chrysostomi sentētiā) de misericordia deo rationē reddere, ꝙ de crudelitate. Sed quāuis Tertullianus fuerit excusatus, nō tamen ideo pugnare desinam aduersus iam narratam hęresim, quoniam nō aduersus homines est nobis colluctatio, sed aduersus hæreses, præcipuè ꝙ huic hæreſi nō desunt fautores, qui illam tutati sunt etiam absq; Tertulliano. Fuerunt enim quidam hæretici appellati Vadiani, qui dixerunt deum esse corporeum, & habere membra ut homines habent: moti ex eo ꝙ sæpe numero in sacris literis, potissimum in ueteri īstrumento, deo membra tribuūtur, & Adam factus esse dicitur ad imaginem & similitudinem dei, unde colligunt Deum habere membra quemadmodum Adam. Hi hæretici à suo errore nomen sortiti, uocati sunt Anthropomorphitæ, quia anthropos grꝙce, idem est quod homo latine. Hæc autem hæresis orta est in partibus Aegypti tempore Damasi papæ, & Theodosii senioris: contra quam scripsit & eam cōfutauit (ut dicit in historia tripartita li. 10. ca. 7.) Theophilus Alexandrinus episcopus. Frater Bernardus de Lutzemburgo in suo catalogo hæreticorum dicit hāc hæresim cœpisse sub Agapeto papa, & Berengario imperatore. & constat eum loqui de Agapeto huiꝰ nominis secundo, qm̄ Agapetus huius nominis primus (ut Platina refert) fuit sub Iustiniano imperatore, ad quē uidēdum è Roma usq; ad Constantinopolim accessit, ubi & mortuus est. oportet ergo ut is Agapetus de quo catalogus loqꝙtur, sit secūdus. A Damaso autē sub quo pestis hæc orta est, usq; ad Agapetum ferè sexcēti anni iterces-

Vadiani.

Antropoformitæ.

fere: quapropter nescio apud quē legerit eam cœpi se sub Agapeto & Berengario. Et qđ magis miror, in eodē loco de eisdē Anthropomorphitis loquēs, postquā dixerat eā cœpisse sub Agapeto & Berengario, subiunxit ꝙ Theophilus Alexandrinus condemnauit hæresim Anthropomorphitarū: pro cuius rei confirmatione affert testimoniū ex collationibus Cassiani. Et certe hæc duo minime cohærere possunt, ut hæresis cœpit sub Agapeto, & eā Theophilus Alexandrinus cōdemnauerit, & sic sentientes disputatione confuderit: qñ à Theophylo Alexandrino, de quo Cassianus mentionem facit, usq; ad Agapetū papam secundū ferè sexcēti elapsi sunt anni, & usq; ad Agapetum primū ferè trecēti anni, quoniā Theophilus iste (ut patet ex historia tripartita lib. 10. cap. 10.) tēpore Damasi papæ fuit. nā ad eum misit Isidoꝛ quendam episcopū legatum. Vnde conjcere licet fratrem Bernardum de Lutzemburgo ex cētonibꝰ pluribꝰ male cōsutis illud opus conflasse, nulla rerū coniectura facta. Apud unum authorem forte legerat hanc hæresim sub Agapeto incepisse, & nihil amplius ibi legit. apud Cassianū legit aliud, uidelicet ꝙ Theophilus eam disputatione conuicerit. & iste illa duo, non cōsiderans an simul cohærere possent, in unum cōiunxit. Quid qđ rerum consonantia omissa, facillimū erat deprehendi ab hoīe uersato iter eruditos authores, falsum esse ꝙ sub Agapeto inceperit: qm̄ præter id qđ historia tripartita refert, Augustinus qui utrūq; Agapetum per aliquot secula præcessit, in lib. de hæres. cap. 50. huius hæresis meminit sub nomine etiam Anthropomorphitaꝝ. Hęc coactus sum digito ostē dere, partim amore ueritatis allectus, partim calore īracundię accensus: cum uideam quosdam adeo futiles & profusos in pronunciando & in scribendo, ut quicquid legerint, etiā apud quencūq;, nulla

facta

facta rerum indagin', statim transcribant, & coram tota multitudine magna cum fiducia pronuncient, satis sibi esse putantes quod apud alium quẽ piam legerint. Hæc ergo Anthropomorphitarũ sententia apertè hæreseos conuincitur. Si deus corporeus est, & figuram habet humanã, & membra, & partes ut homo, oportet ut finitus sit, & certis limitibus cõcludatur, quoniam id quod infinitum est, nullius potest esse figuræ, cum ad figurã perficiendam necessario requiratur ut termino uel terminis claudatur. At deus qui infinitus est, nullo potest limite concludi, ergo nec figurã habere, nec loco claudi. Excelsior est enim cælo, (ut est apud Iob) & super stellarum uerticẽ collocatẽ. Et propheta ait, Magnus dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius nõ est finis. Quod si magnitudinis eius nullus est finis. nulla etiam illius erit figura. Præterea si corporeus est deus, & membra ut homo habet, sequitur ꝙ non sit totus ubique, sed pars eius in uno loco, & pars alia in alio loco, & ita erit per partes in loca diuisus, quod summæ illius perfectioni maxime obuiat. Rursum, oporteret etiam in deo fateri compositionẽ, & dicere ea quæ in deo sunt, non esse omnia infinitæ perfectionis, quoniã quælibet illarũ partium ex quibus cõponitur, minor est suo toto: & ita non æque perfecta ut totum: quapropter necessario erit finita, quoniã quod infinitum est, excedi non potest. Multa alia similia possunt fieri argumenta sumpta ex imperfectionibus quæ corporib⁹ adiacent: sed ea, prolixitatẽ euitans, omitto, quoniã sine illis ex sacra scriptura apertissimũ habemus testimonium. Ipsa enim ueritas apud Ioãnem ait, Spiritus est deus. Si spiritus est deus, ergo non est corporeus, & membra humana habens, quoniã eadem ueritas apud Lucam ait, Spiritus carnẽ & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Quod autẽ Anthro-

Iob. 22
Ps. 144
Ioã. 4.
Lu. vl.

pomorphitæ pro se afferunt, parum momēti habet, & ex praua scripturæ intelligentia procedit. Quāuis enim scriptura sacra sæpe nominet dei membra, utputa caput, oculos, linguam, aures, manus, brachia, & his similia, non tamē sunt illa iuxta literam sumenda, sed iuxta mysterium latens per res illas designatum. Sunt enim pleraq; in sacris codicibus, maxime in ueteri instrumēto, quod carnali populo & adhuc rudi datum est, quæ nullo modo iuxta literæ primam significationē accipienda sunt, nec accipi possunt, sed in illis quid res ipsa per literam significata ulterius portendat, aspiciendum est. Res nāq; ipsæ sæpe etiam significant, & aliquid ingerūt sensibus, æquè ut uoces. Quod in omnibus metaphoricis locutionibus cōtingere est manifestum, in quibus propter similitudinē inter aliqua repertam, unum alterius nomine appellatur, ut si uoracem lupum dixeris, aut auarū talpam: non q̄ hæc sint, sed illa quibus similia esse reperiuntur. Ad eundē modum oportet multa in sacris literis interpretari, & non secūdum primam uocum significationē, testante apostolo, q̄ litera occidit, spiritus autē uiuificat.
2.co.3. E quibus multis hoc unum & præcipuū est, quotiēscunq; deo aliquod mēbrum aut aliqua effigies tribuitur, tunc membro audito intelligas illo nomine deo tribui uim illam & uirtutem quæ perfectior in illo mēbro reperitur: ut cum audis in deo caput, intellige diuinam essentiam, quæ omnia præcedit. Et cum dicitur caput respectu corporis mystici, quod est ecclesia: intellige influxum in reliqua membra, quæ nos sumus. Cum audis oculos, intellige uirtutem uidendi talem, ut nihil eū latere possit. Sic enim
Heb.4 ait apostolus. Nulla creatura est inuisibilis est, omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Aures habere dicitur, quia talis est in eo uis, ut uerbum quantūlibet summisse prolatū, latere eum nō possit, de quo

sapiens ait, Auris cæli audit oía, & tumultus mur- Sapi. 1.
murationis non abscõdetur. Quod si in hanc expo
sitionem hi hæretici nõ flectuntur, sed omnia cõten
dunt iuxta literæ primã significationẽ intelligi de-
bere, cogentur fateri deum esse monstrum quoddã,
immo tale aliquid quod nihil sit, cum aliquãdo no
minetur leo, aliàs uermis, aliàs locusta. Vnde mani
feste cõuincitur hæc non esse accipienda iuxta pri-
mam literę significationẽ, sed iuxta id quod res ipsę
per illas uoces designatæ significant. De quorũ om
nium mystica significatione extat liber beati Ansel
mi, cui titulus est de mẽbris deo attributis: in quo
exponit quid singula membra deo attributa signifi
cent. Est etiam de eadẽ re alius tractatus sub nomi
ne Hieronymi inscriptus, quem uelut nothũ, & bea
tum Hieronymũ minime redolentẽ, uir doctissim?
Erasmus Rotherodamus in quarto tomo operum
illius collocauit, in quem locum reiecit omnia quæ
hucusq; falso assĩpta erãt Hieronymo. Cõtra hos
Anthropomorphitas scripsit Theophilus Alexan-
drinus, cuius proxime fecimus mentionẽ. Scripsere
etiam (ut testatur Ioãnes Tritemius in suo catalo-
go scriptorũ ecclesiasticorũ) Faustus epũs Regiensis,
& Ratherius monachus, sed nullũ istorũ operũ uidi.

Tertia est hæresis, quæ potius dicẽda est blasphe
mia, asserens deum esse mendacẽ. Hæc est Armeno- Armeni.
rum hæresis, quemadmodũ illis impingit Guido.
Dicunt enim deum dixisse Caim, q; a nullo homi-
ne occideretur, & tamẽ (ut ipsi aiunt) Caim occidit
seipsum, & ita cõuincunt deum dixisse falsum, cum
ab homine fuerit occisus. Et certe (ut ingenue fatear)
uix possum credere, etiam si Guido testetur. q; Ar-
meni in tam grauem errorẽ sint lapsi, ut deũ esse mẽ
dacem fateantur, quoniã hoc non potest in sensum
hominis cadere, ut ueritatem dicat esse mẽdacium,
præcipue cum Armeni etsi hæretici sint, scripturas

tamen sacras non reiciant. nam hoc nunq̃ illis impingit Guido. Si ergo scripturas sacras recipiunt, quomodo poterunt dicere deum esse mendacẽ, cum ipsæ scripturæ toties deum prædicent ueracissimũ? Non enim (inquit scriptura) est Deus quasi homo, ut mentiatur. Et propheta Hiere. ait, Dominus autẽ deus uerus est. Et ipsemet deus ait, Ego sum uia, ueritas, & uita. Si ergo ueritas est, quomodo mentiri poterit? Certe non magis q̃ frigus calefacere, aut nigredo albefacere. Præterea quomodo deus mentiri posset, qui tantũ abominatur peccatum? qui toties homines a mẽdacio deterret, tanq̃ a uitio pessimo? Pro.12. Abominatio est domino (inquit sapiens) labia mendacia: qui autẽ fideliter agunt, placẽt ei. Et alibi, Os quod mẽtitur, occidit animã. Rursum si deus semel mendacij cõuincitur, restat ut nunquã ei in posterũ credatur. hoc est enim, teste Aristotele, mẽdacis hominis præmium, ut illi ueritatẽ dicenti nõ credatur. quod si deo non est credendum, peribit omnis lex, omnis conuictus. nulla erit fides. Et non est certe quod de hac re amplius contendamus, cum sit tam aperta dementia, ut quiuis etiam infidelis & paganus eam agnoscat. Nõ est enim natio tam barbara, quæ non horreat mendaciũ. Quæ de Caim afferũt, non reperiuntur in sacris literis. Scriptura enim sacra non dicit Caim seipsum occidisse, immo nec ullam mortis illius facit mentionẽ, quãuis aliqui doctores opinentur Caim fuisse uirum illũ quem Lamech credens esse feram occidit. Cæterum etsi scriptura dixisset Caim fuisse occisum a Lamech, aut seipsum præcipitasse, non ideo deus arguendus erat mendacij, quia deus non dixerat q̃ Caim non esset occidẽdus ab aliquo homine, sed dixit, Omnis qui occiderit Caim, septuplum punietur. Quibus uerbis solum prohibuit omni homini occisionẽ Caim: non tamen negauit eam futuram.

Nu.2 Hie.10 Ioã.10

Sapi.1.

Gen.4

Quarta hęresis minuit dei omnipotentiam. Nam Petrus Abailardus (ut illi impingit beatus Tho.) dixit ꝙ deus nō potest facere res aliter quàm facit. quapropter dixit omnia de necessitate absoluta euenire. Sed de hoc errore inferius disputabimus cum de futuro contingenti agemus. Petrus Abailardus

Quinta hęresis est quæ negat in diuinis personarum numerum. huius hæresis author fuit Noetus quidam, a quo Noetiani dicti sunt. *De hoc Noeto beatus Epiphanius differens in libro octoginta hęresum, hęresi. 57. ita ait. Alius post Bardesanen, Noetus noīe surrexit, non ante multos annos, sed ante hoc nostrum tēpus cērum triginta plus minus annis, Asianus urbis Ephesi existens, qui alieno spiritu ductus, uoluit a seipso, quæ neq; prophetæ neq; apostoli neq; ecclesia ab initio obtinuit neq; cogitauit, dicere ac docere. Hic a seipso insaniæ elationibus elatus, ausus est dicere patrē passum esse. Insuperq; ad maiorē fastū ac dementiā delatus, seipsum dixit esse Mosen & fratrē suum Aaron. Et aliqbus interfectis, addit Moritur autē idem paulopost una cum proprio fratre, non uelut Moses in gloria: neq; ipsius frater Aaron ille sepultus est in honore. Abiecti enim sunt uelut transgressores, & nemo ex pīs ipsos cooperuit. Postea uero sequaces eius mente corrupti, corroborarunt hoc dogma, per ea subducti quibus etiā pręceptor ipsorū ab initio. Hæc Epiphanius. Hunc sequutus est Sabellius, eiusdē Noeti (ut Philaster ait) discipulus, a quo Sabellio Sabelliani dicti sunt, & sub hoc nomine nota est magis hæc hęresis, ꝙ sub nomine Noeti. *Orta est hęc pestis apud Ptolemaidē Ægypti, sub Gallieno Imperatore, & Sixto papa huius nominis secūdo. Hi ergo dixerunt in diuinis unam tantū esse personā, diuersis tamē nominibus nominatam. Ex quo fonte corrupto hunc etiam uitiatū riuulum deducunt, pa

Noet' Sabel.

trem uidelicet esse passum, quēadmodum & filiū: quod fateri fuit illis necessariū, cum dicerent patrē & filium eandē esse personā. Et ita ab hac doctrina nomen sortiti, uocati sunt Patripassiani: quia patrē passum esse docebant. Eundē errorem (ut Augu. ait libro de hæresibus capite. 70.) docuit postea Prisc illianus. Prisc illianus. Iltorū hæresis inde orta est (ut ait Eusebius Cęsarienſis. 10. lib. historiæ ecclesiasticæ cap. 29.) ꝙ nescierūt distinguere inter essentiam & personā: uel (ut uerbis Eusebij utar) inter substantiā & subsistētem: cum tamen latum sit inter illa discrimen. Substantia quidē aut essentia, aut natura, quo uocabulo theologi scholastici magis utūtur, est cōmune aliquid pluribus singularibus in quo individua singula conueniunt, & quod totum cuiuslibet singularis perfectionē explicat. Persona uero est singulare quoddam, unū ꝙ numero, mente & ratione præditum, a cæteris eiusdē naturæ individuis singulari proprietate discretum: ut cum dicis hominē in cōmuni, naturam explicas humanā omnibus hominibus cōmunem: cōmunem dico nō re, sed sola uocis dictione. cum uero dicis Petrum, Ioānem, Franciscum, personas nominas quę in illa natura humana conueniunt. Conueniunt inquā sola (ut dixi) uocis dictione, quia quilibet eorū dicitur & est uerus homo. Aut si mauis, cōueniunt in definitione explicante rei perfectionē, quæ in quolibet singulari reperitur. In deo ergo substātia aut essentia est ipsa deitatis natura, quę totam deitatis perfectionem dicit. Persona uero, est singulare quoddam in quo deitas existit, ab alio singulari realiter separatum, realiter inquā non per naturam, sed per proprietatē personalem: ut cū dicimus deum, substantiā explicamus naturæ diuinæ omnibus personis cōmunē. Cōmunem inquā non (ut diximus de homine) sola uocis dictione, sed uere & realiter cōmunem. Cum uero

dicimus patrem, aut filium, aut spiritum sanctum: unum singulare, aut unam personam dicimus, in qua deitas subsistit. Cū ergo hoc trinitatis & unitatis mysterium tam altum sit, ut humanum & angelicum superet intellectum, hic oportet captiuare intellectum nostrum in obsequium fidei. Quapropter superfluū est, immo ridiculum, rationibus & argumentis hoc agere, sed solis scripturarum tēstimonijs, ex quibus aperte demonstrabimus, deo dicente, eiusdem dei unitatem, & personarū trinitatem. In libro Geneſis, descripta omnium aliarum creaturarum productione; cum de homine creādo deus decernit, sic dicit, Et uidit deus quod esset bonum, & ait, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit &c. Et paucis interpositis subiungit: Et creauit deus hominem ad imaginem suam. His uerbis, & diuinitatis unitas, & personarū pluralitas aperte ostenditur. Sic enim dixit, Vidit deus quod esset bonū, & ait, Faciamus hominem &c. Cum uero post nomen singularis numeri quale est deus, subiunxit uerbum pluralis numeri, uidelicet faciamus, declarauit pluralitatē personarum: quoniā si una tantum esset persona, non dixisset in plurali numero, faciamus. Deinde etiam mysterio non caret id quod sequitur. Dicens enim, faciamus in plurali, addidit imaginē, & nō imagines: ad similitudinē dixit, non ad similitudines, per hoc innuens quod etsi pluralitatē personarum denotauerit plurali numero loquens, nō tamē per hoc credendum esset in deo esse plura exēplaria, sed unum tantum, ad cuius imaginē & similitudinē homo factus est. Addens insuper nostrā, iterum pluralitatē personarū ostendere uoluit, ut respōderet uerbo faciamus. Si enim tantum una esset persona, ut Sabellius mentitus est, meam dixisset, non nostrā. Præterea in eodem libro cum de subuersione Sodomę & Gen. 1.

Gomorræ agitur, sic dicitur, Igitur dominus pluit
Gen.19 super Sodomam & Gomorrã sulphur & ignẽ a domino de cælo, & subuertit ciuitates has. Si tantum est una persona in diuinis, quis est hic dominus qui pluit a domino? Cum enim dixit, dominus a dño, filium ostendit, per quem (ut ait Ioãnes euãgelista) facta sunt omnia: qui & a domino pluere dicitur,
Ioã.1. quia a quo habet esse, ab illo habet & operari. Dicens ergo, dominus a domino, patrẽ & filium ostẽdit. Dominus enim filius est, & a domino, quoniã a patre genitus. Pater autẽ dominus est, sed non a domino, quoniã ingenitus est. Rursum propheta regius de Christo loquẽs, uocem patris ad Christum
Psal.2. Ps.109 dictam refert in hunc modũ: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et iterũ idem, Ex utero ante luciferũ
Heb.1. genui te. Quæ uerba apostolus Paulus de Christo filio dei esse dicta testatur, qui de Christo loquẽs in hunc modum ait, Cui enim dixit aliquãdo angelorum, ego hodie genui te? Non est autem possibile ut idem gignat seipsum ut sit: nec intellectus hominis potest hoc capere, ut idẽ sit pater suũpsius, & filius suũpsius. Alius est ergo qui gignit, & alius qui genitus est: alius pater, alius filius. Deinde ipsa summa ueritas sæpissime hãc docuit ueritatẽ. Nam obiũ cientibus illi Pharisæis cp de seipso testimonium diceret, ac propterea testimonium illius non esset uerum, respõdit: Et si iudico ego, iudicium meum ue-
Ioã.8. De.17. rum est: quia solus nõ sum, sed ego, & qui misit me pater. Et in lege uestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium uerũ est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me pater. Nihil certe apertius quicq̃ dici poterat contra Sabellium. Si enim pater & filius una est persona (ut Sabellius somniauit) filius solus esse dicitur, etiam si cum illo sit pater: quemadmodum dicerem solum Tullium scripsisse

Tusculanas quæstiones, etiam si Cicero scripserit eas, quoniam Tullius & Cicero una est persona quãuis diuersa sunt nomina. Quod uero sequitur, apertius adhuc est. Volens enim probare testimonium suum esse uerum, citauit pro se legem dicentẽ duorum hominum testimonium esse uerum. Cum ergo ipse & pater illud testimonium perhiberent, oportet ut illud sit uerũ. Ecce quo argumento Pharisæos cõuincit. Si uerò pater & filius una esset persona, male argumẽtaretur, nec bene pro se legem citaret: quia lex testimonium duorum probat, nõ testimoniũ unius. oportet ergo ut pater & filius duæ sint personæ, si Christi argumentum alicuius est ualoris. Et iterum ipsamet ueritas eisdem Iudæis ait, Ego & pater unum sumus. Dicens sumus in plurali, manifeste declarauit se & patrem duas esse personas: quoniã alioqui sum dicturus erat, non sumus. Dicens uero, unum sumus, declarauit earundẽ personarum unam esse deitatem. Et iterum ad patrem orans eadem ueritas ait, Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum deum uerum, & quem misisti Iesum Christum. Quorũ uerborũ sensus nõ est, deum patrem esse solum uerum deum, ut à deitate excludamus Christum, qm̃ iam supra cum de persona Christi ageremus, probauimus contra alios hæreticos Christum esse uerum deum. Sensus ergo est, ut cognoscant te, & quem misisti Iesum Christũ, esse solum uerum deum. Cũ ergo patrẽ & Iesum Christum cõiunctione copulatiua numerasset, eos dixit esse uerum deum. Ex quibus uerbis etiam & personarũ pluralitas, & diuinitatis unitas manifestatur. Verum etsi hæc scripturæ testimonia efficacia sint ad probandum personarũ pluralitatẽ cum deitatis unitate, non tamẽ ostendunt ueram trinitatẽ, quoniam ex illo dicto, faciamus hominẽ &c. conuincitur plures esse personas, non tamen cõuincitur esse

Ioã. 10.

Ioã. 17.

tres. Vt autē hoc conuincamus, alia oportet afferre testimonia. Et primo illud est omnium efficacissimum, q̄uis sub quadā figura latens, quod Abrahę
Gen.18 ad ilicem Mambræ sedenti contigit. Cum enim eleuassent oculos, apparuerunt ei tres uiri stātes prope eum. quos cum uidisset, cucurrit in occursum eorę de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terra, & dixit, Domine si inueni gratiam in oculis tuis, ne trāseas seruū tuū &c. Vides hic tres primū apparuisse, & his tribus Abrahā loquens quasi uni, ait, Domine, quo uerbo & personarum trinitas, & diuinitatis unitas declaratur: quoniam etsi certū sit illos tres angelos fuisse, tamē Abraham nō tam ad angelos, quam ad illum cuius imaginē illi gerebant, uerba sua dirigens ait, Dñe si inueni gratiam in oculis
Ps.66 tuis &c. Dauid etiam propheta & rex, ut ostēderet deum trinū in unitate, ait, Benedicat nos deus, deus noster, benedicat nos deus, & metuant eum omnes fines terræ. Cum enim ter deum nominasset, ne forte inde occasionē aliquis caperet suspicādi tres esse deos, relationem postmodū faciens, in singulari numero dixit, & metuant eum omnes fines terræ. Ter enim nominans deum, tres declarauit personas. Ad dens autē, & metuant eū &c. declarauit omnes tres
Esa.6. unum esse deum. Esaias etiā exprimens uoces Seraphim laudātium deum, ait, Sāctus, Sāctus, Sāctus. Sed ne ex eò q̄ ter sanctus dixerat, unitatem diuinę substātiæ scissam esse aut diuisam aliquis suspicaretur, subiunxit, dñs deus sabbaoth. Cū ergo ter sanctus dixit, trinitatē personarū ostēdit. Addens autē postea dñs deus, in singulari, eiusdē trinitatis unitatem declarauit. Ipsa etiā ueritas, Christus uidelicet redēptor noster, cū rediuiuus iam surrexerat, ascen-
mat.28 surus in cælum apostolis ait, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Ecce hic uides omnes tres personas

proprijs nominibus appellatas. Sed cū omnes tres nominaret, in nomine dixit, non in nominibus, ut per hoc ostenderet omnes tres unum esse deum, & unam habere deitatis substantiam. Beatus Ioannes in sua canonica epistola hanc rē apertissime docet. Tres sunt (inquit) qui testimonium dant in cælo, pater, uerbum, & spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Hoc autem testimonium adeo est clarum, ut nulla possit tergiuersatione celari. Ibi enim audis tres, & unum. Tres contra Sabellium, unum contra Arrium: quemadmodum postea dicemus. Paulus quoq; ut indiuisam sanctę trinitatis operationē ostenderet, ait, Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in sęcula sęculorum, amen. Cum enim ter ipsum explicuit, personarum trinitatē manifestauit. Sed addens postea, ipsi, & nō ipsis, ostendit illas tres personas unum esse. Et alibi, Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei, & cōmunicatio sancti spiritus, sit cum omnibus uobis. Vide ibi tres expresse personas nominatas, quanq; ibi non denotetur earundem unitas. sed præsenti proposito satis est hoc, quoniam nunc contra Sabellium agimus negantem in diuinis plures esse personas. Postremo Ioannes in Apocalypsi, postquam descripserat illa præclara quatuor animalia, de illis adhuc loquens ait, Et requiem non habebant die ac nocte dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui uenturus est. Quę uerba simillima sunt illis quę ex Esaia proxime citauimus. Cū ergo tot sint de hac re clarissima scripturę sacrę testimonia, nō est quod aliquis Sabellio deliranti credat: sed captiuet unusquisq; intellectum suū in obsequium huius fidei, credens deum esse trinum & unum, trinum in personis, & unum in essentia. Si enim sola ratione humana hoc mysterium perscrutari aliquis uoluerit,

1.Ioa.5

Ro.11.

1.co.13.

Apo.4

Cti. 6. opprimetur à gloria tanti mysterij. Huic enim dictū esse uidetur illud canticoꝝ. Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. Quia quāto magis nitimur ad hoc mysteriū sola ratione inuestigādum, tanto minus cognoscimus, & ob hoc ipsum deum à nobis auolare facimus. Hanc hæresim damnat Leo papa huius nominis primus. Nā epistola septuagesimaprima, quæ est ad Astorigēsem episcopum, ī qua Priscillianistarum errores reiicit, sic ait: Primo itaq; capitulo demonstratur qua impie sentiant de trinitate diuina, qui & patris & filij & spiritus sancti unam atq; eandē asserunt esse personā, tanq; idem deus nunc pater, nunc filius, nunc spiritus sanctus nominetur: nec alius sit q genuit, alius qui genitus est, alius qui de utroq; processit: sed singularis unitas in tribus quidem uocabulis, sed non tribus sit accipiēda personis. Quod blasphemię genus de Sabellij opinione sumpserunt, cuius discipuli etiam Patripassiani meritò nuncupantur: quia si ipse est filius qui & pater, crux filij, patris est passio: & quicquid in forma serui filius patri obediendo sustinuit, totum in se pater ipse suscepit. Quod catholicę fidei sine ambiguitate contrarium est, quę trinitatem unitatis sic ὁμουσιον confitetur, ut patrē & filium & spiritum sanctū sine confusione indiuisos, sine tempore sempiternos, sine differētia credat æquales. Hæc Leo papa, uir præter pontificalem dignitatē sanctus simul & doctus. De hac re scripsit diuus Hilarius Pictauoꝝ episcopus ī duodecim libris de trinitate, in quibus contra omnes hæreticos de ea male sentientes, disputat: q̄uis præcipue agat cōtra Arrium. Scripsit beatus Augustinus quindecim libros de trinitate, in quibus multo clarius & expressius quā Hilarius rem ipsam pertractat. scripsit etiam iterum de trinitate & unitate dei librum unum. Richardus de sancto Victore, post istos, eoꝝ

dicta & pcipue Augustini perstringens, & quodāmodo exponens, composuit sex libros de trinitate. Specialem autē scriptorē qui contra Sabellium solum de hac re scripserit, hucusq; non uidi.

Sexta hæresis est circa personarū diuinarū æqualitatem, quoniam etsi plures fateatur personas in diuina natura subsistentes, eas tamē dicit esse inæquales. Prius ergo de filij persona pertractemus, deinde de spiritu sancto dicemus. De persona ergo filij est una hęresis, quæ dicit filium esse minorē patre, neq; esse eiusdem substantiæ cum patre, sed esse meram creaturā. Huius blasphemiæ author primus (quod sciam) fuit Arrius quidam presbyter Alexādrinus, tempore Constantini maioris, & Siluestri papæ: cuius rei historiam qui plenè scire desiderat, legat decimū librū historię scholasticę per Ruffinum additū, & primū librū historiæ tripartitæ à capite duodecimo usq; in finem. Verū aliqui sunt qui hunc errorē impingunt Origeni, qui plus q̄ per centum annos pręcessit Arrium: à quo Origene Arrium hausisse ferunt. Beatus enim Augustinus ī libro de hęresibus capite quadragesimotertio de Origene loquens sic ait. Dicit pręterea ipse Origenes, q̄ filius dei sanctis hominibus comparatus, ueritas sit: patri collatus, mendacium: & quantū distant Apostoli à Christo, tantū filius à patre. Vnde nec orandus est filius cū patre, quia nō est author indulgendarū petitionū, sed supplicator. Hæc de Origine Augustinus. Hoc etiam impingit Origeni Theophilus Alexādrinus episcopus in suo paschali per beatum Hieronymū è gręco in latinū traducto, qui libro secundo eiusdē paschalis dicit Origenē docuisse filiū non esse orandum, neq; cū filio patrē. Epiphanius in quadā epistola ad Ioannē episcopū Hierosolymitanū, quam Hieronymus latinā fecit, ait Origenē fuisse patrem Arrij, innuere uolens Arrij doctrinam ab Origene

Arrius

fuisse deductam. Ad hunc eundem errorem accedit proxime Metangismonitarum hæresis. Hi enim docebant (ut Augustinus libro de hæresibus capite quinquagesimooctauo ait) sic filium esse in patre, sicut uas paruũ in uase maiore, filium minorem patre facientes. Et ita à doctrina sua nomen acceperunt, metangismonitæ uocati. ἀγγεῖον græce, uas dicitur latine. μεταγγεισμὸς dictio composita idem est quod infusio unius uasis in aliud. inde metãgismonitæ, id est (si ita licet loqui) transuasantes uel inuasantes. * Quis autem fuerit istorum dux, & princeps, Augustinus subticuit. Huius hæresis tot extitere post Arrium fautores, ut longũ esset & difficile omnes enumerare. Nulla enim fuit unq; hæresis quæ tantum inualuerit, quoniam ualde diffusa, longo tẽpore durauit. Ab ortu siquidẽ solis & meridie, uidelicet ab Aegypto ueniens, per Greciã transiuit in Aquilonẽ, & inde Gothi egressi totum penè occidentem hoc ueneno infecerunt, quoniã illi Arrianis maxime fauebant. Durauit autem hęc pestis ferè per trecentos annos, aut forte amplius. Nam Hispaniam hoc morbo laborasse tempore Gregorij papæ, ipsomet Gregorió narrante cognouimus: qui tertio libro dialogorum capite trigesimoprimo refert Ermigildum primogenitũ filium Leonigildi regis Hispaniarum, qui à Gothis originem duxerat, & Arrianus erat, fuisse ad ueram fidem à Leandro Ispalensi archiepiscopo conuersum. Qui Ermigildus ob hoc à patre in uincula & carcerẽ coniectus, cum in die paschatis à quodam episcopo Arriano eucharistiam sumere nollet, ex mandato patris interfectus est, & uerus dei martyr effectus. Mortuo patre succesſit illi alius filius secundus nomine Recharedus, qui & ipse Arrianus erat: sed hic mortuo patre à Leandro conuersus est ad fidem catholicam, quemadmodum & frater eius Ermigil-

Metangismonitæ.

Gothi.

dus. Hic Recharedus paulatim omnes Arrianos eiecit ab Hispania: nec permisit unquam aliquem sub eo militare qui Arrianus esset. A Constantino autē, sub quo Arrius insanire cœpit, usq; ad Recharedum ferè tercentū anni interiecti sunt. Hæc narraui ut uideatur quanto tēpore hæc pestis ecclesiam uexauerit. Cuius hæresis fautores, etsi non omnes, enumerabo tamen præcipuos, eos uidelicet qui famosiores fuere. Post Arrium successit in eadē secta Aetius quidam post Aetium Eunomius alter: post istos Acacius, eodē ferè tempore. * Hi tres uidelicet Aetius, Eunomius, Acatius, tēpore Cōstantij Imperatoris filij Constantini maioris, fuerunt. Qui autē plura de illis nosse cupit, legat quintum librū historiæ tripartitæ.) Varimandus quidam, contra quem scripsit Idacius clarus Hispanus. Maximinus episcopus, contra quem Augustinus scripsit, & publice disputauit, quę disputatio habetur in sexto tomo operum Augustini in impressione Parisiensi. Felicianus alius, cum quo disputauit publice idem pater Augustinus, quæ disputatio habetur in eodem tomo operū Augustini. Pascentius quidam comes, cum quo etiam disputauit idem pater, & ad quem pro hac re aliquot misit epistolas, quę disputatio reperitur inter epistolas Augustini, epistola. 178. Secutus est Petrus Abailardus etiam hunc errorē, quonīā (ut illi impingit beatus Bernardus epistō. 190.) posuit gradus in trinitate, dicens personas esse inæquales: qui etsi uerbis uoluerit differre ab Arrio, re tamen assentit illi. Fuere alij multo plures, qui Arrianam hæresim tutati sunt, sed hi fuere clariores. Hæc hæresis ex his quæ iam alibi diximus, facilè conuinci potest. Superius quidem cum de Christi persona ageremus, ostendimus ex scripturis Christū filium dei esse uerū deum. Ostēdimus etiam in huius tituli, quē modo pertractamus, hęresi prima,

Aetius
Eunomius.
Acacius.
Varimādus
Maximinus.
Felicianus.
Pascentius.
Petrus Abailardus.

tantum esse unum deum. Aut ergo Christus filius dei non est deus, aut si est deus, oportet ut sit unus
Esa. 43 cū patre deus, qm̄ ipse deus pater per Esaiam ꝓphetam loquens ait, Ante me nō est formatus deus, & post me nō erit. Ego sum, ego sum dñs, & absq; me non est saluator. Si ergo ante deum patrem nō fuit alius deus, nec post illum (ut ille ait) erit alter, ergo filius nō est deus. quod si deus est, oportet ut sit ille idem deus qui pater: quia nec ante nec post ipsum est alius deus. Præterea si filius est deus, quomodo potest pater filium aliquo tempore p̄cedere (ut ait Arrius) cum dicat deus pater, post me nō erit alius deus? Si filius est deus, ergo patri coæternus. Nam si patri nō est coæternus, sed posterior patre, ergo nō est deus: quia pater ait, post me nō erit alius deus. Vides quibus angustijs premitur Arrius dicens filium minorē patre, nec eiusdē substantiæ cū eo, nec coæternum patri, sed posteriorē patre, & ab eo creatum. Hæc enim dicens, cogitur negare filiū dei esse deum, aut si fatetur esse deum, cogitur ponere duos deos, cū dicat illum nō esse eundē deum qui & pater, sed alium. Si ergo pater est unus deus, & filius
Esa. 45 alter deus, iam duo erunt dij. Sed contradicit pater dicens, Ego dñs, & non est amplius. Extra me non est deus. Si filius est deus, & nō de substātia patris (ut ait Arrius) iam extra patrem esset deus. Et certe tam efficax mihi uidetur hęc argumētatio, ut quē libet Arrianū conuincat. Sic enim eum cōcludit, ut nulla rimula pateat illi qua elabi possit. Nihilominus tamē plura aduersus eum citabimus testimonia. Ioānes nāq; euāgelista de filio dei loquens ait.
Ioā. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Aut ergo filius dei nihil est, aut factus nō est. Quod si aliquid est, & factus est, ut Arrius fatetur, ergo per uerbū dei, hoc est per filiū factus est: ergo filius dei per seipsum factus est, & ita erat antequi fieret.

fieret. quæ omnia de nulla re ullus intellectus capere poteſt, tantum abeſt ut de filio dei uere dicantur. Rurſum, ſi filius dei eſt, ergo æqualis patri, & eiuſdem naturæ cum eo, qm̃ nō eſt aliter poſſibile ut filius ſit, qui nō eſt de ſubſtantia patris. Nō eſt enim poſſibile ut filius hominis ſit, qui nō ſit homo: multo ergo minus filius erit dei, qui non eſt deus. Si deus, aut ergo idem deus cum patre, & eſt quod fides catholica docet: aut alter deus, & tunc erunt plures dñ. Nō eſt etiam poſſibile ut filius hominis ſit, qui non eſt de ſubſtantia hominis genitus: ſic ergo non erit poſſibile ut filius dei ſit, qui non eſt de ſubſtantia diuina genitus. Quod ſi ex eadē ſubſtantia patris genitus eſt, & deus eſt ut pater, oportet ut ęqualis ſit patri, alioqui nec de ſubſtantia patris erit, nec deus erit. Propterea (inquit Ioannes) magis Ioā 5. q̃rebant eum Iudæi interficere, quia non ſolum ſoluebat ſabbatum, ſed & patrem ſuū dicebat deum, æqualem ſe faciens deo. Peiores ſunt Iudæis Arriani, & obtuſiores ingenio illis: quoniam Iudæi bene intellexerunt Chriſtum p̃dicantem ſe æqualem patri per hoc ſolum quod dixit ſe filium dei. Videbāt enim non poſſe aliter fieri ut filius dei eſſet, quin eſſet etiam deus, & per conſequens æqualis patri, & eiuſdē naturæ cum eo. Præterea, Behemoth ille qui diaboli figuram gerit, principium uiarum, hoc eſt operum dei, in libro Iob prædicatur: eò q̃ prima ſit Io. 40. dei creatura. Oportet ergo hac ratione, ut filius dei non factus eſſe credatur, aut illum poſt Behemoth factum eſſe putetur: qm̃ alioqui non erit poſſibile ut Behemoth ſit principium uiarū dei. Deinde ipſe Ioā. 10. met filius dei de hac re teſtimonium perhibet, dicens, Ego & pater unum ſumus. Qui locus (mea quidē ſententia) apertiſſime Arrium conuincit: q̃q̃ Eraſmus Roterodamus, uir de bonis literis optime Eraſm. meritus, aliter ſentiat, dicens hoc loco parum agi

contra Arrianos: qua de re cum nunc in contentionem uoco, nō q̄ cum Arrianis eum sentire credam (quod absit & illū sentire, & me de illo credere) sed ut ostendam q̄ male locū illum Ioānis circūspexerit: nec mirum, quia quandoq̄ (ut est in prouerbio) bonus dormitat Homerus. Credo certe eum aliter nunc sensurū, si locū reuisat, & diligenter scrutetur. Vt autē clarius agamus, uerba eiusdē Erasmi referā. Is enim doctissimus uir in annotationib⁹ super
1.Ioā.5 primā catholicā epistolam Ioānis exponens illud, Tres sunt qui testimonium dant in cęlo &c. sic ait, Dñs Ioannis decimo dicit, Ego & pater unum sumus. Hoc testimonio quomodo prosternetur Arrianus? nisi doceas unum in literis sacris nō appellari, nisi quæ sunt eiusdē substantiæ. Nunc quū innumera loca suppetant quæ docent intelligi de consensu mutuaq̄ beneuolentia, ad cōfirmandā opinionem orthodoxi ualebit: ad retundendā hæretici pertinaciam nō uideo quantum ualeat. Quod autem Christus ibi loquatur de concordia quā habet cum patre, probabili coniectura colligitur q̄ Christus nō respōdet ad id quod dixerat sese unum cum patre, sed q̄ deum appellabat patrem suum, seq̄ singulari quodā modo uocabat filium dei. Hucusq̄ Erasmus. Sed salua huius uiri doctissimi reuerentia, hic locus apertissime Arrium conuincit. Vt autem hoc ostendamus, uideo à nobis hoc exigi, ut probemus locum illum nullo pacto posse de animorū concordia intelligi. Pro qua re plenè exhibēda illud est ante omnia aspiciendum, quid est in eo loco subiecta materia, de qua sermo fiebat: & qs scopus ad quē Christi uerba dirigebantur. hoc enim est maxime necessarium ad cuiuslibet scripturæ intelligētiam, uidelicet eiusdem scripturæ circunstantias scrutari, ex quarū scrutinio facilè scripturę intellectus hauritur. Christus siquidem in eo loco cum de ouibus

sitis differeret, dixit, Et non rapiet eas quisquam de manu mea, hoc est de potestate. solenne est enim in sacris literis potestatem nomine manus designari. Et ut alia multa testimonia omittam, illud est apertum ubi dicitur, Factum est uerbum dñi in manu Aggei prophetæ. In manu, id est in potestate eius. Aggei Sic etiam hic accipiendum est cũ Christus dicit, Et nõ rapiet eas quisquam de manu mea: nisi forte uelimus deum cum Anthropomorphitis corporeum credere: quoniam etsi de Christo posset iuxta literã dici quôd habeat manus iuxta naturam humanã, de patre tamen hoc non potest dici, de quo postea dicitur, Nemo potest rapere de manu patris mei. Christus ergo uolens ostẽdere oues suas esse tutas, dicit, Et non rapiet eas quisquam de manu mea. Vt autem hoc probaret, addidit sequentia, dicens, Pater qui dedit mihi, maior omnibus est. Sic enim ibi legit Erasmus, Et nemo potest rapere de manu patris mei. Vt enim probet Christus neminem posse rapere oues suas de manu sua, hoc assumit, ꝙ uidelicet nemo potest rapere de manu patris sui. unde colligit ꝙ nemo possit etiam de manu sua assumere. Quod si quis de collectione dubitauerit, tanquã male collegerit, addidit, Ego & pater unũ sumus. quo dicto probauit bene collegisse in argumentatione sua. Nam si ille & pater unum sunt, non magis poterit rapere de manu sua, ꝙ̃ de manu patris. Et ꝙ ille sit uerborꝫ ordo, ex litera ipsa patet, & Augustinus & Theophylactus sic eã distribuunt. Cũ ergo ad hunc finẽ uerba illa Christus dixerit, constat apertissime, nullo pacto posse intelligi de unitate animorꝫ, sicut alibi dicitur, Erat eorꝫ cor unum, & anima una. Nam si de unitate & cõsensu animo Actu. rum uerba illa interpretentur, collectio Christi erit nullius ualoris, ut clarissime patet. Sic enim argumentatur, Nemo potest rapere de manu patris mei,

ergo nemo potest rapere de manu mea. Si qs neget eũ bene collegisse, probat dicens, Ego & pater unum sumus. unũ inçp potestate, de qua tunc erat q̃stio, unum inçp natura. Vnã certe oportet esse manũ patris & filij, ut bene colligat filius neminẽ posse rapere oues de manu sua, per hoc çp nemo potest rapere de manu patris sui. At si de unitate animorum & mutua beneuolentia loqueretur, qualis erat illa collectio? Quis nõ uidet illã esse prorsus inualidã? Ad hunc enim modũ posset quis ĩ gratia existẽs dicere & argumẽtari, Nemo potest hunc calamũ rapere de manu mea, quia nemo potest rapere de manu patris omnipotentis q in cœlis est. Quod si quis dicat collectionẽ esse prorsus inutilẽ, in eiusdẽ collectionis probationem subĩciet id quod Christus dixit, Ego & pater unũ sumus. Iam (ut opinor) satis aperte ostẽdimus çp efficax sit hoc scripturę testimoniũ aduersus Arrianos. Quod si Erasmus bene circumspexisset, certò scio çp rectius intellexisset. Verũ ille (ut patet) nõ aspexit ad præcedentia, sed solũ ad sequentia, per q̃ Christus respõdit Iudæis. Iudęi nãçp audito illo uerbo melius çp Arriani illud intellexerunt, ex illo colligentes Christũ se dicere Deum, qa dixerat sese unũ cũ patre, quod dictũ per sequentia uerba quodãmodo cõfirmat. Accedit ad hęc, quod
Phil. 2. Paulus de eodem filio Dei loquens ait, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualẽ Deo. Vides hic æqualitatẽ dei. cur ergo Arrii audes dicere Deum patrem maiorẽ, filium uero esse minorem? Aduerte etiam çp hic Paulus de Christo loquens secundũ expressam diuinitatẽ dixit, cũ in forma Dei esset: nõ autẽ dixit, cum in forma Dei factus esset, sicut aliàs de eo iuxta humanitatẽ dictũ est, Verbũ caro factũ est. Non ergo sic dixit, sed ita, cum in forma Dei esset, quia esse est proprium Dei,
Ioã. 1. iuxta illud, Ego sum qui sum. Ex eodẽ etiã scriptu-

rę testimonio conuincitur Sabellius. Nā qui par est & æqualis, alterū habeat oportet cui collatus ęqualis reperiatur. Ex illa ergo æqualitate duæ ostēdūtur personæ. Sed iam opus est ut contra dictū Origenis ostendamus filium dei orandum. Hoc autem nō est magnū negocium, cum apertissima sint scripturæ testimonia. Propheta siquidem de filio dei loquens ita ait, Adorate eum omnes angeli eius. Hęc autē uerba Paulus interpretatur esse dicta à patre cœlesti de filio suo unigenito, sic dicens, Et cū iterū introducit primogenitū in orbē terræ, dicit, Et adorent eum omnes angeli dei. Quomodo ergo non est orandus, quē clare cōstat esse adorandū? Quo testimonio nō minus prosternitur Arrius q̄ Origenes. Si enim filius dei est creatura (ut Arrius ait) quomodo illum deus pater adorare iubet, qui alias omnis creaturæ adorationē tam stricte prohibuit? Omitto Magorū adorationem huic etiam in cunabulis existenti exhibitam. Præterea, Stephanus cum lapidaretur à Iudæis, Iesum Christum filium Dei orabat, dicens, Domine Iesu suscipe spiritum meum. positis autē genibus clamauit uoce magna dicens, Domine ne statuas illis hoc peccatū. Petrus etiam ut Aeneam paralyticum à morbo liberaret, ait, Aenea sanet te dominus Iesus Christus. Vox certe illa deprecantis est non imperantis, quia nemo imperat nisi illi quem credit sibi subiectum. Deniq; Paulus ait, Dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorū. Quod antè Esaias prophetauerat, qui dei nomine loquens ait, Mihi curuabitur omne genu. Talis autem genuflexio cuiusdam adorationis & humillimæ deprecationis indicium est. Præter hæc tam aperta scripturæ testimonia extat Concilij Nicæni definitio, quod sub Constantino maiore celebratum est, in quo trecenti & decem

Exo. 3.
Psa. 96
Heb. 1.
Exod. 20. & Deu. 5.
Actu. 7
Actu. 9
Phil. 2.
Esa. 45
Concilio Nicæno.

& octo patres cõgregati, talem ore proprio ad suã & nostram salutem cõfessi sunt fidem. Fides Nicæni concilij. Credimus in unum deum patrem omnipotentem uisibilium & inuisibilium conditorẽ. Et in unum dñm Iesum Christum filium Dei natũ de patre unigenitũ, hoc est de substantia patris, Deum de deo, lumen de lumine, deum uerum de deo uero, natum nõ factum, cõsubstantialẽ patri, id est unius substantiæ cũ patre (quod Græci ὁμοούσιον dicunt) per quẽ omnia facta sunt quæ in cęlo & ĩ terra &c. Hæc conciliũ Nicænũ. Eandẽ fidẽ protulit conciliũ Constantinopolitanũ sub Theodosio maiore celebratũ, & cõcilium Ephesinũ snb Theodosio iuniore, & concilium Chalcedonẽse sub Martiano Imperatore, & pluríma alia cõcilia hoc idẽ cõfessa sunt: de qua re extat liber unus beati Hilarij de synodis celebratis aduersus Arrianos, ĩ quo libro reddit rationem eorũ conciliorũ quæ aduersus Arrianos celebrata sunt. Verum qm̃ Arriani aliquot scripturę loca perperã intellecta adducunt in suæ hæresis testimonium, pro illis ferme omnibus dissoluendis sufficit admonere lectorem, ut qm̃ in Christo duę sunt naturæ, quædam diuina, secundum quam æqualis est patri: altera humana, secundum quã minor est patre: quotiescunq; scriptura Christo tribuit infirmitatem, aut inęqualitatem patri, aut alia huiusmodi, ea intelligat esse interpretanda iuxta naturã humanam, secundum quam infirmus fuit & debilis, & patre minor. Secundũ illã uerbũ caro factũ esse dicitur, secundũ quã patrẽ orat, & cũ clamore ualido & lachrymis p̃ces effundit. reliqua autẽ de illo iuxta diuinitatẽ sunt accipienda. Cõtra hanc hæresim plures scripsere. In primis Athanasius, quẽ cũ eodẽ Arrio disputasse ferunt, scripsit de unica deitate trinitatis libros duos. Beatus Cyrillus scripsit opus insigne, quod thesaurũ inscripsit, quatuorde-

cim libris partitum, in quo contra plures hęreticos agit, ꝑcipue tamen contra Arrianos. Ex latinis scriptorib⁹ primus (quod sciam) ex his qui extant fuit Hilarius Pictauoꝝ episcopus, qui etsi in libris de trinitate diffuse cōtra Arrium & alios hæreticos disputet, tamē specialem librū de hac re contra Arriū edidit de patris & filij unitate. Victorinus Afer, à quo dicitur Hieronymū didicisse Rhetoricam, quatuor libris cōtra Arrium disputat, quod opus ante annos quinq; est impressum Basileę inter illa opera quæ in antidoto hæresium coaceruata sunt. Beatus Ambrosius scripsit de fide orthodoxa contra Arrianos librum unū. Beatus Augustinus sæpissime cū Arrianis (ut iam ostendimus) disputauit, & libros cōtra eos cōposuit plures: cōtra sermonē Arrianoꝝ librum unum. contra Maximinū Arrianoꝝ episcopum libros tres. Cōtra Felicianum librum unum. Idacius clarus Hispanus, qui (ut suspicor) eodē ferme tempore fuit quo Augustinus, scripsit aduersus quendam Varimandum Arrianum insigne opus, quod etiam habetur in eo uolumine quod Antidotum hæresum inscribitur. Alios autem non uidi.

Septima hæresis est quæ negat filiū Dei esse uerbū. Huius hæresis authores (ut August. in lib. de hęresib⁹ cap. 30. ait) dicti sunt Alogiani, quasi sine uerbo. Alogia logos enim græce, latine uerbū dicitur. Et quia in Euangelio Ioannis expresse hoc habetur ꝙ filius Dei sit uerbum patris, hac occasione euangelium illud non recipiebant, dicentes illud non esse Ioannis Apostoli. Contra hanc hæresim nō est opus disputare, cum sit tam apertum testimonium Ioānis apostoli, quod nullo pacto negare possunt. Superiꝰ enim ostendimus catalogum librorum canonicorum, in quo insertū est euangelium Ioannis. Quo catalogo assignato, tunc signauimus arma catholicis & hęreticis cōmunia, quibus & hęreticū se tueri, & catho-

licũ pugnare oportet. Cum ergo hi hæretici prouocent catholicos ad certamen, nõ est ꝙ arma iam recepta ueluti culpata reiiciant. Sed ne testimoniis carere uidear, opus est ut aliunde etiam testimonia petamus ad hanc hæresim reiiciendam. Sapiens nãq; ait, Cum quietum silentium continerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus domine exiliens de cœlo, à regalibus sedibus durus debellator in mediam exterminij terram prosiliuit. Hæc autem uerba constat non posse intelligi de sermone prolatiuo, qui uerberato aere sonat, quoniam ille omnipotens non est, sed solus deus omnipotens est. Et alibi expressius, Fons sapientiæ uerbum dei in excelsis. Et Propheta in persona patris loquens ait, Eructauit cor meum uerbum bonum. Constat autem ꝙ de filio dei loquatur, quoniam de illo sunt illa quæ sequuntur, Speciosus forma præ filijs hominũ &c. Et Esaias apertius hoc docet, qui ait, Exsiccatum est fœnum, & decidit flos: uerbum autem dei nostri manet in æternum. Verbum autem prolatiuum simul cum ipso sono transit, & minorem durationem q̃ fœnum habet: quapropter fieri nequit ut ad illud uerba Esaiæ referantur, sed ad filium dei, cuius aduẽtus in hunc mundũ in illo capitulo prædicatur. Illud ergo uerbum quod est æternum & omnipotens, & quod est fons sapientiæ, quodq; pater cœlestis eructauit gignendo, & quod ex ore altissimi prodijt: illud inquã est filius dei. Taceant ergo Alogiani, & quæ nõ intelligunt, uenerentur tanquam sacramentum absconditum, & nolint res diuinas ex capacitate sui intellectus metiri.

Sap.16

Eccl.1.

Psa.44

Esa.40

Octaua hæresis est de filij persona male sentiens. dicit enim filium dei ignorare diem ultimũ. Huius hæresis authores (ut Iisidorus lib.8. Etymologiarũ cap.5. ait) dicti sunt Ignoitæ, eò quòd ignorantiam

Ignoitæ.

impingant deo. *Quis fuerit primus huius hæresis inuentor, aut quo tempore cæperit, Isidorus nō prodidit, neq; apud alium ego inuenire potui.) Ad hoc autem dicendum moti sunt propterea q; Christus apud Matthęū. dixit, De die illa & hora nemo scit, neq; angeli cœlorum, nisi solus pater. Et apud Marcum expresse nominatur filius, ubi sic dicitur, De die autem illo uel hora nemo scit, neq; angeli in cœlo, neq; filius, nisi pater. Sed anteq; huic obiectioni respondeamus, oportet ut nostrā & catholicam fidē prius cōfirmemus. Propheta regius ait, Omnis consummationis uidi finē. Cum ergo ultimus dies finis sit & consummatio tēporis, sequitur q; illum uiderit. Si forte dicas illud Prophetę dictum nō esse filio dei tribuendū, saltem Esaiæ dictū non poteris hac occasione reiicere: quoniam de Christo filio dei pro nobis crucifixo loquens, ita sub noīe eiusdem Christi ait, Torcular calcaui solus, & de gentibus non est uir mecū. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea: & aspersus est sanguis super uestimēta mea, & omnia indumēta mea inquinaui. Dies enim ultionis in corde meo, annus retributionis meæ uenit. Hic aperte uides filium dei fatentē se scire diem ultimū, quoniā ait, Dies ultionis in corde meo. Quæ uerba cōstat in persona filij dei esse dicta, quoniā qui dixerat, Torcular calcaui solus &c. eadem uerborū consequētia subiunxit dicens, Dies ultionis in corde meo. Præterea, Paulus de filio dei loquens ait, In quo sunt omnes thesauri sapiētię & scientiæ absconditi. Si omnes thesauri sapientiæ & scientiæ, ergo etiā notitia ultimæ diei. Rursum, Oīa per filium dei facta sunt (ut ait Ioānes Apostolus) ergo etiam tēpus & omnes dies per illū facti sunt: ergo & ultimus ab illo mēte iam factus est, qui nouit omnia quę facturus est, anteq; fiant. Deinde ipse met filius dei ad patrē loquens ait, Omnia mea tua

* Mat. 24 mar. 13 Psal. Esa. 63 Colo. 2 Ioā. 1. Ioā. 17

sunt,& tua mea sunt. Aut ergo filius scit diem ultimum quemadmodū pater,aut pater ignorabit quē admodum filius,quoniā alioqui falsum esset quod filius ait patri,Omnia tua mea sunt.Et in alio loco,
Lu.10. Omnia mihi tradita sunt a patre meo.Sed si illi⁹ ultimæ diei notitiā sibi pater seruauit, oportet ut non omnia filio suo pater dederit.Accedit ad hoc,quòd si ultimū ignorat, omnes etiam qui sunt ante illū, oportet ignorare:quoniā si ignorat diem ultimum, sciet etiam illū solum sibi ignoratū: & si sciret omnes præcedentes diem ultimū, necessario sciet diem proxime sequentē esse ultimum,aliàs non esset certus se scire omnes dies præcedentes. Quod si certò scit omnes dies præcedentes ultimū,tunc iam sciet proxime sequentē fore ultimum,&ita sciet ultimū. Aut ergo ultimum scit,aut si ultimū ignorat,præcedentes eum ignorare erit necesse. Ostenso igitur q; filius Dei scit ultimū diem æquè bene ut pater,superest ut declaremus quo pacto intelligendū sit cum ait se diem illū nescire.Pro qua re ualde suffragatur nobis id quod in Actis apostolo⁹ legimus discipu
Act.1. los interrogasse dñm dicentes, Domine si in tēpore hoc restitues regnū Israel?quibus ille respondit,Nō est uestrum nosse tēpora uel momēta quæ pater posuit in sua potestate. Ibi certe filius non negat se scire,sed solum ait nō spectare ad illos illius diei scientiam. Vnde colligitur illū diem esse secretū, & nulli reuelandū. quod prudens ipse dñs fecit,ut nos cautos redderet,& hac occasione uigilare faceret : ideo dixit,de die illa nemo scit. Quòd autē hac occasione illud dixerit,ex decursu literæ colligitur,quoniā statim subiunxit,Vigilate ergo,q; nescitis qua horā dominus uester uenturus sit. Ne autē forte crederent labore aut industria aut aliqua humana ratiocinatione se posse illū diem scire,addidit. neq; angeli cœlorum.ut hoc dicto illos a quolibet huius diei

scrutinio deterreret. Sed qa forte discipuli hoc uellent ab ipso Christo eorũ magistro discere & inquirere (ut eos ab hac inquisitione separaret,) ulterius addidit, neq; filius, sed solus pater. quasi hoc uerbo illis diceret, Nolite soliciti esse de illius diei notitia, quoniã illam nullus habet: neq; a meipso petatis, quoniã nec ego etiã scio. Non qp ipse simpliciter nesciat, sed quia etsi sciat, nõ tamẽ ut illis reuelare debeat: quẽadmodũ si aliquid tibi secrete cõmissum est ut nulli alteri reueles, & postea aliqs a te de illa re scisciteẽ; respõdebis, & merito, te nescire, quoniã etsi scias, non tamẽ sic scis ut reuelare possis. Sacra autẽ scriptura, cũ pro hominibus erudiendis facta sit, codẽ more loquẽdi utitur quo homines loqui solent. quapropter (ut ait b. Aug. in libris de doctrina Christiana) eisdẽ tropis, figuris, & metaphoris utitur, quibus in nostra cõmuni locutione utimur. Filius ergo dei fatetur se nescire diem illum, quia etsi sciat, non tamẽ sic ut reuelare debeat. Quod manifeste ostendit illa sententia, Non est uestrum nosse tẽpora uel momenta quæ pater posuit in sua potestate. Noluit autẽ illis dicere aperte, scio, sed nolo uobis reuelare: ne illos hac respõsione tristes redderet, aut minus erga seipsum affectos hac occasione efficeret. De hac re lõge disputat beatus Hilarius in. 9. libro de Trinitate, paulo ante finem.

Origenes.

Nota hæresis etiam filio ignorantiam impingit. Origenes nãq; (quẽadmodũ illi tribuit Epiphanius in quadam epistola ad Ioãnem episcopũ Hierosolytanũ) dixit filium nõ posse uidere patrẽ, nec spiritũ sanctũ posse uidere filiũ. Et certe Epiphanius citat uerba Origenis in libris Peri archon, ubi sic Origenem dixisse refert. Sicut enim incõgruum est dicere, qp possit filius uidere patrẽ, sic incõsequens est opinari, qp spũs sanctus possit uidere filiũ. Hæc dixisse Origenem refert Epiphanius. Vt uerũ fatear, miror

uirum tam doctũ,qualis fuit Origenes,in tam aper
tum errorẽ fuisse lapsum, cum sit tam apertus locꝰ
mat. 11 scripturæ ita dicens, Nemo nouit filium nisi pater,
neq; patrẽ quis nouit nisi filius,& cui uoluerit filiꝰ
reuelare. In hoc loco tam uere tribuitur filio notitia
patris, ut ex eo magis posset quis suspicari spiritũ
sanctũ non uidere patrẽ. Quãq; & hoc nõ ita se ha-
bet,quoniã ea quæ ad se dicuntur,quæ nunc recen-
tiores theologi absoluta & essentialia appellant,tri
bus personis sunt cõmunia, sicut & ipsa essentia.
Quapropter etsi in his locutionibus reperiatur dic-
tio exclusiua, per quã prima fronte excludi uidea
tur aliqua persona:nulla tamẽ earũ excluditur,sed
solum excluduntur illæ res quibus essentia diuina
non sic se cõmunicat. Vt unũ è multis gratia exẽpli
afferam, per Esaiam prophetã Deus pater loquitur
Esa.45 dicens,Ego dñs,& non est alter formans lucem,&
creans tenebras. Nũquid ergo dicemus filium aut
spiritum sanctũ non formare lucẽ,quia dixit pater,
non est alter formans lucẽ? Absit. Nam de filio Dei
Ioãnes ait,Omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso
Gen.1. factum est nihil. Et cũ aquæ crearentur,spiritus do
Psal.32 mini ferebatur super eas. Et de eodẽ spiritu Dauid
ait, Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris
eius omnis uirtus eorũ. Ad hunc modum interpre-
tandum est id quod dicitur, Nemo nouit filiũ nisi
pater,neq; patrẽ quis nouit nisi filius. Notitia enim
res est quæ ad se dicitur,hoc est absoluta, ac proin-
de essentialis, & omnibꝰ tribus personis cõmunis:
quapropter etsi ibi dictio exclusiua ponatur, nõ est
tamen intelligendũ aliquam personã diuinã exclu-
di,quin etiã spiritus sanctus cognoscat patrẽ sicut
filius,& in filiũ æquè perfecte sicut pater. Hoc autẽ
quod de spiritu sancto dicimus, clarius patebit cũ
in sequentis hæresis expugnatione cõuicerimus ex
sacris literis spiritũ sanctum esse patri & filio con-

ſubſtantialem,hoc eſt eiuſdem cum illis ſubſtãtiæ: quapropter erit neceſſarium,ut omnia quę ſunt patris & filij,ſint etiam ſpiritus ſancti, ita ut ſpiritus ſanctus uere dicere poſſit utiq; quod filius dixit patri,Oĩa mea tua ſunt,& tua mea ſunt. Vnde apertiſſime conuincitur ſpiritũ ſanctum cognoſcere patrẽ quẽadmodũ filius,& filium quẽadmodum pater.

Decima hæreſis impetit ſpiritũ ſanctum,quoniã ait ſpiritum ſanctũ eſſe minorẽ patre & filio, & nõ eſſe eiuſdẽ ſubſtantiæ cum patre, ſed eſſe uerã creaturam. Huius hæreſis princeps fertur Macedonius quidam Conſtantinopolitanus epiſcopus,tempore Conſtantij Imperatoris, & Liberij Papæ, a quo Macedonio Macedoniana hęreſis appellata eſt,q̃q̃ & eandem hęreſim prius docuerat Arrius,qui ſicut dixit filium diſſimilẽ patri, & eſſe creaturã, ita etiã docuit de ſpiritu ſancto. Sed quoniã Arrij ſequaces diuiſi ſunt,quibuſdã affirmantibus filium quodãmodo ſimilem patri,licet non eiuſdẽ eſſentię: quam partem tenuit Eunomius quidã corpore leproſus, & artis dialecticæ callidiſſimus: alijs autẽ affirmantibus filium per omnia ſimilem patri, ſed ſpiritum ſanctum eſſe illis prorſus diſſimilem meramq; eſſe creaturam, & iſtorũ dux fuit Macedonius,ideo ab eo nomen accepit,ut Macedoniana hæreſis diceretur: quoniam ſub Arrio magis diſputatũ eſt de filio q̃ de ſpiritu ſancto. Hi ſic ſentientes uocati ſunt pneumatomachi,id eſt ſpiritus ſancti impugnatores. πνεῦμα grẽce,eſt idẽ quod ſpiritus latine. quod ſi in ſacris literis reperiatur prępoſito articulo τὸ(ut annotat Didymus in lib. de ſpiritu ſancto) ſemper ſignificat ſpiritũ ſanctum. μάχομαι græce, eſt idem quod latine pugno. inde dictio cõpoſita πνευματομάχος,id eſt ſpiritus ſancti oppugnator. Hic nõ poſſum cõtinere meipſum quin referam q̃ bellã illius uocis etymologiam adferat Bernardus de Lutzẽ-

Macedonius

Arrius

Eunomius.

burgo in suo catalogo hæreticorum, ubi sic ait, Et dicuntur a pneuma, id est spiritus, & tocos, id est mater, quia spiritum sanctum ex matre ipsa processisse dicebat, & de filio Dei. Et certè non est mirandum q̃ ignorauerit, sed illud ualde miror, esse aliquem tam impudentis arrogãtiæ, ut quod prorsus ignorat, nõ uereatur tanta cum authoritate docere. Sed hoc non potest ullo pacto tolerari, q̃ uidelicet ut etymologia quã ex suo cerebro finxerat, proposito negocio conueniret, addidit Macedonium sensisse q̃ spiritus sanctus ex matre processerit, & de filio Dei, tanq̃ si filius Dei coiens cum matre genuisset spiritum sanctũ. Dispeream si uel per somnium Macedonius tale dixit, aut si frater Bernardus hoc apud aliquem scriptorẽ de Macedonio reperit. Nã beatus Augustinus in libro de hęresibus cap. 52. de Macedonio loquens, nihil tale illi impingit: Philaster qui hos hæreticos non Macedonianos, sed Semiarrianos appellat, nunquã huius fabulæ meminit. Ecclesiastica historia in decimo libro cap. 25. de Macedonio loquens, nullum tale figmẽtum illi tribuit. Historia tripartita lib. 5. cap. 41. de hæresibus Macedonĩ differens, nec ullum matris nomẽ circa spiritus sancti productionẽ ibidem posuit, sed solũ dicit Macedoniũ sensisse quòd spiritus sanctus sit patri dissimilis, & minister illius, & illa dixerit spiritui sancto tribuenda, quę de angelis dicuntur. An autem angeli dicãtur in scriptura habere matres, uideat frater Bernardus de Lutzemburgo. Beda in libro de ratione temporũ de Macedonio faciens mẽtionem, nunquã illum tale sensisse refert, quale illi impingit Bernardus de Lutzemburgo. Et ut ad recentiores descẽdam, Platina in uita Felicis papæ huius nominis secũdi, idẽ dicit de Macedonio, & sub eisdem ferè uerbis quibus Ecclesiastica historia de Macedonio differuerat. Guido cum semper Augu-

ſtinum & Iſidorum ſequatur etiam hic ſui ſimilis, ſolùm Auguſtini & Iſidori de Macedonio cenſurã refert. Vbi ergo Bernardus de Lutzẽburgo inuenit Macedoniũ dediſſe ſpiritui ſancto matrẽ, ex qua & filio Dei ſpiritũ ſanctũ proceſſiſſe dicat? Certe ego aliud non poſſum conijcere, niſi q̃ forte apud aliũ ſimilis farinæ legit, & nulla adhibita rei ſidagine (ut alias de illo diximus) in ſuũ opus trãſcripſerit, aut forte (q̃ magis credo) ipſe appoſuit è ſuo cerebro, ut etymologia per eũ allata ſubiectæ materiæ conueniret, & ita (ut eſt in prouerbio) ad lapidẽ applicauit amuſſim. Sed iam opus eſt ut ad oppugnationem hæreſis accedamus. Pro qua re memores eſſe oportet eorũ quæ ſuperius cõtra Sabellium attulimus. ibi enim oſtendimus trinitatẽ unitatis, patrẽ uidelicet & filiũ & ſpiritũ ſanctum unum eſſe deũ. Ipſa enim ueritas dixit Apoſtolis ſuis, Eũtes in mũ dum uniuerſum prædicate euãgelium omni creaturæ, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Cum in nomine dixit, & non in nominibus, aperte oſtendit eorum trium unum eſſe nomen, unamq; ſubſtãtiam. ſpiritus ſanctus ergo eſt Deus, & patri cõſubſtantialis. Præterea (ut ſupra de filio ſumus argumentati) cum unus tantum ſit Deus, & non plures: non poteſt eſſe ut ſpiritus ſanctus ſit Deus, quin ſit unus cũ patre & filio Deus, quoniã alioqui plures eſſent dij, quod catholica fides abominat. At q̃ ſpiritus ſanctus ſit deus, Paulus apoſtolus teſtatur, qui in priore ad Corinthios epiſtola ait, An neſcitis quoniã membra ueſtra templum ſunt ſpiritus ſancti, qui in uobis eſt, quẽ habetis a deo? Et ne q̃ſquã ipſum ſpiritũ ſanctũ negaret deũ, cõtinuo ſecutus ait, Et nõ eſtis ueſtri, empti enim eſtis precio magno. glorificate ergo & portate Deum in corpore ueſtro. Cum dixit, portate deũ in corpore ueſtro, inſinuauit nobis ſpiritũ ſanctum

mat. 28

1. cor.

esse deum, cuius templum mẽbra nostra esse prædi
1.co.12 xerat. Et in eadẽ epistola iterũ, Nemo potest dicere dñs Iesus, nisi in spiritu sancto. Diuisiones uerò gratiarum sunt, idem autẽ spiritus. Et diuisiones ministrationũ sunt, idem autem dñs. Et diuisiones operationũ sunt, idẽ uerò deus, qui operatur omnia in oĩbus. Ecce hic uides spiritũ sanctũ uocatum dñm & deum. Præterea nisi spiritus sanctus esset Deus, quomodo esset possibile, ut peccatũ in illum sit tam
mat.12 graue, ꝙ (ut Christus ait) neq; hoc seculo neq; in futuro remittatur? Fieri enim nõ potest, ut grauius sit peccatum in creaturam, q̃ illud quod aperto marte fit in Deũ. At si spiritus sanctus esset creatura (ut Macedonius ait) grauius esset peccatũ in creaturã, q̃ in deum. Rursum, Petrus ad Ananiã, qui frauda
Act.5. uerat Apostolos de precio agri uenditi, ait, Anania, cur tentauit Satanas cor tuũ mentiri te spiritui sancto? Vt autẽ explicet spiritum sanctũ esse deũ, subiunxit: Non es mẽtitus hominibus, sed deo. Quem ergo spiritũ sanctum prius dixerat, eundem postea deum nominauit. Deinde opera spiritus sancti arguunt eum esse deũ, quia ea illum facere cognosci-
1.cor.) mus, quæ nõ nisi a deo fieri possunt. Gratiã donat, ut Apostolus ait, Diuisiones gratiarũ sunt, unus au
Psal.83 tem spiritus qui impartitur. Tamẽ Dauid ait, Gratiam & gloriã dabit dñs. ergo spiritus sanctus qui
Ro.5. gratiam donat, est dñs & deus. Charitatẽ effundit in cordibus nostris. Charitas Dei (inquit Paulus) diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum qui datus est nobis. Spiritus sanctus peccata remit
Ioã.20 tit, quod soli deo est propriũ. Dñs enim Iesus Christus sanctis Apostolis insufflans ait, Accipite spiritum sanctũ: quoꝝ remiseritis peccata, remissa sunt. apostolis datur spiritus sanctus, ut possint peccata dimittere. Si ergo illi per spiritũ sanctum peccata remittunt, multo melius ille, in cuius uirtute hæc faciunt,

ciunt,remittet.Quomodo ergo nō est deus, q̄ peccata propria auctoritate dimittit? Spiritus sanctus loquutus est in prophetis,ut pater et filius.De deo enim patre Zacharias dixit,Locutus est per os sanctorum qui à seculo sunt prophetarum eius. Et Petrus ait, Nō enim uoluntate humana allata est aliquando prophetia,sed spiritu sancto inspirāte locuti sunt sancti dei hoies. Et Paulus ait, Omnis scriptura diuinitus ispirata.Si spiritus sanctus in Prophetis & Apostolis loquit, & omnis talis scriptura diuinitus ispirata est,ergo spiritus sanctus deus est.Spiritus sanctus ubiq̄ est,ut pater, quod manifestè ostendit,p̄pheta dicēs, Quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? si ascendero in cęlum,tu illic es,&c. Multa alia similia ex scriptura sacra diligēs lector colligere potest.Sed iā audiamus ecclesiæ definitionem.Concilīū Cōstantinopolitanum. 150. episcop̄or̄ sub Theodosio maiore & Damaso papa,damnata hæresi Macedonia, talē protulit fidem,Credimus in unū deum patrem omnipotentē factorem cæli & terræ &c.Sequit,Credimus in spiritum sanctum dñm & uiuificatorem ex patre procedentem,cū patre & filio adorandum & conglorificandum,qui locutus est per p̄phetas. Eandem fidem docuit Ephesinū cōcilium, eandem amplectit cōcilium Chalcedonense,eandem recepit cōcilium Lateranense sub Innocentio papa hui⁹ nominis tertio celebratum,cuius definitio habetur in lib. Epistolarum decretalium titulo de sum. trinitate & fide catholica. Contra hanc hæresim scripsit Didymus Alexandrinus duos libros de spiritu sancto, quod opus beatus Hieronym⁹ latinitate donauit. Basilius aduersus Eunomium edidit librum unū. Beatus Ambrosius omnib⁹ in hac parte copiosior est,q̄ tribus libris de spiritu sancto ad Gratianum Imperatorē editis,strenue,p̄ fide catholica pugnat.

Luc.1. 2.Pe.1. 2.Ti.3. Ps.138 cōciliū Cōstantinopolitanū.

Vndecima hæresis ait spiritum sanctum esse animam mũdi. Huius hæresis magister & doctor fuit Petrus Abailardus. Hoc enim impingit illi beatus Bernardus in quadã epistola ad Innocentiũ papã, quæ est ordine eius epistolarum. 190. Hęc sententia inde dignoscit esse hæretica, si animaduertimus illud cõmune atq; notissimum omnibus principiũ, Omne totum maius est sua parte. Quod nõ solum uerũ est de maioritate (ut ita loquar) uel de excessu in magnitudine molis, sed etiam de excessu secundum perfectionẽ, ita uidelicet q̃ oportet omne totum esse maius, hoc est perfectius qualibet sua parte seorsum sumpta. Quo fundamẽto iacto, facilè superædificabimus ueram fidei doctrinam, q̃ scilicet spiritus sanctus nec sit nec esse possit anima mũdi, quia inde sequeretur spiritum sanctum esse minorem mũdo, quia pars mundi, cum sit anima eius. sequitur etiam spiritum sanctũ esse mundi limitibus inclusum & circũscriptum atq; definitum, qd̃ tamen fateri aperta est blasphemia: quoniam (ut proxime cõuicimus) spiritus sanctus est deus. At deus nullis locorum spatijs clauditur. Nonne cogitas q̃ deus excelsior cælo sit, & super stellarum uerticem sublimetur? Cælum & cæli cælorum eũ capere nõ possunt. Et qualiter capere possent cæli illum q̃ mẽsus est pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit? Si ergo mundus nõ potest capere spiritũ sanctũ, nõ est possibile q̃ spiritus sanctus sit anima mũdi, qm̃ ois anima capit ab eo corpe qd̃ fouet & uiuificat.

Petrus Abailardus.

Ioh. 22 2. Par. 2. Esa 40.

Duodecima hæresis est, quæ negat spiritum sanctum procedere à patre & filio. Hanc hæresim docuerunt & tutati sunt Græci per multas annorum cẽturias, ita ut hæc fuerit una ex præcipuis caussis propter quas à Romana & catholica ecclesia diuisi sunt. Eundem errorẽ tenent Armeni. Dicũt enim spiritum sanctum à patre procedere, sed non à fi-

Græci.

lio:ad quod inde mouentur, quia in Euãgelio solũ inuenitur processus à patre, nũquam tamen ibi (ut dicunt) reperitur ꝓcessus à filio. Et in symbolo Niceno, & symbolo Cõstantinopolitano solũ ibi ponitur processus à patre, in quibus nulla fit mentio de ꝓcessione spiritus sancti à filio. Quapropter negant spiritum sanctum à filio procedere. Sed ne in uacuum laboremus, de sola uoce cõtendentes, quęramus quid intelligitur per hoc quod est procedere ab alio. Et ego nõ possum aliud intelligere, quã esse ab alio productum: & deriuatum ab alio, ut fluuius procedit à fonte, quia ab illo trahit originẽ suam: calor procedit ab igne, à quo productus est: lux procedit a sole, à quo generatur. sic etiam filius procedit à patre, à quo genitus est: spiritus sanctus procedit à patre & filio, quoniam ab utroq; productus est. Quod si aliud illis significat procedere ab alio, quàm produci ab illo, aut deriuari ab illo, tũc de uoce cõtendim⁹, & ignoramus de qua re loquãtur. Si uero nobiscũ sentiũt de uocis significatione, apertè illis ostendemus ex sacris literis spiritũ sanctum procedere à filio sicut à patre, qm̃ producit̃ à filio sicut à pr̃e. Hoc autẽ ita se habere, ipsa ueritas nos docet, q̃ apud Ioannẽ ait, Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnẽ ueritatem. Non enim loquetur à semetipso, sed quæcunq; audiet, loquetur &c. Quæ uerba exponens Didymus in secũdo libro de spiritu sancto, ita ait: Non enim loquet̃ à semetipso, hoc est nõ sine me, & sine meo & patris arbitrio, quia inseparabilis à mea & patris est uoluntate, qa nõ ex se est, sed ex patre & me est. hoc enim ipsum quod subsistit & loquit̃, à patre & me illi est. Ego ueritatem loquor, id est inspiro quæ loquit̃. siquidẽ spiritus est ueritatis. Hæc Didym⁹. Quẽ, eò ꝙ Græcus esset, libentius ꝓtulimus, ut sorte hac occasione eius expositio faciliꝰ à Græcis reci

Ioã. 16.

piat. Quæ ſequunt apud Ioannē, magis adhuc noſtram fidem cōfirmāt. Ille (inquit de ſpiritu ſancto Chriſtus) me clarificabit, qa de meo accipiet, & annunciabit uobis. Omnia quęcūq; habet pater, mea ſunt; ppterea dixi quia de meo accipiet, & annūciabit uobis. Quid eſt dicere, de meo accipiet? hoc eſt, ſicut à me p productionem habet eſſentiam, ita & ſcientiam oēm. Sicut enim filiꝰ dixerat aliàs ſe audiuiſſe à patre ſuo, ita nūc dicit ſpiritū ſanctum audire ab eo. Quomodo autē audiat, declarat ſubdens, quia de meo accipiet, hoc eſt, quia de mea ſubſtantia & à me productus eſt, & producit, & producetur. Quòd autem dixi à me illum accepturum, non miremini, qa ſicut accipit à patre, ita accipit à me. Omnia enim quæ pater habet, mea ſunt. ſi ergo de ſubſtātia patris accipit, de mea oportet q accipiat. Si ergo de ſubſtantia patris filiꝰ, certè nō poteſt aliter eſſe quin ab illo procedat. Preterea ſpiritus ſanctus etiam eſt ſpiritus filij, ſicut ſpiritus patris, qđ
Ro.8. non diceretur niſi a filio, pcederet ſicut a patre. Paulus ſiquidem ait, Qui autem ſpiritū Chriſti nō habet, hic nō eſt eius. Et alibi, Miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda ueſtra. Ecce hic uides nominatū ſpiritum ſanctum eſſe ſpiritum filij, qui aliàs dicitur ſpiritus patris. Ex quo cōuincitur ut à filio etiā ſicut à patre ꝓcedat. Rurſum, Spiritus ſanctus mittitur a filio ſicut a patre: ſignū eſt ergo q etiā a filio ſicut a patre ꝓcedit. Filius ſiquidem ait, Si ego non
Ioā.16. abiero, paracletus nō ueniet ad uos. Si autem abiero, mittam eum ad uos. Qui ergo a filio mittitur ſicut a patre, fieri neceſſe eſt ut a filio ſicut a patre ꝓcedat. Accedit ad hæc, q Athanaſiꝰ in ſymbolo ait, Spiritꝰ ſanctus a patre & filio nō factus, nec creatꝰ, nec genitus, ſed ꝓcedēs. Et hic etiā Græcus eſt. Sed iam poſt hæc oīa audiamus eccleſiæ definitionem.

Concilij Lateranēſis. Concilij Lateranēſe ſub Innocētio papa huiꝰ noſ

tertio celebratum, fidem suam ꝙ hæc uerba ꝓtulit. Firmiter credimus & simpliciter cõfitemur, ꝙ unꝰ solus est uerus deus, æternus, ímensus & incõmutabilis, omnipotens, & incõprehensibilis, & ineffabilis, pater, & filius, et spiritus sanctus. Tres qdem personæ, sed una essentia, substãtia seu natura simplex omnino. Pater à nullo, filiꝰ à patre solo, ac spiritus sanctus pariter ab utroq, absq initio semper ac sine fine. Pater generans, filiꝰ nascens, & spiritus sanctus ꝓcedens: consubstantiales, & coomnipotẽtes, & coæterni. Hæc cõcilium Lateranense. Ex cuius fidei definitione omnes præfatæ hæreses quas de deo & de ꝑsonis eius exortas esse narrauimus, prosternũtur. Hæc autem cõcilĩ fides habeẽt in uolumine Epistolarũ Decretaliũ titulo de summa trinitate, & fide catholica. Et concilium Lugdunense sub Gregorio nono celebratum, expressius hanc fidem docuit, ita dicẽs, Fideli ac deuota ꝓfessione fatemur ꝙ spiritus sanctus æternaliter ex patre & filio, non tanq̃ ex duobꝰ principĩs, sed tanq̃ ex uno principio, nõ duabus spirationibꝰ, sed unica spiratione procedit. Et paucis íterpositis subiungit, Sed quia nõnulli propter irrefragabilis præmissæ ueritatis ignorãtiam in errores uarios sunt ꝓlapsi, nos huiusmodi erroribus uiam præcludere cupientes, hoc sacro approbante cõcilio, damnamus & reprobamus omnes ꝙ negare præsumpserint æternaliter spiritũ sanctum ex patre et filio ꝓcedere, siue etiam temerario ausu asserere ꝙ spiritus sanctus ex patre & filio tanquam ex duobꝰ principĩs, & nõ tanquã ex uno ꝓcedat. Hæc ex cõcilio Lugdunensi: qđ decretum habetur in 6. lib. Epistolarum Decretaliũ, titulo de summa trinitate & fide catholica. Verùm ne Græci horũ concilioꝝ definitiones reĩciant hac occasiõe ꝙ à Latinis celebrata fuerint, opus est ut alicuius cõcilĩ apud eos celebrati definitionem il-

cõciliũ Lugdunense.

lis obijciamus. Concilium Ephesinum, quod sub Theodosio iuniore celebratũ est, & tertia synodus appellat, in epistola à toto cõcilio ad Nestoriũ missa, circa finem epistolæ sic ait, Quãuis enim in sua sit substãtia spiritus eius, & intelligatur in psona, p prietas iuxta id q̃ spiritus est, & non filius, attamẽ alienus ab illo non est. Nã spirit⁹ appellatus est ueritatis, & ueritas Christus est unde & ab isto similiter sicut ex deo patre ꝓcedit. Hęc ibi. Nec possunt calumniari dicentes hanc esse epistolam Cyrilli, & non concilij deffinitionem, quoniã, ut patet, principium epistolæ sic habet, Religioso & Deo amabili consacerdoti Nestorio Cyrillus, & quicũque sunt apud Ephesi synodũ. In qua inscriptione p̃positus est Cyrillus, qm̃ ex commissione Cęlestini papę in illo p̃sidebat concilio. Quòd autẽ Gręci dicũt euãgelium non ostendere processionẽ spiritus sancti a filio, iam ostendim⁹ esse falsum: quia etsi ibi nõ expilceẽ sub nomine processionis, sub uerbis tñ ęqui pollentibus satis declarat. Concilij etiã Nicænum & Constantinopolitanũ etsi dicãt spiritũ sanctum procedere a patre, & taceant de filio, non tamẽ dicunt solùm ꝓcedere a patre. Quid, quòd dicentes illum ꝓcedere a patre, hoc solo dicto testati sunt illum ꝓcessisse a filio? qm̃ (ut ait Boeti⁹ in lib. de trinitate) exceptis relationib⁹ oppositis, omnia q̃ de una psona dicunt, dicunt etiã de alijs. Cũ ergo spiratio actiua nõ opponat filiationi, sed solũ spiratio ni passiuę, quę cõuenit spiritui sancto, sequitur inde, ut cum dicitur spiritũ sanctũ procedere a patre, intelligatur inde quòd etiam procedat a filio.

Tertiadecima hæresis omnes psonas diuinas impetit, & conuitijs afficit, quoniam ait potentiam esse propriam patris, non appropriatam, sapientiam filij, benignitatẽ spiritus sancti. Hunc errorẽ tribuit etiã Petro Abailardo sanctus Bernardus in illa epi

Petrus Abailardus.

stola 190. quam sæpe iam citauimus. Hęc hęresis facilè conuincitur, si primò supponamus rem illã nõ esse uere alicuius propriam, quę pluribus cõuenire dignoscitur. At cum cõstet ex sacris literis, potentiã, sapientiam, & benignitatem, sicut omnia alia quæ ad se dicuntur, omnib⁹ tribus personis cõuenire, sequitur inde, ut nulli personæ aliqua illarũ sit propria. Patrem ille fatetur potẽrem, sed audiat de filio dictum esse, Omnia p ipsum facta sunt, & sine ipso Ioan. 1. factum est nihil. Et quũ angelorũ ministerio in gloriam ascendit, percontantibus aliquibus quis ille esset, alij respondent, Dominus fortis & potẽs, dominus potens in prælio. Et inter nomina quæ filio Dei tribuit Esaias, sunt ista uidelicet, De⁹ fortis, pater futuri seculi: quæ nõ ob aliam caussam q̃ ꝓpter eius potentiam illi tribuuntur. Sed audi iam filij & spiritus sancti potentiam simul. Verbo domini (inquit Psaltes) cæli firmati sunt, & spiritu oris ei⁹ omnis uirtus eorũ. Filij sapientiã cõcedit Petrus Abailardus: audiat ergo Paulum Deo patri tribuentem sapientiam. Is enim in calce epistolæ ad Romanos ita ait, Cogniti soli sapiẽti deo per Iesum Christũ, cui honor et gloria in secula seculorũ. De spiritu sancto ait ipsamet Sapientia discipulis suis loquens, Cũ autẽ uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos Ioã. 16. omnem ueritatem. At quomodo sapiens non est, q potens est docere omnem ueritatem? Et ut reliqua omittã, iter alia spiritus sancti dona Esaias enume- Esa. 11. rat sapientiã, scientiã, & itellectum. Nõ potest ergo fieri, ut q sapiẽtiam & scientiam donat alijs, sapiẽs ipse non sit. Sola iam benignitas supereſt ut ostẽdatur cõmunis tribus. hanc cum Petrus Abailardus tribuat spiritui sancto, nõ est opus nisi ut ostendamus illam cõuenire patri & filio. De patre ipsamet ueritas testat̃ q benign⁹ sit. Nã cũ apud Lucã pcepisset ut benefaciamus ijs q odiũt nos, statim sub-

Psal. 18

Esa. 9.

Psal. 32

Luc. 6. didit, Et eritis filij altissimi, qa ipse benignus est su-
Sap. 7. per ingratos & malos. De filio autem Salomon te-
statur, qui de sapientia diuina, quæ filius dei est, lo-
quēs, ita ait, Est enim in illa spiritus ītelligētiæ san-
ctus &c. sequitur, Suauis, amans bonum, acutus, q
nihil uetat benefacere, humanus, benignus, stabi-
lis &c. Si in sapiētia est spiritus benignus, quomo-
do ipsa benigna non erit? Sed exp̄ssius hoc nos do-
Titū. 3. cet Paulus, qui in epistola ad Titum ita dicit, Cum
autē benignitas & humanitas apparuit Saluatoris
nostri &c. Colligamus autē ex his oībus, nec potē
tiam esse ꝓpriam patris, nec sapientiā filij, nec beni-
gnitatem spiritꝰ sancti, sed oīa q̄ ad illos dicunt, om-
nibus ꝓsonis esse cōmunia. Dicunt tñ appropria-
ta, quia etsi sunt oībus cōmunia, habent tñ aliqua-
lem cum una ꝓsona cōuenientiam & similitudinē:
ut potentia etsi oībus personis sit cōmunis dicitur
tñ cōuenire patri, quia ille est fons (ut Augustinus
ait) totius deitatis, à quo reliquæ duæ ꝓsonæ proce-
dunt. Dicit etiam filius sapientia, quia etsi pater &
spiritus sanctus sapientes sint, tñ filius est genitus
per ītellectum patris, & est notitia quędam ab illo
ꝓducta: & ꝓpter hanc similitudinem illi appropria-
tur sapientia, q̄ oībus est cōmunis. Ad eundem mo-
dum solemus tribuere spiritui sancto bonitatē &
amorem, quia spiritus sanctus ꝓductus est à patre
& filio p illoꝝ uoluntatem, & est amor ab ambo-
bus ꝓductus. propter hanc cum illo cōuenientiam
illi tribuitur amor, quanuis omnibus sit cōmunis.
Hitius hæresis non meminit Guido, sicut nec alia-
rum quas docuit Petrus Abailardus.

DIABOLVS.

Mani-
chæus.
Prisc. DE hac re est unus Manichæoꝝ & Priscillianis-
tarum error, quo docent diabolū ex sua natu-
ra malum esse, nec posse esse bonū. Hæc hęresis etsi
iam superius ꝓstrata fuit cū de creatione & creatu-

ris omnibus disputauimus, nihilominus tñ aduersus hãc nõ pigebit particularia afferre testimonia. Christus enim de diabolis loquens ait, In ueritate nõ stetit, qa non est ueritas in eo. Ex quo uerbo patet eum creatũ fuisse in ueritate, sed p̃ suam malitiã ab illa cecidisse. nam si in ea nunc̃ fuisset, nõ dixisset, in ueritate nõ stetit, sed dixisset, nunc̃ in ueritate fuit. Hoc autẽ alibi exp̃ssius docuit dicẽs, Videbam Satanam sicut fulgur de cælo cadentem. Qui ergo de cælo cecidit, in cẽlo fuisse necesse est, ubi nõ nisi boni existunt. Quod etiã clarius ostẽdit̃ p illud qd̃ ait diabolũ cecidisse ut fulgur: id qd̃ ideo dictũ esse constat, qa fulgur lucem in sua origine habet, q̃ cum parum duret, et citò extinguat̃, simul cum suo casu uertitur in tenebras. Sic etiã diabolus cum in luce gratiæ & claræ cognitionis à deo creatus fuerit, parum in ea manens, de cælo cecidit, & in tenebras detrusus est. Ideo ait, Videbam Satanam sicut fulgur de cælo cadentem. Esaias etiã de eo sub noĩe regis Babylõis ait, Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, q mane oriebaris? Qui mane oriebaris dixit, propterea q̃ in principio suæ formationis aut creationis lucem habuit. Ezech. etiam, ppheta sub noĩe regis Tyri de eo dicit, Tu signaculũ similitudinis dei, plenus sapiẽtia, & p̃fectus decore, in delic̃js paradisi Dei fuisti. Sequitur, Tu cherub extentus & protegens, & posui te in mõte sancto dei. In medio lapidum ignitorum ambulasti, p̃fectus in uĩs tuis à die cõditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te. Ecce quàm multis uerbis declarat diabolum aliquando fuisse bonum. Quòd si quis dicat uerba illa solum ad regem Tyri esse referenda, quomodo illi conuenire potuit qd̃ dixit, in delic̃js paradisi dei fuisti? Et iterum, Posui te in monte sancto dei? Hic autem mons sanctus dei cælum est, de quo p̃ Prophetam dicitur, Mons Dei mons pinguis, mons in

Ioan. 8

Lu. 10.

Esa. 14

Eze. 28

Ibidẽ. Ps. 67.

quo beneplacitū est deo habitare in eo. Et alia multa ibidem referuntur, quæ regi Tyri nequaquā conuenire possunt, ut annotat beatus Hieronymus in expositiōe Ezechielis. Præter hæc omnia scripturæ sacræ testimonia, est etiam aperta ecclesiæ definitio. Nam Leo papa huius nominis primus in epistola ad Toribium Astorigensem episcopū, in qua errores Priscillianistarū damnat, cap. 6. hæc ait, Sexta annotatio indicat eos dicere ꝙ diabolus nunquā fuerit bonus, nec natura eius opificium dei sit, sed eum ex Chao & tenebris emersisse: qa scilicet nullum sui habeat auctorem, sed omnis mali ipse sit principium atq; substantia: cum fides uera, quæ est catholica, omnium creaturarum siue spiritualium siue corporalium bonam cōfiteatur substantiā, & mali nullam esse naturam: quia deus q uniuersitatis est conditor, nihil nō bonū fecit. Vnde & diabolus bonus esset, si i eo quod factus est permaneret. Sed quia naturali excellētia male usus est, & in ueritate non stetit, non in cōtrariam transiit substantiam, sed à summo bono cui debuit adhærere, desciuit: sicut ipsi qui talia asserunt, à ueris in falsa proruunt: & naturam in eo arguunt, in quo spōte delinquunt, ac pro sua uoluntaria peruersitate damnantur. Quod utiq; in ipsis malum erit, & ipsum malum non erit substantia, sed pœna substantiæ. Hactenus Leo papa uir qdem sanctus perinde ac doctus. & concilii Lateranense sub Innocentio tertio celebratum, hæc ait · Diabolus enim & alij dæmones à deo qdem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali: homo uerò diaboli suggestione peccauit. Hæc concilium. Quæ uerba habentur in libro Decretalium, cap. 1. de sum. trinitate et fide catholica. Demum cōcilium Braccarense primum de hac re definit, quod in cap. 7. suorum decretorū ita ait, Siquis dicit diabolum non prius fuisse ange-

Concilium Braccarense.

lum bonum à deo factum, nec dei opificium fuisse naturam eius: sed dicit eum ex tenebris emersisse, non aliquem sui habere authorem, sed ipsum esse principium atq; substantiã malã, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit. Hæc concilium Braccarense. Quòd autem Manichæi pro se adducunt illud Christi de diabolo dictum, Ille homicida est ab initio, parum mouet: quoniam illud non sic accipiendum est, ut intelligamus diabolum initio suæ creationis fuisse homicidam, quia tunc homo non erat quem occideret, ut homicida uocaretur: sed dicitur homicida ab initio cõditionis humanæ, quando statim ut homo conditus est à deo, diabolus illi mortem propinauit. Ioã. 8.

Secunda hæresis est Origenis, dicentis diabolum aliquãdo liberandũ fore à pœna inferni. Hoc enim illi impingit Augustinus in libro de hæresibus, capite quadragesimotertio. Verum de hac iam superius cum de beatitudine ageremus, disputauimus. Ibi enim ostendimus & beatitudinem & pœnam inferni esse perpetuas, nec unquam finem habituras. Et præter illa quæ illic de omnibus damnatis dicta sunt, hanc hæresim peculiariter conuincit illud quod apud Matthæum ueritas ait se hominibus malis in iudicio dicturum, Ite (inquit) maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, & angelis eius. Ex quibus uerbis satis aperte constat diabolum sicut & homines malos pœna æterna fore puniendos. Origenes. matt. 25

Tertia hæresis est quæ asserit diaboli suggestiones in nobis fieri cõtactu lapidum, aut herbarum, prout illorum sagax malitia nouit singula singulis uitijs cõuenire. Sed de hac nihil hoc loco dicere placuit, quoniam infra aptiorem illi captabimus locũ, uidelicet in titulo, tentatio. Illo enim loco, iuuãte deo, de hac re disputabimus.

ECCLESIA.

HOC nomen Eccleſia, græca uox eſt ἐκκλησία, latine autẽ idem ſonat qđ cœtus, aut cõgregatio, & ſolet capi pro ipſa hominum cõgregatione: q̃ ſignificatio ſæpiſſime in ſacris literis habetur. Aliqñ etiam ſignificat locum illũ in quo populus congregatur, præcipuè locum in quo congregatur populus ut reddat laudes Deo, qui locus proprio uocabulo dicitur templum. Sic enim inuenimus in lib. Iudith. Poſtea ue rò cõuocatus eſt omnis populus, & per totam noctem intra eccleſiam orauerunt petentes auxilium à Deo Iſrael. Quo loco (ut apertè cõſtat) eccleſię nomen ponitur pro ipſo loco in quo cõgregatur populus. Verùm hæc ſignificatio rarior eſt in ſacris literis. Hac ergo ſignificatione omiſſa, (quoniam de rebus ad illam pertinentibus, infra ſub titulo Templi differemus) primã ſignificationẽ ptractem⁹, de qua aliquas reperio hæreſes. Prima eſt q̃ aſſerit ĩtra eccleſiã nõ eſſe bonos et malos, ſed ſolos bonos ad illã ptinere aſſerit. Hui⁹ hæreſis auctor fuit Donat⁹ q̃dam, à quo Donatiſtæ appellati ſunt. Hic Donat⁹ (ut Augu. lib. de hæreſib. cap. 69. refert) è Numidia, quæ pars Aphricæ eſt, exiens, totam penè Aphricã ſuo errore infecit. Cuius erroris initium & cauſſa fuit, qa Cæcilianus cõtra uoluntatem Donati fuerat ordinat⁹ eccleſiæ Carthaginẽſis epiſcopus. Cui Cæciliano crimina ĩponens, quæ ꝓbare nõ potuit, à iudicibus, q optime rem nouerũt, tanc̃ impoſtor Donatus iudicatus eſt. Qui uolẽs ſuam falſitatem pertinaci diſſenſione firmare, ſchiſma ĩ hæreſim cõmutauit. Nã ab eccleſia ſe diuiſit, dicẽs in ſola Do-

Iudit. 6

Donatus.

nati parte esse uerā ecclesiam: in alijs autē partib⁹, q̄ Cæciliano fauebant, nō esse ecclesiam, qa etsi ibi alicq essent boni, ex cōmunione tñ malorꝫ maculabant, & ita ecclesia peribat. Hinc tandē Donat⁹, ad iunctis sibi eiusdē factiōis epīs, Maioranum quendam apud Carthaginem ordinauit episcopū, post quem Donatus alius successit, tātæ doctrinę & eloquentiæ, ut ab eo multi (ut Augustinus ait) putent fuisse uocatos Donatistas. Et hic secūdus Donatus est ille de quo beatus Hierony. in lib. illustrium uirorꝫ facit mētionem, quāuis dicat ab illo Donatianos esse appellatos. Nam opuscula quę Donatum scripsisse Arriano dogmati cōuenientia refert Hieronymus, illa Augustin⁹ huic secūdo tribuit, à quo ait propter doctrinæ eminentiam pleroscꝫ putasse Donatianos fuisse uocatos. Et in hac parte magis crediderim Augu. q̄ Apher fuerit, quēadmodū Donatus, quapropter melius potuit rē agnoscere. Nec possum hic tacere q̄ hoc loco Bernardus de Lutzē burgo in suo catalogo hæreticorꝫ de Donatistis loquens ait. Hic enim cum dixisset Donatum, primū uidelicet (ut ex eius litera facile est conīcere) fuisse temporibus Constantīj Imperatoris, & Iulīj papæ (& id quidem bene, Platina illi fauēte in uita Liberīj papæ) postea subiungit dicens Cyprianum Carthaginensem episcopum scripsisse diuersos tractatus & epistolas aduersus hunc Donatū. Quis iam ferre poterit hominem toties in eundē lapidem offendentem? Cyprianus siquidē tēpore Cornelīj papæ fuit, & eodem die quo Cornelī⁹ Romæ, quāuis nō eodem anno, Cyprianus Carthagine sub Valeriano & Galieno principibus (ut Hieronymus ait) passus est. A Cornelīj autē passione usq; ad Iulium sub quo Donatus fuit. 70. aut plures anni itercesse rūt. Qui fit ergo, ut Cyprian⁹ scribat aduersus Donatū, septuaginta annis ipso posteriorē? Et certè (ni

memoria me fallit)in omnibus Cypriani operibus nulla est mentio de aliquo Donato,præterquam in secundo libro, cuius secūda epistola est ad quendā Donatum,in qua nec nomē hæreseos positum est, nec de hæresi ulla memoria,sed solum enarrat Donato i illa epistola qualiter fuerit ex gentib⁹ ad fidē Christi cōuersus: & mūdi laqueos illi declarat, ut hac occasione cautū illum redderet. Verùm hic bonus homo forte legens epistolæ solum titulum, putauit illum esse Donatum hæresiarchā,cum tñ constet esse alium hæretico uetustiorem. Ad hos Donatistas pertinēt Rogatiani, à Rogato quodam dicti, de quibus mentionē facit Augustinus epistola. 48.

Rogatiani.

Circuncelliones.

Ad hos etiam pertinent Circūcelliones, de quibus aliàs dicemus. Hunc errorem post multas annor̄ centurias suscitauit ab inferis Ioannes Hus: cui in eodem errore successit Ioannes de Rocksesana, qui concilio Basilienſi astans(ut Aeneas Syluius in libro de origine Bohemor̄ refert) cōcilio obedire nolens recessit. Hunc eundem errorē ultimus omnū defendit Lutherus. Contra hunc errorem est illud Prophetæ,Et si is qui oderat me,sup me magna locutus fuisset,abscondisse me forsitan ab eo:tu uero homo unanimis,dux meus & notus meus, qui simul mecū dulces capiebas cibos, in domo dei ambulauimus cū cōsensu. Vides hic malū simul cum bono in domo dei. Domus autem dei, ecclesia est, quemadmodum Apostolus Paulus testatur dicēs, Hæc tibi scribo,sperās me uenire ad te cito. Si autem tardauero,ut scias quomodo oporteat i domo dei cōuersari,quæ est ecclesia dei uiui. Præterea Paulus Apostolus docet omnes fideles ad ecclesiā dei pertinere,qui in exordio prioris epistolæ ad Corinthios,sic ait,Paulus uocatus Apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, & Sosthenes frater ecclesiæ dei q̄ est Corinthi,sanctificatis in Christo Iesu,uo-

Ioānes Hus.

Ioānes Rocksesana.

Luthe. Psa. 54

2. Ti. 3.

1. co. 15

catis sanctis, cum omnibus qui inuocãt nomẽ dñi nostri Iesu Christi ĩ omni loco ipsorũ,et nostro &c. Ex quib⁹ uerbis illud est annotandum,quod dixit, ecclesię dei,nõ autem dicit hui⁹aut illius hominis, ut hęretici faciunt,qui ecclesiã dei toto orbe terrarũ diffusam,ad paruũ ipsorũ numerũ coarctant,sed ecclesiã dei appellauit.Sanctificatos eos dicit in Christo Iesu,qa per baptismum fuerant in Christo regenerati.Et tñ hos ipsos quos appellauit ecclesiã dei, & sanctificatos in Christo Iesu propter baptismũ susceptum,in multis postmodum redarguit. Contentiones iter illos esse asserit, qbusdam dicẽtibus, Ego sum Pauli:alĩus,ego sum Cephæ.Cũ enim (inquit)sit inter uos zelus & cõtentio, nõne carnales estis,& secundum hoĩem ambulatis?Et postmodũ de fornicatiõe quosdam eorũ reprehẽdit. Hos ergo quos de multis peccatis reprehẽdit,ecclesiã dei appellauit, quia sanctificati erant in Christo Iesu per baptismũ.Et in.2.epist.ad Corin.iterũ illis scribẽs, uocat eos ecclesiã dei, cum tñ eos postmodum arguat,& minetur illis nisi fecerint pœnitentiã. Rursum,Ecclesia est unum corpus, iuxta Paulum,cui⁹ corporis caput est Christus. Huius autẽ corporis mẽbra sunt oẽs fideles, è qbus q iusti sunt, mẽbra sunt uiua & sana:q autẽ peccatores, membra sunt mortua & putrida,in fine resecanda.Hoc autem ex ipsi⁹ Christi uerbis patet,q ait,Ego sum uitis, uos palmites.Et parum ante, Omnem palmitem in me nõ ferentẽ fructum,tollet eũ.Aduerte qꝺ non dixit, Palmitem nõ ferentem fructũ esse iam sublatũ, sed esse tollendum. Ex quo cõuincitur fideles adhuc ꝑ ueram fidem Christo cohærere, q ab eo tolerantur usq; ad mortem,ĩ qua si cũ nullo fructu reperiunt, resecantur omnino tanquam mẽbrum putridum. Deinde ipsamet ueritas plurimis parabolis docuit, in ecclesiæ gremio contineri oẽs fideles. Simile (in-

Ibidẽ.

1. cor. 1

2. co. 1

Ioã. 15.

mat.13. quit)est regnum cælorꝝ ſagenę miſſæ in mare,& ex omni genere piſcium cõgreganti: quam,cũ impleta eſſet,educentes,ac ſecus littus ſedẽtes,elegerũt bonos in uaſa,malos autem foras miſerũt. Sic erit in cõſummatione ſeculi. Exibunt angeli,& ſeparabũt malos de medio iuſtorꝝ, & mittẽt eos in caminum ignis. Ecce uides hic regnum cælorum comparatũ eſſe nõ multitudini bonorum piſcium,ſed ſagenæ, quæ bonos & malos cõtinet. At regnum cælorꝝ,de quo hic loquitur, cum conſtet non eſſe patriã cæleſtem, quæ eſt eccleſia triumphans, ſeqtur quòd ſit eccleſia militans,quæ aliqñ eſt in cælis regnatura.

mat.22 In illis etiam nuptiꝭ,quib⁹ cõparatum eſt regnum cælorꝝ,nonne inuentus eſt unus non habẽs ueſtem nuptialẽ? Talẽ autem defectũ cõſtat fuiſſe magnũ ſcelus,qm̃ propter illud ligatis manib⁹ & pedibus iubetur mitti ĩ tenebras exteriores, ubi erit fletus,

Ibid.23 & ſtridor dẽtium. Ex decem uirginib⁹ quib⁹ regnũ cælorꝝ iterum cõparatum eſt,quinq; erant fatuæ,q̃ acceptis lampadibus,nõ ſumpſerũt oleum ſecum: & ideo tanquam fatuæ repulſæ ſunt. Rurſum,bea-

2.Ti.2. tus Paulus in poſteriore epiſt. ad Timot. ait,In magna autem domo nõ ſolũ ſunt uaſa aurea & argentea,ſed & lignea,& fictilia,& quædam qdem in honorẽ,quędam autem in cõtumeliam. In cõtumeliã uidelicet ea q̃ ſunt fictilia. Magnã autem domum Apoſtolus appellat eccleſiã, quę domus dei eſt,in qua aurea uaſa et argentea ſunt iuſti,fictilia autem ſunt peccatores. Accedit ad hæc,qꝺ ſi eccleſia ex ſolis prędeſtinatis(ut Ioãnes Huſs ait)coaleſceret, & illi,iuxta eũdem,damnari nõ poſſunt,nec membra diaboli eſſe,eccleſia iſta nõ eſſet militãs dicẽda, ſed triũphans: qm̃ ſicut à deo p̃deſtinati ſunt, ita apud deum,cui oĩa ſunt prędentia,triumphatores reputã

* tur. Satis enim triũphat,q prędeſtinatus eſt. * Nec minus Lutherũ conuincit, id qd̃ dñs Saluator noſter circa

ſter circa fratrem in nos peccantem facere iuſſit. Si peccauerit(inqt ille)in te frater tuus,uade & corripe eũ inter te & ipſum ſolũ. Si te audierit, lucratus eris fratrẽ tuum. Si autẽ te non audierit,adhibe tecũ adhuc unum uel duos,ut in ore duoꝝ uel trium teſtium ſtet omne uerbum. Quod ſi nõ audierit eos, dic eccleſiæ. Si autẽ eccleſiam nõ audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Ecce uides peccantẽ in nos fratrem,ad eccleſiam pertinere, mẽbrumqꝫ aliquod illius eſſe. Nam alioqui non præciperetur ut peccatum illius denũciaretur eccleſiæ, ab illa corrigendum:neqꝫ eccleſia illũ aut corripere aut quomodo debeat punire poſſet. Quia ſi nõ eſt mẽbrum eccleſiæ,neqꝫ ad illam pertinet,nullã in illo eccleſia habebit poteſtatẽ. Dicetur nãqꝫ illi id quod Paulus ait: Quis tu es qui iudicas ſeruum alienum? Oporteret igitur fateri, iuxta iſtorum hæreticorũ ſententiã, ut quiſquis mortaliter peccauerit, ſit eoipſo extra eccleſiæ poteſtatẽ & iuriſditionem cõſtitutus. Hoc autem cõcedere quã ſit abſurdum, & a uera fide alienum,nemo eſt uir doctus qui hoc aperte nõ uideat. Accedit ad hęc,qꝫ ſi ex ſolis iuſtis(ut iſti hęretici docent)conſtat eccleſia catholica,oportet neceſſario fateri eccleſiam eſſe inuiſibilẽ,utpote in ſolo ſpiritu q uideri nõ poteſt,cõſiſtentẽ. Nemo enim poteſt agnoſcere oẽs qui uere ſunt iuſti,& qui ſunt peccatores. Nam in his iudicãdis atqꝫ diſcernendis ſæpe homines falluntur,iuſtos pro iniuſtis,& iniuſtos pro iuſtis iudicantes. Cauſa huius deceptionis eſt qꝫ homines nõ intuentur cor,in quo bonitas aut malitia reſidet,ſed ea ſola uident quæ foris patent. Si eccleſiam inuiſibilem eſſe cõcedunt. quomodo fratrẽ in nos peccantẽ & audire nolentem,denũciabimus eccleſiæ? Quomodo in rebus dubijs eccleſiam cõſulemus,ſi illã non uidemus? Qualiter eccleſię monitis aut præceptis obtemperabimus,ſi,quæ ſit eccleſia,

mat.18

Ro.2.

agnoscere nō possumus: Oportet certe ecclesiam uisibilem esse, ut illā adire, cōsulere, uenerari, & illius præceptis obedire possimus. Sed de hac re abunde supra libro. 1. disputauimus. quo loco multis sacræ scripturæ testimonijs, multisq; urgentissimis rationibus ostēdimus ecclesiam militantē uisibilem esse omnibusq; conspicuā, ideo non est opus nūc aliqd inde repetere. Denicq; in arca Noe, quæ typum gessit huius ecclesiæ inferioris, quoniā in mari huius seculi ambulans, quāuis iactata multis fluctibus, nū quā tamen submergetur: in illa, inquā, animalia im munda simul reperiuntur cum mūdis. In ista ergo ecclesia inferiori, quæ hic militat, omnes reperiūtur: soli infideles extra illā sunt: omnes qui fidem ortho doxā firmiter tenent, in illa cōtinentur. Quòd, siqui inter eos peccatores sunt, ecclesia eos tolerat usque ad littus maris, hoc est usq; ad finem seculi, & tūc fiet separatio per ministerium angelorū, qui bonos pisces, id est bonos homines reponēt in uasa sua, id est in loca illis a deo prępparata: malos autē mittent in caminū ignis, ubi erit fletus, & stridor dentium.

Eph. 5. Qua separatione facta, accipiet eam uir suus Christus gloriosam nō habentem maculā aut rugā, aut aliquid huiusmodi, sed sanctam & īmaculatā. Ante hanc etiam separationē opere cōplendam, nos mēte & sola cogitatione malos a bonis separantes, uocamus nunc ecclesiam īmaculatā, colūbam sine felle, talem uidelicet eam nunc cōsiderantes, qualis post modum est futura: nō q; per hoc bonos a malis separemus, quoniam talis separatio in littore maris, hoc est in fine seculi faciēda est. Nam illud quod dicit Apostolus, ecclesiā uidelicet esse sine macula & sine ruga, beatus Hiero. dicit in futuro seculo eē cōplendum. Is enim exponens. 31. cap. Hieremię in fine capituli sic ait, Vide quanta habeat loca ecclesia, & quō illud Apostolicū, ut sit sine macula & ruga, in

futuro & in cælestibus seruetur. Audis angulos, audis scabiē, audis ruinas & cineres, & regionē mortis & tenebrarū, & de tua uirtute & impeccātia gloriaris? Hæc Hieronymus. Quòd uerò Donatistæ & Rogatistæ dicunt bonos ex cōmunione malorū inquinari, & ob hoc dicebant malos nō pertinere ad ecclesiam, nec esse in eam recipiendos, ne ex eorum cōmunione boni inficerentur: hoc apertissime conuincitur per illud dictum Christi, quod Apostolis Ioā.13. suis ait, Vos mundi estis, sed non oēs. Sciebat enim quisnā esset qui traderet eum: propterea dixit, non estis mūdi omnes. Vides hic Iudā mixtum cū apostolis, & tamē eius malitia nihil eis nocuit, quia cū ille dicatur īmundus, alios tamē Christus dixit esse mundos. Quòd autem Iudas cōmunionē sacramēti cum alijs acceperit, infra cum de Eucharistia agemus, deo duce, pbabimus. Propterea, dominus per Ezechielem prophetā ait, Et erunt in montib⁹ quasi Eze.7. columbæ cōtra alium omnes trepidi, unusquisq; in iniquitate sua. Sua dixit, non alterius. Et Paulus de præmio tam bonis q̄ malis reddendo loquens ait, 2.co.5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; propria corporis prout gessit, siue bonum siue malū. propria dixit, non autem aliena. Et alibi, Vnusquisq; onus suū portabit, suū dixit. Et iterum de indigne sumentibus corpus domini ait, Quicunq; māducauerit panem hunc, & bi Gala.6 berit calicē domini indigne, iudicium sibi māducat & bibit. Sibi inquā dixit, non alij. Et Ioānes in Apo Ap.20 calyp. Iudicati sunt mortui ex his quæ scripta sunt in libris, secūdum opera eorum. Secundū opera eorum dixit, non secūdum opera aliorum. Præter hęc omnia tam clara scripturæ testimonia extat aduersus primā erroris partem ecclesiæ uniuersalis definitio. Nam inter articulos Ioānis Huss in Constan Concilij Cōstātiēsi concilio sessione quintadecima cōdemnatos,

plures sunt ad hanc rem pertinentes. Tertius enim articulus sic ait, Præscitι non sunt partes ecclesiæ, cum nulla pars eius ab ea finaliter excidat eo quòd prædestinationis charitas qua ipsa ligatur, non excidit. Articulus quintus sic dicit, Præscitus etsi aliquando sit in gratia secũdum præsentem iustitiã, tamen nunquã est pars sanctæ ecclesiæ. Et uicesimus quartus articulus eiusdem est iste, Gratia prędestinationis est uinculũ quo corpus ecclesiæ, & quodlibet eius membrũ iungitur ipsi capiti isolubiliter. Qui articuli simul cum alijs eiusdem Ioãnis Huss una super omnes lata sententia in cõcilio Constantiensi condẽnati sunt. Contra hũc errorẽ, præter Augustinum, nõ agnosco alium scriptorẽ. Is enim plures de hac re edidit tractatus. Vnus ad Vincẽtium Donatistã, & est in numero epistolarũ suarum, epistola. 48. Alter contra Fulgentium Donatistã, & in hoc magis disputat cõtra illam secũdam partẽ erroris quo Donatistæ docent bonos maculari ex communione malorũ. Alius tractatus eiusdẽ & hic præcipuus est cõtra epistolã Petiliani, in quo acriter pugnat pro unitate ecclesiæ toto orbe diffusæ. De istis duobus erroribus Donatistarum Guido non facit ullam mentionem, quãuis de Donatistis differit. Et miror, cum Augustinus illos tribuat Donatistis, quem Guido semper sequitur.

Secundus error est, qui docet ecclesiã errare posse. Hunc errorẽ docuit (ut catalogus hæreticorũ ait) quidam Ioãnes de Vuessalia tẽpore Frederici imperatoris huius nominis tertij, qui propter hunc errorem & alios Maguntię damnatus fuit, & eius libri combusti. Hic ergo Ioãnes inter alios errores hunc unũ docuit, Ecclesiam uidelicet errare posse, & aliquando errasse, nec tantã esse ecclesiæ in definiendẽ certitudinẽ, ut errare non possit. Si de errore earum rerum quę fidem & bonos mores respiciunt, hic lo

Ioã. de Vuessalia.

quitur, cõstat eius doctrinam esse hæreticam, quam supra iã expugnauimus, cũ de concilior̃ authorita te disseruimus. Si autẽ loquatur de errore earũ rerũ quæ nec fidẽ nec mores spectant, doctrina illius nõ est hæretica, quoniã certum est in talibus ecclesiam posse errare. Nullum est enim periculũ, etiam si oẽs quotquot sunt, sentirent, pertinaciterq; assererẽt Carolum Cæsarẽ huius nominis quintum, Hispaniarumq; regem eiusdẽ nominis primũ, nunc̃p in Italiam uenisse, quãuis certò sciamus eum in pluribus Italiæ oppidis fuisse, & Bononiæ, quę Italię ciuitas est, a Clemẽte papa huius nominis septimo imperij coronã suscepisse. Cũ tñ hæc res minimũ ad salutẽ pertineat animarũ, nullũ esset inde salutis dispẽdiũ etiam si uniuersalis ecclesia de hac re falleretur. Nã omnes catholici uiri fatẽtur ecclesiam posse falli in his maximè quæ non respiciunt ius, sed quæ solam rem gestam cõcernunt: uel (ut uerbis magis uulgatis utar) potest ecclesia errare in his quæ sunt facti, quemadmodũ contingit cum aliquis per uerba futuri tẽporis cõtrahit cum aliqua muliere, quã postmodũ carnaliter agnouit sine ullo maritali affectu: quo facto, cum alia postea cõtrahit per uerba præsentis tẽporis, uero (ut decet) maritali animo: in tali euentu ecclesia iudicat istum esse alligatũ priori fœminæ, & decernit eum esse liberũ & solutum a secũda, quia ecclesia credit pie illũ cõsse cum priore fœmina animo adimplendi & exequendi quod prius pollicitus fuerat: quo casu uera esset uxor illius, ut ecclesia sentit. Res tamẽ aliter se habuit, ut prius diximus. Ecclesia certò scit illã esse uerã uxorẽ istius, in quã iste prius uerum mariti animum cõcepit, & in hoc nunc̃p fallitur. cp autẽ in hanc aut illã animũ habuerit, ecclesia nõ potest certò scire, & per consequens falli potest. An autẽ iste Ioãnes de Vuessalia de hoc an de illo errore docuerit, cũ dixit ecclesiam Lib. 4 in ti. de cõcilio

posse errare, mihi (ut ingenuè fatear) nõ est certum, quoniam bonus catalogus non expressit, neq; ego apud alium inueni. Credo tamẽ q̃ de primo errore senserit, & propterea meritò condemnatus fuit.

Tertia hęresis est quę ecclesię potestatẽ minuit. Et huius erroris authores fuerũt Valdẽses, siue paupes de Lugduno. Quos secutꝰ est postea Ioã. Vuiclef, dicens decretales epistolas esse apocryphas, & nullius momenti, & stultos uocat eos qui illis incumbunt. Hunc secutus est p̃fatus Ioãnes de Vuestalia, qui aperte docuit neq; apostolos neq; eorꝝ successores prælatos ecclesiæ habere a Christo authoritatẽ condendi canones seu leges. Eundẽ errorem hoc nostro seculo docet Lutherus. Si quis tamẽ ad hũc errorem pertinere dicat illud quod alĩ docuerũt, obedientiam non esse præstandã summo pontifici, aut alĩs quibuscũq; prælatis ecclesiæ, tunc plures habebit hic error protectores. Pseudoapostoli dixerũt ipsos non subĩci alicui, nisi soli Christo, quẽadmodum (inquiunt) apostoli soli Christo fuerunt subiecti. Begardorꝝ etiã & Beguinarũ hæresis fuit, q̃ homo in statu perfectionis existens, nõ tenetur alicui homini obedire. Horꝝ ergo hæreticorꝝ, uidelicet Valdensium, Pseudoapostolorũ, & Begardorũ, hæresis pestilentior est q̃ Ioãnis Vuitcleff, & aliorꝝ: quoniã illi etsi negent ecclesiam posse cõdere leges & statuta ad quorꝝ obseruationẽ omnes homines teneãtur, nõ tamẽ negant in uniuersum subditos debere obedientiam suis prælatis. Cum ergo p̃bauerimus ecclesiam posse aliquid decernere & statuere cui omnes obedire teneantur, & cuius transgressio sit letalis, actum erit de omnibus his hæreticis. Pro hac re Salomon testimonium reddit, dicens, Conserua fili mi præcepta patris tui: & ne dimittas legem matris tuę: liga ea in corde tuo iugiter, & circunda guttur tuo. Quòd si hæc uerba ad sola præcepta dei, qui

Valdẽses. Ioãnes Vuitcleff. Ioã. de Vuestalia. Luthe. Pseudoapostoli. Begardi. Beguinæ. Pro. 6.

uerus & solus est pater noster, dicas esse referenda, non obsisto. Verum dic mihi, quæ est illa mater cuius legem docet nō esse dimittendā? Hæc enim duo cōiunxit & præcepta patris, & legē matris. Quib? uerbis docuit præcepta dei patris esse cōseruanda: & præcepta ecclesiæ matris nostræ, in qua per baptisma quod in ea recepimus, renati sumus, nō esse contēnenda. Et iterum, Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerūt patres tui. Ecce hic patres dixit, non pater, unde cōstat illa uerba nō posse de solis præceptis diuinis intelligi. Quod si dicas uerba illa fore interpretanda de patribus ueteris testamenti, quibus permissa fuit a deo potestas in re dubia decernēdi: quare idem nō dicetur de prælatis legis euangelicæ, præsertim cū diuinus Psaltes dicat, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnē terram. Et ipse Deus in Deutero. ait, Qui autē superbierit nolens obedire sacerdotis imperio qui eo tēpore ministrat domino deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel, cunctusq; populus audiens timebit, ut nullus deinceps ītumescat superbia. Quod si tantū ualuit authoritas & potestas sacerdotis legis ueteris, ut eius imperium nullus sine mortis periculo cōtemnere auderet, quāto maior erit authoritas sacerdotis supremi in lege noua? Certè multo maior, cum maius sit sacerdotiū huius, q̄ sacerdotium illius. Verū huic obiectioni respōdentes obijciunt nobis Paulū dicentē. Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Et iterum, Empti estis precio magno, nolite fieri serui hominū. Quibus uerbis uolūt nos esse per Christū liberatos a lege Mosaica, quapropter aiunt nō oportere amplius hominibus nos subijci. Sed hæc nō ita se habent, quoniā etsi Christus nos liberauit a seruitute peccati, & a seruitute legis Mosaicę, hoc est a iugo cęremoniarū & legitimoꝝ,

Pro. 22

Ps. 44

De. 17.

Gala. 5

1. co. 7.

non tamen sustulit obedientiam prælatorū, immo strictius præcepit. Per illa autem uerba Paulus non auertit subditos ab obedientia prælatorū, quā alias apertissimè cōmendasse ostēdemus, sed ab illa auertit seruitute qua quisq; illius se esse fatebatur, a quo
1.cor.1 baptizatus erat: quidā dicēs, Ego sum Pauli: alius, ego sum Apollo: atq; alius, ego sum Cephæ. Christus enim solus pro nobis passus est, atque ideo totos nosipsos illi soli debemus. Sed dimisso testamēto ueteri, in quo multa adhuc exēpla nobis suffragantur, accedamus ad nouū, in quo ueritas clarius
mat.18 lucet. Christus enim secretò peccantē, postēq; semel correptus audire noluerit, ad ecclesiæ iudiciū deferri præcipit: & si eā nō audierit, iubet reputari tanq; Ethnicum & publicanū, hoc est, ut per excōmunicationem segregetur a cæterorū consortio, ut uel sic erubescēs resipiscat. Excōmunicatio autē non nisi pro crimine letali, eoq; graui & cui est adiuncta pertinacia, infligitur. Cōstat ergo graue crimē esse ecclesiæ inobedientiā, quæ tam graui pœna punitur. Verum quia aliqui istoꝝ hæreticoꝝ (ut Lutherus) excōmunicationes irrident, ideo aliud proferamus te
Lu. 10 stimonium. Discipulis suis Christus loquens, & in eis omnibus prælatis illorū successoribus, ait, Qui uos audit, me audit. Qui uos spernit, me spernit. Qui autē me spernit, spernit & eū qui misit me. Ex quibus uerbis colligimus obedientiā quæ propter deum hominibus præstatur, nō esse humanā seruitutem (ut Lutherus mentitur) sed esse dei seruitutē: quoniā ait, Qui uos audit, me audit. Colligitur etiā inobedientiā ecclesiæ pro inobedientia dei reputari
1.the.4 apud ipsum deū. Et Paulus in prima ad Thessalo. epistola ait, Scitis quæ præcepta dederim uobis per dominum Iesum. Et paucis interiectis subdit, Itaq; qui hæc spernit, nō hominem spernit, sed deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. Hoc

etiam Moyses clarissime docuit, cum populo Israel murmuranti aduersus eum & Aaron fratrẽ eius dixit, Dabit uobis dñs uespere carnes edere, & mane panes in saturitate, eò q audierit murmurationes uestras quibus murmurati estis contra eum. Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur uestrum, sed contra dñm. Ex quib⁹ duobus locis scripturæ proximè citatis satis apertè conuincitur præcepta iusta ꝓpositor⁹ non esse duntaxat humana dicenda, cũ uim suam & robur habeant à ꝓcepto diuino, ꝑsertim cum illor⁹ contẽptores tanq̃ contemptores diuinor⁹ ꝓceptor⁹ coram deo reputẽtur. Prę terea ipsa ueritas iterũ apud Matthæum ait, Super cathedrã Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi: quęcunq; dixerint uobis, facite: secundũ uero opera eorum nolite facere. Vides hic obedientiam nobis iunctã, & nõ solum aliquor⁹, sed omnium ꝓceptorum. Quęcunq; (inquit) dixerint uobis, facite. Quid est autẽ dicere quæcunq;? Nunquid facturi sumus scelera, si nobis præcipiantur? Absit. Per illa enim uerba solum ꝓcipitur nobis obedientia earum rerum quæ ad cathedrã pertinent, hoc est earum rerũ quæ ad faciliorẽ obseruantiam mandator⁹ Dei conducunt, & uiam aperiunt. De alijs autẽ ꝓceptis quę ab hac obseruatione præceptor⁹ dei homines auertunt, dixit alibi ipsa ueritas, Quare transgredimini ꝓcepta Dei propter traditiones hominum? Et infra, Populus hic labijs me honorat, cor autẽ eor⁹ longe est à me. Sine caussa autẽ colunt me, docẽtes doctrinas & mandata hominũ. Quibus uerbis Christus reprehendit eas hominũ traditiones quę legi diuinę aduersantur, & nõ (ut Lutherus somniat) omnes leges humanas. Rursum Paulus in epistola ad Romanos ait, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Nõ est enĩ potestas nisi à Deo. Quæ autem sunt à Deo, ordinata sunt. Itaque qui resistit

Exo.11

Mat.23

Mat.15

Rom.1

potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autē resistūt,
Titū.3. sibi damnationem acquirunt. Et ad Titum scribēs ait, Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse. Et in epistola ad Hebræos, Obedite ꝓpositis uestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationē pro animabus uestris reddituri. Et ꝙ de prælatis ecclesiasticis loquatur, conuincitur per id quod in eodē capite antè ꝓmiserat. Mementote ꝓpositoꝝ uestroꝝ, qui uobis locuti sunt uerbū dei.
Heb.4 Suam insuper auctoritatē circa inobedientes declarat Paulus, cū in priore epistola ad Corinthios ait,
1.co.4. Quid uultis? in uirga ueniam ad uos, an in charita-
2.co.13 te, & spiritu mansuetudinis? Et in secunda epistola iterū. Ideo enim hæc absens scribo, ut nō ꝓsens durius agam secundū potestatem quā dñs dedit mihi in ędificationē, & nō in destructionē. Et in secunda
2.thes.3 ad Thessalonicenses, Quòd si quis nō obedierit uerbo nostro per epistolam, hunc notate, & non cōmisceamini cum illo, ut confundatur. Non est autem minor potestas in ecclesiæ ꝓlatis nunc, qꝫ tunc fuit: erit ergo obediendum ꝓlatis ecclesiæ in his quæ ad obseruationē legis diuinę conducibilia esse noscuntur. Quid ergo impŋ Valdenses, pseudoapostoli, & Begardi, & Vuitclefitæ, & Hussitę oblatrant, & ecclesiæ obedientiam contemnunt, cum tot scripturę testimoniis sit confirmata? Verùm Lutherus in hac parte eo truculentior bestia quo cautior, admittit ecclesiæ obedientiam, sed negat eam dilatari posse ultra ea q̄ expresse in sacris literis habentur. Quòd si ad hunc modum oporteret fabulam ludere, periret omnis cultus, & tota Christianę reipublicę religiosa politia destrueretur, imo ipsa Christiana religio tota laberetur, cum fides, quæ fundamentū est illius, eo ipso prorsus euerteretur. Diei dominicę festiua solemnitas non reperitur iniuncta in sacris li-

teris,tamen ecclesia præcipit diem dominicam obseruari. Neq; hoc centenarium aut trecentenarium est inuentū (prout Lutherus & ei adhærentes obiicere solent) sed ab ipsis nascentis ecclesiæ cunabulis prodijt,& hucusq; à Christianis religiose obseruatum est. Diuoꝝ imagines esse uenerādas scriptura nunquam p̄cepit, & tamē septima synodus quæ in Nicæa fuit cōgregata,decreuit ab omnibus Christianis digna uenerationē suscipi. Scripturæ sacræ nunquam iusserunt ut stantes & erecti audiamus euangelium eū publice legitur,aut q; leuemus manus cum corpus dñi leuatur à sacerdote,aut q; tundamus pectora, aut q; flectamus genua ante altare dum oramus, hæ inquam atque aliæ huiusmodi piæ cęremoniæ non sunt expressæ in sacris literis,earum tamen aliquas ecclesia statuit, alias perpetua consuetudine obseruauit hucusq;. Quæ omnes si sustollantur, quia scriptæ non sunt in sacro instrumento, statim infra pauciſſimos dies ea quā uocamus deuotionem,uel(ut melius dicam)sacrorum affectus periret. Nam is cultus qui adhuc in Christianorum pectoribus uiget, quamuis minimus sit,his tamen cęremoniꝭ fouetur & nutritur. Et nisi ad has compellerentur Christiani, citissime aut nullus aut frigidissimus cultus dei futurus esset. Verūm etsi hęc ita se habent,minima tamē sunt ad ea quæ mox subiiciemus. Perpetuam siquidem uirginitatem Mariæ nusquā sacræ literæ apertè expresserunt,non audeat ergo aliquis Mariam Christi matrem,uirginem iam appellare, eò q; sacræ literæ illud non produnt. Nunquam sacræ literæ eandem sacratissimam uirginem nomine matris Dei appellauerunt, sed solum matrē Christi, aut matrē Iesu eam nominant: male ergo concilium Ephesinum contra Nestorium cēsuit eam theotocon, hoc est matrem Dei uerè & meritò esse nominandam.

Si ad Lutheri gnomonē, quē nobis p̄scribit, essent omnia examinanda, nec dicemus patrē ingenitum esse, nec filium asseremus cōsubstantialē patri, qm̄ nullum istorū in sacris literis expresse reperitur, sed ex quadā ratiocinatione infallibili ecclesia collegit, declarans ea quæ erant obscura, & eruens ea quæ erant abscondita. Quòd si hoc in caussa fidei statuere licuit, cur non etiam licebit eos mores statuere, qui ad obseruationē mandatorū dei maximè conducunt? Nam de cæteris fatemur p̄latos ecclesiæ nihil posse statuere, qm̄ (ut inquit Paulus) data est illis
2.co.10 potestas in ędificationem, nō in destructionē. Deus siquidē p̄cepit nobis ut illum coleremus, nec tamē expressit quando: Ecclesia autē potestate sibi à deo tradita utens, expressit, ut die dominico p̄cipuè missam audientes deum coleremus. Præcepit etiā deus ieiunium, nec id uno aut altero tantū loco dixit, sed ferè innumeris, nunc̄ tamen expressit diem ieiunij: quapropter ne tale ieiunium perpetuò sine eiusdem obseruatione p̄teriret, eò q̄ nulla certa esset signata dies, ecclesia expressit dies quibus ieiunandum est. Præcepta ergo ecclesiæ expressiua & declaratiua sunt mandatorū dei, & quæ uiam parant ad obseruationem p̄ceptorū diuinorū. Et ita ecclesia illa sua p̄cepta statuens, nō aliud statuit q̄ deus (ut Lutherus illi impingit) sed eadem statuit quæ deus, cum illa quæ decernit, tendunt ad clariorem intellectum & faciliorē obseruationē mandatorū Dei. Cū enim Paulus nonnulla statuisset quæ in scripturis antea
1.co.14 nō erant expressa, statim subiunxit, Si quis uidetur
2.cor.7 propheta esse aut spiritualis, cognoscat quæ scribo uobis, quia dñi sunt mandata. Præterea idē Aposto lus decernit uirum fidelē debere permanere cū uxore infideli, & fidelē uxorē cum uiro infideli, si alter coniugum infidelis nullū incōmodum inferat fidei alterius, & uelit cum altero fideli permanere: & si

discesserit nolens cum fideli habitare, discedat fideli manente libero ad susceptionē alterius. Et tamen cum hæc statuit aut decernit Paulus, fatetur nunc̄p̄ dñm hoc dixisse. Nā hoc daturus decretum p̄misit dicens, Dico ego, non dñs. Rursum, idē Apostolus p̄cepit mulierē uelato capite orare, uiros autē capite nudato, quod tamē nulla antè scriptura expresse rat. Quia tamē spiritu ꝓphetico uidit aliquos futuros qui p̄latoꝝ statuta damnarent, postc̄p̄ p̄ceptum illud dedit, subdidit, Si quis autē uidetur contentiosus esse, nos talem consuetudinē nō habemus, nec̄p̄ ecclesia Dei. Deinde cū contentio exorta esset an in lege euangelica obligarentur homines ad obseruationem legitimoꝝ in ueteri lege p̄ceptoꝝ, deuoluta est caussa ad Apostolos & seniores q̄ erant in Hierusalem, qui habito maturo (ut decebat) consilio, & re prius anxie examinata, talem protulere sententiam. Visum est spiritui sancto, & nobis, nihil ultra imponere uobis oneris, c̄p̄ hæc necessaria, ut abstineatis uos ab imolatis simulacroꝝ, & sanguine, & suffocato, & fornicatione: à q̄bus custodientes uos bene agetis. Hæc quatuor q̄ Apostoli decreuerunt esse necessaria, certum est nō esse nobis in lege euangelica à deo iuncta, immo nec iam sunt necessaria omnia illa. Verùm Apostoli metuētes ne hac occasione Iudęoꝝ & Gentilium cōmunio impediretur, ne etiam hac occasione aliqui ex Iudæis auerterentur à susceptione legis euangelicę, inhibuerunt illa quatuor pro illo tēpore, ut facilius ecclesia ex gentibus & Iudęis coalesceret. Ecce Apostoli statuerunt quę nec in scriptura reperiebantur expresse, nec à deo unc̄p̄ audiuerant. Quid ergo? Detrūdemus ecclesiam in tales angustias, aut concludemus eam intra tam strictos limites, ut dicamus eam nunc minoris esse potestatis ad aliquid statuendū quod nō exprimatur in sacris literis, c̄p̄ tunc fuit? Si dicant

1.co.11.

Act.15.

ecclesiam nunc nō habere tantam potestatem quā-
tam tunc ostendant expresse per sacras literas cla-
rissime(ut à nobis exigunt)dicentes ecclesię potesta
tem esse nunc minorē, & deum minuisse potestatē
quā semel ecclesiæ dederat: & si id ostenderint,meri
tò cedam. Cū autem id ostendere nō possint,cur uo
lunt ecclesię statuta intra limites scripturę sacrę cō-
cludere,quæ olim talibus limitibus nō sepiebāturt
Potuissem hic plura sacroꝝ uiroꝝ testimonia affer-
re,sed uitādæ prolixitatis caussa omitto,tum etiam
qa hi cōtra quos nunc agimus, uidelicet Vuitcleff
& Lutherus floccipēdunt sanctoꝝ quorūcunq; ui
roꝝ dicta. Sed p̄ter hæc omnia tā clara testimonia,
hęc hæreticoꝝ assertio est iam in plurimbus concilijs
damnata. Nam inter octo errores Begardoꝝ & Be
guinarū,q in concilio Viennensi sub Clemēte quin
to celebrato damnati sunt,tertius in ordine est quo
aiunt illos qui sunt in statu perfectionis, & spiritu
libertatis,nō esse humanę subiectos obedientię. Hu-
ius autē cōcilij decretū habetur in lib. Clemētinaꝝ
constitutionū titulo de hæreticis,cap. ad nostrū. Et
cōcilium Cōstantiense condēnans in sessione octa-
ua plures articulos Ioannis Vuitclefi, hunc inter
alios locauit, sub his uerbis, Decretales epistolæ
sunt apocryphæ,& seducunt à Christi fide,& cleri
ci sunt stulti qui studeant eis. Qui articulus simul
cū alijs una super omnes lata sentētia dānatus est.
Et in sessione quintadecima iterū condēnat idē con
cilium plures assertiones Ioannis Huss, inter quas
hæc inuenitur sub his uerbis· Obedientia eccleśia-
stica est obedientia secundū adinuentionē sacerdo-
tum ecclesiæ,p̄ter expressam authoritatē scripturæ.
Dicamus ergo iuxta catholicā fidem,ecclesiæ statu
ta nō esse contēnenda,sed strictè obseruāda. An au-
tem q̄cunq; transgressio illoꝝ sit mortalis,nō disse-
ro: qm̄ uideo quosdam,& nō ex infima theologoꝝ

Concilū Vi-
nense.

Concilū Cō-
stantiē-
se.

scholasticorꝫ sorte, qui asserunt transgredientes prę cepta ecclesiæ, modo id non omittant ex contẽptu, sed ex infirmitate q̃dã, aut forte negligentia, nõ peccare mortaliter: alios autẽ scio docere oppositũ. Cũ autem ego in hoc opere solam fidẽ pertractare statuerim: de opinionibus hominũ uariè sentientium disputare nolo. Cõtra hanc hæresim scripsit Ioannes Roffensis episcopus in eo opere quod contra captiuitatẽ Babylonicã Lutheri edidit, articulo. 27. Scripsit etiam Iodocus Clichthouæus multo diffusius in suo Antiluthero parte prima.

Quarta hæresis est quæ docet ecclesiã ipsam, hoc est ecclesiasticos uiros, nõ posse ullas diuitias possidere, nec agros nec possessiones ullas, quia (ut dicunt) Apostoli quibus primores ecclesiæ successerunt, pauperes fuere, nihil penitus possidentes. Huius hæresis primi inuentores (ut refert Augustinus lib. de hæresib. cap. 50.) fuerunt Vadiani siue Anthropomorphitæ: qui hac occasione ab ecclesia separauerunt seipsos, quia dicebant non licere episcopis diuitias possidere, quos tamen diuites esse uidebant. Post istos multo tempore elapso surrexerunt Valdenses, siue pauperes de Lugduno, qui (ut illis impingit Aeneas Syluius lib. de origine Bohemorꝫ cap. 35.) dixerunt sacerdotes pauperes esse debere, & sola contentos esse eleemosyna. Huius tamen erroris non meminit Guido cum hæreses Valdensiũ recenser. Eundem errorem docuit Marsilius Paduanus, uir quidem ecclesiæ toti & ecclesiasticis omnibus odiose infensus. * Vixit hic Marsilius sub Ioãne papa huius nominis. xxij. & ab eodem damnatus est.) Valdenses imitatus est hoc loco, quemadmodum alibi semper, Ioannes Vuitcleff. Postremus omnium Lutherus hoc nostro seculo eundem tutatur errorem, persuadens principibus ut bona ecclesiæ diripiant, quod & in multis Germa-

Anthropomorphitæ.

Valdẽses.

Marsilius Paduanus

*

)

Ioãnes Vuitcl. Lutherus.

nię superioris oppidis factum esse audiuimus. Huius hęresis fundamentum superius euertimus. cum de apostolor̃ paupertate disseruimus. ibi enim docuimus ex sacra scriptura apostolos aliquid possedisse. Similiter supra in titulo de decimis, ostendimus decimas ex iure diuino deberi sacerdotibus: è quibus decimis primã portionem capere potest sacerdos, & reseruare pro sibi necessar̃js, uictu scilicet & uestitu. Sed pręter hęc omnia sunt adhuc alia specialia scripturę testimonia. Sacerdotes enim le-
Iosu.21 gis ueteris habuerunt possessiones & agros. Nam postq̃ populus Israel adeptus est terrã promissionis, Leuitica tribus unde sacerdotes sumebãtur, ex p̃cepto dñi accepit ab alĩs tribubus quadraginta octo urbes cum suis suburbanis. Decimas etiam omnium terrę nascentium, & omnium pecudũ recipiebant Leuitę. Cur hoc non licebit sacerdotibus nouę legis, p̃cipuè cũ nõ reperiatur hoc esse à Christo illis interdictũ, quemadmodũ supra docuimus cum de apostolor̃ paupertate disputauimus? Prętea Paulus apostolus ad Timotheum scribens qua-
1.tim.3 lem oporteat episcopũ esse, inter cętera exigit ab eo hospitalitatẽ. At hospitalitas exerceri nequit ab eo qui facultates non habet, quas ministrare possit ĩs quos hospitio receperit. Dicit etiam ibidem Paulus oportere episcopum bene regere domum suam, qm̃ (inquit) is qui domui suę pręesse nescit, quomodo ecclesię dei diligentiam habebit? Ad bonum autem domus p̃positum spectat ut prouideat uxori & filĩs quos habet, de uictu & uestitu, & de illis rebus sine quibus hęc misera uita conseruari nequit. Hęc autem nullus sine facultatibus cõmode exequi potest. Rursum Pius papa & martyr in epistola Italicis directa sic ait, Ad sedem apostolicam perlatus est q̃ sint inter uos contentiones & æmulationes, & p̃dia diuinis usibus tradita quidã humanis applicant

cant usibus, & dño deo cui tradita sunt, ea subtrahunt, ut suis usibus inseruiant. Quapropter ab omnibus illius usurpationis cõtumelia depellẽda est, ne p̃dia sibi secretor̃ cęlestiũ dicata à quibusdã irruentib⁹ uexẽtur: qđ si quisq; p̃sumpserit, uelut sacrilegus habeaẽ, & sicut sacrileg⁹ iudiceẽ. Hæc Pius papa: quem nõ possunt incusare q̃ malus fuerit, cũ martyrio uitã finierit. Nec ut trecentenariũ (quemadmodũ facere solet Lutherus) possunt eũ rejcere, qñ decimus à Petro summus põtifex fuit. Quid ergo impius Lutherus suadere audet principibus, ut ecclesias diripiant atq; spoliẽt? Nõne uidet à papa sanctissimo uelut sacrilegos esse iudicatos qui hoc faciunt? Huic papæ sanctissimo alius eiusdẽ farinæ hõ subscribit, uidelicet Vrbanus papa & martyr, qui de hac re tale edidit decretũ. Vidẽtes ergo sacerdotes summi, & alij, atq; Leuitæ, & reliqui fideles plus utilitatis posse afferre si hæreditates & agros quos antè uẽdebant, ecclesiis q̃b⁹ p̃sidebant ep̃i trãderent, eò q̃ ex sumptib⁹ eor̃ tam p̃sentibus q̃ futuris tẽporib⁹ plurima & elegantiora possent ministrare fidelib⁹ cõmunem uitã ducentib⁹, q̃ ex p̃cio eor̃, cœperunt p̃dia & agros quos uẽdere solebãt, matricib⁹ ecclesiis tradere, & ex sumptib⁹ eor̃ uiuere. Ipsę uerò res in ditione singulor̃ parochiarũ epi scopor̃, q̃ locũ tenent apostolor̃, erant & sunt usq; adhuc, & futuris semper debent esse tẽporib⁹. E quibus ep̃i & fideles dispẽsatores eor̃, omnib⁹ cõmunem uitam diligere uolentib⁹, ministrare cuncta ne cessaria debent, prout melius potuerint, ut nemo in eis egens inueniatur. Hęc Vrban⁹ papa & martyr. Vrbanus.

Post Vrbanũ cõfirmauit eandẽ sententiam Lucius papa & martyr, qui in epł̃a ad episcopos Galliarũ & Hispaniarũ dãnat rapientes bona ecclesiarũ. Plura alia sacror̃ uiror̃ testimonia p̃ hac re potuissem afferre, quæ breuitatis causſa omitto. si quis tamen

curiosus lector ea uidere desiderat, legat librũ decretorũ. 12. causſa, q̃st. 1. & in sequentib⁹ q̃stionib⁹, uidelicet. 2. 3. 4. 5. in quib⁹ locis multa huius rei testimonia Gratianus reposuit. Accedit ad hæc, q̃ multi ex summis pōtificibus relati sunt inter sanctos etiam ab eo tẽpore quo ecclesia possedit diuitias. Et multorũ conciliorũ decreta sunt de bonis ecclesiæ nō alienãdis, de œconomis ecclesiæ. Et concilij Chalcedonẽse, quod unum est ex illis quatuor q̃ beatus Gregorius fatetur se recipere uelut sancta q̃tuor euãgelia, cap. 22. districtius inhibet clericis ne post mortẽ episcopi rapiant res ad eum pertinẽtes. Vnde patet concilij authoritate esse permissam rerum proprietatẽ episcopis. Postremo ex pluribus assertionibus Ioannis Vuitclefi in concilio Cõstantiensi sessione octaua dãnatis, aliquæ sunt q̃ ad hanc rẽ pertinent. Decimus enim articulus sic ait, Cõtra scripturã sacram est q̃ uiri ecclesiastici habeant possessiones. Tricesimus secundus dicit, Ditare clerũ est cõtra regulam Christi. & in sequẽti assertione ait, Siluester papa & Constantinus Imperator errauerunt ecclesiam dotãdo. & tricesimus sextus articulus est, Papa. cum omnibus clericis suis possessionem habẽtibus sunt hæretici, eò q̃ possessionẽ habẽt, & omnes consentientes eis scilicet dñi seculares, & cęteri laici. Hi omnes articuli simul condemnati sunt in illa sessione octaua concilij Constantiensis. Verùm hic attendant dñi ecclesiastici, q̃ q̃uis illis liceat diuitias possidere, nõ tamẽ licet eas auare custodire, aut indebite expẽdere. De hac re scripsit Iodocus Clichthouæus in eo opere quod edidit pro declaratione ueritatum definitarum in concilio Senonensi.

Concilij chalcedonẽse.

Concilij Cõstãtiense.

ELEEMOSYNA.

Vuitcleff.

DE hac re est unus error docens non licere eleemosynas tribuere fratrib⁹ mẽdicantibus. Huius erroris dux fuit Ioannes Vuitcleff, qui asseruit

eum omnē esse ipso facto excōmunicatū, qui eleemosynas fratrib⁹ contulerit. Ad cuius assertionem duplici mouetur ratione. Vna, quia ille omnē monachor̄ ordinem damnat, & monachos uitam priuatam degentes asserit nō esse de religione Christiana. Et sanctos uiros qui diuersos monachor̄ ordines instituerunt, peccasse in hoc dicit, & nisi de hoc eos pœnituerit, contendit eos esse damnatos. Altera ratio qua mouetur, est quia omnem mendicitatem dicit esse fratribus illicitam, quoniam (ut ait) fratres per labores manuum debent uictum acquirere, & non per mendicitatem. Itaque iste Vuitcleff ut unum protegat errorem, alium affert aut pestilentiorem, aut æqualem, dignum quidem patella operculum. Monachatum quem ille in uniuersum damnat, non est præsentis negocij nunc defendere: infra deo duce longiorem suo loco faciemus disputationem. Quòd autem laborem manuum è monachis exigit unde uiuere debeant, non damno in uniuersum, nec etiam generaliter probo. Ego quidē etsi monachus sum, cum Euchitis aut Messalianis non sentio, qui dicebant monachis omnem manuū laborem esse illicitum. uellem enim quosdam manibus laborare, nec tamen omnes. Sed de hac re alibi differemus sub hac inscriptione aut titulo, Labor. Mendicitatem, deo adiutore, probabimus suo loco, cū de illa sub eius nomine differemus, nō solum esse licitam, uerū etiam meritoriam. Sublatis igitur fundamentis quibus hæc impia Vuitclefi assertio innititur, necessariū est ut & ipsa corruat. Nā si monachatus licitus est, & monachis mendicare licet, alijs etiam licebit illis eleemosynā impendere. Hæc etiam assertio Vuitclefi una est ex illis. 45. q̄ in octaua sessione concilij Constantiensis damnatæ sunt. Articulus enim eius uicesimus ibidem damnatus sic ait, Conferens eleemosynam fratribus, est excō- Concilij Cōstantiē. sc.

municatus eo facto. quę assertio simul cũ quadraginta quatuor eiusdẽ Vuitclefi, ibidẽ dãnata est. Cũ ergo ecclesia huic liti finẽ imposuerit, non est quod nos de hac re amplius contendere debeamus.

De hac re nullum alium errorem reperi apud alium quem eorũ qui de hereticis scripserunt, aut hæreses recensuerunt. Verũ beatus Augustinus lib. 21. de ciuitate dei cap. 22. dicit se cõperisse quosdã putantes elee mosynam tantę esse uirtutis, ut qui eam exercuerit, quantũlibet criminose & nefarie uiuat, æternum tñ supplicium nõ sit habiturus: sed illis dũtaxat dicebant perpetuum supplicium esse destinatũ, qui elee mosynas nõ fecerunt, aut facere contẽpserunt. Huius hæresis cum Augustinus nullum prodiderit authorẽ, ego illam hic omittere decreueram: sed quia forte in posterum (ut quotidie simile nostris demeritis exigẽtibus experimur) aliquis exurget qui illã defendere conetur, mutaui sententiam, & illã huic operi intexui, sola narratione contentus. Ad eius si quidẽ confutationẽ apertissimũ & efficacissimũ est
1. Co. 13. illud Pauli, Si distribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas, charitatem autem nõ habuero, nihil mihi prodest. Si quis autẽ amplius de hac re uidere optat, legat beatum Augustinum lib. 21. de ciuitate dei, cap. 27. quo loco redarguit hunc errorẽ, quem supra. 22. capite eiusdem libri narrauerat.

EPISCOPVS.

DE hac re est unus error quo docetur episcopũ nõ esse simplici sacerdote superiorẽ. Huius erAerius roris author fuit Aerius quidã, quãuis Philaster de illo loquens, nunc̃ hoc illi tribuit. Augustinus tamẽ in lib. de hæresib9 cap. 53. de illo loquens ait, cp dolens qa episcopus ordinari nõ potuit, in Arrianoꝝ hæresim lapsus est, & alia plura addidit dogmata, quorum unũ fuit hoc, p̃sbyterum uidelicet ab epo nulla differentia debere discerni. Hunc eundẽ errorem

post multos annos ab inferis suscitarunt Valdēses, dicētes nullū esse inter sacerdotes discrimē. His postea subscripsit Marsilius Paduanus. Valdenses (ut aliàs diximus) semper secutus est Ioānes Vuitcleff, & omnes eorum errores tutatus est: quapropter ut sui similis esset, hunc etiā docere tentauit: quē errorem ex eodē fonte deduxit ex quo Aerius. Nā Thomas Vualdē in suo doctrinali fidei antiquę, tomo. 1. lib. 2. artic. 3. cap. 60. quo loco hanc rem ille pertractat, dicit Ioannē Vuitcleff ambisse episcopatū Vigorien sem, quē tñ nō fuit assecutus, & ideo contēnere cœpit, qđ prius anxie desiderauerat. Hoc enim sæpissime euenire experientia didicimus, ut qui nō potest cōsequi quod maxime optat, ad contēptum illius rei & uilipendium cōfugiat, ut uel hoc remedio, suo impotenti desiderio medeatur, & alijs p̄sua deat se parū optasse quod assecutus nō fuit. Sic etiā qa Aerius & Vuitcleff episcopatū assequi nō potuerunt, illius dignitatē & eminentię gradū se contēnere simularunt. Antè tñ q̄ hanc hæresim oppugnare aggrediar, lectorem admonere decreui, ne uidelicet existimet me sic his hæreticis in hac parte contradicere, ut sentiam episcopatum esse alium ordinem à sacerdotio. Quod ideo præmonui, quia sunt aliqui sentientes episcopatum differre à sacerdotio, quem admodum sacerdotium à diaconatu, ita uidelicet ut alius character imprimatur in episcopi ordinatione, ab illo qui impressus fuerat cum fuit ordinatus sacerdos. Alij rursum docent, nec alium imprimi characterem, nec alium esse ordinem episcopi & sacerdotis, sed dicunt esse eiusdem ordinis diuersos gradus, ita ut intra eundem ordinem duo sint gradus, unus altero ex sua primæua institutione superior. De qua re non est meum impręsentiarum definire: quoniam (ut aliàs sępe statui) non hic hominū uariè sentientium opiniones pertracto, sed solā ca-

Valdēses. Marsilius Paduanus Vuitcl.

tholicam fidem. ideo hanc rem alijs discutiendā relinquo. Mei ergo propositi est, solum ostendere, inter episcopū & sacerdotem esse aliquod discrimen, non quod à Cæsare (ut Ioannes Vuitcleff murmurat) emanauerit sed quod ab ipso Christo & eius apostolis processerit, ita ut episcopus ab ipsa diuina institutione sit alio simplice sacerdote dignitate superior. Hoc autē sic conuincimus. Oportet enim umbram similem esse corpori, & figuram ueritati. Omnia autem quę in ueteri testamento p̄cesserunt, figuræ q̄dam fuerunt eorū quæ in lege noua futura
1.co.10 erant, Paulo testante, qui ait, Omnia in figura contingebant illis. At in lege ueteri distinctio fuit sacer
Exo.19 dotum. Nam Aaron summus fuit sacerdos, filij autem eius minores sacerdotes. Summus sacerdos distincta habebat ornamenta à minoribus. Sūmus sacerdos intrabat in sancta sanctorū, quod alijs sacer-
Leu.16 dotibus non erat licitum, ut patet ex libro Leuiti-
Heb.9. ci, & ex epistola Pauli ad Hebręos. Ad solum summum sacerdotē pertinebat celebrare festū expiationis, ut patet ex eisdē locis. Cū ergo tam latum p̄cesserit in lege ueteri inter sacerdotes discrimen, conijcimus inde ut diuersum etiam in lege noua sacerdotium fuerit à Christo institutum. Hoc etiam no-
Leo papa. strum argumentū confirmatur authoritate Leonis papæ, qui in epistola. 66. quæ est ad uniuersos Germaniæ atq; Galliæ ecclesiarum episcopos, sic ait, In diuinis enim literis p̄cipiente dño solus Moyses in tabernaculo dei erexit altare, solus ipse unxit, qui utiq; summus dei sacerdos erat, sicut scriptū est de
Psal.98 eo, Moyses & Aaron in sacerdotib⁹ eius. Ideoq; id quod tantū facere principib⁹ sacerdotū iussum est, quorū typum Moyses & Aaron tenuerunt, omnino decretum est ut episcopi uel p̄sbyteri qui filiorū Aaron gestant figuram, arripere non p̄sumant. Hęc Leo papa. Præterea Paulus ad Titum scribens ait,

Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt Cap. 1.
corrigas, & cõstituas per ciuitates p̃sbyteros, sicut
ego tibi disposui. Hoc loco beatus Paulus nomine
p̃sbyterorũ intellexit episcopos, qm̃ (ut Theophyla
ctus admonet, & ante illum Chrysostomus) nole-
bat Paulus uniuersam insulam uidelicet Cretã uni
episcopo demandari, potissimum cum adeo magna
fuisse dicatur, ut centum oppida munita habuerit.
ideo Tito scribit ut unicuiq; urbi proprium p̃ficiat
p̃sbyterũ, hoc est episcopũ, credens hoc modo po-
pulum melius fore curandũ. Præter hoc etiam ipsa
literæ series hoc conuincit. Nã cum p̃cepisset p̃sby-
terorũ ordinationem, subiungens postea qualis de-
beat esse is qui ordinandus est, tunc iam expressit
episcopi nomen, quo argumento cõuincitur eundẽ
appellare episcopũ, quem prius appellauerat p̃sby
terũ. Hoc iam semel in posterũ dictũ sit. Episcopus
ergo (ut ad scopũ cõuertamur) p̃sbyteros ordinat:
simplex autem sacerdos hoc nõ potest, quemadmo
dum infra cum de sacerdotibus agemus, deo fauen
te ostendemus. nõ est ergo prorsus idem episcopus
& p̃sbyter. Rursum si ex diuina ordinatione idẽ est
omnino p̃sbyter & episcop⁹, sequitur inde, ut quẽ
admodũ episcopus p̃sbyteros ordinat, ita econuer
so p̃sbyter possit ordinare episcopos: quod nunc̃p
factũ esse legimus: qm̃ etsi Paulus dicat Timotheo 1. tim. 4
scribens, Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ
data est tibi per prophetiam cum impositione ma-
nuum p̃sbyterii: Chrysostomus tamẽ & Theophy
lactus & reliqui exponunt de episcopo, hoc adĵ-
ciens Chrysostomus, q̃ p̃sbyterii episcopum nõ in
thronizabant. Deinde ep̃i sunt successores apostolo-
rũ, & eorũ locũ tenent, alĳ autẽ clerici in locũ. 70.
discipulorũ subrogati sunt. At null⁹ dubitat, quod
& ipse Vuitcleff cõcesserit, ut testatur Thomas Vual
den, apostolos uidelicet singulari quadam præro-

gatiua fuisse superiores merito & dignitate cæteris discipulis. Quòd autem apostolorꝝ successores sint episcopi, reliquorꝝ uerò discipulorꝝ alij sacerdotes, hoc Vuitcleff negat, sed dicit sacerdotes omnes succedere apostolis, & diaconos reliquis discipulis. Quare ipse inde cõcludit omnes sacerdotes esse pares. Vt ergo suo telo cõfigamus eum, hoc totis uiribus est annitendũ, ut ostẽdamus omnium testimonio, eꝑos solos esse apostolorꝝ successores, sacerdotes uerò & reliquos clericos esse successores discipulorꝝ. Addidi de reliquis clericis, quia uideo aliquos putãtes solos sacerdotes subrogatos esse in locum discipulorꝝ, qđ nõ ita se habere conuincitur ex
Actu. 6 eo qꝺ Philippus diaconꝰ è numero discipulorꝝ fuit, & Stephanus, & alij diaconi. Omissis igitur his recentioribꝰ, quibus nõ tanta fides debetur, primus
Beda. omniũ testimoniũ pro nobis dicat Beda, qui lib. 3. super Lucã cap. 15. sic ait. Sicut duodecim apostolos formã episcoporꝝ exhibere simul & demõstrare nemo est qui dubitet, sic & hos. 72. figurã presbyterorꝝ, id est secundi ordinis sacerdotum gessisse scien dum est: tametsi primis ecclesiæ tẽporibꝰ, ut apostolica scriptura testis est, utriq; p̃sbyteri, utriq; uocabantur eꝑi, quorꝝ unũ scientiæ maturitatẽ, aliud industriam curę pastoralis significat. Hęc Beda. Eandem sententiam profert Isidorus in quodam sermo
Isidorus. ne in synodo habito, ita dicens. Presbyteri quippe successores & uicarij sunt. 70. discipulorꝝ, qui præcedebant dñm Iesum Christum in omnem ciuitatem, & locum quò erat ipse uenturus. Ita p̃sbyteri quia adiutores sunt episcoporum, rudes populos initiant, baptizandos unitati ecclesiæ incorporant, in omnibus sacramentis usq; ad manus impositionem populo dei ministrant, Episcopi uero successo
Damasus. res sunt apostolorꝝ. Hæc Isidorus. Et beatus Damasus in Epistola de coepiscopis, quos solũ sacerdo-

tes esse decernit, postq; dixerat eos non posse cõfirmationis sacramentum ministrare, ita dicit, Quòd autem solis apostolis eorũq; successoribus propriũ sit officiũ tradere spiritũ sanctum, liber Actuũ Apostoloꝝ docet, præsertim cum nullus ex. 70. discipulis, quoꝝ isti in ecclesia speciem gerunt, legatur donum sancti spiritus per manuũ impositionẽ (ut prędictum est) tradidisse. Hæc Damasus. Vides iã tres illustres uiros pro nobis dedisse testimonium, qui omnes fatentur episcopos successores esse apostoloꝝ, presbyteros uero locũ tenere discipulorũ. Sed quò res firmior reddatur, plures adhuc pro hac re testes adhibeamus. Vrbanus Papa & martyr in epistola de cõmuni uita & oblatione fideliũ, loquens de rebus ecclesiæ assignatis, a quibus dispensari debeãt, sic ait: Ipsæ uero res in ditione singulorũ parochiarum episcoporũ, qui locum tenent apostoloꝝ, erãt, & sunt usq; adhuc, & futuris semper debent esse tẽporibus. Hæc Vrbanus papa. Quibus uerbis satis aperte dixit episcopos successores esse apostolorũ, nulla presbyteroꝝ habita mentione. Anacletus papa & martyr, qui quartus a beato Petro Apostolo ecclesiæ catholicę prędedit, in epistola de patriarchis & primatibus ac reliquis episcopis, ita ait: Sacerdotum fratres ordo bipartitus est, & sicut dñs illum constituit, a nullo debet perturbari. Scitis autem a dño apostolos esse electos & constitutos, & postea per diuersas prouincias ad prædicãdum dispersos. Cum uero messis cœpisset crescere, uidens paucos esse operarios, ad eoꝝ adiumentũ. 70. eligi prędepit discipulos. Episcopi uero, dñi apostoloꝝ: presbyteri quoq; .70. discipuloꝝ locum tenent. Hæc Anacletus papa & martyr. In quibus uerbis id aduertendum maxime est, quod ait dñm instituisse bipartitum sacerdotũ ordinem. Huic Anacleto soli magis crediderim q̃ mille Vuitclefitis, imo magis q̃ Hie-

Act. 8

Vrba. papa.

Anacletus.

ronymo aut Aug. aut cuiuis alij recētiori quantūlibet sancto & docto. Nam præter uitæ sanctitatem, quā martyrium maxime cōmendat, beatos apostolos uidit, & (ut ipse in principio epistolę quā modo citauimus testatur) a beato Petro apostolo fuit presbyter ordinatus. Vnde credendū est illum uerā apostolorū mentem penetrasse, & illorū spiritū tenuisse. Et ut aliquid ultra addamus, beatus Aug. lib. de hęresibus cap. 53. Aerij errores enumerans, hunc inter illos recenset. q̄ uidelicet presbyteros pares episcopis fecerit. Præter hæc oīa tot illustrium uirorū testimonia, illud maxime hoc nostrum propositū roborat, quod superius cum de cōfirmatione ageremus, docuimus. Ibi enim ostendimus cōfirmationis sacramentum non posse cōferri ab aliquo tantū sacerdote, sed a solo episcopo, & hoc ex diuina institutione, & non ex ecclesiæ ordinatione. Si ergo cōfirmationem ministrat episcopus, & illā non potest alius presbyter ministrare, cōuincitur inde ut non sit idē presbyter & episcopus. Sed his oībus obijcit nobis Ioānes Vuitcleff beatū Hiero. qui super epist. ad Titū. Titum, exponens illū locum, Huius rei gratia reliqte Cretæ &c. ita ait, Idē ergo est presbyter, qui episcopus: & anteqū diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autē Cephæ, cōmuni presbyterorū concilio ecclesię gubernabantur. Postq̄ uero unusquisq̄ eos quos baptizauerat, suos putabat esse, nō Christi, in toto orbe decretū est, ut unus de presbyteris electus superponeretur cæteris, ad quē omnis ecclesiæ cura pertineret, & schismatū semina tollerentur. Hæc Hiero. Cui obiectioni respondet Thomas Vualden loco illo superius citato, uerū esse q̄ episcopi sint presbyteri. nā hoc sentit Hiero. q̄ autē inter episcopum & presbyterū nō sit aliqua distinctio, hoc Hiero. non expressit. Sed reuera fallit The

Hiero.

mas Vualden, quoniã in toto illo decursu post uerba proxime citata nihil aliud conatur Hiero. q̃ ut ostendat ex diuina institutione non esse differẽtiam inter episcopũ & presbyterũ, sed tale discrimen fuisse postea inuentũ ad schismata tollenda. Et interpretat̃ Hiero. dictũ de superpositione cp̃or̃ cæteris presbyteris ab ecclesia inuẽta, debere ĩtelligi de sola p̃sidentia in cõcilio, ita uidelicet q̃ toti cõi concilio sacerdotũ præsit unus cp̃s in edendis canonibus, hoc non tã ex institutione diuina q̃ ex humana cõsuetudine arbitrat̃ euenire. Et de hac p̃sidentia dicit dictũ Hiero. debere intelligi. Vtrũ autẽ hæc expositio uerũ sensum Hiero. & uerã eius mẽtem exprimat, ego nolo nũc discutere, sed lectori relinquo, qui locum illum Hiero. attente (ut decet) legens facilè cõprehendet satis alienã esse a mente Hiero. illã expositionem. Sed ut clarius pateat qualis fuerit Hieronymi de hac re sententia, uideamus quid in dialogo Orthodoxi & Luciferiani dicat. Ibi enim circa medium dialogi, sub persona Orthodoxi de confirmationis sacramẽto differẽs, ita loquitur. Quod si hoc loco quæris quare in ecclesia baptizatus, nisi p manus episcopi nõ accipiat spiritum sanctũ, quem nos asserimus in uero baptismate tribui, disce hanc obseruationẽ ex ea authoritate descendere, q̃ post ascẽsum dñi spiritus sanctus ad apostolos descendit. Et multis in locis idem factitatũ reperimus, ad honorem potius sacerdotij, q̃ ad legis necessitatẽ. Alioqui si ad episcopi tantum imprecationẽ spiritus sanctus defluit, lugẽdi sunt qui in uiculis, aut in castellis, aut in remotioribus locis p presbyteros & diaconos baptizati, antè dormierunt, q̃ ab episcopis inuiserentur. Hæc ibi Hiero. Ex quibus uerbis clare patet illum sentire nõ esse ex necessitate legis q̃ episcopus solus per manus impositionẽ spiritũ sanctũ conferat, sed hoc esse ex ecclesiæ institutione ad ho-

norē sac erdotū. Ideo aliter Hiero. testimonio respon dere oportet. Sed antecp̄ respondeā, percontari expe dit Ioānem Vuitclefum, quare Hieronymi testimo nio cōtra nos nunc pugnet, cum alibi & Hierony. & oēs alios sacros doctores tam facilē reīciat & ui lipendat? Aut ergo illū cum pro nobis citatur, recipiat, aut nullo pacto illum nobis obīciat. Deinde cur nobis obīcit unū solum Hieronymū cōtra tot illustres uiros sanctitate perinde ac doctrina insignes? Nunquid unius Hiero. dictū prēferre uult sen tentiæ tot clarissimorū uirorū? Parum dixi, nunquid forte toti ecclēsiæ catholicæ, aut concilio illā repre-
Concilū Ispalense. sentanti, solum Hiero. præponet. Cōcilium siquidē Ispalense secūdum (ut supra cum de confirmatione ageremus, ostēdimus) definit a solis episcopis posse confirmationē conferri, & (ut postea ostendemus) idem cōcilium censet presbyterū nullo modo posse alium in presbyterū aut diaconū ordinare. cp̄ si ordinare attentauerit, eius ordinationem decernit esse nullam, & eē necessariò iterandā ab episcopo, ut sic ordinatus possit aliqd exercere. At si ex institutio-ne diuina illud posset presbyter ministrare, quāuis peccaret cōtra ecclesiæ decretum faciens, nihilomi-nus eius ordinatio esset ualida, quemadmodū dici solet de clerico excōmunicato conficiente eucharis-tiam, qui quāuis peccet sacramentū consecrans, ni hilominus tamen rata & firma est eius cōsecratio. Cum ergo tam expressa sit cōcilīj definitio, quis cō tra eam opponere audebit solius Hiero. sentētiam? Ego certe doctrinā beati Hiero. summe extollo, eius sanctitatē maxime ueneror, sic tamē, ut putem eum hominē fuisse, qui cum hic ageret, falli potuit, sic ēt ut eius sīīę plurimorū catholicorū doctorū & pontu ficum, quales fuere Damasus, Vrbanus, Anacletus, decreta illi præferā. Nec mirū debet hoc esse alicui. Nam præter hoc cp̄ illi pontifices sancti fuerunt ut

Hiero. & eorꝫ aliqui martyrio clari, & oēs doctrina insignes, ipsemet Hiero. illorū decretis libētissimus suam subiecit sententiā, ut patet ex aliquot eius epistolis ad Damasum papā. Nec etiā mirari quisquā debet, ꝙ beatus Hierony. uir alioqui doctissim⁹ sic decept⁹ fuerit, quoniā qñꝙ bonus dormitat Homerus. Quod maxime euenire potuit tunc, qñ adhuc doctrina illa non fuerat in quæstionē deducta, nec tunc ecclesia aliqd de ea definierat: quapropter potuit sine ullo fidei dispendio ita sentire, maxime cū habuerit aliquot scripturæ testimonia, quæ pro illo sententiā dicere uidebantur: quæ oportet ut sigillatim discutiamus. Primo ergo ꝙ narrat, ad tollendū schisma quo unusquisꝙ eos quos baptizabat, suos putabat esse, nō Christi, decretum fuisse ut unus de presbyteris electus, superponeretur cæteris, ad quē omnis ecclesię cura pertineret: quo pacto Hierony. hoc probet, ego nescio, imo oppositum ex Actibus apostolorꝫ conīci potest, præcipue quia remedium illud quod beatus Hiero. dicit fuisse adhibitum, nō erat sufficiens ut schisma tolleretur: quoniā etsi illo modo schisma intra unā urbem exortum tollebat, non tū schisma inter plures urbes. Per illud siqdem remedium nō tollitur quin oēs unius urbis dicātur Pauliani, a Paulo illius ciuitatis epō: alij Petriani, a Petro alterius ciuitatis epō. Quo facto quis non uidet adhuc schismatū semina manere, cum dicat adhuc, ego sum Pauli, ego sum Cephæ? Non erat autē præcise curādum ut hoc aut illo modo schisma nō fieret, sed ut nullo. Ideo ut ex apostolica historia cōiici potest, aliud remedium efficacius illi schismati adhibitū est, ut uidelicet omnes Christo initiati, cōmuni uocabulo Christiani appellarētur, a Christo, qui caput est omnium, qui etiā (ut Ioānes Baptista testatur) est qui uere nos baptizat. Ad cuius rei cōfirmationē, beati Athanasii proferā testimonium. Is Ioā 1

enim disputans cõtra Arrium reiẽcientem hanc uocem ὁμοούσιον propter illius nouitatem, ostendensq; propter nouitates hæreticorũ insurgentiũ, ecclesiam consueuisse noua cõfingere noía, ita ait. Et ut quod dico, planius fiat, utor exemplo, In ipso Christianę religionis prędicationis initio omnes qui credebãt dño nostro Iesu Christo, nõ Christiani, sed discipuli tantũmodo nominabãtur. Et quia multi nouorũ dogmatum authores extiterant doctrinæ obuiãtes apostolicę, omnes sectatores suos discipulos nominabant, nec erat alia nominis discretio inter ueros falsosq; discipulos, siue qui Christi, siue qui Dositę, siue Theodæ, siue Iudæ cuiusdã, siue etiam Ioannis sectatores, qui se quasi Christo ecclesię fatebantur, quin potius uno discipulorũ nomine censerentur. Tunc apostoli cõuenientes Antiochiã sicut eorum (Luca narrante) testantur acta, oẽs discipulos nouo nomine, id est Christianos, appellant, discernentes a cõmuni falsorũ discipulorũ uocabulo, ut & diuini per Esaiam oraculi sermo impleretur, quo ait, Seruientibus uero mihi uocabitur nomen nouũ. Hucusq; Athanasius. Rabanus super actus apostolorũ, exponens locũ illum ubi de impositione Christiani nominis dicitur, sic ait, Omnes sectę nomen trahebant de suo authore, ideo fundata fide, & firmitatẽ obtinente, primũ in Antiochia, ubi prę cęteris locis fides florebat, sumptũ est a Christo nomẽ Christianum. Hæc Rabanus. Et certe hoc remedio uerius obuiatũ est schismati, q̃ cõstituendo (ut Hiero. ait) unũ ex presbyteris, qui cęteris superpositus, omnẽ ecclesiæ curam haberet. Sed iam reliqua quæ pro sẽ beatus Hiero. affert, uideamus. Apostoli ad Philippẽ. uerba sunt ista. Paulus & Timotheus serui Iesu Christi, oĩbus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cũ episcopis & diaconibus, gratia uobis & pax, & reliqua. Philippi una est urbs Mãcedoniæ,

Athanasius.

Act. 11

Esa. 65

Phil. 1.

& certe in una ciuitate plures, ut nuncupantur, epi
scopi esse non poterant, sed qa eosdē episcopos illo
tempore quos presbyteros appellabant, propterea
(inquit) de episcopis quasi de presbyteris est locu-
tus. Deinde in Actibus Apostolorū scriptum est, q̄
cum uenisset Apostolus Miletū, miserit Ephesum, Act. 20
& uocauerit presbyteros ecclesiæ eiusdem, quibus
postea inter cætera sit locutus· Attendite uobis &
omni gregi in quo uos spiritus sanctus posuit epi-
scopos regere ecclesiam dñi quā acquisiuit per san-
guinē suum. Quo loco diligentius obseruare admo
net Hiero. quōd unius ciuitatis Ephesi presbyteros
uocans, postea eosdem epōs dixerit. Alia etiā pro se
citat, quæ quia debiliora sunt, & minus efficacia,
omitto. Illud ergo primū non cōstat an sit ita intel
ligendum qualiter Hiero. interpretatur, quoniā no-
mine episcoporū Ambrosius ibi intelligit Paulū &
Timotheū. Sic enim ait, Cum episcopis & diaco-
nibus, hoc est cū Paulo & Timotheo, qui utiq; epi
scopi erāt: simul & significauit & diaconos qui mi
nistrabant eis. Ad plebē enim scribit. Nam si episco
pis scriberet & diaconibus, ad personas eorū scribe
ret: & loci ipsius episcopo scribendū erat, non duo-
bus uel tribus, sicut ad Titum & Timotheū. Hæc
Ambrosius. Ex cuius uerbis satis patet q̄ diuersum
a Hieronymo sentiat. Sed quoniā aliud testimoniū
ex Actibus apostolicis apertius est q̄ ut possit elu-
di, ideo aliter & uerius respondendū uidetur, nomi
na illa, uidelicet presbyter & episcopus, ex sua pri-
mæua institutione latiorē habuisse significationem
q̄ modo habeant. Episcopus enim dictio græca est,
& cōposita ab ἐπί præpositione græca, quæ idem
significat q̄ latine super: σκοπὸς uero idem est quod
intentio: & ita episcopus tantū ualet ac superinten-
dens, inde ἐπισκοπεῖν superintēdere. Episcopi ergo
nomen inde sumptū uidetur, q̄ is qui p̄ficitur alīs,

eorum curæ superintẽdere debet. Juxta quã nudam interpretationẽ nulli dubium quin presbyteri paro chi, episcopi dici debeant, nam ipsi etiã superintendunt curæ animarum sibi cõmissarum. Presbyter etiã est uox græca. πρεσβύτερος latine interpretatur senior. Presbyter ergo ætatis est nomen, quæ nõ iuxta numerum annorũ computanda uenit, sed iuxta
Sap. 4. sensus maturitatẽ, quemadmodũ sapiens ait, Senectus uenerabilis est non diuturna, neq; annorũ numero cõputata. Cani autẽ sunt sensus hominis, & ætas senectutis uita imaculata. Vnde Anacletus papa in epistola de ordinatione episcoporũ sic ait, Porro Moysi præcipitur ut eligat presbyteros, unde &
Pro. 20 in prouerbijs dicitur, Gloria senũ canities. Hæc uero canities sapientiã designat, de qua scriptũ est. Canities hominũ prudentia est. cũq; nõgentos & amplius annos ab Adam usq; ad Abrahã uixisse homines legerimus, nullus alius primus appellatus est presbyter. i. senior, nisi Abrahã, qui multo paucioribus uixisse annis cõuincitur, nõ ergo propter decrepitam senectutẽ, sed propter sapientiã presbyteri nominãtur. Hæc Anacletus. Si ergo propter sapiẽtiam, qua insignitus esse debet, presbyter nominat, apparet uocẽ ex sua institutione plus etiã significare q̃ nũc significet: nam iuxta illã omnes sapientes presbyteri dici possent, cũ tamẽ multi sint qui modo presbyteri non dicantur. Quòd si cõtendas nomen presbyteri ab annoꝝ numero esse alicui tribuẽdum, oportebit cõcedere ut omnes senes uere possint dici presbyteri: quod tamẽ nunc nõ ita fiet. Nomen ergo presbyteri ex quacũq; deriuatione sumatur, cõmune est episcopis & cæteris sacerdotibus. Episcopi nomẽ etiam cõmune est ex sua prima institutione omnib⁹ sacerdotibus, præcipuè illis quibus animarũ cura cõmissa est. Ecclesia ergo timens ne ppter uocabulorũ indistinctã significationẽ quis

opinaretur

opinaretur res etiam esse prorsus indiscretas, uocabulorũ significationes contraxit hoc modo, ut ille solus nominaretẽ episcopus, qui alijs sacerdotibus superior existens, totius ciuitatis curã haberet: ille autem diceretẽ presbyter, q̃ corpus dñi cõficere aut consecrare posset. Itaq; ecclesia hoc statuens, nõ cõstituit nouũ ordinem, aut eiusdem ordinis nouum gradum decreuit, sed grad⁹ sacerdotũ antiquos, & à deo institutos, censuit proprijs nominib⁹ nũcupari, ne forte ex cõmunione aut idẽtitate uocabulorũ occasio oriretur existimãdi res etiam ipsas per illa nomina designatas esse prorsus easdem. Hoc autẽ ecclesiam posse nullus meritò dubitare poterit: q̃m si ecclesia, ppter nouas causas emergẽtes potuit rebus antiquis noua imponere nomina, q̃d prohibet ut nouis etiam insurgentibus causis potuerit antiqua uocabula ad contractiorẽ significationẽ restrigere? Quod si aliqs Hieronymo plus iusto dedit⁹, adhuc Hieronymi sententiã tenere uoluerit, talib⁹ angustijs opprimetẽ, ut oporteat eum etiam dicere diaconos esse episcopos. Nam Paulus Timotheo q̃ episcopus erat, scribens, diaconũ eum nominat, dicens, Ministeriũ tuũ imple. quo loco græce habetẽ διακονίαν, hoc est diaconatũ: ubi aperte pro officio episcopi diaconatum dixit. Et nõ imerito, q̃m uox diaconatus (ut de alijs diximus) iuxta suam primã significationẽ ministeriũ significat. Episcopus autẽ cũm etiã sit minister, sicut Christus de seipso dixit, ideo nõ imeritò epõ scribẽs dixit, Ministerium tuũ uel diaconatum tuum imple. Ecclesia hanc diaconi uocẽ ad solum ministrum q̃ i certo gradu in altari ministrat, contraxit. Ne autẽ ista ex nostro cerebro cõficta eẽ uideanẽ, huiꝰ rei duos testes affero: Theophylactꝰ sup primum caput epistolæ ad Philip. declarans illud, cum epis, & diaconis, sic ait, Episcopos sacerdotes dicit. Neq; enim plures ẽrant unum

1. Tim. 4.

erant episcopi, qui singulis ciuitatibus præsiderent: quippe cum nondum essent huiusmodi nomina dispartita, sed episcopi tantum diaconi & presbyteri dicebantur. Hæc Theophylactus. In quibus maximè aduertere oportet qđ ait, cum nõdum essent huiusmodi nomina dispartita: ubi aperte ostendit esse factam partitionem nõ rerum, sed uocabulorũ. Eandem sententiam innuit beatus Augustinus in quadam epistola ad beatum Hieronymum, quæ est in ordine epistolarum Augustini 19. Sic enim inquit, Quãquam enim secundum honorũ uocabula, quæ iam ecclesiæ usus obtinuit, episcopat⁹ presbyterio maior sit, tamẽ in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est. Hæc Augustinus. In qbus uerbis id maxime obseruare oportet quod dixit, secũdum honorũ uocabula quæ iam ecclesiæ usus obtinuit: non autem dixit, secundum gradus honoris quos ecclesię usus obtinuit. ubi aperte innuit fuisse ex ecclesię usu illorum uocabulorum distinctiones. His ergo ita digestis, respondemus Hieronymo, uerum esse qꝑ tunc temporis presbyteri etiam dicerentẽ episcopi, quia tunc nõ erat facta uocabulorum distinctio: nec tamen ex eo sequitur qꝑ idem prorsus fuisset qui episcopus. Verum dicet aliquis, si tunc uocabulorũ significationes erant ĩdiscretæ, quo pacto ualebimus ex sacris literis illarũ rerum distinctionem agnoscere? Cui quęstioni respondemus, qꝑ per ratiocinationẽ. Scimus enim ex sacris literis, solos apostolos, quibus episcopi succedunt, tribuisse spiritum sanctum per manus impositionẽ: quod alĩ discipuli, quorũ locum alĩ minores sacerdotes tenent, nunquã præstiterũt. Scimus apostolos, & episcopos eorũ successores, alios ordinasse in sacerdotes, de alĩs autem discipulis hoc nunq̃ legiť. inde cõuincimus, episcopos maioris semper fuisse potestatis, q̃ alĩ sacerdotes. Hoc autem qđ de ordina-

tione dixi, q̄ solus episcopus potest ordinare, ipse met Hieronymus fatetur. nam in epistola ad Euarij̄ sic ait, Quid enim facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non facit? Hæc ille. Et in fine epistolæ iter̄ ait, Et ut sciamus traditiones apostolicas sumptas de ueteri testamēto: quod Aaron, & filij eius, atq; Leuitæ in templo fuerunt, hoc sibi episcopi, & presbyteri, & diaconi uendicent in ecclesia. Hęc Hieronymus. Ex q̄bus uerbis patet beatum Hieronymum sibi ipsi in hac parte minime cōstare: quoniam si hoc est i ecclesia episcopus, quod in lege ueteri Aaron, & hoc presbyter q̄d filij Aaron, conuincitur etiam inde ut ex ipsa institutione diuina episcopus sit quouis alio p̄sbytero maior: q̄m̄ (ut iam ꝓxime docuimus) Aaronis sacerdotiū ex ipsius dei institutione maius erat q̄ꝫ sacerdotium filior̄ Aaron. Hanc rem prolixe satis & ultra statutam breuitatem ptractaui, q̄m̄ neminem de illa scripsisse reperi pręter unum Thomā Vualden, qui etsi aliqua ex patre iuuare potuit, rem tamen (ut decebat) minime absoluit. De Guidone pudet dicere, quoniam Aerianor̄ hęreses recensens, & hanc illis annumerans, cum cōtra alios eor̄ errores testimonia adduxisset, hunc solum intactum reliquit, nullum afferēs scripturæ aut sanctor̄ doctor̄ testimonium, aut ullum argumentum, ꝓpter q̄d se ostenderet illam assertionem de hæresi merito notasse.

Alius est etiam error circa episcoporum personas exortus, quo docetur nullum peccatorem aut iniustum hominem posse esse episcopum. Huius erroris authores fuerunt. Valdenses, dicentes quòd presbyterum non dignitas, sed uitæ meritum efficiebat potiorem. Hos imitatus est Ioannes Vuitcleff. Et quidem si hi dixissent, ut qui malus est & criminosus, ordinandus non esset in episcopum, id recte admonuissent, quoniam illud sæpe docet Pau

Valdēses. Vuitcleff.

lus apostolus. Sed qm̃ docent, eum q semel in peccatum labit, dignitatē & officiū episcopatus amittere, ita ut hæc duo minime cohærere possint i una ꝑsona, ut eꝑs simul & malus sit: hoc certe male senserunt. Verꝝ qm̃ sunt alij q hoc etiā de quolibet sacerdote docuerunt, alij rursum de qualibet etiā laicali potestate hoc idem senserunt, ideo usq; ad aliū locum hæc res disputādā differatur, cum uidelicet de omnibus simul sub titulo de potestate agemus.

EVANGELIVM.

Flagellantes.

INter alias Flagellantium hæreses hæc una fuit, qua dixerunt post aduentum suæ sectæ euangelium desiisse. Quem errorem non nisi idiotæ hoies, quales fuere Flagellantes, docere potuissent: cū sint tam aperta scripturę sacrę testimonia testantia euāgelium in ꝑpetuum, hoc est in finem seculi duraturum. Sapiens nanq; de lege à deo hominib⁹ data loquens ait, Testamentum æternum cōstituit cum illis, & iustitiā & iudicia sua ostēdit illis. Vides qualiter uocat testamentum æternū, & cōstat q nō loquit de priori testamento, qa illud reuocatum est, ut ꝓbat Paulus sæpe, præcipue in epistola ad Heb. & ꝑ ꝓphetam Baruch dñs loquens, hoc clarius expressit. Et statuam illis (inquit) testamentum alterꝝ sempiternum, ut sim illis in deum, & ipsi erūt mihi in populum. Et ꝓpheta regi⁹ ait: Redemptionē misit dñs populo suo: mandauit in ęternum testamentum suū. At nō fuit nobis data alia redemptio nisi in aduentu filij dei, q uerbo & opere ꝑdicans, euangelium nobis in testamentum suum reliquit quod in morte sua confirmatum est: & tunc reuocatum prius. hoc ergo euangelium quod solum uere dici potest testamentum, qa illud solum cōfirmatū est, hoc inquam testamentum mandauit nobis in æternum: nō ergo cessabit unq̃. Et ipsa ueritas hoc idē cōfirmat dicens, Amen dico uobis q nō præteribit

Ecc. 17

Baru. 2

Ps. 110

Lu. 21.

generatio hæc donec oĩa fiant. Quę uerba exponẽs Theophylactus sup Luc. ait, Generationem uocat nõ eos qui tunc aderant, sed oĩum fidelium generationem. Solet enim scriptura hoc nominare modo, ut, Hæc est generatio quærentium dñm. Quia autem turbationes & bella, & alterationes dixit futuras tam elementorũ q̃ rerum, ne quis suspicetur, q̃ forte aliqñ destruendus sit Christianismus, dicit, Non. Non enim præteribit hæc Christianorũ generatio. Cœlum quidem & terra immutabuntur: sermones autem mei & euangelium meum non peribunt, sed manebũt. Tametsi cõmoueantur omnia: fides tamen in me non deficiet. Apparet autem hoc loco, q̃ ecclesiam omni creaturæ præferat. Ecclesia enim eius, & uerbum ac euangelium nequaq̃ peribũt. Hactenus Theophylactus. Præterea in uerbis quibus quotidie uinum in sanguinem Christi trãsubstantiamus, sic dicit, Hic est calix sanguinis mei noui & æterni testamenti, q̃ pro uobis & pro multis effundetur &c. Quæ uerba etsi nõ expresse inueniantur in euangelio, certò tamen credẽdum est ecclesiã illa à Christo recepisse. Verum ut nulla iam pateat rimula ad fugam, audiãt Paulum hoc idem dicentem, Deus autem pacis (inquit) qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti ęterni dominũ nostrum Iesum Christum, aptet uos in omni bono &c. Rursus de quatuor illis animalib⁹ quæ Ezechiel uidit, & Ioanni in uisione monstrata sunt, dicitur q̃ ibant & non reuertebantur cum ambularẽt. At q̃ per illa quatuor animalia designati sunt quatuor euãgelistæ, aptius est q̃ ut dubitari debeat, aut ꝓbatione indigeat. Quid est dicere q̃ semper ibant, nisi q̃ euangelia semper manebũt? Tẽpore ꝓcedente & ipsa etiã procedunt. Quod si euangelium iam (ut isti Flagellantes mentiunt) cessasset: nõ uere diceret de animalib⁹ q̃ ibãt Pſa. 23. Heb. 13

& nō reuertebant. Testamētū siqdem uetus qm̄ reuocatū est, & iā amplius nō obligat, finiuit iter suū, nec dicet de eo q uadit & nō reuertit, quēadmodū de quatuor animalib⁹ dicit q ibant, & nō reuertebant. Vnde beatus Gregorius homilia. 6. sup Ezech. ait, Testamentū nouum etiā p testamēti ueteris paginas testamentū æternum appellatum est, qa ītelle ctus illius nunc̄ mutat. Bene ergo dicit q rotæ euntes ibant, & nō reuertebant cum ambularent, quia nouum testamentum nō rescindit, dum uetus iam spiritaliter ītelligit. Post se nō redeunt, qa usc̄ ad finē mundi īmutabilia p̄sistunt. Ambulant ergo, sed nō reuertunt, qa sic spiritaliter ad cor nostrum ueniunt, ut eor̄ p̄cepta ulterius nō mutent. Hæc Gregorius. Accedit ad hæc, q ꝯ q sentiunt euangelium finitum esse, & aliud loco ei⁹ subrogatum testamētum, aut negāt Christum mortuū, aut uolunt eum iter̄ crucifigere. Nam si (ut ait Paulus) testamētum in morte testatoris cōfirmatum est, ergo euangeliū iā cōfirmatum est, aut Christ⁹ mortuus nō erit. q ꝯ si xp̄s mortu⁹ est, & testamentū ei⁹ oportet sic esse firmum, ut nūc̄ reuocari possit, & si aliud post istud succedet, ut illd ēt firmet, oportebit testatoris mortē accedere: quapp oporteret ut xp̄s iter̄ moreret, ut p ei⁹ mortē illud aliud testamentum cōfirmaret. Quis autem hoc fateri audebit? Certe nō ali⁹ c̄ ille q sibi ipsi iter̄ crucifigit filiū dei. Paulus nanc̄ ait, Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi ultrā nō dominabitur. Aduersus tam insanam & impiam hæresim piget plura afferre.

Heb. 9

Ro. 6.

Ali⁹ est etiā error dicēs euāgelū nō fuisse p̄dicatū ab aplis secundū spiritalē itellectū, sed solū secūdū literā. Hui⁹ erroris (ut Guido refert) author fuit abbas Ioachim, quē secutus est qdam alius Petrus Ioānis. Verum de hoc errore iā supra disputauim⁹ cum de rebus ad apostolos ptinētibus ageremus.

DE hoc mirifico sacramento, omniq; sacramentorum præstantissimo plurimæ ortæ sunt hæreses, quarum omnium authoribus perperam successit, deo pro sua gloria zelante, ac puniente ingratitudinem erga tantum beneficium nobis exhibitum. Omnes quidem aut parentes aut patroni earum hæresum infelicem in hac uita habuerunt exitum: infeliciorem, imino uero infelicissimum retinẽtes in alio seculo. In differendis uerò huiusmodi hęresibus hoc ordine ꝓcedemus, ut primo de his agamus quæ substantiam sacramenti tangunt. Postea uerò eas pertractabimus quæ eiusdem sacramenti efficaciam minuere conantur. Postremo de illis loquemur quæ pręparationem animi ad huius sacramenti receptionem exactam tollunt.

Primus de hac re est error dicens nullo modo ex pane posse confici corpus Christi, eò quòd panem creaturam diaboli esse dicant. Hunc errorem Guido carmelita Catharis tribuit, à quo Cathari maxime absunt: nisi forte ipse alios Catharos præter Nouatianos inuenit. Sed uideo qua occasione homo iste in hunc scopum illiserit. Beatus nanque Augustinus in libro de hæresibus cap. 40. de Manichæis differens qualiter illi dicebant alimenta omnia esse immunda propter mali principij commixtionem, eamque quibusdam excrandis purgationibus adhibitis purificabant. Nam farinæ ex qua panis pro eucharistia conficiendis erat, humanum semen miscebant, dicẽtes semine admixto farinam purificari, atque ea sic (ut dicebant) per seminis mixtionem purificata, sacramentum execrandum cõficiebant. Propter istas nempe ciborũ execrãdas purificationes beatus Augustinus uocat eos non Catharos, quod latine sonat mundos sed potiꝰ Catharistas, hoc est purificatores. Ex quo loco ꝑperã in-

Catharis.

Manichæis.

tellecto homo iſte(ut puto)deceptus eſt, ut errorē iſtū Catharorū factioni tribueret. Nam Manichęos hic uocauit Auguſtinus Catharistas, propter illam ciborū purificationem, nō q̄ Manichæi factioni eorum hęreticorum aſcribantur, qui uſitato nomine Cathari appellantur. Nihil enim inter Manichæos & Catharos conuenit. Nouatiani nanque Cathari uocati ſunt(ut aliàs dicemus) propter animæ munditiam quam iactabant, propter quam ab eccleſia ſeparati ſunt, q̄ illa peccatores reſipiſcentes uelut benigna mater amplecteretur.* Conſtat tamen bonum Guidonem putaſſe hos Catharos eſſe illos q̄ Nouatiani dicunt. Quia de his Catharis differens, dicit iam alias ſe de illis fuiſſe loquutum, cū uideli cet de Nouatianis tractauerat.) Hic error ſatis (ut arbitror) reiectus eſt ex his q̄ ſuprà aduerſus Manichæos diſputantes docuimus, omnē. ſ. creaturā bonam eſſe, omneſq; ab uno principio nēpe Deo prodijſſe. Quod ſi panis ſua natura bonus eſt, nō eget illa horrenda purificatione ut ex eo eucharistia cōfici poſſit. Quapropter nō eſt q̄ amplius aduerſus hunc errorem pugnemus.

Secunda hæreſis circa materiam huiuſ ſacramenti eſt q̄ aſſerit nō poſſe hoc ſacramentum cōfici i azymo pane, ſed p̄ciſe in fermentato. Iſte eſt error Græcorū, qui inter alia puerſa dogmata, ꝓpter q̄ ab eccleſia Romana diſceſſere, hoc unum tuent: Romanam ac catholicam eccleſiam ſuggillantes, q̄ in pane azymo cōficiat. Latinos omnes hac de re Azymitas uocant, eos anathematizant (ut teſtatur beatus Anſelmus in quadam epiſtola de fermētato & azymo) & teſte Guidone carmelita nō permittunt Latinos ſacerdotes in eorū altaribus ſacrum myſterium cōficere. Quod ſi ipſis neſcientibuſ aut inuitis celebrare cōtigerit, lauant altaria, qm̄ ea credunt eſſe polluta ex falſo(ut aſſerūt) ſacrificio per ſacerdo

tē Latinū in azymo cōfecto. Hāc etiā hæresim amplectunt Armeni, candē tenent Ruteni. Ne autē gratis id dixisse uideant, hoc argumento suā sententiā cīōfirmant. Eo pane cōficiendum est hoc sacramentū à nobis, quo Christus ipse cum illud sacramentum īstituit, cōfecit: ipso etenim opere exēplum nobis dedit, ut quēadmodū ipse fecit, ita & nos faceremus. Christū autē ī fermētato cōfecisse, euāgeliū Ioannis testat, dicēs eum ante diem festum paschæ cœnasse cū discipulis, ī qua cœna sacramentū istud īstituit, nobisq; illud cōficiēdi potestatē tribuit. At ante pascha fermētato uescebant Iudęi, nō azymo, sicut & ī septem dieb⁹ Paschę azymos panes (iuxta legem) comedebant, fermentatos uero edere nō licebat. Verū hæc argumentatio futilis est oīno, cū nec ueru assumat, necq; bene colligat. Si enim eorū collectio firma esset, illos suo ipsorū gladio uelocissime cōfoderemus. Oporteret nanq; illa ratione necessariō ī azymo cōficere, qa Christū in azymo cōfecisse (si tū ritu Iudaico eum pascha celebrasse nō negetur) clarissime ex trib⁹ euāgelistis cōstat, qbus minime Ioannem repugnare ostendemus. Vt autem clarius oīa manifestent, ipsorū euangeliorū litera recitetur. Matthæus sic habet: Prima autē diem azymorū accesserunt discipuli ad Iesum dicentes, Vbi uis paremus tibi comedere pascha? At Iesus dixit, Ite ī ciuitatem ad quendam, & dicite ei, Magister dicit: Tēpus meū prope est, apud te facio pascha cū discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut cōstituit illis Iesus, & parauerūt pascha. Vespere autem facto discumbebat cum duodecim. Et infra, Cœnantib⁹ autem eis accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait, Accipite & comedite: hoc est corpus meum. Hęc Matt. ex quo manifeste cōuincit Christū eo tpe quo iā fermentatū comedere nō licebat, nempe in cœna primę diei azymorū, à

Armeni. Ruteni

Ioā. 13.

Exo. 12

mat. 26

quo Iudæi festiuitatem Paschæ auspicabant, hoc sacramentum istituisse, discipulisq; suis ad comedendum dedisse. At cum Christus tunc legem non soluerit, imo eam se uelle seruare ostenderit, colligitur illum nec fermentatū comedisse, nec discipulis suis
ma. 14 ad comedendū dedisse. Cōfecit ergo i azymo. Marci autē historia similima est huic. Sic enim habet: Et primo die azymorū, qñ pascha immolabant, dicunt ei discipuli, Quò uis eamus & paremus tibi ut manducespascha? Et mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis, Ite in ciuitatem, & occurret uobis homo lagenam aquæ baiulans &c. Et infra, Vespere autem facto uenit cū duodecim. Et infra, Et māducantibus illis accepit Iesus panem, & benedicēs fregit, & dedit eis, & ait: Sumite, hoc est corp⁹ meū. Hæc Marcus, q etiam ostendit eo die eaq; hora cōfecisse qñ iam Iudæis nō licebat fermentato uesci.
Luc. 22 Demum Lucas eadē refert. Venit (inquit) dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha, & misit Petrum & Ioannem dicens, Eūtes parate nobis pascha, ut māducemus. Et infra, Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis, & parauerunt pascha. Et cū facta esset hora, discubuit, et duodecim apostoli cum eo. Et infra, Et accepto pane gratias egit, & fregit, et dedit eis dicens, hoc est corpus meum qd' pro uobis datur. hoc facite in meā cōmemorationem. Ecce Lucam per oīa cum reliquis cōsentientē. Quod
Ioñ. 11. autem Ioannes ait ante diem festū paschę hæc acta
Leu. 23 esse, ipsamet scriptura docente declaratur. Nam Iu-
Ex. 12. dæorū festiuitates à uespera in uesperam computabant. Et de festiuitate agni paschalis specialiter dicit scriptura, Immolabitq; eum uniuersa multitu-
Leu. 23 do filiorū Israel ad uesperā. Et iterum in Leuitico, Mense primo quartadecima die mensis ad uesperā pascha dñi est, & quintadecima die mensis hui⁹ solēnitas azymorū est. Septē dieb⁹ azyma comedetis,

dies primꝰ erit uobis celeberrimus sanctusq;. Vnde patet solēnitatē azymoꝝ qntadecima luna icipere, eūq; diē q qntadecima occurrebat, esse celeberrimū totiꝰ solēnitatis paschalis . q dies hac ratiōe pascha appellat, ut apud Ioan. quū dicit, Iudæi nō intrauerunt ptorium Pilati, ut nō cōtaminarent, sed māducarent pascha. Nō qdē pascha, id est agnū paschalē, qm illū iā nocte pterita qua Christꝰ cœnauit cū discipulis suis, Iudęi etiā comederāt, qd ex Marco cō uincit, dicēte, Et prima die azymoꝝ qñ pascha immolabāt, dicūt ei discipuli, Quò uis eamus & paremus tibi ut māduces pascha? Ex qbꝰ uerbis cōstat Iudęos eodē die comedisse agnū paschalē quo Christū. Cū ergo Ioānes ait Iudęos feria sexta qua Christus passus est, nō ītrasse in ptoriū Pilati, ut nō contaminarent, sed māducarent pascha, noīe paschę ibi azymos panes nominauit, quos septem diebꝰ cōtinuis comedere tenebātur, quorum primus & celeberrimus dies ille erat quo Christus passus est. At panes illos comedere hominibꝰ īmūdis nō licebat, atq; ideo abstinuerunt à domo gentilis hoīs, ne hac occasione cōtaminati impedirent ab esu illoꝝ. Si ergo qtadecima luna primus dies azymoꝝ, isq; celeberrimus est, q à uespera diei pcedētis iuxta legem cōputandus est, & quartadecima Luna uergēte iā uespere agnꝰ comedēdus est, manifeste colligit eam uespertā quartędecimę Lunę qua agnꝰ comedit, initiū esse primi diei azymoꝝ, q qntadecima Luna celebrat. Quo fit ut tunc in unum coeant dies primꝰ azymorum et pascha, aut esus agni paschalis. Atq; ita cōstat in illa agni paschalis cœna nō licere iam Iudæis uesci fermentato, quòd iā ab eo tēpore primus azymoꝝ dies computabatur. Eum ergo diem quem Marcus appellauit primum diem azymoꝝ, decimamquartā scilicet lunā, ꝙ in eius uespera primum panes illi comederent, Ioannes dixit ante diē

Ioā. 18.

ma. 14.

festum Paschę,pascha nominans primũ diem solẽnitatis paschalis,q quintadecima luna celebrãdus erat. Cum ergo iam ostenderim⁹ inter Ioannem & alios euangelistas de hac re cõuenire:nõ est qđ im pñ ac blasphemi Græci calumnient dicentes alios Euãgelistas in hoc(ut ipsi asserũt) errasse, atq; ideo à Ioanne,q posterior scripsit,correctos esse. Nam si semel ad sacras literas (ut Augustini uerbis utar) uel minimũ admittat mendacium , nihil ampli⁹ in eis solidę ueritatis manebit,qua possit aduersarius cõuinci.Præterea euangelioꝝ,sicut & cuiuslibet alterius scripturæ sacræ,author est spiritus sanctus: ipse autem euangelista uelut calamus fuit quo me diante spiritus sanctus scripturam sacrã ĩ ordinem redegit.Quis uero ita demens erit,ut scripturæ alicuius mendaciũ calamo ĩputet,q moueri nequit,et nõ potius scribæ calamum mouẽti?Quo fit,ut q asserit mendaciũ quantũlibet paruum ĩ sacra scriptura reperĩri,illud crimen deo illi⁹authori ĩpingat, & nõ scriptori.At deum mendacij nota inurere manifesta est blasphemia. Taceant ergo blasphemi Græci,& man⁹ori suo ĩponant,desinãtq; deum blasphemare,dicentes Mat.Mar.Luc.cœnam dñicam narrantes errasse, atq; à Ioanne correctos fuisse. Necq; enim errauerunt , neq; à Ioanne ullo pacto dissentiunt.Et si dissentirẽt (qđ obnixe negamus)non esset certe cut plus Ioanni credẽdũ esset q̃ alĩs trib⁹ cõcordib⁹,cum in ore duoꝝ aut triũ stet omne uerbum.Fateant ergo necesse est q pro catholicis haberi uolunt,Christum ĩ azymo pane cõfecrasse. Si ergo collectio Græcoꝝ ualida esset,poti⁹colligerem⁹ ĩ fermento nõ posse celebrari,q̃ in azymo.Si enim necessariò eo pane conficiendum est hoc sacramentum,quo Christus cõfecit:cõstat autẽ Christum in azymo cõfecisse:necessarium erit etiã nos ĩ azymo cõficere.Hoc tñ nõ ita se habet. Nã & in fermẽtato

cõfici poteſt,ſicut & í azymo, qm̃ azymum & fermentatum ſacrificans, uerum panem ſacrificat. Et cum legimus dñm corpus ſuum ex pane cõfeciſſe, legimus panẽ accepiſſe: & q̃uis certum ſit azymũ fuiſſe,illud tñ euangeliſtæ ſubticuerunt. Et cum alibi ſe & carnem ſuam panem uocauit, nec azymũ dixit nec fermentatum. forte ſciens præterijt,ut uel hoc argumento oſtẽderet liberq; nobis manere quo pane cõficere uellemus. Nõ enim azymus et fermẽtum ſubſtantialiter differũt: ſicut nec homo nouus ante peccatum, & ueteratus fermento peccati. Verùm dices,ſi Græci in fermẽtato cõficiẽtes recte cõficiũt,qd cauſamur eos in hoc hæreticos? Cui obiectioni reſpondemus eos nõ ideo cenſendos hæreticos, q̃ in fermentato cõficiant: ſed quia ſic cõficientes putant in azymo nõ poſſe cõfici. qd tñ falſum eſſe oſtendimus, cum in eo dñm cõfeciſſe monſtrauimus. Prætérea cum ipſe celebraret, ait, Hoc facite in mei cõmemorationem. Si autem uoluiſſet ut nos, q̃bus hoc in apoſtolis præcepit, in azymo nõ cõficeremus, præmonuiſſet nos in eis, & dixiſſet, Ne faciatis hoc in azymo. Cum ergo dicens hoc facite, azymum nõ excepit, in quo tñ ipſe cõfecrauit: quis audebit excipere quod ipſe nõ excepit, & p̃hibere qd non ſolum nullo ſermone prohibuit, ſed etiam opere cõfirmauit? Nos autem ſic cõficientes in azymo, credimus Græcos uere in fermẽtato cõficere, q̃uis ſic cõficientes peccent propter eccleſiæ diuiſionem quam faciunt, & à cuius obedientia ſe ſeparauerunt. Eccleſia ſiquidem etſi cognoſceret in utroq; legitime confici poſſe, quibuſdam tñ iuſtis cauſis ad unam certã materiam, nempe ad azymũ omnes fideles arctauit, Primùm q̃ Chriſtus in ea cõfecerit, qd efficiens nõ ſolum nõ prohibuit ut in azymo cõficeremus, ímo potius inuitauit dicens, hoc facite in meam commemorationem, ſupple qd Lu. 22.

ego facio. Deinde qa in azymo synceritas, in fermẽ
1. co. 5. to autem malitia designãt, iuxta apostolũ dicentẽ,
Itaq; epulemur nõ in fermento ueteri, neq; in fermẽ-
to malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis &
Luc. 12 ueritatis. Et dñs in euãgelio, Cauete à fermento pha
risæorũ, qd est hypocrisis. Quapropter in lege p̃ceptũ
Leu. 2. erat. Omnis oblatio quæ offerẽt dño, absq; fermen-
to fiet, nec quicq̃ fermenti ac mellis adolebitur in
sacrificio dñi. Nimirum hoc tropo designãs in om
ni opere bono omnem prorsus inanem gloriam ui
tandam. Cum ergo fermentum malitiam designet,
qualis in Christi humanitate nullatenus ualet in-
ueniri, ecclesia merito censuit in azymo esse celebrã-
dum, ut signum exterius, scilicet panis accidentia,
esset signato conformius. Cui p̃cepto repugnantes
Græci etsi uere conficiant, tñ sic conficientes pec-
cant, eò q; Christum in p̃latis ecclesiæ spernunt, ip
Lu. 10. so dicente, Qui uos spernit, me spernit. Quæ res in
Concilio Florentino, qd pro unione Græcorũ sub
Eugenio 4. huius nois pontifice celebratum est, de
finita fuit. Nam Concilium illud definit, in azymo
siue fermentato pane triticeo corpus Christi ueraci
ter confici: sacerdotesq; in altero ipsum dñi corpus
conficere debere, unumquẽq; scilicet iuxta suæ ec-
clesiæ siue orientalis siue occidentalis cõsuetudinẽ.
Et hãc definitionem Græci tunc susceperũt, quãuis
postea illam contempserint. De hac re beatus An-
selmus nimis breuem, compendiosum tamen fecit
tractatũ, qui inscribitur de fermentato & azymo.

Tertia hæresis est circa uerba qbus hoc sacramẽ
Valdẽ- tum conficiendũ est. Valdenses nãq; (ut ait Guido
ses. carmelita cap. 9. de hæresib⁹ Valdensium) cõsecrant
sine consueta ecclesiæ forma, qua Christ⁹ cõsecrãs,
nobis consecrandi modum tradidit: sed dicendo se
pties pater noster, & benedicendo panem & uinũ,
se consecrare dicebãt. Verùm Aeneas Syluius q &

Pius ſecundus,pontifex max.uir certe meo iudicio longe diligentior circa ingſitionem hiſtorię ꝙ Cuido,in lib.de orig.Bohe.cap.35.errores Valdenſium ad unũ uſq; recenſens,nihil tale cõminiſcit. Antoninus etiam Florentinus archiep̃s quarta parte ſuę ſummæ,titulo 11.cap.7.enumerans errores pauperum de Lugduno,q & Valdenſes appellantur, nullam huius rei facit mentionem.Bernardus de Lutzemburgo in ſuo catalogo, nec in titulo pauperes de Lugduno,nec in titulo Valdenſes(nam eos hoc duplici noſe bis iter hæreticos annumerat) nihil ſimile eis tribuit,imo in titulo Valdenſes,ſecutus hiſtoriam Aeneæ Syluñ in lib.de orig.Bohemor̃,aliquid huic aſſertioni repugnans cõmemorat. Nam iſtorũ aſſertiones enumerans Aeneas Syluius, quẽ & ſequitur Bernardus de Lutzemburgo,ſic ait,Sacerdotem quocũq; loco,quocunq; tempore, ſacrũ Chriſti corpus conficere poſſe, petentibuſq; miniſtrare: ſufficere ut uerba ſacramentalia tantũ dicat. Ex quibus uerbis plus colligimus eos uerã conficiendi formam tenere,ꝙ omittere.Præterea aſſertio ipſa adeo eſt inſana,ut uix perſuaderi poſſim aliquẽ hominem Chriſto initiatum,& iter chriſtianos nutritum,eam docuiſſe cum nullus ſit ſacræ ſcripturæ locus unde huius rei ſuſpicio haberi poſſet, niſi forte anſam erroris acceperint ex ea particula quæ in oratione dominica cõnumeratur,ſcilicet,panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.At cum iſti tantum dominicę orationi tribuant,ut nullam aliã præter illam admittant(ſicut infra in titulo de oratione oſtendemus) poſſibile eſt ut eam arbitrarent etiam ad corporis Chriſti conſecrationem efficacẽ, præcipue cum Valdenſiũ ſecta(ut aliàs dixim9) ab noſe prorſus literar̃ ignaro ſuſcitata fuerit.Aduerſus hanc hęreſim,q tã demẽs ac fatua ſit, pugnare dedignamur, cũ tã aperta ſint ſcripturæ teſtimonia

mat.16 ma.14. Lu.22. apud Mat. Marc. & Luc. dicētia Christum corpus suum consecrasse supra acceptum panem dicendo, Hoc est corpus meum. Quoꝝ unus. s. Lucas addidit Christum facta consecratione dixisse, hoc facite in meam cōmemorationem. Quo elogio & illa facere, & eisdem uerbis quibus ipse fecerat, iussit. Et Paulus in prima ad Corinthios epistola eadem cō memorat, quæ cum sint luce clariora, prætereo.

Quarta hæresis est quæ negat uerum Christi corpus realiter in sacramento sub panis speciebus, & sanguinem sub specieb⁹ uini cōtineri: in quo errore cōueniunt plures, iiqꝫ iter se (ut hæreticoꝝ mos est) ualde diuersi. Quidam nanqꝫ dixerunt ibi esse carnem alicuius hois, siue iustus ille fuerit, siue peccator, nō esse curandū, ī quam carnem panis ibi p̄exi stens cōuerteretur, q̄ caro (ut asserebant) p̄ficiebat in remissionem peccatoꝝ. Alij rursus dicebant panem illum conuerti in carnem hois, nō tñ cuiuslibet sine discrimine, sed in carnem hois iusti ac sanctificati, q templum esset dei, q diuinam ī se habitationem possideret. Et hunc errorem apparet habuisse Nestorium ex prima synodo Ephesina. Nestorius. Nam Nestorius (ut superius ostendimus) dixit duas p̄sonas in Christo: unam q̄ esset homo, & aliam q̄ esset de⁹ in illo hoīe tanq̄ in templo habitans. Itaqꝫ dicebat in eucharistia cōtineri ueram carnem, sed illam esse carnem puri hois, non autem dei. Inter hos ergo errores de hoc cōuenit, ibidem uidelicet carnem filij hois cōtineri, nō autem carnem dei. Sed penes hoc abinuicem discedūt, q̄ primi asserunt eam esse carnem cuiuslibet hois, siue iusti, siue peccatoris. Qui autem sint huius erroris authores, apud neminem reperi, nisi q̄ illum Ephesina synodus cōdemnat. Alij dicunt ibi esse carnem cuiusdam puri hois, iusti tñ. Vtriqꝫ ergo negāt ibi esse carnē filij dei. Sunt adhuc alij qui negant prorsus ibi carnem cōtineri.

Hi etiam

Digitized by Google

Hi autem nullam prorſus admittunt carnẽ ibi realiter cõtineri: dicunt tamẽ carnẽ filij dei ibi eſſe non uere & realiter, ſed tantũ in ſigno & figura, quẽadmodum cõtinebatur in alijs rebus quæ in ueteri teſtamento Chriſtum repreſentauerũt, ut fuit agnus paſchalis, uacca extra portã ciuitatis pro peccatis populi imolata, & petra quę uirga percuſſa ſitienti populo aquã miniſtrauit: in quibus omnibus Chriſtus cõtinebatur, non realiter, ſed ſignificatiue, eò ꝙ ſigna quædã erant ipſum Chriſtum repreſentantia. Quapropter uerba illa quibus & Chriſtus tũc panem in ſuum corpus cõuertit, & nos etiã nunc ex eius præcepto in eius cõmemorationẽ facimus dicendo, Hoc eſt corpus meũ, ad hunc ſenſum detorquent, ut dicant eo modo eſſe intelligenda quo Paulus dixit, Petra autem erat Chriſtus. At petram eſſe Chriſtum, non ea ratione dixit Paulus, ꝙ uera eſſet petra, ſed ꝙ petra illa repreſentauit Chriſtũ, ac ideo dicitur ab eo Chriſtus: tanꝯ ſi expreſſius dixiſſet, id quod petra illa ſignificabat, Chriſtus eſt. Ad hũc modum dicũt intelligendũ eſſe quod Chriſtus ait, Hoc eſt corpus meũ, non ꝙ ibi ſit uerũ Chriſti corpus, ſed quoddã ſignum Chriſtum repreſentãs. Huius erroris primi duces (ut Guidoni placet) fuerunt Armeni. neſcio tamẽ quos authores in hoc ſecutus fuerit Guido, ut hanc hęreſim Armenis impingeret, quã nullum alium illis tribuiſſe reperio. Oẽs enim quos huius peruerſi dogmatis feciſſe mentionẽ reperio, aſſerunt hanc fuiſſe Berẽgarij inuentionẽ. Hic Berengarius natione Gallus, clericus diaconus eccleſiæ ſancti Mauricij Andegauenſis fuit, homo parum eruditus (ut Guidmundus teſtatur) ſed dialecticis quibuſdã captiunculis prorſus deditus, per quas fallacẽ huius mundi gloriam, quã maxime cupiebat, ſe capturũ ſperabat. Qua de cauſa factũ eſt, ut in hanc quã modo retulimus inſaniam prorupe

1. co. 10

Armeni.

Berengarius

rit. Hac occasione motus Leo nonus tunc summus ecclesiæ pontifex, uir omnium historicorũ testimonio uitæ sanctitate clarus, Vercellis cõcilium cõgregauit, quò Berẽgarium ascitum, minimeq; (ut Lanfrãcus ait) uenire uolentẽ, cum suis cõplicibus, nisi citissime resipiscerent, perpetuo dãnauit anathemate. Leo tamẽ pauco postmodũ interiecto spatio moritur, atq; Berengarius in sua obstinatione pſistens, uenenũ suæ hæresis per totas diffudit Gallias. Qua de re Victor secũdus, qui Leoni. 9. successit, concilio Turonis per Hildebrandum ecclesię Romanæ tunc Cardinalem, ac illius uice concilio præsidentẽ celebrauit: in quo Berengarius per quosdam eruditissimos uiros, & præcipue per Lanfrancũ Cantuariensem archiepiscopũ conuictus, sed minime emendatus est. nã inde exiens ad uomitũ uelut canis redĩt. Quã ob causam Nicolaus. 2. qui Victori in ecclesię administratione successit, Romæ cõcilium centum & tredecim episcoporũ congregat, in quo adsistens Berengarius, aut emẽdatus, aut emendatũ se pœnæ timore simulans, palinodiam cantauit, quæ in uolumine decretorũ recitatur de consec. dist. ĩ. c. Ego Berengarius. Berengario successit post centũ & eo amplius annos impius quidã Almaricus, de quo iam supra fecimus mentionẽ. Hic dicebat non aliter esse corpus Christi in eucharistia, q̃ in alio quouis pane, aut qualibet alia re. Sic enĩ de illo refert Bernardus de Lutzemburgo in suo catalogo, citans quendam Cęsarium monachũ. Alĩ autẽ neminẽ inueni qui hoc Almarico tribuat. Antoninus nanq; Florentinus. 4. parte summę, titulo. 11. cap. 7. recẽsens errores Almarici, nihil tale cõmemorat. Et Platina enarrans uitã Innocẽtĩ. 3. sub quo in cõcilio Lateranẽ. dogmata Almarici cõdemnata sunt, cũ illius alios errores recenseat, nec tĩ huius meminit Cæsarium quem catalogus citat, nõ uidi. Illum catalogũ ergo

Almaricus.

secutus, Almaricũ hunc inserere decreui, eò ꝙ istius dogma non longe absit a Berengario: quapropter etiam eodẽ ferendus sit gladio quo ille. Post istos omnes ad centũ annos & eo amplius Ioãnes Vuitcleff eundẽ amplexatus est errorẽ. ut patet ex concilio Cõstantiensi sessione octaua. Demũ hoc nostro tempore Ioãnes Oecolãpadius, cuius uitã iam breui supra descripsimus, hanc hæresim a tot annis sepultam reduxit ab inferis, eamꝙ quoad potuit scripturis muniuit tam ex sacro instrumento, cũ ex dictis sanctorũ, aliquibus male adductis, quibusdam detrũcatis, omnibus tamẽ male intellectis. Is enim ea uerba Christi quibus nos quotidie sacramẽtum cõficimus. s. Hoc est corpus meũ, sic exponit, id est, hoc significat corpus meũ, uel hoc est figura corporis mei. Vt autẽ hoc clarius pateat, uerba eius referam. Oecolãpadius. Tempus est ut accedamus ad id in quo status est sermonis: nempe ut probemus uerba cœnæ dominicæ eodem tropo dicta, quo illa quæ Apostolus dixit, Petra autẽ erat Christus, hoc est petra significabat Christũ, uel erat figura Christi. Nam in hoc totũ dissidium est. Si enim ὑπαρκτικῶς & substantiue absꝙ tropo exposuerimus. est: asseremus corpus Christi in altari nõ tantum sacramentaliter (ut uocant) sed tam uere ac in cælo est, adeile. Sin nostra cõuenit expositio, de transsubstãtiatione, uel de cõsubstantiatione (uti liceat aduersariorũ uerbis) suspicãdum nihil. Ita sæpe ex minimis uerbulis summæ quæstiones emergũt. Neꝙ in hoc cõtenderim, si quis per corpus magis figuram corporis intelligi, cũꝙ uerbum est uelit per significat interpretari. Nã idipsum mihi arridet: utrũꝙ tamẽ probo, eò ꝙ eundẽ sensum reddit, siue est significat interpteris, siue corpus figurã & sacramentũ corporis. Nos sensum nõ uerba quærimus. Hucusꝙ Oecolampadius. O illustrem scripturæ expositorẽ. Si

Oecolãpad.

1. co. 10

ad hunc modum liceat scripturas exponere, uel potius dixerim alienare aut deprauare: inexhausta suggeretur suscitandarū hæresum materia. Omnis etiā auferetur gladius quo hæreticus cōfigi possit. Nulla quidē scriptura erit quæ non pari facilitate possit corrūpi. Multum quidē hoc nouo tropo exultarēt olim Cerdonitæ, & Manichæi, & quisquis negauit Christum uerū corpus habuisse, uerūq; hominem fuisse. Nec minus hac noua expositione gauderent Arriani, Eunomiani, Aeriani, ac cæteri omnes qui negarunt Christū esse deum. Nam omnia quæ illis repugnare uiderentur, facilè sibi cōciliarent exponēdo uerbū est per significat: ut si dicatur, Deus erat uerbū. i. figura quædā deitatis fuit uerbū. Et illud, Verbum caro factū est, sic exponetur, id est uerbū factum est quædā carnis figura. aut sic, uerbum carnem per quādam figuram significat. At quis ortho doxus tales ac tam inuitas, tam distortas, tāq; a litera alienas expositiones patiatur? Cęterū q̄ plures affert sacræ scripturæ locos in q̄bus huiusmodi tropi deprehenduntur, non inficior. sæpenumero etenī scripturæ sacræ figuris & tropis utuntur, sicut Augustinus ostendit in lib. 2. de doctrina Christiana) nec tamē ex eò q̄ sæpe utuntur figuris, colligēdum est omnem scripturæ locutionē esse figuratā. Quapropter ex hoc q̄ alibi scriptura sacra tropo quodā sit usa, non bene colligit Oecolāpadius ut etiā nūc figurata locutione utatur. Nam etsi bis mille locos ostendat quibus figurata insit locutio, hi tamē omnes nunquā efficient q̄ istis uerbis etiā aliqua adsit figurata locutio, qualem ipse finxit. Nunquid dicet aliquis hanc esse iustam consecutionē, Paulus tropo usus est cum dixit, Petra aūt erat Christus: ergo & Christus similiter tropo usus est quū dixit, Hoc est corpus meum? Atq; ideo adhuc Oecolampadio probandum restat, ut in his uerbis scilicet, Hoc est

corpus meum, aliquis subsit tropus, quod nusquã efficiet. Præterea etsi quasdam figuratas locutiones in scriptura admittamus, nõ tamẽ talem qualẽ Oecolampadius cõfingit, ut per uerbum est intelligamus significat. Nam quod adducit de Paulo scilicet, Petra autẽ erat Christus, nullo modo propositum suum iuuat. Nõ enim Paulus dixit Christum esse petram corporeã, sed spiritualem: quod ex præcedentibus clare cõuincitur. sic nãq; ait, Bibebant autem de spiritali cõsequenti eos petra, petra autẽ erat Christus. Vides iam quã petrã dixerit esse Christum, nempe spiritalẽ, de qua bibebant, quę populi illius comes existens, multis eum miraculis adiuuit. Quòd si adhuc contendas ad petram corporeã referendum, dic quæso ubinã inueniatur illam sensibilẽ petram è qua unda profluit, populũ fuisse secutam quocũq; perrexisse? Huius quidẽ tanti miraculi nullam Moses fecit mentionẽ, quum tamen alia minora recensuerit. Verùm hoc Paulus tribuit illi petræ quã dixit esse Christũ. Bibebant, inquit, de spiritali cõsequente eos petra. At petra nõ eos comitabatur, sed Christus opem illis in omni euentu laturus. Sic enim exponit Ambrosius. Sequens tamen petra dicta est, quæ intelligitur esse Christus. Vbi enim deficiebat humanũ eius suffragiũ, aderat Christus: ideo sequebatur, ut ubi defeciset, ille subueniret: nec enĩ petra aquã dedit, sed Christus. Hæc Ambrosius. Sed multo clarius hęc ex Chrysostomo discimus, qui illum Pauli locũ explanans ait, Quum dixisset cp potum spirituale bibebant, addidit, Petra autem erat Christus. Nõ enim ipsius petræ natura aqua scaturiebat, liquidẽ etiã antea scaturiẽs: sed alia quædã spiritualis petra omnia operata est, hoc est Christus, qui præsens ubiq; omnia fecit miracula. ideo dixit, cõsequente. Hæc Chrysostomus. Demum Theophylactus eodẽ modo locũ illum inter-

1. Cor. 10

pretatur,dicens, De esca quidem cum meminisset, nulla p̃terea indiguit assertione,quæ per se satis pateret, nec quicq̃ esset a sui natura imutata. In potu uero,quia eius dũtaxat subministrandi modus immutaretur,assertionibus utitur,dicens nequaq̃ lapidis ipsius naturã potum hunc præstitisse,qui etsi aliàs scaturisse cõceditur, spiritalis tamen alius lapis id omne operabatur,id est Christus. Consequẽ ti autẽ eò dixit,ut ostenderet Christum eundẽ hunc illis ubiq̃ affuisse,& miracula huiusmodi factitasse omnia. Hæc Theophylactus. Ex istis clarissimis authoribus manifestum est iam,Paulum nõ dixisse Christum esse illam corporeã petram,ex qua manauit aqua: sed Christum esse illã petram spiritalẽ figuratam per aliam corporeã. Atq; ita nõ erit opus exponere est per significat:cũ Christus uere & realiter sit illa petra de qua Paulus loquitur,nẽpe spiritalis. Ad hunc etiã hunc modũ cum Christus Ioãnem Baptistam laudaret,nõ dixit absolute, Ipse est Elias:sed ait, Et si uultis recipere, ipse est Elias ille qui uẽturus est. Quod & annotauit Chrysostom⁹ dicens,Non dixit,Hic est profecto Elias,sed,si uultis suscipere,hic est, Si mente uidelicet attenta utriusq; gesta, & animo facili non cõtentioso suscipere uolueritis.Neq; finẽ hic fecit:sed ut ostendat quãta solertia opus sit,cũ dixisset, Elias,addidit,qui uenturus est. Et confestim adiecit,Qui habet aures audiẽdi,audiat.Hucusq; Chrysostomus.Et Theophylactus,quẽ nobis idem Oecolãpadius latinũ dedit, illum Matthæi locũ explanãs ait,Si uultis(inquit) accipere,hoc est,si sana mente iudicatis,& nõ inuida,ipse est Elias quẽ dixit propheta Malachias uenturum. Etenim præcursor Elias idẽ sortiti sunt ministerium,& hic quidẽ prioris aduentus,Elias autẽ posterioris præcursor. Hæc Theophylactus. Ecce hic etiam clare patet non esse opus exponere est per

mat. u Chrysosto.

significat, cum Ioannes uere & realiter fuerit non Elias absolute, sed Elias ille qui erat uenturus. Fateor quidem Eliam Ioānem significasse, atque ideo Ioānes uere & realiter fuit non Elias, sed ille quem Elias significauit. De his duob⁹ locis diſſerui, quoniam hi inter alios ab Oecolampadio citatos præcipui sunt, quibus ipse innititur, ut probet hoc uerbum est, posse exponi per hoc uerbum significat: in quibus satis (ut arbitror) clare ostendimus, nō esse opus tam uiolenta atq; notha expositione. Quod si hoc gratis donare uelimus Oecolāpadio, ut in his proxime citatis locis ex Matthęo & Paulo, ac alijs pluribus locis opus sit hoc uerbum est per significat exponere, nunquid cōsequens ideo erit necessario in omnibus Christi uerbis exponere est, id est significat? Certe uel parum doctus dialecticus uidet hanc collectionē esse infirmam. In uerbis Pauli cū dicit, Petra erat Christus, exponi debet uerbum est per significat: ergo in uerbis Christi quū dicit, hoc est corpus meum, uerbū etiam est, exponi debet per significat. Nam ut hæc collectio ualida esset, oportebat eam iuuare per additionē alicuius uniuersalis enūciationis, huius uidelicet, In omnibus Christi dictis, & Pauli, hoc uerbū est exponi debet per uerbum significat. Qua uniuersali sublata, nusquā concludes hæc Christi uerba esse exponenda p uerbum significat, ex hoc q̄ illa Pauli uerba sic exponenda sunt: imo de quouis alio loco Pauli minime colligetur uerbum est ibidem repertū exponi debere per significat, per hoc q̄ alibi sic expositū sit, nisi forte præmiseris uniuersaliter in omnibus illius locis ita fieri oportere. At nō credo Oecolampadium adeo insanijsse, ut hanc uniuersalem admittat. Cæterum nec prætereūdum censeo q̄ Oecolampadius eiusq; sequaces asseuerant literas sacras promiscuo populo lingua uulgari tradēdas, ut a quolibet fine

1. Co. 10
Luc. 22

discrimine legantur. Nam ex hoc loco eorum temeritas cõuincitur: præcipue si quædam Oecolãpadij uerba proxime citata repetamus. Sic enim dixit, Ita sæpe ex minimis uerbulis summę quęstiones emergunt. Hæc ille. Si ex minimis uerbulis summę quęstiones (ut ais) emergunt, qualiter ex oppositio tam claras asseris scripturas sacras, ut a populo intelligi ualeãt? Nunquid homo in literis minime uersatus, nec spiritu dei illustratus (nõ. n. oẽs hoc dei spiritu sunt donati) poterit eas quæstiones dissoluere, quas uiri in lris exerciatis minime explicare ualẽt? Aut forte plebanus homo negocijs huius mũdi implicitus poterit in his Christi uerbis, hoc est corpus meum, deprehendere tropum aliquẽ, uel figuratam locutionem: quã nullus ex tam ingenti multitudine uirorum sanctitate & doctrina clarissimorũ, qui a Christo passo usq; ad hoc tẽpus fluxerunt, ualuit inuenire præter unum Berẽgarium, & alterũ Oecolampadiũ? Quod si tam claræ sunt scripturæ sacrę, ut populo legendæ atq; ab eo intelligendæ sine discrimine tradantur, cũ tot sancti uiri sanctitate perinde ac doctrina clari hunc tropum nusquã in his uerbis deprehenderint, certum est ibi nullum esse. Hucusq; id solum egimus, ut ostenderemus Oecolampadij argumẽtationes futiles esse & inanes, minimeq; efficaces ad suũ pernicioſum dogma stabiliendum. supereſt ergo, ut nos melius nostrũ propositum confirmemus: quod deo authore, qui semper ueritati adstat, facilè (ut spero) efficiemus: quoniam plurima nobis suffragantur pro hac re testimonia, eaq; adeo expressa, ut nulla ualeant tergiuersatione celari. E quibus aliqua pauca ego afferam: reliqua uero qui habere uoluerit, fontes illi uberrimos ostẽdam, unde ad nauseam usq; haurire ualeat.

Primo ergo illa uerba Christi expressa sunt qbus
Lu. 22. ait, Hoc est corpus meũ. Nil certe expressius quicq;

dici potuit: nec in re tanti momenti, qualis est ista, credendū est Christū tropo aliquo aut figurata loquutione usum fuisse, ne ansam errādi hac occasione nobis præberet. Verum quū de hac re iam satis dixerimus, opus est ut ex alijs testimonijs ostendamus nullum ibi esse tropū, uerumq; ibi esse corpus Christi, quod natum est de uirgine, & pro nobis in cruce pependit, iacuit in sepulchro, ac deinde reuixit, ad cęlosq; ascendit. Hoc autem totū, illud Ioannis sextum caput confirmat, in quo sępissime hanc sententiam repetit, ut nulla nobis dubitatio maneret. Ego sum (inquit Christus) panis uiuus, qui de cœlo descendi. siquis māducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est, quā ego dabo pro mundi uita. Ecce hic bis positum hoc uerbū dabo, ut semel referas ad donationem in modum cibi, iterum autē referas ad passionem, in qua seipsum morti tradidit pro nostra omnium uita: ac si parū expressius dixisset, Panis quē uobis daturus sum ad comedendū, caro mea est, caro inq̄ illa quā dabo pro uestra omnium uita. Verum forte ut iam cœpisti, etiam hic interpretaberis uerbum est, per significat, ut dicas sic esse intelligendum, Panis quem ego dabo, carnē meam significat, aut figura q̄dam est corporis mei. Quod si ad hūc modum etiam hunc locū peruertis, manifeste iam te illis Iudæis Capernaitis annumeras, qui audito illo Christi uerbo quod capere nō poterant, litigabant adinuicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnē suam dare ad manducandū? Quapropter oportebit ut uerba quæ huic contentioni Christus respondit, tibi obijciamus. Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Ecce iam candē sententiam Christus repetit, ostendens carnem suam uere esse cibum. & quia p̄uidit Ioā. 6.

unum Berengarium & alterum Oecolampadium exposituros hoc uerbum est, per significat: ne quid tale suspicari merito possent, iam non repetit hoc uerbum est, sed ait, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in nobis. Ex quibus uerbis nihil tale iam potest fingi ut uerbum manducare exponatur per significare: nisi forte iterum cõfugiat exponens carnem per figuram carnis, dicens sic debere intelligi, nisi manducaueritis carnem, id est figuram carnis filij hominis &c. Quis non uidet hanc esse tam alienam à litera expositionem, ut nulla ex parte illi cõuenire ualeat? Verum ne quid tale iam fingi possit, manifeste ostendunt uerba quæ Christus subnectit dicens, Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Ecce iam non dicit solum caro mea est cibus, sed ne ullo pacto exponi ualeat est per significat, addidit uere, dicens, Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Nihil clarius aut expressius dici potuit, cũ dicendo, caro mea uere est cibus. Quod si caro Christi in eucharistia tantum est significatiue, & per quandam imaginem, nõ ergo uere est cibus, sed significatiue aut imaginarie est cibus. Quod bene notabis lector, nam hic locus præ omnibus alijs maximè aduersarium configit, nostrumq; propositũ cõfirmat. Caro (inquit) mea uere est cibus, ac si diceret, nõ significatiue aut figuratiue, sed uere est cib⁹. Nam si figuratiue tantum esset cibus, nequaq; uere esset cibus. Nunq; enim imagines aut figuræ dicentur uere esse illa quor̃ sunt imagines. Quis enim diceret imaginem dei uere esse deum? Nõ credo Oecolampadium hoc dicturũ. Si enim hoc diceret, p̃ter alia incõmoda contra omnium fidem, hoc esset ad-

uersus Oecolampadium peculiare, imagines scilicet esse tolerandas, cū imago dei uere sit deus. Oecolampadius tamen (ut alias dicetur) imagines nō sustinet. Si ergo imago aut figura nō dicitur uere esse id cuius est imago, sed tantum significatiue: qualiter caro Christi, q̄ nullo modo (ut Oecolampadius ait) comeditur, dici poterit uere cibus? Si autem dicas eo modo dici cibū, quo uerbum dei dicitur cibus, ut ibi, Nō in solo pane uiuit hom: certum est Mat. 4
uerbum dei ibi non dici esse uere cibū, sed per quandam metaphoram, aut similitudinē: ut quemadmodum cibus corporalis in stomachū traiectus, sufficientiq̄ calore digestus nutrit corpus, uitamq̄ illi cōfert: sic uerbū dei auditū, memoriæq̄ bene mādatum, calore charitatis sic digestū, ut opere quis cōpleat quod uoce audierat, nutrit animā, uitamq̄ illi spiritalē cōfert. Si quis (inquit Christus) sermonē Ioā. 8.
meum seruauerit, mortem nō uidebit in æternū. Ex his ergo Christi uerbis clarissime conuincitur uerum Christi corpus in eucharistia sub specieb⁹ panis, & uerum sanguinem sub speciebus uini contineri. Verum quia Oecolampadius per quandam rimulam elabi conatur, dicens illud sextū Ioānis caput nullo pacto tēdere ad eucharistiā, sed ad mādu cationē spiritualē carnis, per quā, ut ipse dicit, habemus uitam æternam: oportet ut ostendamus omnē cateruam uiroꝝ sanctitate & doctrina clarissimorum, hoc Ioannis caput sextum de eucharistia intellexisse, atq; ita exposuisse. Nam in principio huius libri ostendimus sensum sacrę scripturæ ab ecclesia esse petendū. Nā cuius authoritate scripturas has pro diuinis amplectimur, eadem etiam authoritate oportet illaꝝ scripturaꝝ sensum tenere. Parum quidem refert uerba tenere, sensum autem uerboꝝ penitus ignorare. Nec difficultas circa sola uerba uersatur, quoꝝ significationem grāmaticus scire potest,

sed circa sensum. Et ipsemet Oecolampadius in uer bis superius citatis dixit, Nos sensum nō uerba q̄rimus. Si ergo magis q̄rendus est sensus q̄p uerba, cū ex ecclesiæ decreto teneamus hanc aut illā esse diui nam scripturā: ex eius etiam decreto oportebit sensum scripturę quem illa nobis prę̄stiterit, tenere. Ex sensu certe scripturæ fides nostra pendet, non ex nu dis uerbis. Oportet ergo adire ecclesiam de hac re, & uideamus quid nobis decernat.

Et primum ostendamus sigillatim diuersorę patrum in hac re cōmunem omnium fuisse sentētiam, illud Ioānis caput de eucharistia esse intelligendū.

Theophylactus. Ioā. 6. Et primū omnium in acie cōstituo Theophylactū ab eodē Oecolampadio latinitate donatū. is enim exponens illud Ioannis, Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi uita: sic ait, Manifeste autem nobis hoc loco de mystica cōmunione corporis sui dicit, Nā panis (inquit) quē ego dabo, caro mea est, quā ego dabo pro mundi uita. Porro potestatem suam indicans, q̄p nō ut seruus & minor patre crucifigendus sit, sed uolūtarie, inquit: Ego dabo carnē meam pro mundi uita. Nam q̄uis & à patre dicatur esse traditus, attamen & seipsum tradidisse dicitur. & illud quidem est, ut discamus eius cum patre concordiam: hoc autē, ut liberā uoluntatem filij nō ignoremus. Attende autē q̄p panis qui à nobis in mysterijs māducatur, nō est tantum figuratio quædam carnis dñi, sed ipsa caro dñi. Nō enim dixit, Panis quem ego dabo, figura est carnis, sed caro mea est. Transformatur enim arcanis uerbis panis ille per mysticā benedictionē, & accessionem sancti spiritus, in carnem dñi. Et ne quem conturbet q̄p credendus sit panis caro. Etenim in carne ambulante dño, & ex pane alimoniam admittente, panis ille qui māducabatur, ī corpus eius mutabatur, & similis fiebat sanctę eius carni, & in augmē-

tum & sustentationē cōferebat iuxta humanū morem. Igitur & nunc panis in carnem dñi mutatur. Et quomodo (inquit) non apparet nobis caro, sed panis? Vt nō abhorreamus ab eius esu. Nam si quidem caro apparuisset, insuauiter affecti essemus erga cōmunionē. Nunc autē condescendente dño nostrę infirmitati talis apparet nobis mysticus cibus, qualib⁹ alioqui assueti sumus. Hucusq; Theophylactus: quē ideo tam prolixe citaui, q̄ maxime nostro negocio fauet, atq; omnes Oecolāpadij captiūculas his solum uerbis soluit. Beatus etiam Cyrillus, illa quę sexto Ioānis capite à Christo dicuntur, de hoc mirifico sacramento exponit, ut quilibet ibidem uidere potest. Vt autē hoc lector sine tuo labore uideas, decreui hic inserere ea quæ ille libro quarto super Ioannē capite sextodecimo differit, ī hunc modū. Cyrillus. Distinguit rursus inter mysticam benedictionē, & māna, & aquas fluenta ex lapide, & calicis sancti cōmunicationē. Iterū eadē repetit, ne magis mānæ miraculum admirentur, sed ipsum potius suscipiant, qui cœlestis panis & æternæ uitę largitor est. Patres enim (inquit) uestri manducauerunt māna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis qui de cœlo descendit, ut aliquis ex ipso comedat, & nō moriatur. Mannæ nāq; alimentū nō ęternam uitam, sed breue famis remedium afferebat. Nō ergo erat cibus uerus, id est panis de cœlo. Sanctū uero Christi corpus ad īmortalitatem & uitā æternā nutriens, cibus est. ita inquit. Sed aquā illi ex petra biberunt: quid igitur inde lucrati sunt, qui mortui fuerunt? Non erat igitur potus ille uerus, sed uerus potus est sanguis Christi, quo radicitus mors euertitur atq; destruitur. Nō enim hominis simpliciter sanguis est, sed eius qui naturali uitæ coniunctus, uita effectus est. Propterea corpus & mēbra Christi sumus, quia per hanc benedictionem mysterij

Cyrillus.

Ioā. 6.

ipsum filium dei suscipimus. Hęc Cyrillus. Ex quo manifeste patet de sacramẽto eucharistię interpretari ea quæ de mystico pane Ioannis. 6. reponuntur. In quo admonere pium lectorẽ decreui, ut quoties apud Cyrillum de pane loquentem repererit mysticam benedictionẽ, intelligat hoc admirabile sacramentum. hac etenim uoce ille sępissime utitur, cum impręsentiarũ, tum etiam alibi sępe. Chrysostomus etiam hæc uerba de hoc pństantissimo sacramẽto exponit homilia quadragesimaquinta super Ioannẽ: ubi ostendit q̃ uerba huic sacramento conueniant, q̃ autem non. Nam explanans illa uerba, Ego sum panis uitæ, sic ait, Iam in mysterioꝝ traditionem deuenturus est, & primum de diuinitate sua sic disputat. Ego sum panis uitæ. Neq; enim de corpore hoc dictũ est, de quo circa finẽ inquit, Panis quem ego dabo, caro mea est: sed adhuc de diuinitate. Etenim illa propter deum uerbũ panis est, quemadmodũ hic panis propter aduentẽtẽ ei spiritum panis cęlestis efficitur. Hęc Chrysostomus, qui clarissime distinguit inter ea uerba Christi q̃ ad suã diuinitatẽ, & ea q̃ ad corpus eius, ut sub mysteriȷs uelatur, pertinere uidẽtur. Atq; sermonem de his mysteriȷs, hoc est de hoc sacramento (nam hoc ipse appellat mysteria) inchoari docet ab illo loco, Panis quem ego dabo, caro mea est. quod ualde notabis lector, qñ hoc plurimum tibi deseruiet ad obuiandum huiusmodi hæreticoꝝ technis. Beatus Augustinus apertissime omnia illa q̃ de carne Christi Ioannis sexto dicuntur, ad hoc eucharistiæ sacramentum refert. Quod ut clarissime lector agnoscas, ex multis quæ tractatu. 26. super Ioannẽ dicit, hoc unum afferã. ex ponens enim illũ locũ, scilicet, Qui manducat meã carnem, & bibit meum sanguinẽ, habet uitam æternam: sic ait, Ad utrunq; autem respondet quod ait ęternã. Nõ ita est in hac esca quã sustentandę huius

Chrysostomus

Ioã. 6.

corporis uitæ causa sumimus. nã qui eam nõ sumpserit, nõ uiuet: nec tamẽ qui eam sumpserit, uiuet. Fieri enim potest, ut senio uel morbo uel aliquo casu plurimi & qui eã sumpserint moriantur. In hoc uero cibo & potu, id est corpore & sanguine domini nõ ita est. Nam & qui eam nõ sumit, nõ habet uitam: & qui eã sumit, habet uitã, & hanc utiq; æternam. Hæc Augustinus. Vbi explicans dicta uerba Christi de eucharistia asserit apertissime ibi esse uerũ Christi corpus, & uerũ sanguinẽ. Sic enim dixit, In hoc uero cibo & potu, id est corpore & sanguine dñi. quo nihil potest expressius dici. Sunt etiam alij plurimi sacri doctores, qui etsi Ioannẽ in uniuersum nõ exposuerũt, tamẽ inter ea q̃ scripserunt alijs locis, partes huius capitis exposuerunt, q̃ p̃posito quod tunc pertractabant, cõducere uidebant. q̃ cõnumerare nõ pigebit, atq; eo maxime q̃ nõ tam facilè inueniri queant: q̃ nos aliud agentes annotauimus huic negocio postmodum applicanda. Cassio dorus in primis exponens illud psalmi, Tu es sacerdos in ęternum, sic ait, Cui enim potest ueraciter & euidẽter aptari, nisi dño saluatori q̃ corpus & sanguinẽ suũ in panis ac uini erogatione salutariter cõsecrauit? sicut ipse in euãgelio dicit, Nisi mãducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, nõ habebitis uitam æternã. Sed in ista carne ac sanguine nil cruentum, nil corruptibile mens humana concipiat: ne sicut dicit apostolus, corpus dñi indigne manducet: sed uiuificatricem substantiam atq; salutarem, & ipsius uerbi propriam factã, per quã peccatorũ remissio, & æternæ uitæ dona p̃stantur. Hæc Cassiodorus: qui manifeste fatetur in eucharistia corpus ac sanguinẽ contineri, & hoc probat testimonio adducto ex Ioannis sexto, q̃d uiderit huic proposito aptissimũ. Beatus Gregorius exponens illud Iob. 6. Nunquid rugiet onager cum habuerit

Cassiodorus. ps. 109 Ioã. 6.

1. Co. 10

herbam? ait, Tunc ergo herbam onager inuenit, cũ gentilis populus gratiam diuinæ incarnationis accepit. Tunc bos uacuum præsepe nõ habuit, cũ plebi Iudaicæ eius carnẽ expectanti lex exhibuit quẽ diu expectatũ prophetauit. Vnde & natus dñs in præsepe ponitur, ut uidelicet signaretur quia sancta animalia quę ieiuna diu apud legẽ inuenta sunt, incarnationis eius fœno satiarentur. Præsepe enim natus impleuit, qui cibũ semetipsum mentibus mortalium põbuit, dicens, Qui comedit carnẽ meam, & bibit sanguinem meum: in me manet, & ego in eo. Ioã. 6.

Hęc Gregorius. Qui asserens deum se dedisse nobis in cibũ, affert pro hac re testimonium ex Ioãnis. 6. Ambrosius lib. 6. de sacramentis cap. 1. Sicut uerus est dei filius dñs noster Iesus Christus, nõ quemadmodum homines per gratiã, sed quasi filius ex substantia patris: ita uera caro, sicut ipse dixit, quã accipimus, & uerus est potus. Sed forte dicas quod dixerunt tunc tẽporis etiam discipuli Christi audientes dicentem, Nisi quis manducauerit carnẽ meam, & biberit sanguinem meum, nõ manebit in me, nec habebit uitam æternã. forte dices, quomodo uera? Qui similitudinẽ uideo, nõ uideo sanguinis ueritatem. Primò omnium dixi tibi de sermone Christi, qui operatur ut possit mutare & conuertere genera instituta naturæ. Deinde ubi non tulerunt sermonẽ Christi discipuli eius, sed audientes ꝙ carnẽ suam daret manducare, & sanguinem suũ daret bibendũ, recedebant. Solus tamen Petrus dixit, Verba uitæ æternæ habes, & ego à te quò recedã? Ne igitur plures hoc dicerent, ueluti quidã esset horror cruoris, sed maneret gratia redemptionis, ideo in similitudinem quidẽ accipis sacramentum, sed ueræ naturæ gratiam uirtutemq; consequeris. Ego sum (inquit) panis uiuus qui de cœlo descendi. Sed caro nõ descendit de cœlo, hoc est carnẽ in terris assumpsit ex uirgine.

uirgine. Quomodo ergo descendit panis è cœlo,& panis uiuus? Quia idem dñs noster Iesus Christus cõsors est diuinitatis & corporis. Et tu qui accipis panem diuinæ eius substantiæ, in illo participaris alimento. Hucusq; Ambrosius. Vbi aduerte lector q̃p clare asserat nos manducare carnem Christi, & qualiter uerba quæ habẽtur Ioannis. 6. exponat de uera Christi carne, quam dicit nos sub panis specie mãducare. Hilarius octauo libro de trinitate sic ait, Non est humano aut sæculi sensu in dei rebus loquendum, neq; per uiolentam atq; impudentẽ prædicationem cœlestium dictorũ sanitati, alienæ atq; impiæ intelligentiæ extorquẽda peruersitas est. Quæ scripta sunt, legamus, & quæ legerimus, intelligamus, & tunc perfectæ fidei fungemur officio. De naturali enim Christi in nobis ueritate quę discimus, nisi ab eo discimus, stulte atq; impie discimus. Ipse enim ait, Caro mea uere est esca, & sanguis meus uere est potus. qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. De ueritate carnis & sanguinis nõ est relictus ambigendi locus: nunc enim & ipsius dñi professione, & fide nostra uere caro est, & uere sanguis est. Et hęc accepta atq; hausta hęc efficiunt, ut nos in Christo, & Christus in nobis sit. Hæc Hilarius, in quibus apertissime ostendit nos mãducare ueram Christi carnem: & bibere uerum eius sanguinem, adducto pro hac re testimonio quod putauit cõueniens ex Ioãnis. 6. cap. Cyprianus in expositione orationis dominicæ sic ait, Hunc autẽ panẽ dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & eucharistiã quotidie ad cibũ salutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dum abstenti & nõ cõmunicantes à cęlesti pane prohibemur, à Christi corpore separemur, ipso p̃dicante & monẽte, Ego sum panis uitæ, qui de cęlo descendi. Si quis ederit ex hoc pane, ui-

Hilarius.

Cyprianus.

Ioã. 6.

uict in ęternum. Panem autem quē ego dedero, caro mea est pro sęculi uita. Quando ergo dicit, in æternum uiuere siquis ederit de eius pane, ut manifestū est eos uiuere qui corpus eius attingunt, & eucharistiam iure cōmunicationis accipiunt, ita contrà timendum est & orandum, ne dum qui abstentus separatur à Christi corpore, procul remaneat à salute, cōminante ipso & dicente, Nisi ederitis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinē, non habebitis uitam in uobis. Et ideo panē nostrū, id est Christum dari nobis quotidie petimus, ut qui in Christo manemus & uiuimus, à sanctificatione & corpore eius nō recedamus. Hęc Cyprianus. Vides hic lector qualiter Cyprianus asserit eum q ab eucharistiæ cōmunione separatus est, esse etiam separatū à corpore Christi, atq; ideo à salute. cui aptat testimoniū ex Ioannis. 6. nēpe illud, Nisi ederitis carnē filij hominis &c. Et in lib. primo aduersus Iudæos eandē sententiā cōfirmat p testimonia ex illo loco Ioānis adducta. Demum Origenes homilia. 7. super libru Numerorę, sic dicit. Et quæ prius ænigmate de signabantur, nunc in specie & ueritate cōplentur. Et ideo ille qui species figurarū & ænigmatū dissererebat, dicit. Scimus autem qm̄ patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes in Moyse baptizati sunt, in nube, & in mari. Et omnes eandē escam spiritualē manducauerunt. Et omnes eundē potū spiritualē biberunt. Bibebant autē de spirituali cōsequēti eos petra. Petra autē erat Christus. Vides quomodo ęnigmata legis Paulus absoluit, & species ęnigmatum docet, & dicit quia petra in ænigmate erat apud Moysem antecę̄ iungeretur huic nostrę æthiopissę. Nūc in specie petra Christus est. Nūc enim os ad os loquitur p legē deus. Antea in ænigmate fuit baptismus in nube, & in mari: nūc autē in specie regeneratio est in aqua & in spiritu sancto. Tunc in

Ibi

Origenes.

1.co.10

ęnigmate erat mãna cibus: nunc autẽ in ſpecie caro uerbi dei eſt uerus cibus: ſicut ipſe dicit, quia caro mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus. Hucuſq; Origenes. Ex quo multa nobis ſuffragantur. nam cum diſſerat de his quę prius in figura habebantur, & nunc in ueritate habẽtur, tria adducit exempla, quoꝝ unũ eſt mãnæ, qui cibus Iudęis fuerat, ſed in figura. figurabat nãq; Euchariſtiã, in qua nos Chriſti carne paſcimur in ueritate & nõ figura, ut Oecolãpadius ait. pro qua re confirmanda, ut uides lector, Origenes citauit teſtimoniũ ex Ioã. 6. capite, quod huic ꝓpoſito uidit eſſe cõmodiſſimũ. Patet ergo ex tot uiroꝝ clariſſimoꝝ teſtimonio, ea q̃ de pane & carne & ſanguine Chriſti Ioã. 6. dicuntur, ad euchariſtiæ ſacramentũ eſſe referenda. Verũ ut hominẽ authorũ teſtimonio obruamus, oſtenda muſcꝯ uelut hæreticũ ab eccleſiæ unitate diuiſum: alia inſuper ꝓducã illuſtriũ uiroꝝ teſtimonia, qui manifeſte probant in hoc p̃ſtantiſſimo ſacramento uerum Chriſti corpus & ſanguinem ſub ſpeciebus panis & uini contineri. Leo primus ſanctitate perinde ac doctrina clarus, in epiſtola ad Conſtantinopolitanos ita ſcribit, In eccleſia dei omniũ ore tam conſonum eſt, ut nec ab infantium linguis ueritas corporis & ſanguinis Chriſti inter cõmunis ſacramenta fidei taceatur, quia ĩ illa myſtica diſtributione ſpiritalis alimoniæ hoc impartitur, ut accipiẽtes uirtutẽ cęleſtis cibi, in carnẽ ipſius, qui caro noſtra factus eſt, trãſeamus. Hæc Leo. Iuuencus etiã p̃sbyter Hieronymo antiquior, carmine hexametro euãgelicam hiſtoriam deſcribens ait, Leo primus. Iuuencus.

Hæc ubi dicta dedit, palmis ſibi frangere panẽ:
Diuiſumq; dehinc tradit: ſanctumq; precatus
Diſcipulos docuit, proprium ſe tradere corpus.
Hinc calicem ſumit dominus, uinoq; repletum
Sanctificat gratis uerbis, potumq; miniſtrat,

Edocuitq; suum se diuisisse cruorem:
Atq; ait, hic sanguis populi delicta remittet.
Hunc potate meum: iam ueris credite dictis.

Arnobius. Arnobius super psal. 110. sic ait: Cõfessio trinitatis, & magnificẽtia deitatis, opus eius: iustitia eius immutabilis perseuerat in secula seculoꝝ, in qua iusti tia memoriam fecit mirabilium suoꝝ dicens, Hæc quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis. Quãdo hoc dixit misericors & miserator dñs? Tũc sine dubio, quãdo escam dedit corporis sui timenti bus se. Et hoc testamentum memor erit dñs in ęter num, per quod uirtutem operum suoꝝ annuncia uit populo suo. Hæc Arnobius. Vides lector qũali ter Arnobius asserat dñm dedisse nobis escam cor-

Irenęu poris sui. Irenæus in lib. 5. aduersus hæreses hanc etiam fatetur fidem dicens, Quando & mixtus ca lix, & fractus panis percipit uerbum dei, fit eucha ristia sanguinis & corporis Christi, ex quib⁹ auge tur & consistit nostrę carnis substantia. Quomodo negant carnẽ capacẽ esse donationis dei, qui est uita æterna, q̃ & sanguine & corpore Christi nutritur, & membrum eius fit, quemadmodum Apostolus

Ephe. 5 ait in ea quæ est ad Ephesios epistola, Qm̃ membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus

Luc. vi ti. eius? Nõ de spiritali aliquo & inuisibili homine dis serens hæc (Spiritus enim neq; carnẽ neq; ossa ha bet) sed de ea dispositione quæ est secundũ hominẽ quæ ex carnibus & neruis consistit, q̃ de calice qui est sanguis eius nutritur, & de pane qui est corpus eius augetur. Hæc Irenæus: quẽ Tritemius in libro de ecclesiasticis scriptoribus martyrẽ fuisse docet, eumq; discipulum fuisse Polycarpi martyris testa tur Hieronymus, qui & eundẽ Polycarpũ martyrẽ asserit fuisse discipulũ Ioannis Euangelistæ: ex quo patet hunc Irenæum ab apostolo Christi fuisse edo ctum mediante Polycarpo. Quæ idcirco dixi, quod

efficacius sit eius testimonium. Ignatius demum discipulus, ut credo, Christi, coæuus saltē apostolis, in quadam ad Romanos epistola sic ait, Panem dei uoco panē cęlestē, panē uitæ, qui est caro Iesu Christi filij dei uiui, qui natus est in nouissimo ex semine Dauid & Abrahæ. Et potū uoco sanguinē eius, qui est dilectio incorruptibilis, & uita æterna. Hæc Ignatius beatissimꝰ martyr. Plurimos alios authores, eosq; illustres, quorum testimonia etiam nobis suffragari possent, prudens omisi, ne onerarē lectorē, & ne breuitatis (quā in principio operis ꝓmisi) uidear oblitus. ea tamen in posterū aduersus alios errores de eucharistia afferemus: quæ cum legeris, rogo lector attendas plurima ex illis huic seruire proposito. Hæc certe taliū uirorū testimonia, etiam si locus scripturę deesset, sufficere deberent ad quācunq; fidem confirmandam, etiam si centum Oecolampadij repugnarent. Verūm quū tot illustres uiri Oecolampadio repugnent, qualiter non ueretur aduersus tot clarissimos uiros, immo aduersus totam ecclesiam collum exerere? Certe in caussa est id quod Cyrillus dicit de Iudæis litigātibus, ac dicentibus, Quomodo potest hic nobis carnē suam dare ad manducandū? Sic enim ait Cyrillus: De deo nō sine magna impietate conclamant, nec in mentē uenit nihil esse impossibile apud deum. Nam quum animales essent (ut ait Paulus) spiritalia intelligere non poterant, sed fatuitas quædam tam magnum sibi uidetur mysterium. Hæc Cyrillus. Ita ergo (ut patet) Oecolāpadio fatuitas q̃dam tam magnificū uidetur mysterium, nec intelligit quid intus lateat, nec cōsiderat nihil esse ipossibile apud deum. Quare autem non intelligit, in aperto est: quia teste Paulo, animalis homo non percipit ea quæ dei sunt. At quis magis animalis q̃ Oecolampadius, cuius manifesta sunt opera carnis? Nam cum monachus

Cyrillus.

1. cor 2

esset ordinis sanctę Brigittę, reiecta continentia quã in monachatu uouerat, uxorem duxit: cum tamen ea esset ætate, qua si in seculo liber maneret, uxore
Gen.18 abstinere debuisset, Sarram imitatus, quæ dixit, Cõ
Dan.13 senui, & quomodo uoluptati operam dabo? Verùm hic forte ex senibus illis erat qui exarserunt in concupiscentiam Susannæ. Cæterum ut rem penitus absoluamus, supereſt ut concilia quæ in huius rei cõfirmationẽ celebrata sunt, afferamus. Primo tertia synodus ex his quatuor quas beatus Gregorius fatetur se uenerari tanquã quatuor euangelia,
Concilũ Efesinum. quæ quidem synodus Ephesina prima est ducentorum episcoporũ numero, in quo pſedit summi pontificis uicem gerens Cyrillus Alexandrinus episcopus. In epistola quadam à toto cõcilio missa Nestorio hęretico Cõstantinopolitano episcopo, de cuius dogmate agebatur, qui dicebat duas esse í Christo personas, aliam dei, aliam hominis, sicut aliàs iam de hoc disseruimus, ita dicitur: Sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur participes sancti corporis & precioſi sanguinis Christi omnium nostrum redemptoris effecti, non ut communem carnem percipientes (quod absit) neq; ut uiri sanctificati, & uerbo coniuncti secundum dignitatis unitatem, aut sicut diuinam possidentis habitationem, sed uere uiuificatricem, & ipsius uerbi propriam factam. uita enim naturaliter ut deus existens, quia proprie carne unitus est, uiuificatricem eam esse professus est: & ideo quãuis dicat ad
Ioã.6. nos, Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem: nõ tamen eam ut hominis unius ex nobis existimare debemus. Quomodo enim iuxta naturam suam uiuificatrix esse caro poterit hominis? sed ut uere propriã eius factã qui propter nos filius hominis est factus & uocatus. Hæc Concilũ. Per quod de-

cretum omnes hæretici negantes uerã Christi carnem uerumq; sanguinẽ in eucharistia cõtineri, qua hrercunq; id negent, hic apertè reiciuntur. Verùm quũ hoc uiderit Oecolampadius, perpendens quãtæ arrogantiæ sit faciem toti concilio opponere, ad hoc confugit, ut dicat illud non esse ex actis in concilio, sed esse in epistola à Cyrillo ad Nestoriũ directa. Hoc autem manifestę conuincitur falsitatis ex titulo eiũsdem epistolæ. Sic enim inscriptio epistolę habet: Religioso & deo amabili cõsacerdoti Nestorio Cyrillus, & quicunq; sunt apud Ephesi synodum. Ex ista epistolę inscriptione apertè colligitur epistolam à toto cõcilio esse ad Nestorium mandatam: quo fit ut quæ in ea cõtinentur, uelut acta concilij esse recipienda. Post aliquot deinde annoꝝ centurias Leo nonus, ut diximus, celebrauit cõcilium Vercellis, in quo hoc impium Berengarij dogma damnatum est. Deinde sub Victore secundo aliud concilium Turonis celebratum est pñsidente Hildebrãdo Romanę ecclesię diacono Cardinali: in quo iterum Berengarij dogma sicut à toto concilio, ita & ab ipso Berẽgario reiectum est. Demum sub Nicolao secundo cõcilium Romanũ centũ. xij. episcoporꝝ coactum est hac de caussa, q̃ Berengarium ad uomitum redijsse cõpertum est, in quo iterum Berengarius concilij decretum susciens, suo dogmati renunciauit. Quorum conciliorum acta incuria scriptorum nõ habemus. Nam in eo uolumine conciliorum quod Parisiis impressum est, à quinta synodo Constantinopolitana usq; ad concilium Cõstantiense nullum aliud concilium interponitur: in quo interiecto tẽporis spatio cõstat multa concilia celebrata fuisse, eaq; non parui momenti. Itaque ex illo Vercellensi, Turonenti, ac Romano concilijs, nihil aliud reperio præter abiurationem, quæ à cõcilio Romano oblata est Berengario, ut eam coram

toto illo conuentu legeret, ac ita esse fateretur. Quę quidem abiuratio ponitur i uolumine decretorum de consecr. distin. 2. cap. Ego Berengarius. Demum post hæc omnia concilium Constantiense recēsens errores Ioānis Vuitcleff, tertio loco istum collocat his uerbis, Christus nō est in eodē sacramento idētice & realiter in propria prēsentia corporali. quem errorem cum alijs omnibus eiusdem authoris una super omnes lata sententia dānat. Contra hanc impiam hæresim olim cum eam primus Berengarius tutaretur, scripsit primus Lanfrancus Cantuariensis archiepiscopus. Post eum Guidmundus ex monacho Auersanus episcopus. Eodem tempore Algerius, ex scholastico monachus Corbiensis in Saxonia. Scripsit etiam aduersus eum teste Ioanne Tritemio quidam Adelmanus, ex clerico Leodiensi episcopus Brixiensis, qui eiusdem Berengarij condiscipulus fuerat. Scripsit etiam aduersus eundē Hildebertus quidam episcopus Cenomanēsis, ac postea archiepiscopus Turonensis, ut testatur idem Tritemius in lib. de ecclesiasticis scriptorib⁹. Hos duos ultimos fateor me nō uidisse, aliorꝫ tamen opera legi. Post istos omnes hoc nostro tēpore cōtra Oecolampadiū scripsit omnibus istis lōge diffusius atqꝫ acutius Ioānes Roffensis episcopus, uir non minus uita q̄ doctrina clarus, qui illis antiquis scriptoribus meritò comparari ualet. Quòd si multos tales episcopos ecclesia in sui regimē retineret, qualis ille est, nō sic labentē ploraremus, ut nūc (proh dolor) ingemiscimus. Si omnia ad unguē quę ad hoc nego cū spectant, habere uis, lege uiri huius ad finē usqꝫ librū. spero deo authore si dubius accesseris, confirmaberis, & omni scrupulo sublato discedes in firmissima fidei petra fundatus. Scripsit etiā aduersus eundem Oecolampadium Iudocus Clichthoueus. alios nō uidi, q̄uis plures alios scripsisse audiam.

Concilij Cōstantiēse.

Quinta de hac re orta est hęresis, quę asserit in eu charistia post factam consecrationē manere eūdem panem qui ante consecrationē ibidem erat. Sed hæc hæresis in duas factiones est scissa. Quidā enim dixerūt panē simul esse cum eucharistia, nec amplius insanierunt. Horū dux fuit Ioānes Vuitcleff, cuius iam sæpe fecimus mentionē. Alij uerò insaniam augentes sic affirmant panem ibidē esse, q̄ asserunt panem esse corpus Christi. Hoc autē recens est inuentum, nempe a Martino Luthero prodiens, qui ait has esse ueras: panis est corpus Christi: uinū est sanguis Christi. Inter hos duos. s. Vuitcleff & Lutherum, de hoc cōuenit, q̄ uterq; fatetur post consecrationem superstitē esse panem: moti hac ratione, q̄ sę pe in nouo instrumēto appellatur hoc sacramētum panis, ut in actis Apostolorū dicitur, Vna autē sabbati cum cōueniſſemus ad frangendū panem, Paulus disputabat cum eis, profecturus in crastinū. Et in prima ad Corinth. epi. Panis quē frangimus, nōne participatio corporis dñi est? Quoniā unus panis & unū corpus multi sumus, omnes qui de uno pane & de uno calice participamus. Et rursus in eadem epi. Quotiensc̄ūq; enim manducabitis panē hūc, & calicē bibetis, mortem dñi annūciabitis, donec ueniat. De hoc autē inter istos est dissidium, q̄ Vuitcleff non admittit panē illum qui ante cōsecrationē erat, dici posse corpus Christi, Lutherus autē illud concedit, asserens has esse ueras, panis est corpus Christi, uinū est sanguis Christi: motus hac ratione, quæ illi est adeo efficax, ut nullus sit qui illi possit obstare. Verba (inquit) diuina accipiēda sunt iuxta grāmaticæ nudam intelligentiā: ita ut nón liceat ei per angelū nedum per hominē uim ullam fieri, ne detur occasio aduersarijs scripturas eludendi. At uis (ut ait) fit uerbis diuinis, si quod Christus dicit panem, hoc nos dicamus intelligi panis accidē-

Ioānes Vuicleff.

Luthe.

Act. 20

1. co. 10

1. co. 11

tia: & quod ille uinum uocat, hoc nos dicamus esse tantum uini speciem. Omnibus ergo modis uerus panis (ait) ac uerum uinum, supereſt in altari, ne uer bis Christi fiat uis, si species sumatur pro substantia. Nullam enim transsubstãtiationis (inquit) euangelistæ fecere mentionẽ. Sed hoc recens quoddã inuentum est, nempe trecentenariũ (ut ait) nec eò amplius. Sic ergo dicit Lutherus esse uerba consecrationis intelligenda: Hoc, id est hic panis, est corpus meum. Hic, id est hoc uinum, est sanguis meus. Ecce quibus præstigijs cõfidit Lutherus seducere tot sapientes uiros quot sunt in ecclesia. Credit forte oẽs nos infantes esse adhuc in cunabulis, ut similibus nænijs decantatis ualeat nos dementare. Cõtra hos omnes uno eodẽq; gladio pugnãdum est. nam quũ ostenderimus facta cõsecratione nullum panẽ manere, simul etiam patebit hãc enunciationẽ. s. panis est corpus Christi, nullo pacto esse ueram. Primùm ergo ostendamus hanc Lutheri interpretationẽ esse a litera remotissimã: quod uel ex eo cõstare manifeste potest, q articulus hoc, uel pronomẽ demõstratiuum cum sit neutri generis, nullo modo potest referri ad panem, q panis masculini sit generis. Forte dices ibi substantiue positum, quemadmodũ adiectiuum in neutro genere ex grãmaticorũ regula in substantiui locũ subrogare liceat: atq; ita dices hũc esse sensum: Hoc, id est hęc res (pane demõstrato) est corpus meum. Veniamus iam ad uerba calicis, in quibus nullum tale reperire poteris subterfugium. Sic enim dicit ibi, Hic est sanguis meus. Vides qualiter articulus uel pronomen demõstratiuum ibidẽ positũ est masculini generis, cum autẽ uinum neutri generis sit, qui fit ut pronomen hic, possit demõstrare uinũ? Si enim dixisset, hoc est sanguis meus, ansam præbuisset opinãdi uinum ibidẽ manere. At cum dicat, hic est sanguis meus, quis nõ uidet arti-

culum masculini generis nullo pacto ad uinũ posse referri, quod neutro genere nominatur? Hæccine est grãmatica Luthere, iuxta quã ais uerba dei esse nudè interpretanda? Adeo enim nuda est hæc interpretatio, ut literã a suo uero sensu prorsus denudet, nihilq; apud literam de uero eius sensu relinquat. Quòd si ad Græcam linguã ceu fontem noui instrumenti nos reuoces, credens forte hanc collectionem minime ualere, deciperis. Nam pronomen demõstratiuum quod græce ponitur, utrobiq; neutrum est. Verba nãq; quibus corpus consecratur, sic habent, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. Verba aũt quibus cõsecratur sanguis, sic habent, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου. Videsiam utrobiq; pronomen politũ neutrum esse, nẽpe τοῦτο. Nomen autẽ græce significãs corpus, scilicet τὸ σῶμα, & nomen significans sanguinẽ. s. τὸ αἷμα, utrunq; neutrũ est. Ex quo patet utrobiq; pronomen demõstratiuum sequẽti nomini esse aptandũ, nullo modo autẽ ad præcedẽs referendũ: quia cum nomẽ ibi pro pane positum sit ἄρτος, quod cõstat esse masculini generis, cõuincitur pronomẽ neutri generis ad panem minime referri posse. Vinum autẽ græce dicitur ὁ οἶνος, quod cõstat esse etiã masculini generis. Colligimus ergo Christi uerba nullo pacto fauere Luthero, immo potius illi omnino repugnare. Nullo etenim modo exp̃ssius potuisset dicere nihil illic remanere panis, q̃ quũ dixit, Hoc est corpus meum. Nõ enim dixit, hic, id est in hoc loco, est corpus meũ: aut cũ hoc quod uidetis, est corpus meũ, tanq̃ in pane aut simul cum pane cõsisteret: sed hoc est (inquit) corpus meum, nimirũ declarans manifeste (ut hæreticorũ ora obstrueret) hoc totũ quod porrigebat, ipsius corpus esse. Cæterũ quò res sit apertior, & tergiuersandi nullus pateat locus, euangelistarũ uerba referamus. Matthæus enim sic ait, Cœnantibus autẽ eis, accepit Iesus panẽ, & benedixit mat. 27

ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait, Accipite & comedite, hoc est corpus meũ. Et accipiens calicẽ, gratias egit, & dedit illis dicens, Bibite ex hoc oẽs. Hic est.n. sanguis meus noui testamenti, q pro mul
ma. 14 tis effundetur in remissionẽ peccatorũ. Marcus uerò sic narrat, Et manducantibus illis, accepit Iesus panem, & benedicens fregit & dedit eis: & ait illis, Sumite, hoc est corpus meum. Et accepto calice gratias agens dedit eis, & biberũt ex illo omnes. Et ait illis, Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro
Lu. 22. multis effundetur. Lucę autẽ uerba sunt ista. Et accepto pane gratias egit, & fregit & dedit eis dicens; Hoc est corpus meum, quod pro uobis datur. Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Similiter & calicẽ postq; cœnauit, dicens, Hic est calix, nouũ testamentum in sanguine meo, qui pro uobis fundetur. Ex oĩbus his euangelistarũ uerbis patet nullum esse locum in quo post factam cõsecrationem sacramentum uocetur panis aut uinũ, sed tantũ corpus aut sanguis. Si enim Christus in pane susceptο nullã secisset mutationem, eumq; ut susceperat, minime uariatũ discipulis porrexisset, dici meritò posset merũ panem dedisse discipulis. Verùm quũ priusq; discipulis manducandũ porrigeret, panem cõuerterit in carnem: nequaq; dici potest eum panem quẽ in manus susceperat, discipulis tribuisse, sed corpus suũ in quod cõuerterat. At Lutherus obstat sic dicens, Euangelistæ referũt Christum in manus sumpsisse panem. Et nos etiã hoc ipsum fatemur. Verùm quũ recipiunt apostoli, iam nõ audis panem nominari, sed corpus: nec uinum, sed sanguinẽ. Quòd autem aiunt Lutherus & eius imitatores, hoc mirabile sacramentũ uocari panem, atq; inde colligunt aut panem ibi esse, aut ipsum panẽ esse corpus Christi, nõ recte colligunt. Id enim solẽne est sacris scripturis, ut panẽ appellent quod comedi quouis modo põt:

quia ut dicit Ecclesiasticus, Initium uitæ hominis aqua & panis. Hoc modo manna dictus est panis, ut apud Prophetã, Panem cæli dedit eis, omne delectamentũ in se habentẽ. Ecce panem uocat scriptura quem alibi dixit esse uelut semen coriandri. hoc etiam modo filius dei secũdum diuinitatis substantiam dictus est panis, ꝙ spiritualiter mãducato mẽtem intus reficiat. Sic enim dicit ipse, Ego sum panis uitæ, qui de cælo descendi. Quæ uerba (ut supra admonuimus) minime ad corpus referẽda sunt, sed ad diuinitatis substantiã, ꝙ hæc de cælo descenderit, nõ autẽ corpus. Simili modo nos fatemur Christi corpus panem dici generali ista appellatione, qa uidelicet specie panis opertũ a nobis mãducatur in spiritualem interioris hominis refectionẽ. Possum⁹ etiã aliam huius appellationis rõnem reddere, nec omnino ineptam, quinimo cõformem cõmuni usui loquentiũ, & ipsis etiam scripturis sacris. Vsitatissimus siqdem est loquendi modus, ut rem eo noĩe appellemus, quo res ex qua genita est, uocabatur. Si enim alicui dedisses uinum, quod ille postmodũ artificio aliquo aut operãte natura uertisset in acetũ, quod ille iterum ad comedendũ aliquã aliam rem tibi porrigeret, diceret tibi, nec improprie, ecce tuũ uinum quod largitus es mihi: nimirũ hac locutione designans acetum illud ex uino donato fuisse genitum, aut uinum in acetum fuisse uersum, quapropter factum est ut noĩe uini gaudeat nunc etiã acetum, quia ex illius materia genitũ est: cum tñ uere & iuxta nominis propriã significationẽ acetum nõ possit dici uinum, ꝙ res sint specie substantiaq; differentes. Nec ab hoc modo loquendi abhorrent sacræ literæ. Vide quid dicatur in Exodo, Tulitq; Aaron uirgã coram Pharaone & seruis eius, quę uersa est in colubrum. Vocauit aũt Pharao sapientes & maleficos, & fecerũt etiã ipsi per incãtationes Aegy

Ecc. 29
Psa. 77
Ioã. 6.
Exo. 7

ptiacas & arcana quædam similiter: proieceruntq; singuli uirgas suas, quæ uersæ sunt in dracones: sed deuorauit uirga Aaron uirgas eorũ. Ecce iam uides uirgam Aaron uersam in colubrum, atq; post eam uersionem iterum uocari uirgã, cum nihil min⁹ sit q̃ uirga. nam & deuorat alioꝝ uirgas, quod uirgæ minime cõuenit. Virga tñ post eam uersionẽ uocatur, q̃ ex illa materia a deo factus sit coluber ille. Ad hũc modum etiã in sacratissima eucharistia, cũ panis uertatur in corpus Christi, fit inde ut corpus in quod uertitur, eodem noſe uocetur quo panis cõ mutatus in corpus uocabatur, non q̃ panis sit, sed quia panis loco subrogatus, atq; ideo præteriti panis nomen cõseruat. Sed circa hoc nõ erat opus tot argumentis, cum ecclesia huic liti iam finem imposuerit. Verùm hoc fecimus, ut hæreticoꝝ cauillis respõderemus, ostenderemusq; rationẽ de ea quæ in nobis est fide.

Concilii Cõstãtiẽse

Cõcilium Cõstantiense sessione octaua enumerans. 45. errores Ioãnis Vuitcleff, hũc primo loco collocat, sub his uerbis, Substantia panis materialis, & similiter substãtia uini materialis, manent sine subiecto in eodẽ sacramento altaris, quem errorem cum alijs. 44. una super omnes lata sentẽtia cõcilium dãnat. Verùm etsi hoc sufficienter ostẽdat panem nõ manere, nõ tamen ostendit panẽ trãsubstantiari in corpus Christi, quod Lutherus negat, irrideteq;, dicens hanc transsubstãtiationẽ esse recens inuentã, nec uetustiorem q̃ trecentenariam. Si de uocabulo solo est dissidium, indigna prorsus res est ut pro ea digladiemur, modò cõueniat inter nos de re. Res autem est, panem nõ manere post cõsecrationem, ipsumq; cõuerti in corpus Christi. siue autem illã uersionem appellet trãssubstantiationẽ, siue transmutationem, siue cõuersionem, nõ multũ curabo, dũmodo fateatur panem non manere post cõsecrationem, illũq; uerti in corpus Christi. Horũ

primum iam ostendimus cum ex alijs, tum ex concilij Constantiensis definitione. Alterꝫ ostendere superest, panem scilicet uerti in corpus Christi, idqꝫ non esse recens theologorꝫ scholasticorꝫ inuentum, nempe trecentenarium, ut Lutherus ait. Pro qua re plurima sanctorꝫ patrū citabo testimonia: quæ ola si bene consideres lector, uidebis etiā aduersus prędictam Berengarij & Oecolāpadij hæresim manifeste pugnare. Primū omniū Theophylactū illi oppono, quem nec scholasticum neque trecentenarium dicere poterit. Is enim exponens illud Ioannis, Panis quem ego dabo, caro mea est, sic ait, Attēde autem ꝙ panis qui à nobis in mysterijs māducatur, non est tantum figuratio quædam carnis domini, sed ipsa caro dñi. Non enim dixit, Panis quem ego dabo, figura est carnis, sed caro mea est. Trāsformatur enim arcanis uerbis panis ille per mysticā benedictionem, & accessionem sancti spiritus, in carnē dñi. Et neminem conturbet ꝙ credendus sit panis caro. Etenim & in carne ambulante domino, & ex pane alimoniam admittente, panis ille qui mandu cabat, in corpus eius mutabat, & similis fiebat sanctæ eius carni, & in augmentū & sustentationem conferebat, iuxta humanum morem. Igitur & nūc panis in carnem dñi mutat. Hæc Theophylactus. Quibus uerbis nihil potest apertius dici. nam dixit panem trāsformari in carnem, & iterum mutari in carnem: uocans nempe trāsformationē, quod recentiores theologi dixerunt trāssubstātiationē. Quod autem dixit ꝙ credendus sit panis caro, eodē modo dixit quo superius expositum, quia. s. panis uertit in carnem, cōseruato. s. in re postera, rei præcedētis uocabulo. Damascenus etiā li. 4. de fide orthodoxa ca. 14. hanc eandē sententiā ꝙuis alijs uerbis dicit, sic enim ait, Corpus enim secundū ueritatem cōiunctum est diuinitati, qđ ex sancta uirgine corpus est: Ioā. 6.

non ꝙ ipsum corpus assumptum ex cælo descenderit, sed ꝙ ipse panis & uinū transmutatur in corpus & sanguinē dei. Si aūt modū requiris quonā pacto fit, sat sit tibi audire, quoniā per spiritum sanctum, quemadmodū ex sancta deipara seipso & in seipso dñs carnem sustentauit. Et nihil amplius cognoscimus, q̄ ꝙ uerbū dei uerū est & efficax & oīpotens, modus autē inscrutabilis. Necꝙ est hoc etiam dictu prōptum, quō naturaliter per comestionē panis, & uinum & aqua per potionē in corpus & sanguinē comedētis & bibentis transmutatur, & nō fit aliud corpus præter id quod prius erat ipsius. Sic & propositionis panis uinūq; & aqua per inuocationē & aduentum spiritus sancti supernaturaliter transmutatur in corpus & sanguinē Christi, & nō sunt duo, sed unum & idem. Hucusq; Damascenus. Vides hic ter nominatā transmutationem panis in corpus, & uini in sanguinē. Quòd autem ad finē dixit, Et non sunt duo, sed unum & idem, ut nō referre posses ad panē & corpus, ꝙ illa scilicet nō sunt duo, sed unū & idem, ut nil tale intelligas: superius dicta manifestant. Superius nāq; dixerat corpus quod ex alimēto nutritur, & in quod alimētum cōuertitur, nō esse aliud corpus præter id quod prius erat ipsius ante comestionē. Sic etiā panis in eucharistia nō in aliud corpus Christi cōuertitur, q̄ in id quod ante consecrationem prius habebat, ut scilicet nō sint duo corpora, unum quod ante consecrationē, aliud in quod facta consecratione panis transmutatur. Hunc autē Damascenum nō potest Lutherus dicere recentem, nisi forte talem se credit Lutherus, ut illi mille anni sint tanquā dies hesterna quæ præterīt: quoniā hic, teste Ioāne Tritemio, fuit tēporibus deuotissimi imperatoris Theodosii senioris, a quo ad nostrum hoc tempus mille cētum anni & eo amplius elapsi sunt.

Greg. Nīsse. Gregorius etiam Nissenus frater Basilij magni, in libro de

bro de mystica uitâ Moysi, exponens rationem illius cibi mãnę in deserto dati patrib⁹, sub cuius figura de eucharistia disserit, sic ait, Is igit̃ mirabilis sine agricultura panis, uarietate qualitatis ad susci pientium habitudinem, uirtutem suã cõmutat. Nã cũ sit panis, ignorat labefieri: sic in carnẽ uertit̃: noluit olus imitari. quicqd deniq; assumẽti cõueniẽs & expetitũ sit (ut apostolus uult) q hãc nobis mensam p̃parauit, in id cõmutat̃. Hæc ille: qbus uerbis semel atq; iteꝝ dicit panẽ uerti ĩ carnem. Neq; hũc reĵcere meritò ualebit Luther⁹ hac occasione q tre centenarius sit. Nã plusq̃ millenari⁹ hic est. Beatus Cyprianus Gregorio plusq̃ centum annis uetustior sic ait, Panis iste quem dñs discipulis porrigebat, nõ est effigie sed natura mutat⁹, omnipotentia uerbi factus est caro: & sicut ĩ p̃sona Christi humanitas uidebat̃, & latebat diuinitas, ita sacramẽto uisibili ineffabiliter diuina se infudit essentia. Hæc Cyprian⁹, ubi audis panem uerbi oĩpotentia mutatũ in carnem. Et Irenæus apostolorũ temporibus uici nus, lib. 5. aduersus hæreses sic ait, Quãdo ergo & mixtus calix, & fractus panis p̃cipit uerbum dei, fit eucharistia sanguinis & corporis Christi, ex qbus auget̃ & cõsistit nostræ salutis substantia: qũo negãt carnem capacem esse donationis dei, q est uita æterna, quę & sanguine & corpore Christi nutritur, & membrũ eius fit? Hæc Irenæus. In qbus uerbis aduertere oportet q̃ dicit panem & uinũ fieri eucharistiã corporis & sanguinis. si ergo panis fit corpus, oportet ut in hac effectione nõ maneat panis. Cum enim ex aliqua substantia fit alia, nusq̃ præterita manet. Hæc ergo testimonia sufficiant ut ostendamus illi transsubstantiationem nõ esse nouam, nec trecentenariam, ut ipse asserit, sed multo uetustiorem, nempe ab ipsis ecclesiæ primordĩ p̃ditam. Quòd si de uocabulo contendat id esse no-

Cyprianus.

Irenæ.

uum,nos non uerba curamus, sed res:qm̃ uocabu lorꝫ proprietates inquirere, grãmaticorꝫ est mun⁹, non theologorꝫ. Nam si de re constat,uocabuli nouitas non debet orthodoxum offendere, ut beatus Athanasius ait in ea quam habuit aduersus Arriũ disputatione. Nouis nãque hæresibus succedentib⁹ ecclesia nouit uocabula noua confingere ad clari⁹ res exprimendũ,& hæresibus obuiandũ. Cũ enim in ipso nascẽtis ecclesiæ initio quisque ab eo nomẽ acciperet,à quo baptizabaꝛ,aut à quo edocebatur, ita ut dicerent,Ego sum Pauli,ego sum Cephę,ego sum Apollo,factum est hac de caussa ad obuiãdũ huic pesti, ut omnes Christo initiati cõmuni uocabulo uocarenꝰ Christiani,quod nomẽ primùm Antiochiæ hac occasione natum esse historię produnt. Postea etiam surrexit Arrius docens filiũ patri inę qualem, nec eiusdem substantiæ:cui hæresi ecclesia obuians effinxit sibi nomen consubstantialitatis, nunquã in sacris literis repertum. Sic etiam uidens hæreticos insurrexisse qui dicerent panem manere simul cum corpore:ad denotandũ panem minime post consecrationẽ superstitem, sed esse uersum in corpus,nomẽ transsubstantiationis cõfinxit,quod rem,ut apparet,adeo clare explicet,ut nullum iam hæresis uestigiũ post se relinquat. An autẽ cõgruè aut ornatè aut polite explicet,non curo,modo fideliter ac catholice doceat. Neque uideo caussã quare non habeat hanc authoritatẽ ecclesia fingendorum uocabulorꝫ,sicut & quamlibet rẽpublicã habuisse dignoscitur,ex quorꝫ consensu & fictione cõcordi uocabula uim accepere significatiuã. Sed iam opus est ut ostendamus ecclesiam de hac re definientem.

Concil. Laterane nense. Concilio Lateranense sub Innocentio tertio celebratũ sic definit, Vna est fidelium uniuersalis ecclesia,extra quã null⁹ omnino saluaꝛ: i qua idẽ ipse sacerdos & sacrificiũ Iesus Christus, cui⁹ corpus &

sanguis in sacramento altaris sub specieb⁹ panis & uini ueraciter cõtinet, transsubstantiatis pane i corpus, & uino in sanguinẽ potestate diuina, ut ad pficiendum mysteriũ unitatis accipiamus ipsi de suo qd accepit ipse de nostro. Hęc cõcilium, & ponunt hęc uerba i uolumine epistolarũ decreta. ti. de sum. tri. & fi. ca. in capło, firmiter credimus. In qbus uerbis definiũt oia q huic negocio uidebãt necessaria.

Sexta hæresis est quæ asserit pro calicis cõsecratione nõ esse apponẽdum uinũ, sed solam aquam. Hic est error quorũdam qui ab effectu uocati sunt Aquarij. Sic enim eos beatus August. in lib. de hæresibus cap. 64. appellat: nec tamen quam p se habeant rationem, refert. Verùm ex ecclesiastico dogmate pxime citando constat eos sobrietatem adeo diligere, ut eius conseruandæ caussa etiam pro calicis cõsecratione uinum euitandum putent. *Quis fuerit huius hęresis autor, & quo tempore cœperit, apud neminem inuenire potui. Aduersus hunc errorem tres euangelistæ pugnant, Matthæus scilicet Marcus, & Lucas. Hi enim omnes referentes modum dominicæ cœnæ, dicunt Christum calicẽ porrexisse discipulis, & ut ostẽderent quem illis in calice liquorem præbuerit, addiderunt uerba Christi dicentis, Non bibam amodo de hoc genimine uitis usque in diem illum, cum illud bibam uobiscum nouum in regno patris mei. Ex quibus uerbis satis aperte ostẽditur eum liquorem quem Christus discipulis in calice potandum dedit, fuisse genimen uitis, nempe uinum. Quod si quis forte pertinax contendat de alio quopiam uitis fructu esse illa uerba intelligenda, hoc plurimorum conciliorũ definitionibus reiicitur, quæ asserunt uinum in calice esse necessariũ pro sanguinis consecratione, ut panis pro corporis cõsecratione. Concilium nanq; Lateranen. sub Innocentio tertio celebratum, inter

Aquarij.

*

mat. 26

Concilij Lateranẽ.

alia sic definit. Vna uerò est fidelium uniuersalis ec clesia, extra quam nullus omnino saluatur. In qua idem ipse sacerdos est sacrificiū Iesus Christus, cuius corpus & sanguis in sacramēto altaris sub spe ciebus panis & uini ueraciter continentur. Hęc cō cilium. Ex quo patet sub specie uini sanguinem latere, et nō sub specie aquę. Alia sunt insup cōcilia q̄ hoc exprimunt, quæ qm̄ aduersus proxime describendam hæresim iterum citanda sunt, prætereo usque ad locum illum. Accedit huc etiam q̄ signa debent esse aliqua ex parte similia signatis. At inter aquam & sanguinem nulla uersat similitudo, præcipuè si philosophis credimus, asserentibus puram aquam nullius esse alimenti. Non erat ergo consentaneum aquam in signum sanguinis instituī.

Septima hæresis est q̄ cum hac ꝓximè enarrata uelut ex diametro pugnat. Nam hæc sic uinū in calice apponit q̄ nullam penitus miscet aquam, asseritq̄ eam minime miscendā esse. Hic est error Græcorū, à Guidone carmelita undecimo loco inter errores Græcorū locatus. Est etiam error Armenorū, quem Guido. 24. ordine recēset. Pro eius erroris reprobatione est unum hoc iaciendum prius fundamentum, q̄ modica scilicet aqua uino mixta, in uini substantiā conuertitur, aut in sua substantia sine conuersione manens, cum modica sit, minoriscq̄ efficaciæ q̄ uinum, non uertit uinum à sua natura. Vtrum autem horum sit uerius, non sum adeo demens ut audeam definire qd Innocentius. 3. pontifex summus, uir alioqui doctissimus, nō ausus est definire, prout in cap. cum Marthæ, tit. de celebratione missarum, patet. Hoc ergo iacto fundamēto, facilè hoc nostrum, id est catholicum superędificabimus dogma. Nam hoc sacramentum in memoriam dominicæ mortis fit, Paulo testante, qui ait. Quotiescunq̄ manducabitis panem hunc, & cali-

Græci. Armeni.

cem bibetis, mortem dñi annunciabitis donec ueniat. At Christo mortuo (ut est apud Ioānem) unus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Vt ergo sacramentū calicis uelut perfectum signum illud repræsentet, oportet ut in calice aqua uino misceatur, q̄ aquam de Christi latere simul cum sanguine exeuntem repræsentet. Quod etsi ex Christi institutione non esset, ecclesia nihilominus hoc statuere poterat, quū aqua (ut diximus) uinum cui misceť, nō destruat. Hoc autem ita faciendum esse, atq; ita esse factum ab ipsis ecclesiæ primordijs, pluribus edocemur testimonijs. Omitto aliorū sanctorū testimonia, præcipue beati Cypriani in epist. ad Cęcilium fratrem. Alexander autem primus, apostolis uicinus (nam sub Aelio Adriano imperatore ecclesiam rexit) sic ait in decretis suis, quæ in primo tomo conciliorū generalium inseruntur. In sacramentorum quoq; oblationib⁹, quæ inter missarum solennia dño offeruntur, passio domini miscēda est, ut eius cuius corpus & sanguis cōficitur, passio celebretur: ita ut repulsis opinionibus superstitionum, panis tantum & uinum aqua permixtum in sacrificio offerantur. Nō debet enim (ut à patribus accepimus) & ipsa ratio docet, in calice domini aut uinū solum, aut aqua sola offerri, sed utrunq; permixtum, quia utrunq; ex latere eius in passione profluxisse legitur. Hæc ille. Vides hic papā sanctum simul atq; doctum, uicinūq; apostolorum temporibus, testari se ita à patribus nempe ab apostolis uel eorum discipulis suscepisse. Et inter ecclesiastica dogmata, quæ beatus Aug. (uel ut alĩ uolūt, Gennadius (uno uolumine collegit. 75. loco tale dogma locať. In eucharistia nō debet pura aqua offerri, ut qdam sobrietatis fallunt imagine, sed uinū cum aqua mixtum, qa & unum fuit in redemptionis nostræ mysterio, cū dixit, Nō

1. co. 11. Ioā 19

bibam amodo de hoc genimine uitis. & aqua mixtum, nō qd' post cœnam dabaſ, ſed qd' de latere eiꝰ lancea ptoſſo aqua cum ſanguine egreſſa, uinū de uera eius carnis uite cū aqua exp̄ſſum oſtēdit. Hactenus eccleſiaſticū dogma. Præterea in collectario qd' beatus Martinus Braccharenſis ep̄s fecit ex cō ciliꝭ oriētalibꝰ. 55. cap. ſic habeſ, Nō oportet aliqd aliud in ſanctuario offerri p̄ter panem, & uinū, & aquam, q̄ in typo Chriſti benedicuntur, qa dum in cruce penderet, de corpore eius ſanguis effluxit & aqua, hæc tria unum ſunt in Chriſto Ieſu. Hæc hoſtia & oblatio dei in odorē ſuauitatis. Hęc ibi. Rurſus Carthaginenſe cōcilium tertium in ſuoꝝ decretoꝝ ca. 24. ſic habet· In ſacramētis corporis & ſanguinis dñi nihil amplius offeratur, q̄ ipſe dñs tradidit. Hoc eſt panis, & uinum aquæ mixtum. Ex q̄bus uerbis uidetur concilīū qppiam plus aſſerere, ſcilicet Chriſtū ita tradidiſſe, ut ſcilicet aqua uino miſcereſ. Quod etſi textus non ſit ſcripturæ expreſſus, mihi tñ ualde probaſ, q̄ ſobrietatis cauſſa crederem Chriſtum aquam uino miſcuiſſe. Cui alludere uideſ illud Salomonis, Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, īmolauit uictimas ſuas, miſcuit uinum, ꝓpoſuit menſam ſuā. Miſit ancillas ſuas ut uocarent ad arcē, & ad mœnia ciuitatis. Si qs eſt paruulus, ueniat ad me. Et inſipientibꝰ locuta eſt, Venite, comedite panem meū, & bibite uinum qd' miſcui uobis. Ex his ergo oibꝰ conſtat aduerſus ſchiſmaticos Græcos & Armenos, aquā uino ī calicis cōſecratione eſſe miſcēdā.

cōciliū Carthaginēſe.

Pro. 9.

Octaua hæreſis eſt, nō ſubſtantiam ſacramenti, ſed eius uirtutem & efficaciam oppugnans: q̄ aſſerit hūc ſacratiſſimum cibum nec prodeſſe quic̄q̄, nec etiam lædere. Huiꝰ hæreſis magiſtri atq; authores fuerunt Meſſaliani, q & εὐχίται, id eſt orantes, uel ἐνθουσιάσαι, id eſt afflati aut diuini appellantur,

Meſſaliani.

Digitized by Google

quoꝝ hiſtoriam iam ſupra narrauimus. Hanc eandem tutantur hæreſim Armeni, ut eis impingit Guido carmelita, dicens hunc eſſe illorum uicesimum tertium errorem. Verùm hi a Meſſalianis in hoc diuiduntur, quòd Meſſaliani aſſerunt nihil prodeſſe aut lædere, Armeni autem dicunt ſoli corporis ſaluti prodeſſe. Cōcordi tamen ſententia hi omnes aſſeuerant nihil ꝓdeſſe animæ. Quibus meritò dici poſſit id qd̄ per Malachiam prophetam dominus ait, At uos ó ſacerdotes qui deſpicitis nomen meum, & dixiſtis, in quo deſpeximus nomen tuum? Offertis ſuper altare meum panem pollutum, & dicitis, in quo polluimus te? In eo quod dicitis, menſa domini deſpecta eſt. Hæc ibi. Nonne deſpectam facit menſam domini, qui dicit eam nullo uſui eſſe? Hæc autem aſſertio manifeſtæ hæreſeos conuincitur per ea quæ Ioan. 6. à Chriſto dicta ſunt in huius ſacramenti approbationem & laudem, in quibus nō ſemel huius præſtantiſſimi ſacramenti uirtus oſtenditur. Qui manducat (inquit Chriſtus) carnē meā, & bibit ſanguinem meum, habet uitam æternam. Nonne ſatis prodeſſe tibi uidetur quod manducatum uitam præſtat æternam? Quod ſi hæc ad futurum referas, ut ſcilicet itelligatur eum qui manducauerit, in poſterū habiturum uitam æternam, tūc uero cum primum manducaſ, nihil conferre: etiam hoc dicto fateris euchariſtiam aliquid cōmodi afferre ſuſcipienti. Nam etſi ſola futurorum ſpes non beet hominē, nō eſt tñ dubitandum multo feliciorem eſſe eum qui ſperat (etiam ſi nihil habeat) ꝙ̄ q̄ deſperat. Nam qui ſperat, initium quoddam poſſeſſionis habet: quo fit ut in ipſa rei priuatiōe eū alat ſpes. Sic enim ait beatus Ioannes, Scimus qñ cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam uidebimus eum ſicuti eſt. Et oīs qui habet hanc ſpem i eo, ſanctificat ſe, ſicut ille ſanctus eſt. Magnum ergo com

Armeni. Mal. 1 1. Ioā.

modum eucharistiam afferre fateris, cum admittas ex eius manducatione ius nos quoddã acqrere ad uitam æternam post mortem possidendam. Præterea tale ius ad habendam í posterum beatitudinẽ, nullus expers gratiæ habere potest. Nam quanuis
Ro. 6. beatitudo sit donũ dei, ut Apostolus ait, gratia dei
Ioan. 1. uita æterna, uel ut alia translatio ait, donum dei uí
mat. 25 ta æterna: hanc tñ gratiam nũquam de plenitudine Christi recipimus nisi pro alia gratia qua hic nos prius iustificari oportet, ut in eam ueniamus indulgentiam qua dicitur, Ibunt iusti in uitam ꝑternam. Necessarium est ergo eum qui digne suscipit hoc sacramẽtum, si in posterum hac de causa habiturus est gloriam, suscipere etiam in prẽsenti gratiam. Verùm quo res sit apertior, alia quæ sequuntur Christi uerba referamus: qm̃ illa expressius nostrum ꝓpositum confirmant, Qui mãducat (inquit) meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo. & ut beatus Ioannes in quadam epistola ait, Omnis qui in eo manet, non peccat: colligitur hinc manifestè, hoc Christi corpus manducatum, omnem prorsus peccati culpam à nobis abigere, quod non paruum emolumentum est. Nunc̃ꝫ etiam aliquis in deo manet, aut deus in illo speciali existentia, nisi ꝓ charitatem. Qui manet (inquit Ioã
1. Io. 4. nes) in charitate, in deo manet, & deus í eo. Si ergo q̃ mãducat carnem Christi, & bibit eius sanguinẽ, in illo manet, ergo in charitate & dilectione manet. Nam si nõ diligeret, non maneret in illo, qm̃ ut
1. Io. 3. beatus Ioã. ait, Qui nõ diligit, manet í morte. Qua de causa Christus nos àlibi monebat í dilectione sua manere, ut fructũ aliquẽ afferre possemus quo fit ut q̃ hoc sacramentũ recipit, charitatem etiã recipiat, ꝓ quam in deo maneat. Vt autem Christi⁹ hoc propositum magis cõfirmaret, tertio eandem sen-
Ioã. 6. tentiã repetit dicens, Sicut misit me uiuens pater, et

ego uiuo ꝓpter patrem: & q̄ māducat me, & ipſe ui uet ꝓpter me. Viuens pater miſit filiū, qa uolūtate patris ſ carnatus eſt. uiuit ꝓpter p̄em ſquantū de⁹, nō q̄ ipſe in ſe nō haberet uitā, ſed qa nō a ſe, ſed a patre naſcens, habuit uitā naſcendo, a quo habuit diuinitatem genit⁹. Viuit etiā ꝓpter patrem inquantum homo, qa uolūtate patris factus homo, corp⁹ qd aſſumpſit, uiuificauit. Ait ergo, Sicut miſit me uiuens pater, & ego uiuo ꝓpter patrem: & q̄ māducat me, uiuet ꝓpter me. id eſt, quemadmodum homo factus ſum patris uoluntate, et homo factus uiuo, corpuſq̄ meum uita repleo: ſic q̄ carnem meā manducat, ꝓpter me uiuet, q̄m carnē meam habet, q̄ uiuificatrix eſt, ꝓpter inhabitātem in ea diuinitatem. Ecce ergo manifeſta Chriſti uerba, q̄bus ſæpe teſtat magnam utilitatem manducantib⁹ hoc ſacramentum ſucceſſuram, nempe uitā ꝛternam. Rurſus ipſum rei uocabulum hoc ſidicat. uocat etenim eucharistia, qd latine dicit bona gra, indito ab effectu uocabulo, q̄ magnam gratiam ſumentib⁹ cōferat. Deinde cum in hoc ſacramento recipiat nō ſolum corp⁹ aut humanitas Chriſti, ſed ipſa diuinitas humanitati cōiuncta: q̄s credat deum aliquem inhabitare, cui nō magna dona cōcedat? Quapropter beatus Bernardus hoc ſacramentū ꝛteris p̄ferens ait, In hoc ſacramento nō ſoiū gratia, ſed ille a quo eſt oīs gratia, ſumit. Quib⁹ uerbis expreſſit magis eſſe recipere ipſum toti⁹ gratiꝛ fontem, qd in alijs ſacramētis nō ſic corporaliter fit, q̄ recipe gratiam quā oīa ſacramēta p̄ſtant. Magnam ergo gratiam ſacramentum eucharistiæ p̄ſtat, ꝓ qua in futuro donat uitam æternam. Ex q̄bus alia multa oriunt, ut ſancti teſtant, quoꝝ unum aut alterꝝ ſolum citabo. Cyrillus lib. 4. ſup Ioannē ca. 17. ſic ait, Pias queſo cogitationes ſuſcipias, ſtudioſe ſanctēq̄ uiuas, & benedictione participes, q̄ (mihi crede) nō mortem ſo

Cyrillus.

lum,uerũtiã morbos omnes depellit. Sedat enim, quum in nobis maneat Christus, sæuientem membroꝝ nostroꝝ legem,pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit,nec in qbus sumus peccatis considerat,sed ægrotos curat,collisos reintegrat, & sicut bonus pastor, qui animam suam pro ouibꝰ suis posuit,ab omni nos erigit casu. Hæc Cyrillus. Quod autem dixit,nec in qbus sumus peccatis considerat,,ppter peccatà uenialia dixit,de q-
Pſ. 24. Pſal. 8. bus dicitur, Septies in die cadit iustus. Et propter peccata quæ nos latẽt,de quibꝰ etiam alibi dicitur. Ab occultis meis munda me domine. Hoc autẽ ex
Chryſoſtomus præcedentibus quæ in eiusdem lib. cap. eodem refert,constare potest. Beatus Chrysostomus homilia. 45. super Ioan. de hoc sanguine in sacramẽto nobis exhibito ita ait,Hic sanguis effusus uniuersum abluit orbem terrarũ, de quo multa Paulus ad Hebræos prosecutus est. Hic sanguis abdita & sancta sanctoꝝ purgabat. Quòd si eius figura tantam habuit uim in templo Hebreoꝝ, & i media Aegypto liminibus aspersus, longe magis ueritas. Hic sanguis aureum altare significauit. Sine hoc princeps sacerdotum in penetralia ingredi non audebat. Hic sanguis sacerdotes faciebat, hic sanguis in figura peccata purgabat. In qua si tantam habuit uim, si umbram ita mors horruit,quãtopere quæso ipsam formidabit ueritatem? Hic nostraꝝ animaꝝ salus est,hoc lauatur anima,hoc ornat, hoc incendit. hic igne clariorem nostram mentẽ reddit,& auro splẽdidiorem. Huius sanguinis effusio cælum peruium fecit. Admiranda sanè ecclesiæ mysteria,admirabile sacrarium. Ex paradiso fons scaturijt,à quo sensibiles fluuij emanarent. A mensa hac prodijt fons q fluuios spirituales diffundit. Iuxta hunc fontem nõ steriles salices germinant, sed quærcus cælũ ipsum attingentes,q̃ fructus tẽpestiuos & solidos semper

producunt. Si qs æstuat, ad hunc fontē se conferat, & recreabit. Mūdat squalorem & sordes. æstus mitigat, nō solares, sed quos ignitæ sagittæ iprimunt. Etenim ortum suum superne habet, inde radicem unde irrigatur. Multi huius fontis riui, quos paracletus diffundit: & filiꝰ arbiter est, neq; bidente aut ligone uiā facit, sed animos nostros aperit. hic fons lucis, diffundens radios ueritatis. hic supernæ adstiterunt uirtutes, fluctuum eius pulchritudinem inspicientes. Nam manifestius quàm nos illæ propositorum uirtutem & fulgorem iaccessibilem intuentur. Hucusq; Chrysostomus, quem tam prolixè citaui, ut uideant hi hæretici, aut qui eos postmodum sequentur, quantum hic sanctus huic præstantissimo sacramento tribuerit, qui cum multa elegantissimeque dixerit, nec tamen rem absoluit, quoniam id quod laudabat, maius re uera est omni laude.

Nona hæresis, quę etiam sacramēti efficaci uirtuti repugnat. Nam asserit hoc præstantissimum sacramentum, in die cœnæ domini, feria. 5. quinta maioris hebdomadę confectum, esse maioris uirtutis, quàm alio quolibet die consecratum. Huius erroris duces fuerunt Græci, ut testatur Guido carmelita: qui illoꝝ errores recensens, hunc decimooctauo loco collocat, dicitque eos hac occasione nulla alia die anni quàm die cœnæ conficere, confectumque illo die sacramentum per totum annum conseruare, ut inde infirmis ministretur. Hos Græcos secuti sunt Valdenses. Sic enim idē Guido illis impingit, q hunc ait esse nonum illorum errorem, nescio tamen quos authores secutus, qm̄ apud nullū alium ex his qui illoꝝ errores enumerant, inuenio ullam de hac re factam mētionem. Aeneas Syluius libro de origine Bohemorum capite. 35. recensens Valdēsium errores, nihil tale eos dixisse memorat,

Græci.

Valdēses.

alios tñ plures recenſet, quoꝝ nunc̃ꝫ meminit Gui do. Quapropter ut ĩ alĩs, ita etiam hic ualde miror iſtius boni hoís, nec ſcire unc̃ꝫ potui ad cui⁹ exemplar hos errores depinxerit. Hic error manifeſta eſt ĩſania: qm̃ nos ſup uerꝝ panẽ uerba Chriſti ꝓferentes, uere cõficimus corpus Chriſti, quocũcꝫ die id fiat. Nõ enim ſacramentum ex tẽpore pẽdet, ſed ex materia & forma, pane ſcilicet, et Chriſti uerbis debita intentione, platis. Chriſtus enim dicens apoſtolis ſuis, Hoc facite in meam cõmemorationem, nõ dixit ut hac ſola die q̃ per annoꝝ uolumina obueniſſet, hoc ſacramentum cõficerent. Nihil tale dixit, nullam eis temporis legem p̃ſcripſit, ſed abſolutè ait, Hoc facite ĩ meam cõmemorationem. Et beatus Paulus Corinthios edocens, ait ſe tradere illis qđ à dño acceperat. Quale autem ſit illud, ĩter alia ſubiungit, Quotieſcunc̃ꝫ enim manducabitis panẽ hunc, & calicem dñi bibetis, mortem dñi annũciabitis donec ueniat. Nõ dixit, in die anniuerſaria cœnæ dominicæ, ſed ait, quotieſcunc̃ꝫ. Si quocũcꝫ die, quacunc̃ꝫ hora uerba Chriſti debita intentione ſuper panem ꝓferanť, uere cõficiť corpus Chriſti, q̃ ergo fit ut in die cœnæ dñi cõfectum, maiorem uirtutẽm hoc ſacramentum habeat, q̃ alio quocũcꝫ die? Si idem corpus eſt ſub illis panis ſpecieb⁹ quocũcꝫ die cõficiať, ergo quantum ad ſacramentũ ſpectat, eadem erit operatio. In operationib⁹ ſiquidem naturalibus hoc euenit, ut cauſſa inuariata, ſubiectoq; manente uniformi, idem ſemp ſequať effectus. In liberis autem actionib⁹ qualis eſt iſta, uariatio actionis à ſola uoluntatis mutatione oriť. At deus hui⁹ ſacramenti uim & uirtutem nobis exprimens, abſolute dixit, Qui manducat meam carnem, et bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Non dixit, q̃ mãducat me hoc aut illo die, in me manet: ſed abſolute dicens, qui manducat meam carnem,

Luc. 22.

1. Co. 11.

& bibit meum sanguinem: immediate subiūxit, in me manet, & ego in eo. Quod si dierum discrimen statuere uoluisset, addidisset certè, Qui autem manducauerit carnem meam hoc die, plus ex me habebit, aut plus gratię recipiet, q̄ alio quolibet die. Verùm cum nihil tale admonuerit, quid fabulātur insani Græci? Sed nō est mirandum, quia hic est Græcorum genius, ut nunquam nugari desinant, semper in anilibus fabulis fingendis operā cōsumant. Beatus nanq; Cyrillus in libro sexto aduersus Iulianum apostatam refert Solonem hoc cōuicio fuisse à quodam Aegyptio affectum, Vos Græci quando à pueritia aut infantia discedetis? usqueadeo eos pueros ac uanos existimauit.

Decimus error est circa præparationē animi ad huius sacramenti receptionem, asserens hanc præparationem nō oportere fieri per peccatorū suorū discussionem, & eorundem confessionem: nec ullam pœnitentiam requiri, sed solam fidem, qua scilicet credant & cōfidant se gratiam ibi cōsecuturos. Huius tam pestiferi erroris author factus est Martinus Lutherus, neminem in hac re ducē sui erroris habens. quod uix iterum cōtigit ei. Nulla enim est assertio eius ex his uenenosis p Germaniam ab eo diffusis, quæ alium non habuerit authorem ab ecclesia (ut nunc Lutherus est) reiectum, præter hanc quā modo pertractauimus, aut fortè alteram quam cū sua damnatione Luther⁹ inuenit. Quanq; & hanc etiā ex authoritate Cypriani iferius citāda patebit fuisse olim, nec tū impune, sicut eam nūc Lutherus docet. Vt autem clarius insana Lutheri mens pateat, eius uerba subiungam, quæ talia sunt. Magnus error est eorum qui accedūt ad sacramentum eucharistiæ, huic innixi; q̄ sint confessi, quòd nō sint sibi conscij alicuius peccati mortalis, q̄ p̄miserint orationes suas & præparatoria. omnes illi iudiciū sibi

Luthe rus.

manducant & bibunt. Sed si credant & cõfidant se gratiam ibi cõsecuturos, hęc sola fides facit eos puros & dignos. hæc Lutherus. Vt autẽ ostendamus hanc Lutheri assertionem esse hæreticam, cõsidera re prius oportet qd & quale hoc sacramentum sit. Nõne cibus? Certe credo hoc nõ inficiabiẽ Lutherus, qui nõ adeò insanit ut cum Oecolampadio neget ueritatem corporis & sanguinis Christi. Quanquam sic insanire optauerit, anxieq; modum quæsierit quo id faceret, ut ipsemet testaẽ in quadã epistola ad Argentinenses de hac re missa: quam lateor me nõ legisse, præter quoddam eius fragmentum quod dñs eps Roffensis citat in penulti. capite totius operis de ueritate corporis & sanguinis aduersus Oecolampadium. Roffensi autẽ, cum ob eius uitæ candorem maxime fidam cp talia nõ imponeret Luthero: uerba quæ ille ex Luthero citat, hic inserere decreui. Hoc (inquit Lutherus) diffiteri nec possum, nec uolo, cp si Carolstadius, aut alius quispiam ante quinquennium mihi persuadere potuisset in sacramento præter panem & uinum esse nihil, ille magno beneficio me sibi deuinctum reddidisset. grauib9 enim curis anxius in hac excutienda materia multum desudabam. omnib9 neruis extensis me extricare & expedire conatus sum, cum probe perspiciebam hac re papatui cũ primis me ualde incõmodare posse. Hæc Lutherus. Attende obsecro lector quo spiritu Lutherus ducaẽ, qua intentione sacramentoꝝ mysteria perscrutetur, ut sci licet papatui incommodaret. Qui alteri nocere cupit, is certe nõ habet spiritum dei. At q spiritu dei caret, quo spiritu penetrabit adyta sacramentoꝝ, et mysterioꝝ diuinoꝝ? Suo? nequaq̃: qm̃ illa iam mysteria esse desiissent, si noster spiritus inuestigare ac intime perscrutari ea ualeret. Sed iam ad cœptum prius negocium reuocemus orationẽ. Lutherus er

go fatē in eucharistia esse uerū corpus & uerū sanguinem Christi, admittitq; hāc sacratissimā eucharistiā cibū esse, nec tñ solū corporis, qn potius animæ, q; cā nutriat, impinguetq;. Nam hac occasione Paulus Corinthios nō sine stomacho reprehendit, q; nullū huius cibi fecissent discrimen ab alijs q; in solius corporis alimoniā sumunt. At cum nihil nutriatur nisi qd uiuit, oportet ut quisquis hoc sacramentum perceperit, prius uitam habeat, ut eo nutriri possit. Omnis autem q peccat, manet in morte. Omnis ergo q hoc mysterium susceperturus est, eam oportet faciat diligentiam, quæ ut īmunis sit a peccato, est necessaria. Qui autē peccatis fuerat maculatus, nulla postmodum per pœnitentiam expiatione facta, sola fides (ut supra ostendimus, & infra adhuc longius differemus) minime eum emundat. Necessarium est ergo ut qui peccauerit, quoniam deo mortuus est, per pœnitentiam prius uitam recuperet antequam hoc sacramentum recipiat, si illo nutriri atq; impinguari uult, qm̄ hic cibus est uiuorum, & non mortuorum. Præterea beatus Paulus Corinthios reprehendens quòd nullam huius cibi ab alijs differentiam fecissent, docet eos qualiter oporteat eos parari ad huius sacramenti susceptionem, dicens, Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini. Quid quæso est seipsum probare, nisi inquirere uitam suam qualisnā fuerit, disqrere de operib⁹ num iusta fuerint, aut alia qua expiatione digna sit quēadmodum et alibi dixit, Opus autē suū, phet unusqsq;, & sic i semetipso tm̄ gloriam habebit, & nō in altero. Et alibi, Omnia, probate, qd melius est tenete. Probare ergo Paulo est tentare, ingrere, discutere. Præcipit ergo Paulus ut homo seipsum, phet, id est discutiat quid intus ha-

1. Io. 4.

1. co. 11

Gal. 6.

1. the. 5.

beat,qualia sint opa eius, quale ppositum in poste rum. Hæc autẽ discussio aut pbatio nõ ĩ calsum fie ri p̃cipitur,nempe ut si discussione p̃missa ĩ aliquo eũ cõscientia mordeat, abstineat quousq; p pœnitẽ tiam p̃terita peccata diluerit. Sin uerò sufficienti di scussione atq; pbata nullus scrupulus urget, sic de pane illo edat. Quod si nõ ad hunc scopũ examina- tio illa tendit,frustra eã p̃cipit Paulus,si ea nihilo- minus neglecta digne hoc sacramentum sumeret.

1.co. 11 Quod lõge à Pauli sententia esse,ei? sequẽtia uerba declarant. Nam quum dixerat,Probet autem seip- sum homo,& sic de pane illo edat,subiunxit , Qui enim manducat & bibit ĩdigne, iudiciũ sibi mãdu cat & bibit. qbus uerbis exp̃sit illum ĩdigne man ducare, q pri? nõ se pbauerit atq; discusserit. Hanc autem expositionem esse uere germanam literæ,cõ stat ex ipsius Pauli dictis:imo adeo est germana,q̃p nõ potest censeri expositio , cum nil aliud sit q̃ ip- sius Pauli uerba. Cæterum quò res clarius pateat, Theophylactum Pauli optimũ ĩterpretem citabo, q locum illũ Pauli exponens sic ait, Cõsueuit Pau lus cum aliqua de re sibi tractanti, alia opportune differenda ĩcideret,& hanc ipsam transigere, quem admodum impræsentiarũ eum de mensa cœptus sit sermo,de mysticis etiam rebus incidente sermone, & mystica disputat, utpote quẽadmodum sint ne- cessaria,& bonorum omnium caput in eo consiste re patefecit,ut tersa & nitida conscientia ad diuina mysteria concedatur:inquitq́, Neminem tibi in iu dicem proposuerim præter teipsum. Tua itaq; con scientia examinata discussaq́ adito ea mysteria,nõ festis modo profestisque diebus,sed quouis tempo re,cum purum te & dignum cõpereris. Hæc Theo phylactus . Deinde hoc ipsum ualde confirmat , si consideremus rerum ordinem quem Christus ser- uauit quum discipulis suis corpus suũ mãducan- dum præbuit.

dum præbuit. Anteq; enim corpus suum apostolis exhibuisset, legem de esu agni paschalis prius implet uit, & postea discipulorum pedes lauit. Neq; id sine mysterio credendū est eum fecisse, qui aliàs permisit discipulos, ut testatur euangelium, illotis manibus mat. 15
mãducare. Illo nãq; facto designauit, prius animorũ affectus, qui pedibus significãtur, esse purgandos, q̃ quispiam ad hoc tam sublime præsumeret accedere sacramentū. Cuius rei figura pręcessit in Exodo, ubi Exo. 30.
dicit: Et missa aqua lauabũt in ea Aaron & filij eius manus suas ac pedes, q̃ ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & q̃ accessuri sunt ad altare ut offerant in eo thymiama dño, ne forte morianť. Sic etiã uerus sacerdos Christus, secũdum tñ ordinẽ Melchi sedech, adducturus apostolos suos ad uerũ altare, mensam. s. dominicã, in qua corpus suum omni thymiamate preciosius offerendũ erat, prius eorũ pedes lauit, eorum purgauit affectus. propterea dixit, Vos Ioã. 13.
mũdi estis, sed non oẽs. ut intelligeret illam pedum lotionem ad animorũ affectum esse referendam, qua Iudas minime lotus erat, etsi exteriores ei⁹ pedes ue lut oĩum aliorũ apostolorũ Christus lauisset. His de inde peractis, porrigens apostolis corpus & sanguinem suum, admonuit eos, ut quoties hæc essent facturi, memores essent tam imensi atq; magnifici beneficij illis exhibiti. Hoc nempe sermone eos ad mutuã illi exhibendã charitatem excitans, ut. s. hæc agẽtes redamaremus eum qui suã erga nos eximiam dilectionem tanto nobis exhibito beneficio ostẽderit. Post hæc oĩa euangelistę cõmemorant, Iudã, qui parum pio affectu hoc sacramẽtum sumpserat, uitam cum mala morte cõmutasse, ut. s. caueremus nobis ipsis, ne si indigne sumeremus, quid simile nobis cõtingeret, sicut & pluribus alĳs postmodũ accidisse refert Paulus. Nam postq; admonuerat, eũ qui indigne manducasset, & bibisset, iudicium sibi mandu- 1. co. 11.

care & bibere, subiunxit. Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. ac si diceret, qa multi indigne sumpserunt, etiã in hac uita, infirmitate, & repentino interitu puniti sunt. Quid ergo futurum speras in alia, nisi ꝙ multo durius punientẽr? Ad
Leu.21 hæc etiam accedit quod in Leuitico præcipit dñs dicens, Ego dñs. Dic ad eos, & ad posteros eorũ, Ois homo qui accesserit de stirpe uestra ad ea quæ cõsecrata sunt, & quæ obtulerunt filij Israel dño, in quo est immunditia, peribit coram dño. Quod si ad illã furorẽ umbram aut offerendã, aut tangendã, tantam deus exigit munditiã, quãto maiorem credendũ est eum exigere ad sui corporis & sanguinis siue oblationem, siue perceptionẽ? Rursus (ut beati Hieronymi uerbis utar) Ioseph ille iustus, ꝓpterea sindone munda inuolutum in sepulchro nouo corpus dñi sepeliuit, præfigurans corpus dñi accepturos, tam mundam mẽtem debere habere, ꝙ̃ nouã. Quod si præter hæc scripturæ testimonia, aliqua etiam sanctorũ patrum quis desideret, ꝙ ea clarius rem forte explicẽt, ꝙ̃ ut Lutherus possit eludere, ea iam nũc subijcim⁹. Augu. in epistola ad Iulianũ comitem sic ait, Ab his pietas dñi nostri Iesu Christi nos liberet, & seipsum edendũ tribuat, qui dixit, Ego sum panis uiuus, qui de cælo descendi. qui mãducat meã carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam ẽternã in seipso. Sed unusquisq; anteq̃ corpus & sanguinem dñi nostri Iesu Christi accipiat, seipsum ꝓbet: & secundũ apostoli præceptum, sic de pane illo edat, & de calice bibat: quia qui indigne mãducat corpus & sanguinẽ dñi, iudicium sibi manducat & bibit, nõ dijudicans corpus dñi. Qñ enim eum accipere debemus, antea ad cõfessionem & pœnitentiã recurrere debemus, & oẽs actus nostros curiosius discutere, & peccata ob noxia si in nobis senserimus, citò festinemus per cõfessionẽ & ueram pœnitentiã abluere, ne cum Iuda

proditore diabolum intra nos celantes, pereamus. Hæc Aug. Quibus uerbis nihil potest apertius dici ad Lutheri temeritatē conuincendā. Isichius etiam (Ioāne Tritemio authore) Gregorij Naziāzeni quō dam auditor, super. 26. Leuitici, exponens illud, Custodite sabbata mea, & pauete sanctuarium meū, sic ait, Propter quod sanctuariū eius paueamus, ut nec corpus nostrū polluamus, nec ad corpus Christi, in quo est oīs sanctificatio (in ipso enim omnis plenitudo inhabitat diuinitatis) sine subtili dīudicatione nostri temere accedamus, sed prius nosmetipsos, pbemus, reminiscentes eius qui dixit, Quicūq; manducauerit panem aut biberit calicē domini indigne, 1.co.11 reus erit corporis & sanguinis dñi. Probet autē seipsum homo, & sic de pane comedat, & de calice bibat. Qualem probationē dicit? Id est, ut in corde mū do atq; cōscientia, & pœnitentiā eorū quæ olim deliquit, intendenti, participetur sanctis ad ablutionem peccatorū suorū. Hæc Isichius, qui nostrā. i. catholicā apertissime cōfirmat sententiā. Gregorius Nissenus frater Basilij magni in libro de mystica uita Moysi, huic sentētiæ subscribit, ita inquiens, Illud uerō prætermittēdum nullo pacto est, quod posteaquā mare trāsierunt, posteaquā amaritudo aquarū sitienti, uirtute ligni in dulcedinē conuersa est, posteaquā deliciose apud fontes & palmas fuerūt, postea denique q̄ ex lapide biberunt, tunc quæ ab Ægypto uiatica & cibos sibi assumpserunt, penitus eos defecerunt, tunc omni nutrimento quod ab Ægypto ferebant, absumpto, desup sibi defluit cibus uarius simul & simplex. Simplex uisu, atq; unicus. Qualiter uarius? Ad lingulorum cupiditates se uertens. Quid igitur hic discimus? Quod oporteat uidelicet fide, baptismate, labore, omni uirtute, omni euāgelica doctrina mundos purosq; animos nostros facere, ita ut oīno alienigeni mores, & Ægyptiaca uita, uitio. s. oīum

turba,nos deficiat, & demum depurato defecatoq; animo cęlestem cibum esse suscipiendũ,quem nulla nobis ratio agriculturæ artibus produxit,sed panis est absq; semine,absq; aratione, absq; alio humano opere nobis paratus. Hactenus Gregorius ille. Beatus Hiero.in Cõmentarijs sup epi.ad Titum,declarans episcopi uirtutes ita scribit,Si autẽ laicis imperatur ut propter orationẽ abstineant se ab uxorum coitu,quid de epo sentiendum est,qui quotidie pro suis populiq; peccatis illibatas deo oblaturus est uictimas?Relegamus Regũ libros, & inueniemus sacerdotem Abimelech de panibus propositionis noluisse prius dare Dauid & pueris eius, nisi interrogasset utrum mũdi essent pueri a muliere,non utiq; aliena,sed coniuge. Et nisi eos audisset ab heri & nudiustertius uacasse ab opere coniugali,nequaq; panes quos prius negauerat,cõcessisset. Tantum autẽ interest inter ꝓpositionis panes, & corpus Christi, quãtum inter umbram & corpora,inter imaginẽ & ueritatem,inter exẽplaria futuroꝝ & ea ipsa quę per exemplaria præfigurabãtur. Qũo itaq; mãsuetudo, patientia,sobrietas,moderatio, abstinentia lucri,hospitalitas quoq; & benignitas,præcipuè esse debent in epo,& inter cunctos laicos eminẽtia:sic & castitas propria,& (ut ita dixerim) pudicitia sacerdotalis:ut non solum ab opere se imundo abstineat,sed etiã a iactu oculi,& a cogitationis errore,mens christi corpus cõfectura sit libera. Hæc Hiero.qui tamẽ nihil de fide cõmemorat,sed hanc præsupponẽs,uitioꝝ abstinentiã præcipit, & nõ qualẽcũq;,sed ꝺino exactam. Cyprianus itẽ martyr beatissimus, cuius doctrina cũ sanctitate certat, in sermone quinto de lapsis,aduersus hanc insanã Lutheri assertionẽ strenue pugnat,dicẽs, Emersit enim fratres dilectissimi nouum genus cladis.quasi parũ persecutionis procella sęuierit,accessit ad cumulum sub misericordiæ

titulo malum fallens, & blanda pernicies. Contra euangelij uigorẽ, contra dñi ac dei legem, temeritate quorũdam laxatur incautis cõmunicatio, irrita & falsa pax, periculosa dantibus, & nihil accipiẽtibus profutura. Non quærũt sanitatis pœnitentiã, nec uera de satisfactione medicinã. Pœnitentia de peccatoribus exclusa est: grauissimi extremiq; delicti memoria sublata est. Operiũtur morientiũ uulnera, & plaga letalis altis & profundis uisceribus infixa, dissimulato dolore cõtegitur. a diaboli aris reuertentes, ad sanctum dñi sordidis & infectis nidore manib⁹ accedunt. Mortiferos idolorũ cibos adhuc penè ructantes, exhalãtibus nunc etiã scelus suũ faucibus, & cõtagia funesta redolẽtibus, dñi corpus inuadũt, quum occurrat scriptura diuina, & clamet & dicat, Omnis mundus manducabit carnẽ, & anima quæcunq; manducauerit ex carne salutaris sacrificij, qđ est dñi, & immunditia eius super ipsum, & peribit anima illa de populo suo. Apostolus itẽ testetur & dicat, Non potestis calicẽ domini bibere, & calicẽ dæmoniorũ: non potestis mẽsæ domini cõmunicare, & mensæ dæmoniorũ. Idem cõtumacibus & peruicacib⁹ cõminetur & denũciet dicens, Quicunq; ederit panẽ aut biberit calicẽ domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Spretis his omnib⁹ atq; contẽptis, uis infertur corpori eius & sanguini eius. plus modo in dñm manibus atq; ore delinquũt, cũ cum dominũ negauerunt. Ante expiata delicta, ante exomologesin factam criminis, ante purgatam cõscientiam sacrificio & manu sacerdotis, ante offensam placatam indignãtis domini & minantis, pacẽ putant esse, quã quidam uerbis fallacibus uendităt. Non est pax illa, sed bellum. Neq; ecclesiæ iungitur qui ab euãgelio separatur. Quid iniuriã beneficium uocant? Quid impietatem uocabulo pietatis appellant? Quid eis qui flere iugiter, & rogare dñm suum

1. co. 11

1. co. 11

debent,intercepta pœnitentiæ lamentatione cõmunicare se simulant? Hęc sunt huiusmodi lapsis,quod grãdo frugibus, quod turbidum sydus arboribus, quod armẽtis pestilens uastitas,quod nauigãs ęqua tempestas.Solatia æternæ spei adimunt,arborẽ a radice subuertunt, sermone morbido ad letale contagium serpunt,nauem in scopulos,ne in portũ perueniat,illidunt.non concedit pacẽ facilitas ista,sed tollit:nec cõmunicationẽ tribuit, sed impedit ad salutem. Hactenus Cyprianus. Ex quo clare perspicis lector iam alias fuisse qui hanc Lutheri dementiam tutati sint,quos ram acriter beatus Cyprianus insectatur, nec minus facturus nunc, si superstes esset, aduersus Lutherũ.Denicꝙ ut iam finem negocio imponamus,ecclesiastica dogmata etiã Luthero in hac parte repugnant. Nã inter ecclesiastica dogmata per beatum Augustinũ aut per Gennadiũ in unũ uolumen collecta.53.loco tale dogma locatur· Quotidie Eucharistiæ cõmunionem percipere, nec laudo,nec reprehendo. Omnibus tamẽ dominicis diebus cõmunicandũ suadeo & hortor, si tamẽ mens in affectu peccãdi non sit.Nam habentẽ adhuc uolũtatem peccandi,grauari magis dico Eucharistię perceptione q̃ purificari:& idco q̃uis quis peccato mordeatur,peccandi nõ habeat de cætero uolũtatem, & cõmunicaturus satisfaciat lachrymis & orationibus, & confidens de dñi miseratione,qui peccata piæ cõfessioni donare cõsueuit, accedat ad Eucharistiã intrepidus & securus. Sed hoc de illo dico quem capitalia & mortalia peccata non grauant. Nam quem mortalia crimina post baptismum cõmissa premũt, hortor prius publica pœnitentia satisfacere,& ita sacerdotis iudicio recõciliatum cõmunioni sociari,si uult nõ ad iudicium & cõdemnationem sui Eucharistiam percipere. Sed & secreta satisfactione solui mortalia crimina non negamus, sed mutato prius

seculari habitu, & cõfesso religionis studio per uitæ correctionẽ, & iugi imo perpetuo luctu miseram te deo, ita duntaxat, ut contraria pro his quæ pœnitet agat, & eucharistiã omnibus dominicis diebus supplex & submissus usq; ad mortẽ percipiat. Hucusq; ecclesiasticũ dogma: cui cũ Lutherus repugnet, toti ecclesiæ, cuius esse dignoscitur, repugnare cõuincit, atq; ideo meritò hæreticus censetur, & ut talis euitatur. Reiecto ergo uenenoso Lutheri dogmate, salutiferis ecclesiæ traditionibus assentientes, fateamur ei qui non indigne uelit hoc sacramentũ percipere, cõtritionem & cõfessionem esse necessariã. Recepto tamẽ absolutionis sacramento qui accedunt, cognoscentes q; magnus sit is quem suscepturi sunt, dicere eos oportet illud Lucæ, Serui inutiles sumus: qd Luc. 17. facere debuimus fecimus. Post quæ oĩa orare oportet deum, a quo sancta desyderia, recta cõsilia, & iusta sunt opera, ut ipse sibi in anima nostra dignum præparet habitaculũ. sine quo nos nihil ualidũ facere possumus. Aduersus hãc hæresim scribit dñs episcopus Roffensis in eo opere quod aduersus omnes Lutheri errores edidit. Cui rei articulum sui operis quintũdecimum tribuit. A quo præter illam quam proxime citaui Cypriani authoritatẽ, nihil mutuatus sum, reliqua autem sanctorũ utrorum testimonia, quò rem amplius locupletaremus, ex nostro labore contulimus. Quod ideo te lector admonui, ut etiam si hanc nostram epitomen legeris, nõ ideo ab illius lectione abstinendum putes, quòd illic multa quæ te docere possint reperies.

Vndecima de hoc sacramento hęresis est, asserens eos qui aliqbus peccatis fuerint obuoluti, etiã si ad mensam dñicam accedant, & a sacerdote cõsecratũ panẽ recipiant, nõ recipere corpus dñi. Huius hæresis nullũ unq; potui reperire auctorem, q; q; reperio illi nõ defuisse patronũ. Nam Petrus Lõbardus, qui

uulgo Magiſter ſententiarum dictus eſt,in.4.libro ſuarum Sententiarũ,diſt.9.poſtq̃ recenſuit quorũdam ſanctorũ teſtimonia quę huic errori in ſpeciem fauere uidentur,hæc uerba ſubiunxit,Hæc uerba & alia huiuſmodi ubi de ſpirituali mãducatione agit, quidam obtuſo corde legẽtes,erroris caligine inuoluti ſunt,adeo ut p̃ſumpſerint dicere corpus & ſanguinem Chriſti a bonis tantũ ſumi,& non a malis. Hæc Petrus Lõbardus.Ex quibus uerbis patet fuiſſe olim aliquos qui hunc errorem tuerentur.Nec tñ aliquis ex his omnibus qui ſuper Magiſtrũ ſententiarum cõmentarios ediderunt,memorat aliquẽ huius erroris auctorẽ,quod tñ ab eis exigendum erat, cum cõmentandi onus ſuſceperint.Sit quiuis huius erroris author, dum tñ cõſtet eum ſemel fuiſſe aſſertum,neceſſariũ eſt nobis eum expugnare.quod pauci s deo authore abſoluemus. Nã Apoſtolus dicẽs,
1.co.11 Qui mãducat & bibit indigne, iudicium ſibi mãducat:manifeſte aſſerit, quãtũcunq; indignũ poſſe mãducare corpus Chriſti,cuius talis mãducatio ualde ſit illi incõmoda,nẽpe quę iudicium dãnationis illi inferat.Similiter de Iuda proditore cõſtat ex euangelio eum in cœna ultima cũ alijs apoſtolis ſumpſiſſe corpus dominicũ, nec tñ digne, cum iam diabolus
Ioã.13. miſiſſet in cor, ut traderet eũ Iudas. Verũm quoniã audio aliquos id uehemẽter negare,ut apertius rem hanc colligamus, Euangeliſtarũ uerba oportet referre.
mat.26 Matthæus enĩ dominicã cœnam enarrans ſic ait, Veſpere autẽ facto diſcũbebat cum duodecim diſcipulis ſuis:& edentibus illis dixit,Amen dico uobis quia unus ueſtrum me traditurus eſt.Et infra,Cœnantibus autẽ eis,accepit Ieſus panem,& benedixit ac fregit: deditq; diſcipulis ſuis, & ait· Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens, Bibite ex hoc omnes. Ad hũc autem modum ferè omnino eiſdem

uerbis referunt Marcus & Lucas ea quæ ad cœnã ſpectant. Vides hic primo omnes duodecim primũ cœnæ adſtitiſſe, & poſtmodũ nulla prorſus adhuc de Iudæ receſſu ad principes & ſacerdotes mentione facta, ſubditur, Cœnãtibus autem eis, omnibus ſcilicet duodecim, accepit Ieſus panem, deditq; diſcipulis ſuis. quo loco quum nullus excipiatur, intelligendũ eſt omnibus diſcipulis adſtantibus dediſſe, ac ita dediſſe Iudæ. Hoc autem expreſſius conuincitur ex calicis diſtributione, ubi dicitur, Bibite ex hoc omnes. ergo & Iudas bibit, quũ eũ adfuiſſe cõſtet. Quod ſi bibit ex calice, cur non etiam mãducauit panem cum etiam in calice (ut proxime oſtendemus) integra ſit Chriſti ſubſtantia ſicut in pane? Quod ſi adhuc contendas Iudã minime adſtitiſſe, dicaſq; eum cœna facta in qua cũ undecim fuerat, continuo ante corporis cõſecrationẽ abiiſſe ad principes & ſacerdotes, ut de modo proditionis eos cõueniret, & cum eis paciſceretur, atq; ita nec corpus nec ſanguinẽ, quod alij receperant, recepiſſe: hoc ex Ioanne facilè conuincitur. Et ut res ſit apertior, hic conſyderare oportet qualiter Chriſtus (ut Ioannes teſtatur) bis ad cœnam ſederit, ita ut primo cœnam iuxta ritum Iudaicum agnũ paſchalem edendo fecerint: huic cœnæ nullus dubitare poteſt Iudam affuiſſe, quũ teſtentur Matthæus, Marcus, & Lucas, adſtitiſſe duodecim. Hac cœna peracta, ſurgens à cœna, lauit pedes diſcipulorũ, cuius rei ſolus Ioannes meminit. Quod cum alij euangeliſtæ p̃termiſerint, uix poterit qs ab eis edoceri qualiter Chriſtus bis ad cœnam ſederit, quũ continua narratione de cœna pertractent, nullũ prorſus unius ab altera diſcrimẽ ſignantes. Lotis igitur diſcipulorũ pedibus, iterum Chriſtus redijt ad menſam. quod Ioãnes ſatis aperte expreſſit dicens, Poſtq; ergo lauit pedes eorum, accepit ueſtimenta ſua: & cũ recubuiſſet iterũ, dixit

eis,Scitis quid fecerim uobis? Et infra post hæc cõmemorat buccellam datam Iudæ, quum adhuc in mensa essent. Ex quibus uerbis manifestè colligitur Christũ bis ad mensam cœnantem recubuisse, semel anteq̃ discipulorũ pedes lauerat, atq; iterum postq̃ eorũ pedes lauit. Et in hoc secundo mensæ ac cubitu Christus corpus suum discipulis dedit. De prima cœna est quod Matthæus Marcus & Lucas aiunt uespere facto discubuisse cũ duodecim discipulis suis. Ad secundã cœnã post pedũ lotionem facta spectat quod dicunt, Cœnantibus autẽ eis, accepit Iesus panẽ, & benedixit ac fregit, deditq́ discipulis suis, & ait, Accipite & comedite, hoc est corpus meum. In hac autẽ cœna factũ est quod Euangelistæ referunt Christum dixisse, Vnus uestrũ me traditurus est, atq; postmodũ ut innotesceret Ioanni traditorem futurum Iudam, dicunt panem intinctum Iudæ porrexisse. Quòd autem hęc in secunda cœna facta fuerint, in qua suum corpus cõsecrauit, aperte Ioannes & Lucas testantur. Quòd uerò alij euangelistę narrant corporis Christi consecrationẽ postq̃ dixerant Christum dixisse, Vnus uestrũ me traditurus est, hoc est ex cõmuni modo loquendi quo sacræ literę utuntur, ut postq̃ generali locutione aliqua enarrauerint, iterum ad priora quæ restabant clarius differenda redeant. Sic etiã Matthæus, Marcus, & Lucas, de hac cœna differentes sub nomine unius quasi una sit, licet lotio pedũ fuerit interiecta, continua narratione ea quę Christus dixit, subiungunt, scilicet, Vnus uestrum me traditurus est, & quæ sequuntur. At his enarratis, ad cœnæ historiam, ex qua aliqua p̃termissa fuerant, redeuntes subiungunt, Cœnantibus autẽ eis, accepit Iesus panem &c. ita ut ab illo loco quandam historiæ retrocessionẽ factã agnoscas, nõ autem continuationem: quod ex illa coniunctione appolita, uidelicet autẽ,

ſuſpicari licet. Nam ſi profecutio illa eſſet hiſtoriæ, diciſſet, Cœnãtibus eis, accepit Ieſus panẽ. At cum dixerit, cœnãtibus autẽ eis, credendũ eſt hiſtoriam ad prꝛterita quæ dicenda reſtabant redire. Hęc autẽ ideo diſſerui, ut inde appareat Iudã uſq; ad ultimã cœnam, ſiue uſq; ad finem cœnę manſiſſe cum alĩs undecim. Quo fit ut ſi Iudas affuerit, manducauerit etiam corpus domini, & biberit eius ſanguinẽ, p̃cipuè cum Chriſtus dixerit, Bibite ex eo omnes. mar. 14 Et Marcus ita illos feciſſe quemadmodum dominus prꝛceperat, teſtatur dicens, Biberunt ex eo omnes. Huic autem ſententię Lucas apertiſſime fauet: Luc. 22 qui poſtq; uerba conſecrationis calicis dixerat, ſtatim ſubiungit· Verumtamen ecce manus tradentis me, mecũ eſt in menſa. Ex quibus uerbis ſatis patet Iudam fuiſſe p̃ſentem cum Chriſtus conſecrauit calicem, & tradidit diſcipulis. Et cũ Marcus dicat, biberunt ex eo omnes, conuincitur etiam Iudam bibiſſe. Ne autẽ hęc ex noſtro cerebro dicta uideãtur, ſacros producã authores, quibus in hac parte ſubſcripſi. Theophylactus ſuper illud Matth. 26. Cœnantibus autẽ eis, accepit Ieſus panẽ, ſic ait, Appoſuit autẽ ueſcentibus, ut oſtenderet crudelitatẽ Iudæ, quia in menſa & cõmunione ciboꝝ illius, quãdo etſi fera fuiſſet, manſuetiorẽ ſe exhibuiſſet, tunc neq; quĩ argueretur intellexit, ſed & corpus illius guſtans non pœnituit. Hæc Theophylactus. Et Chryſoſtomus in homilia de proditione Iudæ, in eandem ſubſcribit ſententiam dicens, Fuit quidem aliquando paſcha Iudaicũ, ſed exemptũ & euacuatum eſt paſchæ ſpiritalis aduentu, quod Chriſtus tradidit. Nã cum mãducarent (inquit) & biberent, accepit panẽ, & fregit, & dixit, Hoc eſt corpus meũ quod pro uobis tradetur. Agnoſcũt quod loquor, qui diuinis ſunt conſecrati myſterĩs. Et iterum accepit calicẽ, & dixit, Hic eſt ſanguis meus qui pro

multis effundetur in remissionem peccatorũ. Et præsens Iudas erat ista Christo dicẽte, Iste est sanguis, dic Iuda, quẽ triginta denarijs uẽdidisti. Iste est sanguis, de quo ante cũ Pharisæis pacta feciſti. O Christi misericordia, O Iudę dementia. Ille eum triginta denarijs paciscebatur ut uẽderet, & Christus ei sanguinem quẽ uendidit offerebat, ut haberet remissionem peccatorum. Hęc Chrysostomus, qui expresse asserit Iudã mensę dominicæ adsedisse, Christumq; illi sanguinem suũ tribuisse. Augustinus autem tot locis hanc sententiam repetit, ut nesciam quẽ illorũ cæteris pferam. nam omnes in medium afferre non patitur cõpendij ratio, quam tenere decreui. Super Ioannem tractatu. 50. sic ait, Talis erat Iudas, & tamen cum sanctis discipulis intrabat, & exibat. Ad ipsam cœnam dominicam pariter accessit. Conuersari cũ eis potuit, eos inquinare nõ potuit. De uno pane & Petrus accepit, & Iudas: & tamẽ quę pars fidelis cum infideli? Petrus enim accepit ad uitam, Iudas ad mortẽ. Quomodo enim ille odor bonus, sic ille cibus bonus. Sicut ergo odor bonus, ita & cibus bonus, bonos uiuificat, malos mortificat. Qui enim manducauerit & biberit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Hęc Augustinus. Quibus uerbis nihil potest expressius pro nostra sentẽtia dici. Ex his ergo doctoribus simul cũ euangelij litera, constat Iudam sumpsisse corpus & sanguinẽ domini. At cum hoc sumpsit, iam diabolus (ut est
Ioã. 13. apud Ioannem) miserat in cor eius ut dominũ suũ atq; magistrum uenderet. Colligitur ergo manifeste, eum qui indigne ad mensam dominicã accedit, uerũ Christi corpus accipere, quãuis nihil illi prosit, immo quãmaxime obsit, non ipsius panis natura, sed ipsius accipientis uitio. & hoc est quod sub alijs uerbis recentiores theologi dixerunt, scilicet q talis indignus quãuis manducet sacramẽtaliter,

non tamen spiritualiter, quia corpus manducatum quantumcunq; sit bonũ, ex accipientis malitia illi obest. Sæpe enim cõperimus quæ ualde bona sunt, alijs ob suam malitiam obesse. Nam si rei bonitas sufficeret accipienti, frustra dominus p̃cepisset dicens, Quod iustum est iuste exequeris. Pro huius ergo rei confirmatione superfluum erit quicquam superaddere, quum satis ex dictis nostrum propositum constet. Deu. 16

Vltima (quod sciam) de hac re hæresis est quę asserit necessariò sub utraq; specie scilicet panis & uini esse cõmunicandum, ita q; qui sub una specie tantum cõmunicat, etiam si laicus sit, peccat, quoniam (ut aiunt) contra p̃ceptum Christi agit, qui p̃cepit sub utraq; specie cõmunicare. Huius hæresis auctores primi fuerunt Græci, hos postmodum sequuti sunt Bohemi, in sua adhuc damnatione manentes, atq; occasione hac à Romanæ ecclesiæ obedientia hucusq; diuisi. Nec tamen hunc errorem uelut cæteros Bohemoꝝ, Ioannes Huss eoꝝ propheta suscitauit. Nam post inceptam huius Ioannis dementiam paulocq; progressam (ut Aeneas Syluius in libro de origine Bohemoꝝ cap. 35. testatur) attulit Bohemiã hanc nouam pestẽ quidã Petrus Dresensis Germanus, qui à suis cognitus q; Valdẽsium lepra fuisset infectus, patria pulsus est, indeq; fugiens, Pragam Bohemiæ ciuitatem uelut hæreticoꝝ asylum petijt. In qua tunc ciuitate Iacobellus quidam Misnẽsis, moribus perinde ac literis clarus, curã tenebat populi, sua p̃dicatione edocendi. Hunc Petrus cũ conuenisset, mirari se ait hominẽ doctum simul ac sanctum, qui populi instruendi onus suscepisset, non animaduertisse errorem cõmunionis Eucharistiæ, qui iampridem ecclesiam pessundasset, in qua sub una tantũ specie dominicum corpus populo ministratur, cũ apud Ioannem sub duplici specie panis

Græci. Bohemi.

Petrus Dresensis.

Iacobellus.

Ioā.6. uiniq; ſumi iubeatur, dicente domino, Niſi mandu caueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam in uobis. Cōmotus his Iacobellus præfatus, cū perquiſitis ueteſtis ſanctorū codicibus, cōmunionem calicis aliquādo uſitatam plenecq; laudatā inueniſſet, populum admonet ne deinceps cōmunionē calicis, ſine qua ſaluari nemo poſſet, negligeret. Huic cæteri qui iam in Bohemia aderant hæretici conſenſerunt, nō modicum læti q̄ ſententiam aliquā inueniſſent in ſacro ut aiebant euangelio fundatā, per quā Romanæ ſedis uel ignorātia uel nequitia argui poſſet. Hoc peſtiferum dogma poſt centū & eo amplius annos ſequutus Lutherus, totam penè Germaniam hoc infecit errore, in qua iam laici ut ſacerdotes ſub utraq; ſpecie cōmunicant, dānationē (ut aiunt) ni ita fecerint, incurſuri. Vt autē omnibus pateat q̄ mordicus hoc dogma Lutherus teneat, eius uerba referā. Is enim cum aliàs ſanam doctrinā p̄dicaſſet, poſtmodū bene actorū pœnitens, in hęc uerba prorupit·Hunc articulum reuocaui libro de captiuitate Babylonica, & iterum his ſcriptis reuoco, & dico Bohemos & Gręcos in hac parte nec hęreticos, nec ſchiſmaticos ſed chriſtianiſſimos & euāgeliciſſimos eſſe, quos & his uerbis oro & obteſtor in domino, ut in ea ſententia firmiter permaneant, cum pro ſe habeant expreſſum textū euangelij, & longæuū apud Græcos in hunc diem ſeruatum catholicum uſum eccleſiæ. Nec moueantur tyranni illius Romani & Antichriſti uaſtatorijs & impijs decretis, quibus alterā partem ſacramenti per uim abſtulit ijs qbus Chriſtus ipſe donauit. Hæc Lutherus. Pro huius erroris confutatione hoc primum ſtatuere oportet, totū Chriſtum ſub qualibet huius ſacramenti ſpecie integre contineri, quoniam ex hoc tota ferme huius cauſæ uirtus pēdet. Hoc autē ex eo maxime conuincitur,

quod ait Apostolus, Christus iam nō moriē, mors illi ultra nō dominabit. At si sub specie panis cor- Rom. 6
pus esset exangue, oporteret necessario ut esset etiā inanimatū, atq; cadauer, q̄ anima corpus exangue minime uegetare potest. Corpus autē cū semel assumptū à diuinitate, nunc̄q; postea fuerit ab ea reiectum, fieret inde ut quoties panis consecraretur, toties Christus ibi uelut in sepulchro mortuus iaceret, totiesq; corpus eius nouū cadauer fieret. ut autē hæc nō fiant, erit necessario concedendū sub specie panis corpus Christi esse animatū, atq; ideo sangui ne uegetatū. Quod cū à diuinitate nunc̄q; sit separatum, totū etiam Christū in duabus naturis ibidem esse fateri oportebit. Perinde etiā de sanguine dicendum est. nam quū eum pro nobis semel iam in ara crucis effusum, i resurrectione sua Christus resumpserit, nunc̄q; iterum eum fusurus, conuincitur inde etiam nunc̄q; sanguinem uerum illius integre alicubi esse sine eius corpore uero. Quòd si sub specie uini solus sanguis maneret, toties sanguinem fundi oporteret, quoties uinum consecraretur, q̄ ui consecrationis sanguis ibidē constitutus, à corpore tunc separaretur. Vt autem hæc fugiamus, erit sine ulla hæsitatione concedendum in sacramento Eucharistiæ sub utraq; specie panis. s. & uini totum Christum integre contineri. Et licet hoc de continentia uerum sit, non tamen perinde est de significatione. Nam c̄uis sub illis panis speciebus totus integer Christus lateat, non tamen totum Christū species illę significant, sed solum corpus illud pro nobis in ara crucis oblatū, quū iam. s. exangue erat, sanguine in uniuersum à corpore separato. Ad eundē modum species uini etsi totum integrum Christū contineant, non tamen aliud significant c̄q; sanguinem illum effusum quum à corpore esset separatus. nec tamen eum esse separatum significant, qm̄ falsum

esset signum, sed eum solum significant, qualiter solus erat quum separatus erat à corpore, ita ut significatio non ad separationẽ, sed ad sanguinem referatur. Secundum pro nostri id est catholici dogmatis confirmatione iaciendum fundamentũ est, gratiam quæ in hoc sacramento confertur, non tam cõferri uirtute signi, cq; uirtute signati. Nõ enim illæ species panis aut uini quæ exterius patent, tales sunt quæ ex se animã uiuificent, quæ hominẽ in electoꝝ sortem resuscitare ualeant, aut quæ nos in deo esse efficiant, & deum in nobis: sed hæc omnia fiunt uirtute carnis, quę propter inhabitantẽ in ea uitam, nempe diuinitatem, uiuificatrix esse cẽsetur. Ex his duobus tertium iam clare consurgit, nihil. s. plus gratię conferri uirtute sacramenti ei qui duplicẽ speciem sumpserit, panis. s. & uini, cq; qui tantum unam. Nã quum exceptis speciebus quæ gratiam nequaquã conferre possunt, tantum sumat, nempe totũ Christum integre, qui unã sumit speciem, sicut qui ambas, nõ est cur plus gratiæ accipiat uirtute sacramẽti hic cq; ille, pcipue cum unicum sit sacramentũ, & non duo, cuius duę sint species, aut duo signa. Quũ ergo hæc ita se habeant, cõstat nihil gratiæ laicis deperire propter alteram, id est uini subtractam speciem. Post hæc omnia quartum addendũ censui, ut quadrata structura consurgat, nullum esse datum à Christo pceptum de manducatione Eucharistiæ sub utraq; specie. Nam quod in primis adducunt ex Ioannis sexto, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis: admittimus quidẽ, atq; extensis (ut aiunt) brachijs amplectimur illa uerba de corporali atq; uisibili esu Eucharistiæ esse intelligẽda. Neq; mihi placet quod Gaspar Sagerus uir alioqui doctus & catholicus pro fide aduersus Lutherum strenue decertans ait, hæc uerba de spirituali esu,

qui

qui per fidem & charitatem fit, esse intelligēda. motus illis uerbis quæ postmodū in eodē capite Christus subiunxit, Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicq̄. uerba quæ locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Ex quibus uerbis ille colligit uerba illa de spirituali esu esse intelligenda. Verum hæc nō ita se habent, ut patet legenti Theophylactum, Cyrillum, Chrysostomum, Augustinū, qui omnes in expositione super Ioannem fatentur illa ad corporalem & uisibilem manducationē esse referenda. Et istorū omnium dicta superius hæresi quarta recē sumus. Quod autē subditur, Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicq̄: sic exponunt Theophylactus & Cyrillus, id est caro ista quā dixi uiuificaturam eum qui illam sumpserit, suapte natura hoc efficere non ualebit, tamen hoc efficiet propter inhabitantē in ea spiritum filij dei. nam hic spiritus est qui uere uiuificat, caro autē sola nihil prodesse poterat, sed propter coniunctionem cum uerbo, ad altiorē quandā dignitatem eleuata est, ut uiuificatrix esse possit. Quemadmodū enim si alicui liquori mel infundas ac misceas, totū liquorē dulcem facit, eamq́ illi tribuit proprietatem, quā alias nō habebat: sic diuinū uerbū carni unitum, qñ uerbum uita est, carnē ipsam etiam uiuificatricē fecit: atq́ ideo caro ex se nō prodest quicq̄, sed à spiritu habet ut uiuificare possit. Quod uero dixit, Verba quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt, huc tendit, q̄ uiderat Iudæos murmurare credētes Christum eis p̄cepisse ut more ferarū carnē humanam ederent, sanguinemq́ biberent: atque ideo eos reprehendens de carnali illa suorū uerborū intelligētia, edocet eos mysterium quoddam latere, uerbaq́ sua sic esse intelligenda, nō q̄ crederent corpus suū dentibus atterendum, sed sub sacramento manducandū. Dicimus ergo atq́ fatemur uerba illa. s. Ni-

si manducaueritis carnē filij hominis &c. de corporali esu esse intelligēda, nec tamē admittimus Christum illis uerbis nobis p̄cepisse ut Eucharistiā sub duplici specie acciperemus. Nulla nāq; in illis uerbis specierum panis aut uini fit mentio; sed solum de signatis scilicet carne & sanguine, quæ sub illis signis continentur. Non enim dixit, Nisi manducaueritis carnem filij hominis sub specie panis, & biberitis eius sanguinē sub specie uini, non habebitis uitam in uobis. Nō sic dixit, sed sic, Nisi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. At cū diximus sub specie panis corpus contineri simul etiā & sanguinem, fit, ut qui Eucharistiam sub specie panis sumit, carnē manducet, sanguinemq; bibat, cū sanguinis sumptio uere potus dicatur, sicut & carnis acceptio dicitur manducatio. Nec tamen hac occasione sat erit sacerdoti conficienti unam sine altera speciem sumere: qm̄ sacerdos conficiens & cōsecrans, ipsum summū sacerdotem Iesum Christum repr̄sentat, qui pro nobis corpus & sanguinem suū in ara crucis obtulit, sicut ipse Christus expressit di-
Luc. 22 cens, Hoc facite in meam cōmemorationē. Quid est dicere, hoc facite, nisi, hoc conficite, hoc consecrate?

* Scio tamen aliquos ex ipsis hæreticis esse qui hoc apertissime negant, imo irridēt talē interpretationem, quum dicimus, hoc facite, ualere tantum ac si dixisset, consecrate. Nam quidam Ioannes Riuius atthendorienſis in quadam epistola de cōmunione sub utraq; specie, hanc interpretationem irridet, sic inquiens: Nam quum apud euangelistam legatur, τοῦτο ποιεῖτε, non poterit, Hoc facite, pro sacrificate, accipi. Nam hanc plane græca uox interpretationem respuit. Hæc ille. Non erat opus ut ueram literæ interpretationem agnosceremus, literam græcam citarē, quæ nihil prorsus hac in parte à latina dis-

sentit, neque interpretationem nostram (ut Ioannes Riuius ait) magis q̃ latina litera respuit. Nõ enim sumus tam rudes, aut latini sermonis, uel græci tam ignari, ut putemus hoc uerbum facio, aut hoc uerbum græcum ποιῶ, illi respondens, significare ex sua institutione idem quod consecrare, aut sacrificare. Verum etsi hoc ita se habeat, tamen quia solemne est, & apud doctissimos uiros sæpe usurpatum, ut nomen aut uerbum generale accõmodetur ad particulares illius species, hinc euenit ut sæpe illius significatio uarietur, iuxta uarietatem particularis materiæ de qua fit sermo. Hoc autem uerbum, facio, aut græcum illi respondens uidelicet ποιῶ, generale uerbum est, ad omnem efficientiæ modum explicandum. Nam qui legit, aut scribit, aut pingit, aut cantat, aut bibit, aut saltat, aliquid facere dicitur. Proinde si quis uno saltu transiliret aquæ torrentem, & postea diceret alijs, Facite uos hoc, nullus negabit per illa uerba illum præcipere alijs, ut similiter transilirent torrentẽ. Siquis etiam pictor peritus coram discipulis pingens diceret postea discipulis suis, Facite hoc, omnes audientes intelligerent, magistrum præcepisse discipulis, ut aliud simile pingerent. Et tamen hoc uerbum facere, nec pingere, nec saltare significat ex sua propria & adequata significatione, quanuis omnia illa signo quodam generali significet. Ad eundem prorsus modum accipienda sunt uerba Christi, quum ait: Hoc facite in meam commemorationem. Illis enim uerbis præcepit Apostolis, ut quod illum fecisse uiderant, ipsi postmodum facerent. At Christus panem in manus suas acceperat, benedixerat, consecrauerat, consecratumq; eisdem Apostolis distribuerat. Dicens ergo Apostolis, Hoc facite, præcepit illis, ut panem accipientes similiter benedicerent, consecrarent, consecratumq; populo trade-

rent. Non est ergo absurda (ut Ioannes Riuius ait) sed germana literæ interpretatio, quum illa uerba Christi, Hoc facite, per ista uerba, consecrate, sacrificate, explicamus. Illis nanq; uerbis potestatem consecrandi illis dedit. tunc enim à Christo ordinati sunt sacerdotes, eis adiungente ut in suæ passionis commemorationem hoc facerent. quod expressius dixit Paulus, Hic calix nouum testamentum
1.co.11 est in meo sanguine. Hoc facite quotiescunq; bibetis, in meam commemorationem. Si facere hic pro consecrare ponitur, quod ad solos sacerdotes (ut alias disseremus) spectat: constat solis sacerdotibus dictum esse, ut quotiescunq; bibunt, in sui cõmemorationem faciant. Cuius autem rei esset futura cõmemoratio, uerba subiuncta manifestant. Quotiescunq; enim (inquit) manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec ueniat. Memoriam ergo dominicæ mortis sacerdos in altari agit, non autem ille qui à sacerdote recipit: quapropter sacerdos hac lege deuinctus est, ut quotiescunq; celebret, nec panem sine uino consecret, nec unam speciem sine altera sumat: quoniam etsi sub qualibet specie totus integer Christus lateat, non tamen quælibet species totum Christũ significat aut repræsentat, sed species panis solam carnem significat, species uini solum sanguinem repræsentat, eiusq; solius memoriam gerit. Quo fit ut si solum panem consecraret, aut solum panem consecratum sumeret, solius oblationis memoriam faceret qua Christus obtulit suum corpus, nulla autem tunc memoria fieret sanguinis effusi, atque pro nobis à Christo oblati, quòd species panis etsi sanguinem contineat, non tamen sanguinem repræsentat, aut eius memoriam facit. Ad hunc eundem modum si solum uinum consecraretur, aut illud consecratum solum sumeretur,

solius sanguinis oblati atque effusi, & non corporis memoria fieret. At cum sacerdotes consecrantes, in memoriam dominicæ mortis quam pro nobis tulit, consecrare teneantur, colligitur inde ut sub utraq; specie id facere obligentur, quum neutra absque altera perfectam Christi oblationem repræsentet: quod Christus innuit cum post panis & uini consecrationem dixit, Hoc facite in meam Luc. 22
commemorationem. Quidnam est hoc quod facturi sunt in tuam commemorationem? Hoc inquam totum quod ego proxime coram uobis feci. Verum cum recipienti de manu alterius consecrantis, nihil tale præcipiatur ut in memoriam dominicæ oblationis sumat, nunquam is qui de manu alterius sumit, siue laicus ille sit, siue sacerdos, tenetur in eandem memoriam sic sumere ut unam sine altera non sumat. Illi enim simul non agunt aliquid circa sacramentum, atque ideo eis non dictum est, Hoc facite in meam commemorationem. Neque eis etiam dicitur, Bibite ex eo omnes, sed solum ijs quibus dabatur, nempe Apostolis, qui omnium futuroꝝ sacerdotum personas gerebant, quibus in Apostolis hoc sacramentum in memoriam Christi conficere præcipiebatur. His ergo solis dicitur, Bibite ex eo omnes. nisi forte dicatur illa uerba ad omnes Christianos esse referenda, omnesq; Christianos (ut Lutherus ait) esse sacerdotes. Verum de his alias longius disputabimus. Quod uero ex hoc colligunt Eucharistiam esse sumendam sub utraque specie, quòd Christus sub utraque specie discipulis suis illam dedit, inepte quidem colligunt. Nam si ex omnibus Christi factis in hoc sacramento (omitto alia eius facta) esset sumendum argumentum ad sic necessariò faciendum, Græci conficientes infermentato, licite non conficerent, quum ut superius sub hoc ti-

tulo ostendimus, Christus in azymo confecerit: eos tamen licite sic posse conficere diximus. Praeterea non liceret ieiuno stomacho recipere Eucharistiam, quum Christus discipulis suis non ieiunis, quinimo cœnatis corpus suum dederit. Deinde nec liceret in calice aquam uino miscere, quoniam etsi Christus propter suam sobrietatem ita fecisse credatur, Euangelistæ tamen nihil tale commemorant. At hi contra quos nunc agimus, nihil recipere uolunt quod non sit in sacris literis expressum: quo fit ut aquam uino miscere non debeant, quia nullus Euangelistarum expressit Christum in calice sancto aquam uino miscuisse. Vides iam satis (ut existimo) quàm futile sit argumentum inde colligere nos esse obligatos ad prębendum laicis Eucharistiam sub utraque specie, quòd Christus sic porrexit Apostolis. Omitto quorundam responsionem, assignantium discrimen, quòd Apostoli ordinati sunt sacerdotes à Christo per illa uerba, Hoc facite in meam commemorationem. De his enim uerbis non constat Christum facta consecratione immediate ea dixisse antequam Eucharistiam sub utraque specie Apostolis dedit, uel post. Quòd si prius dixit quàm dederit, constat eum sacerdotibus dedisse. Si uero uerba illa Christus post datam illis Eucharistiam dixit, manifestum est illum non sacerdotibus tunc dedisse. Quod mihi ex literæ decursu magis probatur. Nec tamẽ ideo (ut diximus) argumentũ est efficax ut sic nos facere obligemur. Quòd si alicui negocio illud argumentum deseruire potest, huic certe erit, ut credamus non esse contra euangelicam institutionem, Eucharistiam sub utraq; specie alijs etiam laicis porrigere, quod firmissime fatemur. * Nam olim per multa secula sic apud omnes catholicos usitatum esse, ex multorum sanctorum scripturis didicimus. Sother papa

qui tertiusdecimus a beato Petro, summus eccleſiæ pontifex fuit, ſic ait, In cœna Domini à quibuſdam perceptio Euchariſtiæ negligitur, quæ quoniam eadem die ab omnibus fidelibus (exceptis his quibus pro grauiſſimis criminibus inhibitum eſt) percipienda ſit, eccleſiaſticus uſus demonſtrat: cum etiam pœnitentes eadem die ad percipienda corporis & ſanguinis dominicę ſacramenta reconcilientur. Hæc Sother papa. Quæ uerba habentur, de Conſecrat. Diſtinct. 2. Cap. In cœna. Cyprianus martyr Sothere pluſquam uno ſeculo poſterior, de eadem re teſtimonium reddit, qui in ſermone de lapſis loquens de quadam puella a dæmone obſeſſa, quæ ad ipſum Cyprianum diuina celebrantem myſteria, adducta fuerat, hæc ait: Vbi uero ſolemnibus adimpletis calicem diaconus offerre præſentibus cœpit, & accipientibus cæteris locus eius aduenit, faciem ſuam paruula inſtincta diuinæ maieſtatis auertere, os labijs obturantibus premere, calicem recuſare. Perſtitit tamen diaconus, & reluctanti licet, de ſacramento calicis infudit. Tunc ſequitur ſingultus, & uomitus. In corpore atque ore uiolato Euchariſtia permanere non potuit. Sanctificatus in domini ſanguine potus de pollutis uiſceribus erupit, tanta eſt poteſtas domini, tanta maieſtas. Hæc Cyprianus. Auguſtinus Cypriano poſterior huius eccleſiaſtici uſus teſtimonium reddit, ſic inquiens: Quum frangitur hoſtia, dum ſanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quàm dominici corporis in cruce immolatio eiuſque ſanguinis de latere effuſio deſignatur? Hæ Auguſtinus. Et habentur, De Conſecrat. Diſtinct. 2. in cap. Quum frangitur. Hanc cõſuetudinem fuiſſe adhuc in eccleſia tempore beati Gregorij papæ, conſtat ex his quæ ille in quadam homilia paſchali refert. Sic enim ad popu-

lum loquens. ait· Quid sit sanguis agni, non iam audiendo, sed bibendo didicistis: qui sanguis super utrunque postem ponitur, quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. Hæc Gregorius, & habentur, De consecrat. Distinct. 2. in cap. Quid sit.) Et huius rei aliquando in ecclesia catholica factæ, historia tripartita meminit. In huius nanque historiæ cap. tricesimo libri noni, unus ex ꝟs tribus authoribus ex quorum fragmentis cōsarcinatis tripartitę nomen accepit, nempe Theodoritus, enarrans uerba beati Ambrosii quibus Theodosium excommunicauit propter immensam crudelitatem quam Thessalonicæ exercuerat, & qualiter eum ab ingressu templi prohibuit, sic ait, Quibus igitur oculis aspicies communis domini templum? Quibus calcabis pedibus sanctum illius pauimentum? Quomodo manus extendes, de quibus sanguis adhuc stillat iniustus? Quomodo huiusmodi manibus suscipies sanctum domini corpus? Qua temeritate ore tuo poculum sanguinis precioſi percipies, quando furore uerborum tuorum tantus iniuste est sanguis effusus? Recede igitur, recede, nec altero peccato priora crimina augere contendas. Hæc ibi. Ex quibus uerbis duo annotanda sunt. Primum est, olim laicis Eucharistiam dari in manus: quod cum ex alīs historiīs, tum etiam ex hoc loco colligitur. Sic enim dixit, Quomodo huiusmodi manibus suscipies sanctum domini corpus? Secundum est, Laicos sub specie uini Eucharistiam tunc recipere. postꝯ enim de susceptione corporis dixerat, subdidit, Qua temeritate ore tuo poculum sanguinis precioſi percipies? Nisi forte quis dicat Theodoritum hunc prȩsentis historiæ auctorem Græcum fuisse, atque ob id eam more suo narrasse, qꝑ grȩcis (ut diximus) mos sit Eucharistiam sub utraque specie sumere.

Hoc colligitur ex eis aliquãdo factum fuisse, quod tamen ecclesia re postmodum bene circũspecta dele uit, nec imerito, cum ad hoc faciendũ nec authoritas nec causa illi deesset. Causæ quidẽ ad id tollendum plurimæ subsunt. Prima, numerosa fidelium multitudo indies crescens, propter quã cõmunicãdam periculũ erat effusionis sanguinis, quod in præcedente tẽpore propter populi paucitatem nõ adeo timẽdum erat. Altera huic proxima, delatio uini ad loca distantiora pro cõmunicandis infirmis, quo casu timendum ualde erat ne inopinato deferentis lapsu sanguis effunderetur. *Nam ob aliam similẽ causam, cum olim cõmunio sub utraq; specie laicis daretur, sanguinẽ domini a diacono fuisse fusum, in uita sancti Donati epi & martyris legitur, ubi hæc uerba habentur. Cumq; die quadã missam celebrasset populo, & de corpore Christi uenerabiliter recreareẽ, diaconus sanguinẽ sacrum populo tradens cecidit, & sanctũ calicem cõminuit. Hæc ibi. Deinde ne uinũ pro infirmis cõseruatum uertatur in acetum, quod plurimum cõtingere solet. *Quarta ratio est, qp apud plerasq; gẽtium nationes magna est uini raritas, ob quã difficillimum esset, & aliquãdo impossibile ut sub uini specie totus populus cõmunicaret: quoniã uinum deesset quod tantæ multitudini sufficeret. Et quod præ his oĩbus magis curãdum erat, ne. s. hoĩes hac occasione in eum ducerentur errorẽ, ut crederent sub utraq; Eucharistiæ specie non æque totum Christũ contineri, sicut de quibusdam, nẽpe Nestorianis, dicitur in hũc errorẽ lapsos fuisse. Quo fieret, ut cum laboranti in extremis speciem uini propter quasdã urgentes causas subtraheretur, suspicaretur se non integre cõmunicatũ. Causæ ergo suppetunt, eæque non cõtemnendæ. nec authoritas defuit. Nam si ex hoc qp Christus cõmunicauit semel discipulis sub utraq; specie, fatemur il-

Cau'æ tollendæ cõmunionis sub utraq; specie.
Prima
Secũda
*
Tertia
*
Quarta.
Nestoriani.

lud licite fieri posse, si ecclesia non prohiberet: ergo si ostendamus Christum in una tantũ specie eucharistiam aliquãdo discipulis cõmunicasse, fateri etiã oportebit hoc ipsum etiã licere, Eucharistiam uidelicet sub una tantũ specie populo cõmunicare, præcipue quũ constet de Apostolis post Christum alias
Lu.24 id factitasse. De Christo patet. Nam Lucas enarrãs historiam discipulorũ euntium in castellũ quod dicitur Emaus, quibus Christus resurgens factus est obuiam, ait, Et factũ est dum recũberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorũ, & cognouerũt eum, & ipse euanuit ex oculis eorũ. Hunc autẽ panem fuisse Eucharistiã ex eo cõstare potest, quod dicit, benedixit, ac fregit. nunq̃ enim aliter cõsecratio illa in euãgelio, nec in epistolis Pauli noĩatur, nisi benedictio. Et cognouerũt eum in tractione panis, quippe q̃ uiderint modum obseruantẽ quem in cœna ultima tenuerat quũ apostolis suum corpus porrigebat. Verum ne ista hic dicta nostræ fallaci suspitioni imputentur, grauissimos authores hic sentientes citabo. Theophylactus itaq̃ hunc Lucæ locũ exponẽs ait, Et quãdo permittit, tunc aperiuntur oculi eorũ, & agnoscũt eum. Insinuatur & aliud quiddã, nẽpe q̃ oculi eorũ qui benedictum panem assumant, aperiuntur ut agnoscant illum. Magnã enim & indicibilẽ uim habet caro dñi. Hæc Theophylactus. Hoc etiam testatur Augu. in. iĳ. lib. de cõsensu euangelistarum, sic inquiens, Non incõgruenter accepimus hoc impedimentũ in oculis eorũ a Satana factũ fuisse, ne agnosceretur Iesus, sed tamẽ a Christo facta est permissio usq̃ ad sacramẽtum panis, ut unitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, ut Christus posset agnosci. Hęc Aug. Huius sententiæ est Chryso. homilia. 17. super Matth. atq̃ idem asserit Beda super Lucam. Quorũ

uerba ut prolixitatem fugerem, in medium afferre contẽpsi. Cum ergo Christus tunc sacramentũ dedit, panem solum Lucas cõmemorat dedisse, nullã uini faciens mentionẽ. Esto Christus tunc corpus suum non dederit, qm̃ de hac re nihil definire uolo: Apostoli tamẽ hoc idem usurparunt. Nam in Actis Apostolorũ dicitur de his qui conuersi fuerant per Petri prædicationẽ, q̃ erant perseuerantes in doctrina Apostolorũ, & cõmunicatione & fractione panis, & orationibus. Vides hic nullã uini factã mentionem. Et alibi in eodẽ libro dicitur, Vna autẽ sabbati cum cõueniſſemus in craſtinum ad frangendũ panem, Paulus disputabat cum eis profecturus in craſtinum. Neq; hic aliqua de uino facta est mẽtio. Si ergo Christus semel discipulis suis in una tãtum specie cõmunicauit: si apostoli alĳs etiã in una tantum specie sæpe cõmunicarunt, cõuincitur, minime ex Christi præcepto Christianos oẽs obligari ad sumendum sub utraq; specie. Adde q̃ in Ioãnis. 6. ca. in quo de hoc sacramẽto fit mentio, sæpe fit memoria panis, nunq̃ autẽ memoria uini. Nã etsi de sãguine fiat mentio, non tñ ut sub specie uini sumendus est. Deinde una earũ petitionũ quæ in oratione dñica memorantur apud Matthæũ, est de hoc sacramento sub his uerbis, Panem nostrũ supersubstantialẽ da nobis hodie. in qua nulla de specie uini fit mentio. Prætereo figuras huius sacramenti, quę cũ multæ sint, rarissimę tñ in specie uini, sed oẽs ferè in specie cibi p̃cesserunt, ut de mãna, & agno paschali, & panibus propositionis. Quod autẽ in Genesi dicitur, Melchisedech panẽ & uinum obtulisse, figura quidẽ fuit huius sacramenti sub utraq; specie, nõ tñ in plebeio hoĩe, sed in uero dei sacerdote: quoniã intelligendũ est, non q̃ illa obtulerit Abrahæ. Nam ut ista porrigerentur Abrahæ, non erat necessarius Christi sacerdos. Sed q̃ illa obtulit Deo, gratias ei

Act. 2.

Act. 20

Mat. 6

Ge. 14.

reddens pro uictoria quã Abraham de inimicis habuerat. Cum ergo tot testimonijs cõprobetur nullum esse de hac re diuinum præceptũ, ut omnes uidelicet Christiani sub duplici specie Eucharistiã sumant: quid prohibet ecclesiam statuere ut laici ad unam tantũ speciem arctentur, præcipue cum ad id statuendũ tot urgentes causæ subsint, & nullũ inde incõmodũ sequatur? Est ergo cõstantissime fatendũ ecclesię usum hactenꝰ obseruatũ de cõmunione sub una tantũ specie laicis pꝰstanda, sacris literis minime diffórmẽ, quinímo iustum uereq; catholicũ esse. Quapropter Græci, Bohemi, & Lutherani oppositum asserentes, hęretici censendi sunt, ac uelut tales euitãdi. Sed neq; in his amplius iam remorari decet lectorẽ, cum a pluribus concilijs fuerit iam hęc causa definita. Cõcilium nãq; Cõstantiense sessione. 13. per hæc uerba definit. Et sicut hęc cõsuetudo ad euitandũ aliqua pericula & scãdala rationabiliter introducta, quod licet in primitiua ecclesia huiusmodi sacramentum reciperetur a fidelibus sub utraq; specie, postea a cõficientibus sub utraq; specie, & a laicis tantũmodo sub specie panis suscipiatur, cum firmissime credendũ sit, & nullatenus dubitãdum, integrum Christi corpus & sanguinẽ tam sub specie panis q̃ sub specie uini ueraciter cõtineri, unde cum huiusmodi cõsuetudo ab ecclesia & sanctis patribus rationabiliter introducta, & diutissime obseruata sit, habenda est pro lege, quã non licet reprobare, aut sine ecclesiæ authoritate pro libito mutare. Quapropter dicere ꝙ hanc consuetudinẽ aut legem obseruare, sit sacrilegum aut illicitũ, cẽseri debet erroneum, & pertinaciter asserentes oppositum præmissorum, tanquã hæretici arcendi sunt, & grauiter puniendi per diocesanos locorꝫ. Hæc concilij Constantien. Et cõcilium Basilien. in quo longius hæc res cum Bohemis disputata est, hanc eandẽ pręConcilũ Cõstãtien.

Concilũ Basilienſe.

fati concilij̃ ſententiam ſeſſione trigeſima cõfirmat.
*Siquis autem a me petat, qñ cõmunio ſub utraq; * ſpecie inter laicos deſierit, ego (ut ingenue loquar) ignoro, Nam, etſi in re hac inueſtiganda omnẽ adhi buerim diligentiã, apud nullum tñ ſcriptorẽ potui huius rei inuenire initium, neq; ullã ante cõcilium Conſtãtienſe inuenio de hac re eccleſiæ definitionẽ. Credere igit̃ par eſt ex cõmuni fidelium populorũ & orthodoxorũ præſulum tacito cõſenſu, receptam eſſe ſub una tantum ſpecie cõmunionẽ: Quãdo aũt primum inceperit, mihi non cõſtat.) Contra hanc) hæreſim ſcripſit olim (ut Ioãnes Tritemius teſtatur) quidã Ioãnes Hagen Carthuſienſis. Poſtea hoc noſtro tẽpore multi ſcripſiſſe feruntur, e quibus uidi Gaſparum Sagerũ in ſuo ſcrutinio diuinæ ſcripturæ, & epiſcopũ Roffenſem, qui in eo opere quod cõtra oẽs Lutheri errores edidit, unum de hac re integrum fecit articulũ: & Iodocum Clichthoueũ in eo cõpendio quod fecit ueritatũ in concilio Senonenſi definitarum. Albertus Pighius in lib. cõtrouerſiarũ ratis ponæ habitarũ, controuerſia ſeptima.

BVNVCHVS.

FVit quædam nõ minus crudelis & temeraria, q̃ erronea ſententia quorũdam dicentiũ eſſe neceſſariũ ad deo bene ſeruiendũ, ut quiſq; caſtratus & eunuchus ſit. Hnius hæreſis authores (ut Augu. lib. de hæreſibus cap. 37. ait) fuerunt quidam nominati Valeſii, qui non ſolũ ſeipſos, ſed etiã eos quos hoſpi tio recipiebant, caſtrabant, credentes ſic deo ſe debe re ſeruire. Hic error ſatis aperte cõuincitur per id, q̃ unum ex legis præceptis eſt, ut neminẽ occidamus. Quo præcepto nõ ſolum prohibetur (ut ipſamet ue ritas expoſuit) occiſio, ſed oĩs res quæ ad illam quo quo modo tendit. Nam ſicut in præceptis affirmatiuis non ſolum præcipiuntur res illic expreſſę, ſed illis præceptis etiã mandantur res illæ ſine quibus

Valeſii

Mat. 5

aliæ non possunt haberi: ita in præceptis negatiuis, hoc est in ꝓhibitionibus, non solũ prohibentur illæ res ibidẽ expressæ, sed etiam interdicuntur aliæ oẽs res quæ ad illas maxime impellunt, & latam uiam aperiunt. At certũ est eum qui castratur, adeo periclitari, ut tunc maxime dubia sit eius uita. Vidi enĩ egoipse quẽdam castrari a chirurgo, ut uel sic morbum alioqui incurabilẽ depelleret, qui tñ ex ea sola occasione mortuꝰ est. Cum ergo tam periculosum sit castrare aliquem, ut uerisimiliter de morte illius agatur, cũ castrandus est, conuincitur inde ut talis castratio eodẽ prẽcepto sit prohibita, quo ꝓhibetur hois occisio. Nec erit unquã licita, nisi causa salutis adipiscendę, quã alia faciliori uia assequi nõ posset.

mat.19 Præterea si necessarium esset ut oẽs castrarentur, cõ iugia perirent, quæ deus approbauit, præcipiens ut nullus dimittat uxorẽ suam, excepta causa fornica

mat.19 tionis. Et Paulus iubet uirũ reddere debitũ uxori,

1.co.7 ut uidelicet inuicẽ non fraudent. At qũo uir castratus poterit uxori debitũ persoluere, cũ talis debiti solutio nõ alio modo fiat, qꝫ per carnalẽ coitũ? Rursum, si oporteret oẽs uiros castrare, citissime humanum genus finiret, non ex dei p̃cepto & uoluntate, sed ob defectum ꝓpagationis. Sed huic sentẽtię obuiat p̃ceptum dñi dicentis, Crescite & multiplicamini. Quod prẽceptũ in mundi exordio, ꝓpter generis humani multiplicationẽ obligauit oẽs, nunc autem cũ iam sit satis propagatũ, & late diffusum, nõ obligat, nisi necessitas urgeret, ut si forte humanum genus esset ex aliqbus calamitatibus ad tantã paucitatem redactũ, ut necesse esset ad eius cõseruationem hoies misceri mulieribus. Eo enim casu instante, tunc præceptum illud de multiplicatione speciei humanæ, uires suas resumeret, & æquè obligaret sicut a principio institutionis humanæ. Nã hac sola

Gen.19 ratione filię Loth coeuntes cum patre excusantur a

peccato inceſtus, quia uidelicet credebant poſt incē dium Sodomæ & Gomorræ oēs hoſes perīſſe, neq; alium præter earū patrem ſuperſtitē eſſe. Tantam enim ſancti uiri putarunt eſſe illius p̄cepti uim, ut etiam ad patris cum filia concubitū extendi exiſtiment, ppter uitandā generis humani deletionē. Beatus ſiqdem Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſes cap. 51. de filiabus Loth loquens, ſic ait, Illæ quidē filiæ ſecundū ſimplicitatē & innocentiā putantes uniuerſos hoſes perīſſe, quemadmodum & Sodomitæ, & uniuerſam terrā iracundiam dei ſuperueniſſe, dicebant hæc. Quapropter & ipſæ excuſabiles ſunt, arbitrātes ſe ſolas relictas cum patre ſuo ad cōſeruationem generis humani, & ppter hoc circūueniebāt patrem. Hęc Irenæus martyr. Eidē ſubſcribit Origenes, qui homilia. 5. ſuper Geñ. ait, Quāuis grāde eis crimen uideretur furari cōcubitum patris, grauior eis tñ uidebatur impietas ſi humanæ (ut putabant) poſteritatis ſpem ſeruata caſtitate delerent. Propter hoc ergo cōſilium ineunt, minore (ut ego arbitror) culpa, ſpe tamen argumentoq; maiore. patris mœſtitiam uel rigorē uino molliunt & ſoluunt. Singulis ingreſſæ noctibus, ſingulæ ſuſcipiunt ab ignorā te cōceptum. Vltrà non repetunt, non requirūt. Vbi hic libidinis culpa? Vbi inceſti crimen arguit? Quo modo dabitur uitio, quod nō iteratur in facto. Hæc Origenes. Tamen beatus Auguſtinus lib. 22. cōtra Fauſtum, cap. 43. aliquā illis fœminis culpā tribuit, dicens, Et potius quidem nunquam eſſe matres, q̄ſ ſic uti patre debuerūt. Sed quāuis illas peccaſſe cenſeat Auguſtinus, tamen illas ualde excuſat, quia uidelicet non ardore libidinis motæ, ſed ſolum propter conſeruationem humani generis fecerunt, credentes humanū genus tunc perire ſi ipſæ patre ſuo non uterentur. Et hoc quidem pro noſtro teſtimonio ſatis eſt: quoniam ſi illa uoluntas conſeruandi

genus humanum per coitum bona non esset ex se, nullo modo potuisset illas a tanta malitia liberare, quantam illis incestus talis conflare potuisset. Eucherius Lugdunensis episcopus libro. 2. super Genesim, Origenis sententiã tuetur, & eisdem uerbis quibus Origenes, nec uno mutato uerbo. Accedit mat. 19 ad hæc, quod dominus in euangelio non cõmendauit natos eunuchos ex utero matris suæ, nec eunuchos qui facti sunt ab hominibus, sed eos cõmendauit eunuchos qui se castrauerũt propter regnum cœlorum. Hæc autẽ castratio non sic est accipiẽda, ꝙ membra uirilia resecentur: quoniã si tales eunuchos Christus laudasset, eadẽ ratione etiã laudasset illos qui ab utero matris nati fuissent eunuchi, aut qui ab hominibus facti sunt eunuchi, quod non fecit. Præterea illo mõdo etli opus uenereum omnino abigatur, non tamẽ tollitur illius operis mala uolũtas, quæ maxime uitanda erat: cum ab ea omnis bonitas aut malitia exterioris opis pendeat. Noui ego hominem a quo membrum uirile ob urgentẽ infirmitatem fuerat abscisum, qui tamẽ (ut ipse postea fatebatur) uehementẽ carnis pruritum patiebatur, & sæpe dolebat se non posse exequi quod caro cõcupiscebat. Quid ergo illi proderat castratũ fuisse? Certe parum proderat animæ suæ saluti, cum libidinis ardor carnem ureret, & praua uoluntas intra secreta animæ adhuc latitaret. Abeant ergo Valesii, & animas suas a praua uoluntate castrent, & corpora intacta relinquant.

EXCOMMVNICATIO.

QVi semel hostem alicuius se declarauit, quacunq; re potest, nocere illi procurat, & oẽm illius potestatẽ minuere, & funditus si potest, tollere conat. Quod in Vuitclefuistis & Hussitis & Lutheranis facile est agnoscere: quoniam hi omnes, uelut uiperarum genimina, matris suę ecclesię uiscera

rodere

rodere nunq; cessant: & cū in ea p baptismum fuerint nati, ab ea per hæresim exūtes, illā occidere uolunt, omnem ab illa potestatē auferentes. Inter alia ergo quę ab ecclesia separare nituntur, est potestas excōmunicandi. Dicit enim Vuitcleſ, excōmunicationē à papa aut quocunq; alio prælato īflictam, non esse timendam, qa est censura (ut dicit) Antichristi. Et Ioannes Husſ asserit clerum suppeditare laicos per excōmunicationem & alias cēsuras. Lutherus autem muros Hierico iam destructæ reædificare tētans, ait excōmunicationem nō solum non esse timendam, sed cum gaudio recipiendā & procurandam. Vt ergo istorum ora obstruamus, ex sacris literis ostendamus ecclesiam habere potestatem excōmunicandi: deinde enarrabimus incōmoda quæ excommunicatio eueniunt propter solam excōmunicationem, ut uel sic agnoscat Lutherus quātum sit timēda. Potestatem excōmunicādi tribuit Christus ecclesiæ cum apud Matthæum ait, Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solū. Si te audierit, lucratus eris fratrē tuū. Si autē te non audierit, adhibe tecū adhuc unū uel duos, ut ī ore duoꝝ uel trium testiū stet omne uerbū. Quod si nō audierit eos, dic ecclesiæ. Si autē ecclesiā nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Quid autē est dicere, sit tibi sicut ethnicus? Idē certe est ac si dixisset, nullam prorsus cū eo habeto cōmunionem, qm̄ cōmunio cū infidelibus est christianis interdicta. Vnde Paulus ait, Quæ pars fideli cum infideli? Et beatus Ioānes in sua secūda epistola ait, Si qs uenit ad uos, & hāc doctrinā nō habet, nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi Aue, cōmunicat operibus eius malignis. Ecce p̄dixi uobis, ut in die dñi non cōfundamini. Quod ergo fuit populo Israël Chananæus, hoc est homini christiano homo īfidelis. Cū

Vuitcleſ.

Ioan. Husſs.

Lutherus.

mat. 18

2. co. 6.

2. Io. 1.

ergo dixit, sit tibi sicut ethnicus: idem est ac si dixisset cum illo nō esse cōmunicandum. Vt autem sententiam ecclesiæ excōmunicantis aliquem, ratam & firmam esse nullus dubitaret, addit, Amen dico uobis, quæcūq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcūq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis. Quę uerba exponens beatus Hieronymus in cōmentarijs super Matthęum, ait, Quia dixerat, si autem ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, & poterat contē ptoris fratris hæc occulta esse responsio, uel tacita cogitatio, si me despicis, & ego te despicio: si tu me condemnas, & mea sententia cōdemnaberis: potestatem tribuit Apostolis, ut sciant qui à talib⁹ condemnant, humanam sententiam diuina sentētia roborari: & quodcūq; ligatū fuerit in terra, ligari pariter & in cœlo. Hęc Hieronymus. Vides hic Hieronymum tribuentem ecclesiæ potestatem excōmunicandi, & hoc nō ex suo cerebro (quemadmodum hæretici faciunt) sed ex uerbis euangelij. quæ de illa potestate cēset esse intelligēda. Hieronymus cōsentit Chrysostomus, qui exponens illa Matthæi uerba, ait, Vide qualiter duplicib⁹ colligauit necessitatibus, & pœna quæ hic est, scilicet proiectione ab ecclesia: Sit tibi sicut ethnicus & publicanus. & supplicio futuro, qd' est esse ligatū in cœlo. Hæc Chrysostomus. Christianus Druthmarus sup Matthęū idem dicit, & ferè eisdem uerbis qbus Hieronym⁹, ideo nō fuit opus ea repetere, sed satis est indicasse lectori. Eandē etiā sententiam docet Vrbanus papa & martyr in epistola de cōmuni uita & oblatione fidelium. In ea enim epist. postēp inhibuit ne ecclesiæ facultates caperent in altos usus cōuertendę, & cuicūq; diripienti excōmunicationē minatus, ne talem excommunicationem aliquis utilipēderet, ait, Quod autem sedes episcopor⁹ in ecclesiis excelsæ

mat. 18

constitutæ & præparatæ inueniuntur ut thronus, speculationem, & potestatem iudicãdi & soluendi atq; ligandi à dño sibi datam materiam docent. unde ipse Saluator in euangelio ait, Quæcunq; ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo. Et quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Et alibi, Accipite spiritum sanctum, quoꝝ remiseritis peccata, remittuntur eis: & quoꝝ retinueritis, retenta sunt. Ideo ista prætulimus charissimi, ut intelligatis potestatem episcoporꝝ uestroꝝ, in eisq; dominum uereremini, & eos ut animas uestras diligatis, & quibus illi nõ communicat, non communicetis, & quod eiecerint, nõ recipiatis. Hæc Vrbanus papa & martyr, cuius epistola habet in eo uolumine in quo sunt omnium conciliorum decreta coaceruata. Hos autẽ doctores citaui, ut uideat Lutherus qualiter illum euangelĩ locum sacri doctores sint interpretati, ex illo colligẽres, ecclesiam habere potestatem excõmunicandi. Verum etsi talem potestatem prælati ecclesiastici habeant: non tñ debent illam temere & pro leuissima culpa infligere: qm̃ cum sit acerbissima punitio, nullus ea pœna debet plecti. nisi p crimine letali, nec pro quolibet tali, sed (ut patet ex cõtextu literꝝ euãgelicæ) pro solo illo cui est admixta pertinacia. Vnde Leo papa huius noĩs primus in epist. ad ep̃os p Viennensem prouinciã cõstitutos, quę est. 67. sic ait, Nulli Christianoꝝ facilè cõmunio deneget, nec ad indignãtis fiat hoc arbitrium sacerdotis, quod in magni reatus ultionem inuitus & dolens quodammodo debet animus uindicantis. Cognouimus enim pro cõmissis & leuibus uerbis quosdam à gratia communionis exclusos, & animam pro qua Christi sanguis effusus est, irrogatione tam sęui supplicĩ sauciatam, & inermem quodammodo exutãq; omni munimine, diabolicis incursibus ut facilè caperetur obiectam

mat. 18 Ioã 20

Certe siquando causa talis emerserit, ut pro commissi criminis qualitate aliquem iuste faciat cõmunione priuari, is tantum pœnæ subdendus est, quẽ reatus inuoluit, nec particeps esse supplicij, q consors non docetur commissi. Hæc Leo papa. Ex cuius uerbis multa sunt quæ postmodũ annotabuntur. Quod autem nostro proposito seruit, est, excõmunicationem non esse irrogandam alicui nisi pro culpa, eaq; graui. Prius enim quàm aliquis excommunicetur, discutienda est criminis qualitas. quod si in eo crimine inuentus fuerit, corrigendus est, & omnibus uiis ad pœnitentiã inducendus. Et si monitiones contemnens pœnitere noluerit, nec ad rectum tramitem redire, tunc merito excõmunicandus erit, ut uel sic cõfusus & erubescens resipiscat. Nam hic est unus finis propter quẽ aliqs excõmunicari debet, ppter suã, excõmunicati uidelicet, uti
1. co. 5. litatem. Vnde beatus Paulus de Corinthio illo loquens q cũ nouerca sua coibat, sic ait, Iudicaui tradere huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die dñi nostri Iesu Christi. Vides qualiter traditur Satanæ, ut scilicet spiri-
1. Ti. 1. tus saluus sit. Et in priore ad Timotheum epistola dicẽs aliquos circa fidẽ naufragiũ passos esse, subdit, Ex quib? est Hymeneus & Alexãder, quos tradidi Satanæ, ut discãt nõ blasphemare. Et in poste-
2. the. 3 riore ad Thes. epist. ait, Quòd siqs nõ obedit uerbo nostro per epistolã, hũc notate, & ne cõmisceamini cum illo, ut confundat. Primo ergo p excõmunicationem ,pspicitur ipsius excõmunicati utilitati, ut uidelicet cũ uiderit se à cõmunione fideliũ electũ, uel sic confusus pœniteat male actorum. Sepissime nãq; cõpertum est ut excõmunicatione aliqs coactus, emendet quæ prius male gesserat. Cuius rei cum plurima possint afferri exempla, illud omniũ maximum est quod narratur 9. lib. historiæ tripar-

titæ cap.30.de Theodosio imperatore,q ob crudelē multoꝝ hominū cædem Thessalonicæ illius iussu factam,ab Ambrosio Mediolanēsi eṗo excōmunicatus est,& ab ingressu ecclesiæ prohibitus. Hanc excōmunicationem imperator patienter tolerans, eò q̄ iuste sibi inflictā cognouit:octo cōtinuis mensibus ab ingressu ecclesię abstinuit,domiq; manēs, fletibus & gemitibus pœnitētiam pessimi scelerisagebat,ueniamq; à domino postulabat.quod Ambrosius plene cognoscēs, post illos octo menses ecclesiæ cōmunionem illi dedit. Propter hoc autē factum nunquam imperator fuit aduersus Ambrosium etiam alīs iritantibus indignatus:immo postea de hac re Ambrosium Constantinopoli laudauit.Multum certe profuit Theodosio excommunicatio illa, quæ illum ad peccati sui cognitionem adduxit,& illiꝰ pœnitentiā agere coegit. Felix enim est necessitas quæ nos ad meliora perducit.Et propter hanc causam uocaī excōmunicatio medicinalis,quia finis eius est mederi peccatori morbo peccati laboranti.Erit nanq; medicinalis excōmunicatio,si eā nō cōtempserit, sed potius confusionē suā ąspiciens,emendet quę male prius egerat.Si autem cōtemnens excōmunicationem,pœnitere negligat, tunc excōmunicatio nō est illi medicinalis,sed letalis.Verū etsi letalis sit,nō tamen propter hoc excō municatio reuocanda est, qm̄ excōmunicans non solū consulit utilitati ipsius excōmunicati, sed etiā incolumitati totiꝰ reliquæ cōmunionis.Quia enim unū pecus morbidum inficit omne pecus:ideo pecus infectum sequestraī, ne reliquas attactu suo inficiat oues.Nec ꝓpter hoc pastor iudicaī crudelis, sed pius:immo crudelis & secors & ignauus esset censendus,si hoc non faceret. Vnde B. Ambrosius lib.2.de offic.cap.27.sic ait, Cum dolore amputatur etiam quę putruit pars corporis,& diu tracta-

tur si potest sanari medicamentis. si non potest, tūc à medico bono abscindit. Sic episcopi affectus bonus est, ut optet sanare infirmos, serpētia auferre ulcera, adurere aliqua, nō abscindere, postremo qđ sanari non potest, cum dolore abscindere. Hæc Ambrosius. Nō ergo (ut Lutherus objcit) crudelis est censendꝛ mater ecclesia eò q̄ filium suum tam sæuo supplicio punit, quia ad filij utilitatē facit, quā si filius contempserit, consulit incolumitati aliorꝝ, quia uidelicet mauult, & rectè, unū perdere, q̄ omnes. Ex his ergo omnibus satis patet ecclesiam habere potestatem excōmunicandi, & in quos, & ꝓpter quem finem talis excommunicatio est exercēda. Prater hæc omnia ad eandem rem confirmandam, nō paruum, immo maximum pondus habet totius uniuersalis ecclesiæ antiqua cōsuetudo, quæ per scripta & decreta summorꝝ pontificum & sanctorum & doctissimorū cognoscitur. Deinde plurium conciliorꝝ decreta hodie extant, quibus dicitur, Siqs tale aut tale fecerit, excōmunicet, aut priuetur cōmunione, aut anathema sit: qđ idē est. Postremo in cōcilij Constantiensis sessione octaua cō demnantur 45. assertiones Ioannis Vuitclef, quarū una est hæc. Nullus prælatus debet aliquem excōmunicare, nisi prius sciat eum esse excommunicatum à deo: & qui sic excōmunicat, est hæreticus ex hoc, uel excōmunicatus. Et alia assertio eius ita habet, Excōmunicatio papæ & cuiuscūq; prælati nō est timenda, quia est censura Antichristi. quæ ꝓpositiones cū alijs eiusdem una sup omnes lata sentētia damnatæ sunt. Nunc ergo opus est ut ostendamus q̄ sint huiusmodi excōmunicationis effectus, ut Lutherus agnoscat illā nō esse (ut ait) optandā, sed maxime fugiendā. Primo ergo excōmunicatus tradit Satanæ, ut ab eo facilius & liberius torqueatur. Nam etsi propter peccatum ante excōmunica-

Concilij Cōstantiē se.

tionē iam sit in dæmonis potestate, quia seruus dæmonis per peccatum est factus: tñ per excōmunicationem maiorem in eo habet dæmon potestatem, ut facilius pro sua libidine illum torquere possit. Ante excōmunicationē enim etsi per peccatū charitatem amiserat, quapropter Christo non est uitaciter coniunctus: non tñ ab eo est prorsus separatus: qñ per fidem nōnullam habet unionem: quemadmodum membrum aridum carens uita, quod corpori per neruos & pellem coniungitur, & aliquantulo fouetur corporis calore. Et propter hāc fidem & coniunctionem particeps est orationem cōmunium quæ ab ecclesia fiūt. Et propterea dæmon nō tantam potestatem in eum habet ut pro sua libidine illū uexet, qñ restitit uirtus reliquorū membrorum quibus est per fidem coniunctus. Post excommunicationē uerò destituit hoc auxilio, & à corpore magis separat, & sic dæmon potest eum facilius ꝯp antea torquere. Certū enim est ꝙ is qui in sordibus est (ut est in Apocalypsi) sordescere potest adhuc: quemadmodū qui iustus est, iustificari potest adhuc. Ita q in dæmonis erat potestate, potest adhuc magis illius potestati subdi. Ioannes siquidem refert dæmonem intrasse in Iudā post acceptā buccellam panis, & tñ ante acceptā buccellā iam diabolus erat in eo, qa Ioannes antea dixerat ꝙ diabolus miserat in cor Iudæ ut traderet Christum. Ecce diabolus qui iam Iudam possederat, iterum intrat in eum, maiorem in eū accipiens potestatē. Sic etiā est in excōmunicato, q per peccatū ante excōmunicationē iā erat possessus à dæmone, seruus eius effectus: post excōmunicationē uero maiorē in eū dæmon accepit potestatē. Non enim iā fouet à corpore ut antea, quia nec iam bonorū ecclesiæ est particeps, nec illi prosunt cōmunes ecclesiæ orationes, nec ꝙ illo publicas & solēnes preces fundere licet.

apo. 22

Ioā. 13.

Cuius rei hoc manifestum est testimonium, q̃ cum in die parasceues ecclesia oret pro omnibus, etiam pro Paganis, pro solis tñ excõmunicatis qui publice denũciati sunt, nõ orat. Quod si talibus auxilijs destituitur excõmunicatus, uerosimile est ut maiorem in eum dæmon habeat potestatem q̃ ante excõmunicationem, etiã si in peccato fuisset. Hoc autem testimonio Pauli comprobatur. Nam certum
1. Co. 5. est Corinthium illum q patris uxorem acceperat, tunc possessum esse à diabolo, tñ Paulus iudicauit illum tradere Satanæ. Et de Alexãdro & Hymeneo
1. Ti. 1. qui à uera fide errauerant, testatur se illos tradidisse Satanæ. Vnde clare patet Paulum tradidisse Satanæ eos qui iam à diabolo possessi erãt. Sed si ab eo possidebant, quomodo illos tradit dæmoni, et cur? Certe q possidebant, nõ prorsus sub illius ditione erant, & ideo tradit ut magis sint illi subiecti, & liberius illos possit torquere. Vt autẽ clarius pateat hæc ueritas, & hanc esse uerborũ Pauli sententiam, aliquorũ sanctorũ testimonia proferam. Pro qua re maxime facit illud quod supra ex epistola. 67. Leonis papę citauimus. Eius postrema uerba sunt hęc. Cognouimus enim pro cõmissis & leuib⁹ uerbis quosdam a gratia cõmunionis exclusos, & animã pro qua Christi sanguis effusus est, irrogatiõe tam sæui supplicij sauciatam, & inermem quodãmodo, exutamq; omni munimine diabolicis incursib⁹ ut facile caperetur obiectam. Hęc Leo. Quibus uerba etsi reprehendat eos q temere excõmunicationẽ inferunt, tñ satis aperte declarat hunc quem diximꝰ excõmunicationis effectum. Beatus Aug. in lib. de uerbis Apostoli sermone 68. eandem docet sententiam, sic dicẽs · Omnis christianus dilectissimi qui à sacerdotibus excõmunicatur, Satanæ tradit. Quo modo? quia scilicet extra ecclesiã diabolus est, sicut in ecclesia Christus: ac p hoc quasi diabolo tradit,

qui ab ecclesiastica cōmunione remouet. Vnde illos quos tūc Apostolus Satanæ esse traditos prædicat, excōmunicatos à se esse demonstrat. Hęc Augustinus. Et beatus Ambrosius exponens illud qđ de Alexādro & Hymeneo Apostolus ait, uidelicet, Quos tradidi Satanæ ut discant non blasphemare, ita dicit. Traditio autem hæc est, qa cōmotus Apostolus blasphemijs eorꝝ, sentētiam protulit in eos. Diabolus autem q ad hoc paratus est, ut auersos à deo accipiat in potestatem, audita sentētia corripit eos, ut intelligerent hac causa se pœnis astringi, qa blasphemauerant. Hæc Ambrosius. Eandem sentētiam docet Origenes, q in homilia secunda super librum Iudicū ita ait, Non solum p Apostolos suos deus tradidit delinquētes in manus inimicorꝝ, sed & per eos qui ecclesiæ præsident, & potestatem habent nō solū soluendi, sed & ligandi, tradūtur peccatores in interitum carnis, cum pro delictis suis à corpore Christi separātur. Hæc Origenes. Quę uerba in uolumine Decretorꝝ, causa undecima, quæstione tertia, in capitulo, Audi, sub nomine Hieronymi uitiose citant, qm̄ præter id qđ Hieronymus super lib. Iudicū nō scripsit, illa uerba iuxta eundē literæ ordinem prout ibi sub inscriptione Hieronymi ponunt, habent in homilia. 2. Origenis super librū Iudicum. Sed ad scopum nostrum redeamus. Hanc sententiam docet etiā Antherus papa & martyr, qui in epistola ad episcopos prouinciæ Beticæ & Toletanæ ita ait, Veteri qdem lege habet, quicunq; sacerdotibus nō obtēperasset, aut extra castra positus lapidabatur à populo, aut gladio ceruice subiecta cōtemptum expiabat cruore. Nūc uero inobediens spirituali animaduersione truncat, & eiectus ab ecclesia rabido dæmonū ore discerpit. Hæc Antherus papa. Cuius doctrinam martyriū pro Christo susceptū maxime cōmendat. Lutherus tñ pro

fui erroris(quem ipse putat ueram fidem)cõfirmatione,martyrium subire maxime reformidat,quoniam intra Saxoniæ angustias sic se continet,ut inde exire non audeat,non putãs se alibi fore tutum. His omnibus assentit beatus Vrbanus papa etiam & martyr in illa epistola superius citata quę est de communi uita fidelium. Is enim pontifex sanctus prohibens ne bona ecclesiæ in alios usus conuertãtur,ita ait,Hæc fratres ualde cauenda sunt & timẽda, quia res ecclesiæ non quasi propriæ,sed ut communes & domino oblatæ, cum summo timore nõ in alios q̃ in prę fatos usus sunt fideliter dispensandæ, ne sacrilegij reatum incurrant qui eas inde abstrahunt ubi traditę sunt,ne pœnam & mortẽ Ananiæ & Sapphiræ incurrant,&(quod peius est)anathema maranatha fiant,& si non corpore, ut Ananias & Sapphira ceciderunt,anima tamen,quæ potior est corpore, mortua et alienata à consortio fidelium cadãt,& in profundum barathri labãtur. Hęc Vrbanus papa & martyr. Quibus uerbis dicit excommunicationẽ esse peiorẽ morte. Quid ergo Lutherus dicere audet excommunicationẽ non esse timendam? Nunquid non omnes à natura habẽt ut mortem horreant,& formidẽt? Multo ergo magis erit horrenda & formidãda excommunicatio,quæ peior est morte. Ex his etiam conuincit falsum esse quod Lutherus ait excommunicationẽ esse pœnã præcise externam, quia cum excommunicatus (ut iam satis euicimus)tradatur Satanæ,ab illo uexandus,& omni munimine destitutus dæmonis incursibus obijciatur, & illius anima magis à dæmone possideatur q̃ ante excõmunicationem: colligit inde excõmunicationem esse etiam pœnam internã. Secundus excommunicationis effectus est,separari ab aliorũ communi conuictu & contubernio, ita ut illis nec loqui ualeamus,nec illos hospitio reci-

pere. Paulus enim in priore epist. ad Corinth. ait, Si is qui frater nominatur ĩter uos, est fornicator aut auarus, aut idolis seruiẽs, aut maledicus. aut ebrio sus, aut rapax: cũ huiusmodi nec cibum sumere. Et in 2. epist. ad Thess. Quod si quis nõ obedierit uerbo nostro per epistolã, hunc notate, et nõ cõmiscea mini cũ illo: ut confundatur. Et beatus Ioannes in sua 2. catholica epist. ita dicit, Si quis uenit ad uos, & hãc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domũ, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malignis. Ecce prędixi uobis, ut in die domini non confundamini. Ex his beati Ioannis uerbis aperte constat excommunicatum esse priuatum beneficio hospitalitatis, & familiari aliorũ hominũ colloquio. Et beatus Calixtus papa & martyr in epistola ad omnes Galliarũ episcopos, has omnes pœnas excõmunicationis quæ externæ sunt, uno literæ decursu cõplectitur dicẽs, Excommunicatos quoq; à sacerdotibus nullus recipiat ante utriusq; partis iustam examinationem, nec cũ eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo cõmunicet, nec aue eis dicat: quia quicũq; in his uel in alijs, phibitis, sciẽter excõmunicatis cõmuni cauerit, iuxta Apostolorũ institutionẽ & ipse similiter excõmunicationi subiacebit. Hæc Calixtus papa. Cuius epistõ. est ĩter illas pontificũ epl'as quas B. Isidorus pfixit uoluminicilioꝝ generaliũ. Et concilĩũ Carthaginense quartum cap. 73. & concilium Braccarense primum cap. 33. inhibent sub excommunicationis pœna ne aliquis cõmunicet excommunicato. Quid ergo tibi uidet Luthere? sunt hæc omnia adeo bona, ut merito (quemadmodum tu doces) sint optanda? Si illa essent optanda & perquirenda, nõ illa beatus Paulus infligenda decerneret ad illorum confusionem. Nullus enim confunditur cũ fruitur illis quæ maxime optauerat. Apo-

1. co. 5.

2. the. 3.

2. Io. 1.

Concilĩũ Carthaginense.

Concilium Braccarense.

stoli certe nō confundebantur contumelijs sibi pro Christo illatis, quia illas maxime optauerant. ideo cum irrogabantur, ibant à conspectu concilij gaudentes, qm̄ digni habiti fuerant pro noīe Iesu contumeliam pati. Ita si excōmunicatio bona esset, & ob id optanda, cum infertur, nullus deberet cōfundi. Et tm̄ Paulus uult peccatorem excommunicari, ut excōmunicatus cōfundatur, ut uel sic resipiscat. Si eps excōmunicans alium (ut ex beati Ambrosij sententia supra patuit) dolere debet quia alīū excōmunicat: multo magis oportet ut doleat is qui excōmunicatur, qm̄ episcopus non dolet propter se, sed propter ꝙuum quod alteri irrogat supplicium. Verùm hic admonere oportet lectorem, ut non existimet cōmunionem cum excōmunicatis esse adeo interdictam, ut non liceat ullo pacto cum illis conferre. Nan si aliquis hac ratione cū excōmunicato loquitur, ut illum doceat uiam rectam, & à uia pessima illum auertat, & reducat ad gremiū ecclesiæ, à qua suis demeritis exigentibus est electus, tunc rectissime facit: & si excōmunicatum pœnitere, & ecclesię se subijcere persuaserit, magnam pro hac re mercedem à deo recipiet, tantum abest ut hoc faciens peccet. Vnde beatus Augustinus enarrans psalmum. 54. sic ait, Diligamus inimicos, corripiamus, castigemus, & excōmunicemus, cū dilectione etiā
the.2.j. à nobis separemus. Videte enim quid dicat Apostolus, Si quis autem nō obaudit uerbo nostro per epistolam, hunc notate & nolite cōmisceri cum eo. Sed ne subrepat tibi iracūdia, & turbet oculū tuū, non inquit ut inimicum eum existimetis, sed corripite ut fratrem, ut erubescat. A quo indixit separationem, nō prędidit dilectionem. Hæc Augustinus. Cū ergo excōmunicatio non prohibeat dilectionē pximi: sequitur ut nec etiā sit prohibitū colloquiū ꝙ ex charitate ꝓcedit, & ad charitatē ordinatur.

VAldenſes ad hoc ſolū nati eſſe uidentᵉ, ut eccleſiam euerterent ſi poſſent. Nulla enim re utitur eccleſia quā nō tentarint deſtruere. omnē (ut dicit) mouerunt lapidē, ut eam oppugnarēt. Exorciſmos omnes ab eccleſia tollere conati ſunt, dicentes, oēs benedictiones aquaꝝ, candelarum, palmaꝝ, ornamentoꝝ, calicum, & patenarum, altarium, cœmiteriorꝝ, eſſe irridēdas, & nihil prorſus habere momenti. Vuitclefuiſtę autē cum in uerba Valdenſiū iuraſſe uideantur magis q̄ in uerba Chriſti, aut eccleſię: hic (ut alibi ſemper) Valdenſium ſectam tuentᵉ. Dicūt enim tales benedictiones eſſe magis deductas ex uera necromātia, q̄ ex ſacra theologia, quia ſi p tales exorciſmos & benedictiones credimus naturā meliorari (ut ipſi dicūt) falſum eſt. Vt autē iſtoꝝ calūnias reȷciamus, dicem⁹ prius qd ſit exorciſm⁹. Exorciſmus greca uox eſt, & latine ſonat idē quod adiuratio. & ꝓprie exorciſmus eſt iuocatio illa nominis diuini quę fit ſuper energumenos, hoc eſt habentes ſpiritum immundum, adiurando eū per uirtutem diuinam, ut egrediatur ab eis. Vnde Augu. lib 1. de uita beata. Exorcizare eſt, p diuina immundum ſpiritum adiurando expellere. Hinc etiā exorciſmus dicitur omnis benedictio cuiuſcūq; rei qua contra dæmones aut contra alia ſimilia toxica utimur, ut benedictio aquæ, ſalis, candelarum, palmarum &c. In his enim omnibus iuocamus nomen domini, precantes ut illæ res ſint eo fauente qui ſolus hoc poteſt facere, nobis in auxilium & tutamē aduerſus dæmonem. Quæ quidē iuocatio neſcio quo modo poſſit recte accuſari, cum tam aperta ſit in literis. Omitto hic qd Beda ſup 19. Actoꝝ Apoſtolicoꝝ refert ex Ioſepho, regē Salomonē ſuā gentem docuiſſe modos exorciſmi, q̄bus immundi ſpiritus expulſi ab homine, ulterius reuerti non ſint

Valdenſes.

Vuitclefuiſtę.

Lu.10. ausi. Ad euangeliũ accedam⁹. Discipuli redeũtes de ꝓdicatione ꝯ illis magister oium Christus ꝓceperat, dicũt illi, Dñe etiã dæmonia subĳciunt nobis i noie tuo. Quid est dicere in noie tuo, nisi ad inuocationẽ tui nois? Et ipse dñs ascẽdens in cœlũ promisit se nunq̃ illoꝝ inuocationi defuturum, dicẽs, In noie meo dæmonia eĳcient. Quod autẽ hoc nõ semper fiat, ut inuocato noie Iesu, dæmon egrediat: minima fides ipsius inuocantis est in causa. Nam si ꝓ fecte credidisset, hæc & maiorà fecisset. Et ad hos solos, uidelicet in fide perfectos, dei ꝓmissio ptinere uidetur, quia prius dixerat, Signa autem eos qui
Lu.17. crediderint, hæc sequentur, & cętera. Et apud Luc. dñs ait, Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro, Eradicare, & transplantare in mare, & obediet uobis. At arbor morus sensum nõ habet, & iussa fidelis ꝓcipientis adimplet. non est ergo mirũ ꝙ dæmones fidelibus obediant, non qdem ꝓpter ipsoꝝ fidelium naturalem uirtutẽ, sed ꝓpter fidem quã habent. Quid ergo? erũt ne discipuli Christi & eius apostoli dicendi necromãtici aut magici, eò ꝙ inuocato noie Iesu dæmones eĳciant à corporib⁹ hominũ obsessoꝝ? Et qđ magis adhuc exaltat hãc nominis ĩuocationẽ, est, ꝙ aliqñ etiam ꝓ reprobos hoies eĳciunt dæmones ad inuocationem nois Iesu, & hoc ad ipsoꝝ inuocantium condemnationem, aut ꝓpter uidentiũ & audientiũ utilitatem. Pro utriusq̃ confirmatione est illud qđ
Act.19 in Actis Apostoloꝝ legimus, ꝙ cũ Apostoli eiecissent dæmonia, tentauerunt aliq̃ de circũeuntib⁹ Iudæis exorcistis inuocare super eos q̃ habebant spiritus malos, nomen dñi Iesu, dicentes: Adiuro uos per Iesum quẽ Paulus ꝓdicat. Erãt autẽ cuiusdã Iudæi noie Sceuę principis sacerdotũ septem filĳ, qui hoc faciebant. Respondens autem spiritus neqũ, dixit eis, Iesum noui, & Paulum scio: uos autem qui

estis: Et insiliens in eos homo in quo erat dæmonium pessimum, & dominatus amborum, invaluit contra eos, ita ut nudi & vulnerati effugerent de domo illa. Hoc autem notum factum est omnibus Iudæis atque Gentilibus qui habitabant Ephesi, et cecidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen domini Iesu. Hæc ibi. Ex quibus uerbis patet apud Iudæos fuisse exorcistas, de quibus Christus apud Luc. ait, Si ego in digito dei ejicio dæmonia, filii uestri, hoc est exorcistæ, in quo ejiciunt? Lu. u.
Patet etiam quam potens fuerit nois Iesu inuocatio, & per eius uirtutem adiuratio, ut etiam per reprobos facta, tanta operetur. Non ergo illa sunt attribuenda arti magicæ (ut impii & blasphemi Vuitclefuistæ docent) sed solum deo, qui inuocatus adest prope omnibus inuocantibus eum cum fide & humilitate. Vnde Augu. lib. 10. de ciuit. dei cap. 22. sic ait, Vera pietate hostes dei aeriam potestatem inimicam contrariamque pietati exorcizando ejiciunt, non placando: omnes tentationes aduersitatesque eius uincunt, orando non ipsam, sed deum suum aduersus ipsam. Non enim aliquem uincit aut subiugat nisi societate peccati. In eius ergo nomine uincitur qui homem assumpsit, egitque sine peccato ut in ipso sacerdote ac sacrificio fieret remissio peccatorum. Hæc Augustinus. De exorcismis qui fiunt ad demonum electionem, hæc dicta sufficiant. Nunc ad alias rerum benedictiones accedamus. Benedictiones altarium ex ueteri lege ortum habuerunt. Nam Moyses ex præcepto domini in tabernaculo erexit altare, Ex. 20.
& ipse unxit. Ex quo argumento deducit Leo papa huius nois primus in epist. 66. solis epis, quorum figuram summus sacerdos repræsentauit, licere altaria consecrare & benedicere. Hoc idem docet beatus Damasus papa in epistola de coepiscopis. Idem censet concilium Ispalense secundum cap. 7. suorum decretorum. Demum concilium Agathense cap. 14. ita decernit. Altaria placuit non solum unctione

Concilium Ispalense. Concilium agathense.

chrismatis, sed etiã sacerdotali benedictione sacrari. De benedictione aquæ supra satis disputauim⁹, quę lector nõ cõtemnat uidere, qm̃ ex eo loco multa hauriet huic ꝓposito apta. Benedictiones panis & reliquor⁹ fructuum nõ sunt nouæ,& ab hoibus inuentæ(quemadmodum ecclesiæ impingunt Vuitclefuiltę)sed ab ipso deo processerũt,q opere & uerbo ita nos facere docuit. Nam cum deus pisces maris creasset,benedixit eis,et in Exodo,Nõ adorabis deos eor⁹,nec coles eos. Nõ facies opa eor⁹, sed destrues eos,& cõfringes statuas eor⁹. Seruietisq; domino deo uestro,ut benedicã panib⁹ tuis & aquis. Et in Leuitico dñs præcepit populo Israel dicens, Cum ingressi fueritis terram quã ego dabo uobis, & messueritis segetẽ, feretis manipulos spicarũ primitias uras ad sacerdotem. Qui eleuabit fascisculũ coram dño, ut acceptabile sit pro uobis altero die sabbati,& sanctificabit illũ. Et in Deuter. præcipit dñs ut de oibus fructibus primitiæ offeranť dño, & dentur sacerdoti,ut inuocet nomen dñi sup eas. Et apud Ezech. expressius ait, Primitiua cibor⁹ uestror⁹ dabitis sacerdoti, ut reponat benedictionem domui tuæ. Quem locum exponens Hieronymus ait,Primitię cibor⁹ nostror⁹ sacerdotib⁹ offeruntur, ut nihil gustemus nouarum frugum nisi quod sacerdos antè gustauerit. hoc autem facimus ut reponat sacerdos benedictionem & oblationem nostrã in domo sua,siue ut ad precationem suã dñs benedicat domib⁹ nostris. Grandis dignitas sacerdotũ, sed grãdis ruina si peccauerint. Hæc Hieronymus. Quid ad hæc dicetis impĩ Vuitclefuistæ? nunquid deus docuit populum Israel necromantiã, aut magicæ artis peritiam? Absit à cordibus omniũ talis impietas. Deus enim strictissime inhibuit,& odiose nimis abominatur idololatriam, super quam tñ fundatur magia. Sed ad legem nouam accedamus.

Gen. 1. Exo. 23. Leu. 23 deu. 26 Ez. 44

Christus

Christus panē daturus apostolis bñdixit, sic & calicē daturus prius grās egit: & cū cœnasset, hymnū dixit, docēs nos ut cū comederimus, sic faciamus. Quod si qs nō deat illa de solo mystico pane, & mystica bñdictione uerba fieri: audiat apostolū Paulū, qui ita in priore ad Tim. epi. ait, Oīs creatura bona est, & nihil reiciēdū qd cū grārū actione pcipit. sanctificat. n. p uerbū dei & orationē. Quę uerba exponens Theophylactus ait, Ergo īmundū erit nisi sanctificet? Nequaq̄: sed ex pmissu id ponit. Nā primū asseuerādo nihil dicit īmundū, deinde cōcedimus (inquit) īmundum id fieri: habes tū quā adhibere possis medelā. Cruce obsigna, laudē deo & grās redde, sic īmūditia oīs & fœditas dilabet. Cū. n. grās agim⁹, oīa emūdant. Hæc Theophylactus. De sacris uestibus & pallis & uasis quāti sint momēti, & qua reuerētia cōtrectanda, docet Clemēs papa & martyr in quadā epi. ad Iacobū fratrē dñi, q̄ inscribit de sacris uestibus & uasis. Legat cā qui de hac re doceri uoluerit. De bñdictione luminū solū afferā decretū cōcilij. 4. Toletani. illud. n. cōcilū de bñdictione cerei paschalis decernēs, cap. 8. suorū decretorū ita ait, Lucerna & cereus infra uigilias apud quasdā ecclesias nō benedicit, & a nobis cur bñdicat, ingrunt. Propter gloriosum. n. noctis ipsius sacrīm hæc solēniter bñdicimus, ut sacræ resurrectionis Christi mysteriū qd tpe huius mortis uotiuæ aduenit, benedictione sanctificati luminis suscipiamus. Et qa hæc obseruatio p multarū locа terrarū, regionesq; Hispaniæ in ecclesiis cōmēdat, dignū est, ppter unitatē pacis, ut in Gallicanis ecclesiis cōseruet. Nulli aūt impune erit q hoc contēpserit, sed patrū regulis subiacebit. Hæc cōciliū Toletanū. Quo in loco hoc solū admonere oportet, ut licet talis cerei benedictionē omittere nō sit cōtra fidē, erit tū cōtra fidē, uilipēdere, & credere nullius ualoris & momenti, īmo mor

1. Ti. 4

Concilū Toletanū.

tifera esse quę ecclesia cōgregata statuit obseruāda. Valeāt ergo impñ Vuitclefuistæ, & uereanť appellare magicos & necromāticos tot sanctos uiros, quorum doctrina & sanctitate fulget ecclesia ut sol & luna. Ipsi. n. potius dicēdi sunt necromātici & incātatores, q diabolica astutia hoīes idiotas & simplices dementāt & incātant, illos a ueritate fidei auertentes, & ad impia dogmata cōuertentes. Sed opus est ut eoꝝ obiectioni rñdeamus. Obñciūt. n. nobis Vuitclefuistæ, q nos uolumus bñdictionibus nr̄is creaturas facere meliores q̄ deus eas p naturā fecerit. Talis aūt creaturaꝝ profectus, ut meliores efficianť, nulla (ut aiunt) experiētia cognoscit. ridiculū est ergo eas bñdicere. O forte argumētū. Dic, nōne
Luc 17. ex euāgelio cōstat eū qui habuerit fidē sicut granū sinapis, habere tantā uirtutē, ut si dixerit arbori moro, trāsplātare, trāsplantet ť statim? At cū ante fidē susceptā hoc nō possit, cōuincit ut per fidei accessionē fiat melior. Quid ergo phibet ut idem dicamus de alīs rebus quæ bñdictionē suscipiunt, ut meliores fiant, q̄ per naturā fuerint? Nō q homo eas meliores faciat, sed deus ad preces ipsius benedicētis. Sed de hac re iam supra in titulo de aqua fecimus longiorem disputationē: quapropter ad illum locū mittimus lectorem.

VANDO hoc opus aggreßus ſum, decreueră in tot libros illud partiri, quot ſunt literæ in alphabeto. Credebam enim ſub unaquaq; alphabeti litera tot reperiri dictiones ab illa incipientes, quæ ſignificarent res de quibus aliquando fuiſſent hæreſes ortæ, ut ſufficerent ad unum iuſtum librum abſoluendum. Verùm cum ad hunc locum peruenj, agnouj non ita ut decreueram, fieri poſſe: niſi forte iuſtă unius libri meſuram minuere uellem: quoniam ſub hac ſexta litera alphabeti, uide licet f, ſolas tres dictiones, easq; nimis ſteriles reperi, de quarum ſignificatis aliquæ pertractentur hæreſes. Quare cum in hoc loco agnoſcerem me fruſtratum eſſe ſpe mea: antequàm aliquid ſcribere cæpiſſĕ, proceſſi ad ſequentis literæ explorationem faciendam, timens nequid ſimile in ea mihi poſtea accideret. Ea igitur probe (ut decebat) explorata, unicam duntaxat ſub ea reperi dictionĕ de cuius ſignificato fuiſſet aliqua hæreſis pronunciata. Hoc idem reperi in aſpirationis nota uidelicet h. Quapropter nutabūdus hoc loco hæſi, neſciens quò me uerterem: quoniam ſi iuxta id quod primò decreueram, proſequi uellem, in inanis gloriæ notam meritò incurriſſem, eò quòd ex multitudine librorum in opere, gloriă fuiſſem uiſus captaſſe. Omnia igitur mihi circūſpicienti, uiſum eſt prudentius fore ſententiam ſemel decretam mutare, quàm male definitam pertinaciter tueri: præſertim cum lex diuina doceat modum ad cuius imitationem id corrigere ualeamus. Deus nanq; olim præcipiens populo Iudaico eſum agni paſchalis, mă Exo. 12
dauit ut unuſquiſq; tolleret agnum per domos & familias ſuas. Verùm conſiderans multas eſſe pauperes domos, intra quarum lares minime poſſet una nocte integer agnus deuorari: remedium adiecit, ut quiſq; talis iungat ſibi uicinum qui coniunctus eſt domui eius, quouſque tot ſint animæ quæ ſufficere poſſint ad eſum totius agni. Quælibet præcedentium literarum alphabeti adeo diues fuit, & tantă habuit dictionū familiă, ut ſufficiĕs fuerit ad perficiendū unius libri in ſtū uolumĕ. At hæ tres quæ nūc proxime ſequūtur, adeo pauperes ſūt, et tam modică habent familiă, ut duæ illarū, ne dică una, uix ſufficiant ad unū integrū librū abſoluendū. Iccirco decreui oēs has tres alphabeti literas intra ună domū cōcludere: ut librū quē earū quælibet ſola abſoluere ob ſuă penuriă nō poterat, ſimul iūctæ abſoluăt. Quod ſi forte in poſterū aliquid ſimile deprehēdero, idē me facturū decerno.

FATVM.

VM uariæ fuerint de hac re philosophorꝝ sententię, nullam tñ earum hic ptractabo, sed iuxta meũ primũ institutũ, solum enarrabo quid senserint hi qui se Christianos profitẽtur & iactant, etsi nihil minus sint. Fuit ergo de hac re quidã error asserens fato cõuersationes hominũ esse imputãdas. Huius erroris au thor (ut Augu. lib. de hæresibus cap. 35. ait) Bardesanes quidã Syrus, uir doctus: quẽ Augu. dicit prius fuisse catholicũ, & postea in Valentini errores fuisse lapsum, addidisseq; de suo hunc quẽ diximus errorem. Verum Eusebius Cæsarien. lib. 4. historię eccleſiasticæ cap. ulti. de hoc Bardesane loquens, aliter q̃ Augu. de illo sentit. Dicit enim illũ in schola Valentini nutritum, postea uerò cum magistri errores notasset, ad uerã fidei regulam redñsse, q̃uis nõ oẽs illius errores reliquisse asserat. Dicit etiã illum scripsisse contra Marcionẽ, & alios hęreticos, & ad Antoninũ imperatorẽ dialogũ de fato, quẽ dialogũ Eusebius de nullo errore notat, sed potiꝰ eũ appellat dialogum potẽtissimũ. An autẽ ita senserit ut Aug. illi impingit, ego nõ possum definire. Sed credamus Aug. & Epiphanio quẽ Aug. in hac parte secutꝰ est.

Bardesanes.

* Epiphanius ep̃s in libro octoginta hęresum, hęresi 56. de hoc Bardesane differens, aliter q̃ Eusebius & Augu. de illo sentit. Sic enim ait. Post hos deinceps sequitur Bardesianus quidã sic uocatus. Bardesianus autem hic, ex quo hęresis Bardesianistarũ orta est, ex Mesopotamia secũdum genus erat, ex inhabitantibus ciuitatem Edessenorꝝ. Qui primũ quidem optimus uir fuit, & libros non paucos cõscripsit,

qñ ſanam mentē habebat. Nam ex ſancta dei eccleſia procedebat, doctus exiſtens in duabus linguis greca & Syrorū. Augaro autem Edeſſenorū principi uiro ſanctiſſimo familiaris erat primū & ſimul eius adiutor & ipſi⁹ eruditionis particeps. Duxauit poſt illius obitum uſq; ad tēpora Antonini Cæſaris, uō Pñ appellati, ſed Veri. Et multa in Abidan aſtronomum cōtra fatum diſſerens, collegit. Sed & alia ei⁹ ſcripta ſecundū piam fidem circūferuntur. Apollonio uero Antonini amico cōtradicebat, admonenti ut negaret ſeipſum Chriſtianū dicere. Hic autē ferme in confeſſionis loco cōſtitutus erat, ſermoneſq; prudentes reſpōdit, pro pietate uiriliter defenſionē ſuſcipiens, mortem ſe nō formidare dicens, quā neceſſe ſit affore, etiam ſi regi non cōtradiceret. Et ſic uir hic per oīa magnopere ornatus erat, donec in erroreꝫ ſectæ ſuæ incidit, factus inſtar pulcherrimæ nauis, cui incōparabile onus immittitur, & quæ iuxta ripas portus tracta eſt, & totum mercimonium perdidit, & alīs qui nauē aſcenderunt mortē induxit. Corrūpitur enim hic per Valentinianos, & ex ipſorū improbitate, uenenū & zizania horū haurit. Multa autem & ipſe alia principia emiſſioneſq; ac productiones narrauit, & abnegata mortuorū reſurrectione ſuam hæreſim docuit. Hactenus de Bardeſane, ſiue Bardeſiano ſanctus Epiphanius, qui & ſi dicat illū in Valentini errores fuiſſe lapſum, aperte tñ dicit illum cōtra hæreſim de fato loquentem ſcripſiſſe. Verum etſi hic Bardeſanes hanc hæreſim non fuerit tutatus, non deſuit tamen qui ille impēſe fauerit. Hunc enim errorē docuit Priſcillianus, qui dixit homines eſſe fatalibus ſtellis alligatos, & ipſum corpus noſtrū ſecūdum duodecim ſigna cęli eſſe cōpoſitum, conſtituens in capite Arietē, Taurū in ceruice, Geminos in humeris, Cancrum in pectore, & hoc modo alia ſigna per cæteras corporis par

tes distribuit usq; ad plãtas, quas Piscibus tribuit: quia hoc ultimũ esse lignum astrologi docẽt. Et huius erroris nõ meminit Guido cũ de Priscillianistis loquitur: quod ualde miror: cum aperte illũ prodiderit Aug. quẽm Guido semper imitatur. Hæc ergo doctrina facilè cõuincitur hæreseos, quoniã apertè tollit hominis arbitrium, ut nullã prorsus in eligẽdo habeat libertatẽ: quoniã si homo liber est in eligendo, ita ut res aliter agere possit q̃ agit, cõsequẽs est ut homo nõ sit fatalibus astris alligatus. Quod si ex astrorũ uirtute pendet quicquid acturus est homo, & non ex sua electione: non est ergo hominis arbitrium liberũ. At hominẽ esse in suis electionib⁹ liberum, infra deo præstante ex sacris litteris ostendemus. Præterea si fato oĩa reguntur in homine, nõ erit quod laudemus in homĩe aut uituperemus. In his enim quæ a natura insunt, nec laudamur nec uituperamur. Rursus si homines a fato dicũtur, nulla consultatione erit opus, quoniã in his quæ non possunt aliter euenire, superflua est omnis consultatio. Nullus enim erit adeo demens, ut de crastino solis ortu uel de hodierno occasu cõsultet, quia quocũq; adhibito cõsilio non est in nostra potestate quin hodie sol occidat, & cras oriatur. Non erit etiam opus pugnare aduersus uitia: immo inanis esset talis pugna, sed expectãdum erit quò fata ducant, q̃bus homo nõ potest repugnare: cũ sit (ut dicũt) fato subiectus. Frustra igitur persuadetur boni amor & prosecutio, & dissuadetur uitium. Frustra dixit prophe-
Psal. 33 ta: Declina a malo, & fac bonũ. Frustra etiam dixit
1. co. 6. Paulus: Fugite fornicationẽ. Quis ergo suadebit alicui illa quæ nõ sunt sub eius potestate? Nullus nisi demens suadebit alicui ut ordinẽ cœli euertat. Deinde si fato hoĩes subiũciuntur, non erit opus legibus. Vt quid p̃cipitur mihi pax, si me fata impellunt ad bellum? Iniuste mihi interdicitur furtũ, si me furari

fata cogunt. Peribit etiam hac ratione iustitia, quæ uult ut bonis p̃mium, malis autẽ & dyscolis pœna irrogetur. Iniuste fur aut adulter punitur, si a fato uterq; sic cogitur, ut neq; adulteriũ hic, neq; ille furtum euitare ullo modo possit. Nulla certe erit causa propter quã bonum agens p̃mio potius donetur, q̃ malum agens: quare hic puniatur, nõ autẽ ille, cum uterq; ex necessitate & non ex libertate agat. Quod si alicui bonũ aut malum imputãdum uenit, imputabitur fato, quod ad bonũ aut malum impellit. At cum tale fatũ sit iuxta istos certus ordo astrorũ in causando aut influẽdo, qui certus ordo sit a deo ordinatus, & illis sideribus tributus: cõuincitur ut in deum etiã mala hominũ referantur, qui fatũ sic disposuit, ut hoiem ad male agendũ cogeret. Hoc autẽ adeo est impiũ, ut aures horreãt audire, deũ esse authorem p̃cipuum nostrorũ uitiorũ. Accedit ad hęc id quod experientia & aliorũ testimonio cognouim⁹. Sępe enim cõtingit geminos ex eodẽ utero nasci ual de disparis ingenij, ut clarè patet de Iacob & Esau, quorũ quãta fuerit dissimilitudo, liber Geneseos aperti ssime ostendit. Quod si forte dicas ex illis geminis unum prius fuisse natum q̃ alterũ, & ita per illius temporis interuallũ quod fuit inter ortũ unius, & ortũ alterius, fuisse alium & alium siderũ aspectũ, & ita aliud & aliud fatum: tunc petã ab eis, cum in uno & eodẽ utero essent, a quo fato fuit ordinatum ut prior unus q̃ alter nasceretur, cum tñ sępe cõtingat ut simul ex eodẽ semine, & ex uno coitu, ambo gemini concipiantur? Cum ergo ex eodẽ semine, & ex eodẽ coitu cõcepti sint, cõuincitur ut saltẽ intra uterum unũ & idem sit utriusq; fatum. Quod si idẽ erat, quo pacto fieri potuit ut a fato ductus aut impulsus unus prior exiret q̃ alter? Hęc oĩa adeo aperta sunt, ut nõ sit opus in re tam aperta plura expendere: sed solũ audiamus ecclesiæ de hac re definitio-

Concilii Braccarēse. nem. Concilium Braccarense primum cap. suorū decretorū sic ait, Siquis animas & corpora humana fatali signo credit astringi, sicut Pagani & Prisscillianus dixerunt, anathema sit. Et cap. 10. iterum ait, Si qui duodecim signa, id est signa quæ mathematici obseruare solēt, per singula animæ uel corporis mēbra dissipata credunt, & noibus patriarcharū ascripta dicunt, sicut Prisscillianus dixit, anathema sit.

Leo papa. Hæc cōcilium Braccarense. Leo papa huius nominis primus etiā hanc hęresim dānat. Nam in quadā epistola ad Astoricensem episcopū, quæ est in ordine. 71. in qua errores Prisscillianistarū condēnat, sic ait: Vndecima ipsorū blasphemia est, qua fatalibus stellis & animas hominum & corpora opinantur astringi: per quā amentiam necesse est ut omnibus paganorū erroribus implicati, & fauētia sibi (ut putant) sydera colere, & aduersaria studeant mitigare. Verum ista sectantibus nullus in ecclesia catholica locus est: quoniā qui se talibus persuasionibus dedit, a Christi corpore totus abscessit. Hæc Leo papa uir quidem sanctus pariter & doctus. De hac re scripsit beatus Thomas Aquinas opusculū de fato, quod est. 28. in ordine opusculorū eius. Sed in illo tractatu parum aut ferè nihil cōtra hunc errorē disputat, ad alia se diuertens. Beatus Gregorius Nissenus scripsit de fato paruū libellum, sed elegātem. Qui autē copiosius & exactius hanc rem (meo iudicio) discussit, est beatus Augustinus in quinto libro de ciuitate dei, a primo capite usq; ad finem undecimi. quo loco obsecro te lector ut legas etiā cōmentarios doctissimi uiri Ludouici Viuis, quoniā multum te ille iuuabit ad philosophorum de fato uarias sectas intelligendas.

FIDES.

Petrus Abailardus. EX omnibus hæreticis solus Petrus Abailardus causam potissimam suarum hæresum prodidit.

Certum est enim maximam hæresum partē, immo uerius dixerim totam hæresum colluuiem inde esse ortam, quia uidelicet uolunt hæretici concludere fidem intra limites nostri intellectus, ut illa non putent credenda, quæ intellectus noster non potest ratione comprehendere. Hic autem morbus cū fuerit omnibus hæreticis cōmunis, solus tamen Petrus Abailardus morbū aperuit. Is enim (ut beatus Bernardus illi impingit epistola. 190.) dixit nihil esse credendum, quod excederet uirtutē nostri intellectus. Pro qua re affert illud sapientis, Qui cito credit, leuis est corde. Credere autē cito (dicit ille) est adhibere fidem ante rationem. Hunc autem errorē Paulus aperte reiicit, dicens, Fides est substantia rerum sperandarū, argumentum nō apparentium. Quæ Pauli uerba siue ad fidei definitionem spectent, siue (ut Erasmo in annotationibus placet) laus quædam fidei, & nō definitio dicenda sint, hoc certū erit Paulum uera de fide pronunciasse. Quid ergo est dicere argumentū non apparentium, nisi quod Chrysostomus exponit, conuictio earum rerū quæ non uidentur? Quasi fides sit quæ cogat nos credere ea etiam quæ non uidemus, nec ratione inuestigare possumus. Verum hic admonet Erasmus Paulum nō loqui de ea fide qua ea quæ credenda sunt credimus, sed de fide qua alicui fidimus, hoc est de fiducia. Sed ignoscat mihi obsecro: quoniam aliter esse ipsamet Pauli uerba conuincunt. Nam post illud fidei siue encomium siue definitionem subiungit multa quæ ad fiduciā minime referri possunt: ut est illud, Fide intelligimus aptata esse secula uerbo dei. At fiducia non proprie respicit præterita, quemadmodū futura. Deinde de Enoch loquens ait, Ante translationem enim testimonium habuit placuisse deo. Sine fide autem impossibile est placere deo. Vt autē apertius innueret de qua fide loquebatur, subdidit,

Eccl. 19

Heb. 11

Erasm.

Credere enim oportet accedentē ad deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. At credere deū esse, nō uideo quo pácto ad fiduciam possit referri. Basilius magnus in expositione psalm. 115. interpretatur illum locum Pauli de uera fide qua credimus & nō de fiducia. Beatus Augustinus in libro quinquaginta homiliarū, homilia. 32. exponit illud Pauli de fide, & nō de fiducia. Beatus Bernardus in illa epistola proxime citata etiam de fide exponit hoc Pauli testimonium, citans aduersus Petrū Abailardum. Et Theophylactus in cōmentarijs super Paulum etiam de fide exponit. Quapropter spero Erasmum non male consulturū si nos ab eo hic dissentimus: cum ipse dissentiat ab Augustino, Basilio, & alijs. Sed iam ad huius causæ caput nostra reuertatur oratio. Paulus apostolus in ea quę est ad Romá nos epistola, de Abraham loquens, ait, Qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarū gentium. Sed quomodo in spem contra spem? Quia uidelicet ex natura nulla erat spes ut iam gignere posset, eò ꝙ ipse multa esset ætate confectus, quia ferè centenarius, & uxor eius Sarra, ex qua fuerat illi se mē promissum, duplici erat mortificatione affecta, uidelicet senio, & sterilitate. ideo iuxta naturam nō erat spes neq; uerisimile ut Sarra & senex & sterilis ex homine sene conceptura foret. Verum etsi hoc ratio non suggerebat, spem tamē habuit credens possibilia esse quæ illi deus promiserat. Quòd si non sunt credenda ea quæ sunt supra rationē, immerito Paulus laudauit Abraham quia cōtra spem in spē credidit. Immerito etiam Zacharias pater Ioannis baptistæ fuisset punitus quia partum uxoris suæ, quam senem & sterilem sciebat credere noluit. Hic enim iuxta Petrū Abailardū potius fuisset p̄miandus ꝙ̄ puniendus, quoniam (ut ille pro se citauit) qui cito credit, leuis est corde. In priore epistola ad

Rom. 4

Luc. 1.

Corinthios Paulus ait, Sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione spiritus & uirtutis, ut fides uestra non sit in sapientia hominũ, sed in uirtute dei. 1.cor.2

Quid hic respondebit Petrus Abailardus? Si non sunt credenda (ut ille ait) nisi ea quæ ratione cõprehendi possunt: tunc nostra fides pendebit ex humana sapientia. Paulus tamen dicit fidem nostram nõ esse in sapientia hominum, sed in uirtute dei. Et beatus Gregorius ait, Fides nõ habet meritum, cui humana ratio prębet experimentũ. Et beatus Augustinus in libro quinquaginta homiliarũ, homilia. 32. eandẽ ostendit doctrinam, dicens, Arcana & secreta regni dei prius quęrunt credentes, quò faciant intelligentes. Fides enim gradus est intelligẽdi: intellectus autem, meritũ fidei. Aperte hoc propheta dicit omnibus prępropere & ꝓpostere intelligentiam requirentibus; & fidem negligentibus. Ait enim, Nisi credideritis, nõ intelligetis. Habet ergo & fides ipsa quoddã lumen suum in scripturis, in prophetia, in euangelio, in Apostolicis lectionibus. Et paucis interpositis subdit, Videtis ergo fratres, quandiu sint peruersi, & properando uitiosi, qui tanꝯ immaturi conceptus, ante ortum ꝙrunt abortũ: qui nobis dicunt, quid me iubes credere quod nõ uideo? Videã ego aliquid, ut credã. Iubes credendũ quod non uideam? Ego uidere uolo, & uidendo credere, nõ audiendo. Dicat propheta, Nisi credideritis, nõ intelligetis. Ascẽdere uis, & gradus obliuisceris. Vtiꝯ peruerse homo, si iam tibi possem ostendere quid uideres: nõ hortarer ut crederes. Hucusꝯ Augustinus. Quibus uerbis apertè satis impetit Petrũ Abailardum, & uidetur uerba sua dirigere Augustinus in aliquem qui fortè similiter ut hic Abailardus senserat. Beatus Basilius exponens Psalm. 115. ĩ exordio psalmi sic ait, Fides supra omnẽ rationẽ scientiarũ Esai.7. Basili.

disciplinarum ue animã sublimem trahit. Fides denicp non geometricis aut necessarijs nititur probationibus. In nomine dñi Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Hanc enim uocẽ continuò per spiritum sanctũ subsecutus est statim effectus. Ex prodigio nãcp diuinitatis unigeniti, manifestatio necessaria uidentibus est orta. Dic quæso quid ad fidem faciendam, ueritatemcp persuadendã uehementius? an dialecticæ propositiones secum sympersmata consequentia trahentes, an potius tale tãtumcp? ostẽtum ab omnibus clarissime usum, omnemcp uirtutem excedens? Et parum infra, Denicp in quolibet studio quod ordine in finem procedit, impossibile primorp subiectorp demonstrationes inquirere: sed necesse omnium arcium quę probatione nituntur, principia sine uestigatione aut ratione posita, reliqua quę deinceps sequuntur, cum ratione ostendãt. Sic & theologię mysterium ex fide minime rationibus probata ædificium quærit. Hæc Basilius. Sed dicet mihi aliquis, ut quid tandiu moraris hominũ testimonia citans? qm̃ Petrus Abailardus omniũ hominum quantumlibet sanctorp & doctorp sententias aspernatur, & pro libito refellit. Fateor: pro hac causa in primo huius operis libro illum in iudicium uocaui: uerum etsi illum non moueant, mouebunt tamen lectorem pium. Et si ille non recipit alios doctores, recipiet tamen Paulum, ex quo conuincim?
Eccl.19 fidem esse supra humanam intelligentiã. Illud autẽ quod Petrus Abailardus ex ecclesiastico pro se citauit, uidelicet, Qui cito credit, leuis est corde: nõ de fide in deum, est accipiendũ, sed de mutua inter homines ipsos credulitate. Nam alioqui uirgo gloriosissima leuitatis arguenda ueniret, eò cp credidit angelo dicenti deum fore ex illius carne concipiendũ, nulla ad hoc petita aut exhibita ratione qua id futurum possibile conuinceretur. Captiuemus ergo

uos intellectum nostrum in obsequium Christi, ut Christo & ueris eius discipulis credam⁹: & sic credentes, intelligemus facilius ea quæ antea intelligi à nobis non poterant.

Alia est hæresis quæ sic extollit fidem, ut bonis operibus detrahat. Hunc errorem (ut Augustinus refert libro de hæresibus cap. 54.) docuit primo Eunomius quidam Arrianus, qui dixit omnes qui fidem quam ille docebat, tenerent, fore saluos etiam si quantūlibet grauia peccata cōmitterent, & in illis perseuerarent. Hunc errorē iamdiu sepultū spiritu pythonico aut potius diabolico instinctus Lutherus suscitauit ab inferis, dicens solam fidē iustificare: quapropter opera ait nō esse necessaria ad assecutionē uitæ ęternæ: q̄ si fiant, ea nullo pacto iustificare asserit. Sed hoc secundū, usq; ad alium locum differimus. Nunc ergo de solo primo disputabimus, probantes nō solam fidē sufficere, sed etiam exigi à nobis bona opera. Nam aliàs oportebit fateri, neq; homicidium, neq; periuriū, neq; adulteriū, neq; furtū fore homini imputāda, modò ille credat se saluandū per uirtutē promissionis in baptismate factæ. Hanc enim fidē sufficere docet Lutherus. Sic enim ait, Iam uides q̄ diues sit homo Christianus siue baptizatus, qui etiam uolens nō potest perdere salutē suam quantiscunq; peccatis, nisi nolit credere. Nulla enim peccata eum possunt dānare, nisi sola incredulitas. Hæc Lutherus. O uocē impiam, & totius nequitiæ fomentū. O serpentis sibilū uenenatū. Nouerat quippe callidissimus serpens deū iuxta operū qualitatē singulis redditurū siue bonū siue malū, prout in corpore gessit. ideo excogitauit quo pacto posset homines securos operū facere, ut præmio frustraretur. Attēdite obsecro, & uidebitis quot uenenosi riuuli ex hoc uitiato fonte scateant. Si sola fides iustificat, nunc̄ ergo per alicuius sacra

Eunomius.

Lutherus.

menti ſuſceptionem homo iuſtificabitur. Ecce iam uides omnẽ ſacramentorũ uirtutẽ periſſe. Pœnitentia enim nihil prodeſt peccatori, ſi ſola fides iuſtificet. Cõfeſſio peccatorum nihil iuuat, ſed ſola fides. Eleemoſyna, ieiuniũ, oratio, & reliqua huiuſmodi nullius ſunt momenti, quia ſola fides iuxta Lutherum iuſtificat. Nullũ quantũlibet letale crimen obeſt, modò credat, quia ſola fides ſufficit ad ſalutem. Quis hæc ferre poterit? Non certè Chriſtianus homo: ímo uel parũ pius philoſophus ethnicus tolerare non poterit. Quis enim ethnicus nõ abominatur furtũ? Quis non horret homicidiũ qualecunq; ? Quis nõ execratur parricidiũ? Quis nõ odit adulterium? Quis unq; periurus nõ male audiuit? Quis unq; laudauit iuſti fœderis uiolationẽ? Omnia tamẽ hæc, & ſiquæ ſunt alia peiora, habenti fidẽ Lutherus permittit. Excõmunicatio ideo ab eo contẽnitur, quia ſolam fidẽ ſufficere putat: quapropter ſi credit, quantũlibet & quomodolibet excõmunicetur, nihil putat illi obeſſe excõmunicationem. Sæpe enim contingit homini aberranti, rectamq; uiam relinquenti, intrare p ſyluam denſam, credens illic eſſe uerũ & rectũ iter: cui paulò progredienti obſiſtũt denſi rami arborũ: ille autẽ ne retrocedat, rũpere nititur. quod ſi ulterius aliquod aliud impedimentum fortius ſe opponat, quicquid illud ſit, omnino aut frangere aut euellere, aut quoquo modo tollere conatur, ne inceptã ſemel uiam deſerat. Sic mihi uidetur Lutherus feciſſe: Nam cũ hunc quẽ diximus tutari cœpiſſet errorẽ, obiiciebatur illi ſacramentorũ efficax uirtus, proſternit omnia ſacramẽta. oppone batur contritio, deiicit contritionẽ. obſiſtebat ſatisfactio pro peccatis, tollit prorſus ſatisfactionem. Hæc autẽ omnia, ne illũ priorẽ errorẽ deſerat: licq; factũ eſt, ut quod ſemel prodidit definiendi temeritas, conſeruauerit poſtea & auxerit tuendi pertina-

cia. Frangas (inquit Quintilianus) citius q̃ corrigas quę in prauum induruerunt. Verùm ad noſtrũ inſtitutum reuertamur, & omiſſis argumentis ad ſcripturæ iudicium accedamus. Dominus ad Cain ait, Si bene egeris, recipies. ſi autem male, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit. Ecce hic bono operi promittitur præmium, malo autẽ pœna: nõ ergo ſola fides iuſtificat, ſed etiam opera: quoniam ſi opera non iuſtificarent, non redderet illis retributionẽ dominus. Et ſapiens ait, Bonorum operum glorioſus eſt fructus. Et iterum, Reddet deus iuſtis mercedem laborum ſuorum. Et propheta cum petiſſet à domino quis in illius tabernaculo eſſet habitaturus, reſpõdit ſtatim dicens, Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. Operatur dixit: & cum poſtmodum aliqua uirtutũ opera enumeraſſet, ſubdit claudens pſalmum, Qui facit hæc, non mouebitur in æternum. Non dixit qui credit hęc, ſed qui facit hæc, ut oſtenderet operum uirtutem & neceſſitatem. Præterea dominus per Eſaiam prophetã bona opera nobis cõmendat, his uerbis, Quieſcite agere peruerſe, diſcite bene facere. Quærite iudiciũ, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite uiduã. Sed quid opus eſt tot afferre teſtimonia, cũ omnes libri prophetarum pleni ſint admonitionibus quibus nos ad bona opera hortantur, alliciunt, & impellunt? Quod ſi nouũ teſtamentum appellas, reſpiciens forte in hac parte uetus: ad nouũ inſtrumentum uolo mecum accedas, & audi Chriſtum apud Matthæum dicentẽ, Nõ omnis qui dicit mihi, dñe, dñe, intrabit in regnum cœlorũ: ſed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnũ cœlorũ. Multi dicent mihi in illa die, Dñe, dñe, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Et tunc cõfitebor illis, Quia nunq̃

Gen. 4.

Sap. 10

Pſal. 14

Eſai. 1.

Mat. 7

nouí uos, discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Quis autẽ est qui dicit Christo, dñe, dñe, nisi qui fidẽ habet qua credit eum esse uerũ dñm? nec tamen omnis talis intrat in regnum cœlorũ: nõ ergo sola fides iustificat hominem. Quod autem talia Christi uerba sint intelligenda de fideli non habente opera charitatis, testantur omnes sacri huius loci expositores, è quibus aliquos citabo, ut uel inde nostram sententiam firmiorem faciamus, ostendentes illam fuisse sanctorũ uirorũ doctrinã. Theophylactus exponens illum Matthæi locum sic ait, Hoc loco ostendit seipsum dominum, quandoquidem dicit, domine, domine. nam ita se & deum dicit. Docet autem nos, si fidem absque operibus habuerimus, nihil nobis eam profuturam. Nam dicẽdo, qui facit uoluntatem, non dixit, qui semel fecit, sed qui usq; ad mortem facit. Hęc Theophylactus. Et Christianus Druthmarus super Matthæum exponens illa eadem uerba ait, Non in hoc confidat aliquis, quia Christianus est: si nõ facit opera Christianitatis, non intrabit in uitam ęternam: quia qui se dicit nosse deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Hæc ille. Beatus Hieronymus in libro primo cõmentariorum super Matthæum, hoc modo illa uerba ptractat. Sicut supra dixerat eos qui haberent uestem uitæ bonæ, non recipiendos propter dogmatum nequitiam: ita nunc è contrario asserit ne his quidem accõmodandam fidem, qui cũ polleant integritate fidei, turpiter uiuunt, & doctrinę integritatem malis operibus destruunt. Hęc Hieronymus. In cuius uerbis aduertere oportet quod dixit integritatem fidei non sufficere. Beatus Basilius in regula monachorũ capite nonagesimoquarto inducit monachos petentes in hunc modum: Quomodo potest quis sine charitate tantam fidem habere, ut montes transferat, aut substantiam

Theophylactus.

Hieronymus

Basil.

suam

suam diuidat, & corpus suũ tradat ut ardeat? Huic autem monachorũ quæstioni respõdet Basilius huiusmodi uerbis. Basilius. Si memores sumus domini dicẽtis, Faciunt enim omnia ut uideantur ab hominibus. sed & illud quod respõdit illis dicẽtibus, Dñe nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in tuo nomine uirtutes multas fecimus? cũ ait ad eos, Nescio uos unde sitis. Nõ quia mentiti sunt, sed qa dei gratia abusi sunt ad proprias uoluntates, quod utiq; alienum est à charitate dei. Hæc Basilius. Sufficiunt hæc uirorũ sacrorũ testimonia quibus cõprobauimus ueram esse ac literæ germanã expositionẽ eam quã nos prius proposueramus. Patet etiam ex eorũ omnium testimonio cõcordi, fidem solam sine operibus nõ sufficere. Sed reliqua testamenti noui percurramus testimonia. Apud Ioannem dominus Iesus Christus ait, Omnem palmitem in me nõ ferentem fructũ, tollet eum pater meus. Tollere autẽ eum (ut infra ipsemet ait) est mittere illum in ignem ut ardeat. Cũ ergo nõ ob aliud condẽnatur quam qꝫ fructum non fecerat, conuincitur inde opera esse necessaria. Rursum de ultimo iudicio dominus differens, uitam æternam promittit his qui opera pietatis in pauperes & egenos exercuerunt, & ignem æternũ decernit illis qui eiusmodi opera facere contempserunt. Veniat ergo Lutherus, & extollens se supra omne quod dicitur deus, dei sententiam reuocet, & gloriam promittat hominibus sceleratis si credant. Promissiones certè huiusmodi sunt promissiones serpentis antiqui, qui primis parentibus scientiam promittens, scientiã sustulit, & ignorantiam loco eius subrogauit. Sic mihi uidetur facere Lutherus: qui dum gloriam æternã solùm credenti promittit, ignem æternũ sibi & illi parat. Deinde, adolescenti petenti à dño quid faciendo uitam æternam possideret, respondit Christus uerus magi-

Ioã. 15.

mat. 25

mat.19 ster Si uis ad uitam ingredi, serua mãdata. Ecce hic uides mandata exigi tanq̃ necessaria ad uitæ æternæ consecutionem. Nam si necessaria non essent, nõ iam præcepta sed cõsilia dicenda essent. Hoc enim existimo esse discrimen inter præceptum & consilium, q̃p hoc suadetur tanq̃ bonum, non tamen exigitur ut necessarium: illud uero sic exigitur, ut de illo ratio reddenda sit. Quod si necessaria non sunt, præcepta dicenda nõ sunt. Non enim præciptuntur nisi ut fiant. Hoc autem de mandatis seruandis iterum repetit dñs cum in cœlum ascensurus discipulis suis ait, Euntes docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docẽtes eos seruare omnia quæcunq; mandaui uobis. Non dixit, docentes eos credere tantum, sed seruare omnia. non ergo sola fides sufficit. Et apud Marcũ eodem temporis articulo ait, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Ex quo patet etiam ultra fidem requiri baptismũ. nõ ergo sola fides sufficit ad salutem: aut si hęc sola sufficit, baptismus nõ est necessarius. Cum uero dixit, Qui autem non crediderit, condẽnabitur: docuit baptismũ sine fide nõ prodesse, quemadmodum nec fides sine baptismo.

mat.28 ti.

mar.16 ti.

Ro.2. Paulus etiam in ea q̃ est ad Romanos epistola ait, Nõ auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Auditores legis hic uocat eos qui ex auditu crediderunt: qm̃ fides est ex auditu. Et in priore ad Corinthios epistola ait, Si habuero omnem fidẽ ita ut montes transferam, charitatẽ autẽ non habuero, nihil sum. Quibus uerbis apertissime ostendit fidẽ solam nõ sufficere, sed esse etiã necessariam charitatẽ. Et rursus eosdẽ Corinthios admonens dicit, State in fide, uiriliter agite, & confortamini. omnia autẽ uestra in charitate fiant. Quibus uerbis post fidei admonitionem addidit charitatis opera, innuens fidem sine illis non sufficere ad

1.co.14

1.co.16

salutem. Et in posteriore epistola ad eosdē ait, Om- 2.cor.5
nes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Ecce patet præmia diseribuenda singulis iuxta eorum operum qualitatem. Verùm quid moramur in re tam aperta? Beatus enim Iacobus in sua catholica epistola ait, Qui Iaco.1.
autē perspexerit in lege perfectę libertatis, & permānserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in suo facto erit. Et in alio eiusdē epistolæ capite, Vis autem scire ô homo inanis, qm̄ Iaco.2.
fides sine operibus mortua est? Et iterum ibidē, Videtis qm̄ ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. Et rursum, Sicut enim corpus sine spiritu mortuū est, ita fides sine operibus mortua est. Vides q̄ aperte, q̄ sine ullis inuolucris hanc sententiam docet beatus Iacobus? Tam clara certe sunt hæc pro nostra, hoc est catholica doctrina testimonia, ut Lutherus eorum claritatem & efficaciā perspiciens, nesciens quò se diuerteret, ad cōmune omnibus hæreticis asylum confugiat, dicens talem epistolam nō esse Iacobi apostoli, neq; apostolico spiritu dignam. Ob eandē etiam caussam negat librum Apocalypsis: nimirum quia per illius testimonium temeraria Lutheri reuincebat doctrina. In eo enim apo.14
libro sic dicitur, Beati mortui qui in dño moriuntur. Amodo enim iam dicit spiritus, ut requiescant à laboribꝰ suis. Opera enim illoꝝ sequuntur illos. Et iterum, Et alius liber apertus est, qui est uitæ, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris, secundū opera ipsoꝝ. Et rursum, Ecce uenio cito, & merces mea mecū est, reddere unicuiq; secundum opera sua. Propter hæc ergo tam clara hoꝝ li- apo.22
broꝝ testimonia quæ aduersus Lutherū militant, Lutherus decreuit his libris fidē non p̄stare, dicens eos non esse ex canone sacrorum librorum. Verùm

de hac re in primo huius operis libro capite secūdo disseruimus. Antè enim q̄ ad pugnā accederemus, ne forte in posterū quid simile, ut nunc, cōtingeret, de armis utriq; parti cōmunibus disputauimus, ut prius cōueniret inter nos de armis quibus esset pugnandū. Ibi ergo ostendimus hos libros esse canonicos: quapropter non est quod amplius de hac re
Galat.5 disputemus. Accedit ad hæc, q̄ si sola fides iustificaret (ut Lutherus ait) omnia in uno mandato, uidelicet in fide, cōplerentur: Paulus tamē dicit omnia in uno mandato cōpleri, nempe in charitate: non autē in fide. Sed charitatē nominans, fidem includit, quę est eius fundamentū. Quod si forte Lutherus propter hæc testimonia dicat se intelligere de fide formata, quæ uiuit per charitatem illam fouentē, tunc conuenit inter nos, quoniam nos etiam dicimus talem fidem iustificare, quamuis de illa etiam non admittamus q̄ sola iustificet. Nam si fides ut iustificare possit, opus habet charitate: multo uerius charitas dicenda est iustificatrix, à qua habet fides ut iustificet, q̄ ipsa fides quæ per charitatem iustificat. A forma enim quæ rei perfectionem præstat, capitur ipsius rei ut substantia, ita & proprietas & denominatio. Paulus autem finē legis dicit esse charitatem, & nō fidem. Præterea quomodo fides potest esse sola sine operibus, si ipsa fouetur à charitate? Charitas enim nō est otiosa, qm̄ (ut ait Paulus ad Galat.5.) In Christo Iesu neq; circuncisio aliquid ualet, neq; præputium, sed fides quæ per charitatem
Ioā.14. operatur. Et dominus apud Ioannē, Si diligitis me, mandata mea seruate. Si ergo charitas adest, operatur. quod si nō operatur, iam charitatis nullum est signum. Vnde beatus Ioannes in sua prima catho-
1.Ioā.3 lica epistola sic ait, Qui habuerit substātiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necesse habentem, & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo est charitas

patris in eo? Probatio ergo dilectionis (ut ait beatus Gregorius) exhibitio est operis. Dicamus ergo non solam fidem iustificare, sed etiam opera esse necessaria. Qui autē sola fide cōtentus, sine operibus putat esse sibi satis, uidetur mihi similis esse illi homini de quo dicitur in euangelio q̄ cœpit ædificare, & nō potuit cōsummare. Nam fides fundamentum est, super quod ueluti super quandam firmissimam petram deus fundauit Ecclesiam suam: super quod etiam nos omnes fundari præcipit Paulus, ut stabiles & īmobiles simus à spe Euangelīj quod audiuimus. Si ergo fundamentum est fides, aliquid superædificandū erit, q̄m qui fundamentum iacit, de reliquo ædificio cogitat. Illud uero quod superædificandum est, ut ædificium maneat laudabile, est opus bonū. Vnde Paulus in priore epistola ad Corinthios ait, Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, uniuscuiusq; opus manifestum erit. Ex quibus Pauli uerbis patet opera esse illa quæ superponenda sunt fundamento fidei. Qualiter autem quisq; superædificauerit, ignis probabit. Qui ergo fide sola cōtentus, opera contēnit, is meritò cœpit ędificare, & nō potuit cōsummare. Luc. 14. Colo. 3 1. cor. 3

* Propter has urgentissimas rationes quæ apertissime conuincunt opera esse necessaria ad beatitudinē assequendam, posteriores Lutherani uolētes ducis sui sententiam corrigere, fatentur ingenue operū necessitatem: quia sine illis (ut aiunt) uera fides esse nō potest: illa tamē opera nihil prorsus ad hominis iustificationē ualere dicunt. Nam quidam Ioānes Riuius Atthendorienſis ex Lutheranorū factione in quadam epistola ad amicum innominatū, quæ inscribitur de sola fide, postq; opera fidei cōiunxerat, sibijpsi obijcit atque respondet, sic inquiens. Opera igitur, dicet aliquis, requiruntur. Fatcor, uerum nō *

uti iustitiam per ea assequamur, & hæredes existamus æternorū bonorū, id quod statim à renascentia sumus: sed ut fidē per ea nostram cōprobemus, palamq́ omnibus notā ac testatam faciamus. Nanq́ ea demū solida ac p̄fecta est fides, q́ est per charitatē efficax, ut Apostolus inquit. Quemadmodū enim cuiusmodi sit arbor, de fructibus cognoscitur: ita uera ne sit fides an secus, ex operibus atque factis perspicitur. Et aliquibus interpositis, subdit. Nam ne erres, fides in deum plena atq́ perfecta, non simplex ulla credulitas, sed persuasio firma est, cum spe fiduciaq́ erga Deum iuncta: sic ut non spei minus in fide q̄ credulitatis adsit. Nā simplex illa de deo persuasio, solum aditus quidam & uelut ianua est, ad ipsam solidam ac perfectā fidē. Hactenus Ioannes Riuius. Ex cuius uerbis cōstat, fidei nomē longe aliter ab illo accipi, q̄ Paulus accepit, quum, de fide ut particularis est uirtus, loquitur. Nam fides hæc de qua Ioannes Riuius loquitur, complectitur secum spem. At Paulus illam non solum à spe, sed etiam à charitate separat & distinguit. Nunc autem (ingt Paulus) manent fides, spes, charitas, tria hæc: maior horum est charitas. Si fides (ut Ioannes Riuius ait) complectitur in se spem, iam non tria, sed duo sunt. Si tria sunt (ut Paulus ait) oportet necessario fidem ab alijs duabus separare. Et de hac fide quæ à spe, & charitate separatur, nos dicimus illam non sufficere ad iustificandum hominem: quod ille etiam fatetur. De alia uero fide quæ secum habet spem connexam, dicit ille q̄ sola illa sufficiat ad iustificationem. Sed huic sententiæ catholica fides repugnat, quæ docet neque fidem, neque spem ualere aliquid sine charitate. Si uero dicit Ioannes Riuius fidem connectere, sibi charitatem sicut spem, iam tunc ex tribus uirtutibus Theologalibus uirtutibus faciet nobis unam, uidelicet fidem. Itaque non

tria(ut Paulus ait)sed unum erunt. Cæterum quod de operibus ait,illa non ualere ad iustificationē esse quendā, si intelligit, opera nostra nullius esse apud deum meriti ad assequendam beatitudinem,aperte repugnat sacris literis, quæ toties referunt Deum propter bona opera daturum hominibus gloriam æternam. Sed de hoc alibi in titulo de merito longius disputabimus. Si uero intelligit ꝙ opera nostra dum in peccato sumus,nō ualent ad assequendam iustitiam, hoc est, gratiam iustificantem, hoc ipsum quilibet catholicus fatebitur: quoniam Paulus ait. Si ex meritis,iam non est gratia. Verum etsi opera non ualeant iustificare, disponunt tamē mentem, ad iustitiam de manu dei gratis recipiendam: quod ille negare non poterit. Supereſt ut Lutheri obiectionibus respondeamus. Primò namq; obiicit illud Apostoli Pauli ad Rom.v. Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus apud deum. Et illud ad Ephesios secondo,Gratia estis saluati per fidem,& hoc non ex uobis. Et in epistola ad Hebræos. Sine fide impossibile est placere deo. Et in Actibus Apostolorum beatus Petrus loquens de gentibus conuersis ad Christum,ait,Et qui nouit corda Deus,testimonium perhibuit: dans illis spiritum sanctum sicut & nobis,fide purificans corda eorum. Et per prophetam Abacuch cap. secundo dicitur, Iustus ex fide uiuit. In quibus omnibus scripturę locis & alijs quamplurimis iustificatio, & purificatio tribuuntur fidei,nulla operum mentione facta.Signū est(inquit Lutherus)ꝙ sola fides sine operibus iustificat hominem. Huic autem obiectioni respondemus, uerum esse quod in illis scripturæ locis dicitur,fidem scilicet iustificare hominem, & sine illa neminem esse iustum:nō tamen sic dicitur fidē iustificare, ꝙ alia omnia excludantur à iustificatione. Nō enim per hoc quòd effectus dicitur produci ab

Heb.11

AA.16

una causſa, per hoc excluditur alia quæ particeps fuit illius productionis: ut gratia exempli ſiquis dicat Petrum eſſe genitū à Ioanne, non per hoc aſſerit eum nō eſſe genitum à matre, etiam ſi mater taceatur. aut ſi dicat eum eſſe factū à patre & matre, non ideo colligendum eſt inde ut intelligat talis ſic loquens Petrū nō fuiſſe productum à deo. Scriptura ergo etſi dicat iuſtificationem pendere ex fide, nō tamen dicit eam pendere ex ſola fide. At dicunt, de iuſtificatione loquens expreſſit fidē, nulla mentione operū facta. Fatemur eum tunc tacuiſſe de operib⁹, non tamen illa excluſit à iuſtificatione. Nam ſi per hoc ꝙ tacentur, debent reputari pro excluſis, oporteret etiam dicere baptiſmum non eſſe neceſſarium quin ſine ipſo quilibet ſaluari poſſet, quoniam in nullo illoꝝ locoꝝ ſcripturæ quæ modo citauimus, fit mētio aliqua baptiſmi: fides ergo ſine baptiſmo ſaluabit? Abſit. Quod ſi Lutherus dicat baptiſmi neceſſitatem alibi fuiſſe expreſſam, etſi in his locis taceatur, & hoc ſufficere aſſerat: & nos hoc etiam illi reſpondebimus, ꝙ licet in his locis ſcripturæ citatis, aut alijs quibuſcunq; taceantur opera cum de iuſtificatione fit ſermo, nō per hoc intelliguntur excluſa à iuſtificatione, quoniam ſatis eſt pro illoꝝ aſſertione, operū uirtutem & efficaciam alibi fuiſſe expreſſam, ſicut patet in teſtimonijs ꝙ nos primùm adductis. Præterea ſi per hoc ꝙ opera tacentur, licet ea excludere, aut eorum excluſionem inferre, eadem ratione licebit fidem etiam excludere à iuſtificatione, quia ſæpe operibus tribuitur iuſtificatio, nulla fidei mentione facta. Et ut alia huius rei teſtimonia omittam, uel illud eſt apertum, quod in cōmendationem eleemoſynæ dicitur. Eleemoſyna ab
Tob. 4 omni peccato & morte liberat. Vide quod dixit, ab
Eccle. 3 omni peccato. Et iterum de eadem, Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis.

Et rursum ipsamet ueritas ait, Date eleemosynã, & Luc.6.
oía munda sunt uobis. Aduerte quod dicit, omnia.
Posset ergo aliquis sic argumentari, eo modo quo
Lutherus, Ecce saluator cõmendat nobis eleemosy
nam, & nullã prorsus tunc de fide mentionẽ faciẽs,
dicit oía esse nobis munda. Ergo fides non est neces
saria, sed sola eleemosyna sufficiet, maxime quia in
die iudicij (ut ipse dñs ait per Matthæũ) de hac pe- mat.25
tet rationẽ, nec tunc etiã ullam fidei mentionẽ facit.
Absit autẽ ut quis dicat solam eleemosynã sufficere
ad uitam ęternam, cum Paulus dicat: Si distribuero 1.co.13
omnes facultates meas in cibos pauperũ, charitatẽ
autem nõ habuero, nihil mihi prodest. Quotiescũq;
ergo fides aut quæuis alia uirtus laudatur, uel ali-
quid honoris illi tribuit, semp intelligẽdum est hac
subintellecta cõditione, si rectè suum exequatur of
ficium. Tunc autẽ dicitur suũ officium rectè exeq;
si alia nõ omiserit quæ aliàs pręcepta sunt. Sicut. n.
eleemosyna dicenda est bona, qñ ex fide procedens
solo dei respectu fit: sic etiã fides tunc erit sufficiens,
qñ illi fuerint opera necessaria cõiuncta. Non enim
per hoc q̃ una aut altera uirtus laudaẽ, statim inui-
dendum est alijs, quia uirtutes nõ sibi inuicem inui
dent, quẽadmodũ homines facere solent, qui aliorũ
laudes existimant suas esse cõtumelias, putãtq; suę
gloriæ detrimẽtum esse cuiuscunq; alterius laudes.
At uirtutes non ita, sed omnes sua sorte cõtentæ, &
quælibet suum gradũ agnoscẽs, nec inferiorẽ despi
cit, nec altiori inuidet. Per hæc ergo quæ diximus,
facilè (ut existimo) cuilibet obiectioni respõderi pos
set, fatentes fidẽ iustificare, fidem exigi, fidẽ purifica
re, sed non solam, sed cum ea exiguntur oía illa quæ
aliàs p̃cepta inueniuntur. Nam alioqui frustra præ
ciperentur. Verùm unus nobis restat scrupulus ad-
huc tollendus. Paulus siqdem in ea quæ est ad Ro. 2.obie-
epistola ait: Arbitramur iustificari hominẽ per fidẽ, ctio.

Ro.1. Gala.2 sine operibus legis. Et in epi. ad Gala. Scientes autē ꝙ non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidē Iesu Christi, & nos in Christo Iesu credidimus, ut iustificemur ex fide Christi, & nō ex operibus legis. Propter quod ex operibus legis nō iustificabit omnis caro. De his duob⁹ scripturæ locis maxime gloriantur Lutherani. quia (ut ipsi aiunt) in illis sic tribuitur iustificatio hoīs ipsi fidei, ut excludantur opera. Quibus respōdemus, Paulū in illis duobus locis loqui de opibus legis ueteris, puta de cerimoniis & aliis ritibus, quæ omnia fuerant per Christi mortē deleta, ut nullā penitus uirtutē habentia, qua propter nec iustificare quēq; poterant. Non autē loquebatur de operibus alioꝝ præceptorū decalogi. Ipsa autē materia de qua in illis epistolis tractat, ita esse aperte cōuincit, quoniā (ut beatus Hilarius ait) circūstantiæ scripturarum solent scripturæ sensum aperire. Certum est autē Paulum in illis duab⁹ epistolis circa hoc uersari, ut ostendat legē Mosaicam quæ solis Iudæis data fuerat, iam cessasse, legemq; Christi nouam esse oībus cōmunem. Ideo post illa uerba quæ ex. 3. cap. epistolæ ad Ro. citata sunt, statim subiunxit, An Iudæoꝝ deus tantū? Nōne & gētium? Immo & gentium, qm̄ quidem unus est deus qui iustificat circumcisionē ex fide, & præputiū per fidē. Et de epistola ad Galatas manifestū est in illa hoc uelle docere Galatas, ut uidelicet crederent legitima non esse amplius exercenda. nā ob hanc causam testatur se reprehēdisse Petrū, ꝙ uidelicet per simulationem gētes iudaizare cogebat. Nulla in illis epistolis, ad Rom. uidelicet, & ad Gala. fit mētio de aliis operibus q̄ de operibus legis ueteris. Nil ergo aduersus nos illa scripturæ loca agunt: qm̄ etiā nos fatemur illa opera legis ueteris iam nullius esse momenti. Scio aliter hæc loca ab aliis exponi, & aliter obiectioni responderi ab eisdem: mihi tū hic sensus

magis placet, quoniam magis germanus est literę. Et Theophylactus illa duo loca exponit eo modo quo nos exposuimus. Beatus Ambrosius ad eundē modum interpretatur. Beatus Hieronym. illū locum epistolæ ad Galatas docet eodē modo esse intelligēdum. Hæc ergo de hac re dicta sufficiant iuxta breuitatem quā a principio statuimus. De hac re scripsit Augu. opus quod inscribitur de fide & operibus. Scripsit etiam frater Iacobus Hochstratus hoc nostro seculo cōtra Lutheranos quādam epitomen de fide & operibus. Iodocus Clichthoueus in illo opere quod fecit pro declaratione & assertione ueritatum definitarū in concilio Senonensi, in ca. ulti. totius operis de hac re disputat. *Thomas de Vio Caietanus speciale de hac re opusculum cōtra Lutherum scripsit. Post illum longe copiosiorē tractatum edidit Ambrosius Catharinus Politus. Et alij multi scripsisse dicūtur quos longū esset recēsere. *

FORNICATIO.

INter alios Græcorū errores quos Guido recenset, est unus ad hanc rem pertinens. Dicunt enim (ut ille ait) fornicationē simplicem, hoc est, coitum soluti cum soluta, nō esse peccatum mortale. Sed aduersus hunc errorē iam supra disputauimus in titu. de Coitu, hęresi. 1. Ad illū ergo locū mittimus lectorē. Græci.

FVTVRVM CONTINGENS.

DE hac re est unus error quo docetur nihil cōtingens in rebus euenire, sed oīa quæ fiunt, necessitate absoluta fieri. Huius hęresis author fuit Petrus Abailardus. Eum postea secutus est Ioannes Vuitcleff, dicēs potentiā dei & actualem creationē eiusdem esse mensuræ, ita ut nō possit plures res creare q̄ creat, nec aliter res facere q̄ fecit. Eundem errorē tutatur nunc Lutherus, dicens oīa quæ fiunt, tam absoluta necessitate fieri, ut impossibile sit aliter fieri q̄ fiunt. Hinc aperte cōuincimus uerū esse quod Petrus Abailardus Vuitcleff. Luthe.

aliàs diximus, cauſſam uidelicet hęreſum potiſſimã eſſe cp fidem metiuntur iuxta noſtri intellectus potentiam, ita ut illa ſola credenda putent, quę eorum intellectus cõprehendere poteſt. Quia enim humillimus intellectus, uel ut melius dicã, excæcatus Petri Abailardi & Ioãnis Vuitcleff, non poteſt cognoſcere alia cꝫ ea quę facta ſunt, inde cõcludunt deum non poſſe facere niſi quæ facta ſunt. Itaq; diuinam omnipotentiã concludere uolunt & circunſepire limitibus ſui intellectus, quod maxima eſt blaſphe-
Ro.11. mia. Paulus nãq; ait uias dei eẽ inueſtigabiles. Quẽ locum pertractans Origenes lib. 9. ſuper epiſto. ad Rom. ait, Neq; inſcrutabilia iudicia, & inueſtigabiles uiæ dicerentur, niſi quia nulla eſt creatura quæ uel inueſtigare ualeat uel ſcrutari. Solus enim filius eſt qui nouerit patrem, & ſolus eſt ſpiritus ſanctus qui ſcrutatur oĩa, etiam altitudinẽ dei: & ideo hanc altitudinem dei quã inſcrutabilem dicit & inueſtigabilem, omni creaturæ inſcrutabilẽ dicit. Hæc Origenes. Quid ergo ſuperbiſſimi hæretici ſcrutari tentant quod inſcrutabile eſt? & ueſtigare quod inueſtigabile eſt? Volunt enim uelut illi Babylonĩ qui turrim ædificare cœperãt, in cœlum aſcendere, ſed deie-
Gen.11. Ro.1. cit eos deus, dum ſe eleuare ſuper altitudinem cœli cõtendunt, & ita euanuerũt in cogitationibus ſuis, & obſcuratũ eſt inſipiens cor eorũ. dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Melius certè Augu. qui captiuans intellectũ ſuum in obſequium oĩpotentiæ diuinæ, ita dicit, Demus deum aliquid poſſe quod nos fatemur inueſtigare non poſſe. in talibus enim rebus tota ratio facti eſt potentia facientis. Hęc Augu. in quadã epiſtola ad Voluſianũ. Cęterum qa Petrus Abailardus & Ioãnes Vuitcleff in hoc unũ cõueuerunt, ut apud ſeipſos ſolos, contra ſapientis præceptum, prudentes ſint, & oĩum ſanctorũ uirorũ ſententijs poſthabitis, de ſolo ſuo ſenſu glorientur,

ideo ex sola sacra scriptura testimonia proferentes, contra illos agamus. Et primo pro nobis testimonium dicit Sapiens, qui loquens de uia filiorꝝ Israel per desertum, ita ait, quod quidã errantes colebant mutos serpentes, & bestias superuacuas, Immisisti illis multitudinẽ mutorꝝ animalium in uindictã, ut scirent quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Non enim impossibilis erat omnipotẽs manus tua, quę creauit orbem terrarũ ex materia inuisa, immittere illis multitudinẽ ursorum, aut audaces leones, aut noui generis ira plenas & ignotas bestias, aut uaporẽ ignium spirantes, aut fumi odorẽ proferentes, aut horrendas ab oculis scintillas emittẽtes, quarum nõ solum læsura poterat illos exterminare, sed & aspectus per timorẽ occidere. Nam & sine his uno spiritu poterãt occidi, persecutionẽ passi ab ipsis factis suis, & dispergi per spiritũ uirtutis tuæ: sed omnia in mensura & numero & pondere dispo suisti. Vides q̃ multa numerauit sapiens quę deum ait potuisse facere, cum tñ nunq̃ facta fuerint. Alia ergo potest facere, & aliter facere q̃ facit. Et post illa uerba iterũ ait Sapiens, Misereris oĩum, quia oĩa potes, & dissimulas peccata hominũ propter pœnitentiam. Ecce laudat dei miserationem, quã inde cõ uincit, q̃ cum possit hominẽ peccãtem statim è mũ do tollere, uitam illi permittit qua pœnitere possit, & uenã promereri. Eandẽ etiam sententiã in eodem libro, altero tamẽ capite, Sapiens repetit. Nec potest Vuitcleff euadere ea parte qua tentat, dicens deum multa potuisse quæ non fecit, potuisse inquã, si uoluisset. Sed nos dicimus q̃ potuit cum tñ non uoluit, quia si uoluisset, fecisset; unde cõuincitur ut nõ uoluerit quod nõ fecit. Præterea Christus redẽptor noster pridie q̃ pateretur, & cum proximꝰ esset ut caperetur, Petro qui gladio amputauerat auriculã serui principis sacerdotũ, dixit, An putas quia non

Sap. 11

Sap. 11

mat. 26

possum rogare patrē meū,& exhibebit mihi plusq̄ duodecim legiones angelorū? Quomodo ergo implebūtur scripturæ? quia sic oportet fieri. Petrus uoluit magistrum ui & armis defendere, & impedire, si posset, ne caperetur. At ipsemet magister uolens ostendere esse in manu sua non pati si uellet, dicit se posse rogare patrē suum ut exhiberet illi duodecim legiones angelorū, qui facilius hoc exequi possent, Verùm licet hoc se posse dixerit, constat tamē illum non sic ut poterat fecisse. Et apud Ioānem ostēdens se sola uoluntate mortem passurū, & nō necessitate absoluta, ut aiunt hæretici, dicit, Propterea me diligit pater, quia ego pono animā meam, & iterū sumā
Ioā.10 eam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me ipso. Potestatē habeo ponendi eam, & potestatē habeo iterū sumendi eam. Quibus uerbis innuit manifestè se habere potestatē impediendi uirtutē hominum machinātium ad mortē eius. ideo dixit, nemo tollit eam a me. ac si apertius Iudęis diceret, Vos sititis sanguinē meum, & mortē meam anxiè desideratis. Hoc autem scitote q̄ me inuito & inuoluntario nullus uestrū prævalebit. Rursum, Beatus Pau-
Heb.5 lus in ea quæ est ad Hebræ. epi. de Christo loquens ita dicit, Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesq̄ ad eum qui posset illum saluū facere a morte, cum clamore ualido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Quid hoc testimonio apertius desiderari potest? Paulus ait deum potuisse liberare Christum a morte, hoc est, ne talem pateretur mortē. Hoc tamē cum non fecerit, cōuincitur deum aliud & aliter posse facere q̄ facit. Et in prio-
1.co.10 re epistola ad Corinth. ait, Fidelis est deus qui non patietur uos tentari supra id quod potestis. Nō autem patimur aut permittimus (nam pati hic pomē pro eo quod est tolerare aut permittere) nisi ea quæ cum aliter euenire possint, impedire nolum? ne ita

eueniant: quæ cum nō impedimus, sed finimus esse prout sunt, tūc dicimur ea pati, aut tolerare, aut permittere. Nullus enim recte & ut decet loquens diceret, Ego non patiar ignem esse frigidū: aut, patiar ignem esse calidum, quoniā nullus nostrū potest facere ut ignis frigeat, aut impedire ne caleat. Cū ergo Paulus dicat de deo q̄ non patietur nos tentari supra id quod possumus, signū est q̄ aliter euenire potest, ut uidelicet supra nostrā potentiam tentemur. Hoc autem etsi cōtingere posset, quia tñ ne ita eueniat, deus nō permittit, ideo ait Paulus q̄ nō patietur nos tentari supra id quod possumus. Ex quo loco si rectè consideretur, aperte etiā ostenditur deum posse facere res aliter q̄ facit. Deinde mutatio ipsa operationū quæ in creaturis deo iubente cōtingit, apertissime ostendit deū posse facere res aliter q̄ facit. nā sæpe cōtingit ut res aliter se habeant & aliter operentur q̄ a natura illis cōcessum fuerat: quę mutatio cōuincit ut cum aliter factū fuerit, non necessitate sed mera dei uoluntate ita factū esse credamus. Quòd enī mulier in iuuentute sterilis, prout de Sarra sacra narrat historia, postea senio cōfecta pariat, præter naturæ ordinē euenit. Asina Balaā cum loquitur, limites suæ cōditionis excedit. Quæ cū motum suū relinquens, sterit in fauorē filiorū Israel, ultra leges naturales hoc habuit. Virga amygdali nomine Aaron cōstituta, cōtra naturalē ordinem sine radice floret, cum esset arida, & fructum emittit. In fornace ardēte pueri inclusi non cōburuntur. Et ex petra arida quæ nullam humoris uirtutem cōtinebat, fluunt aquæ largissimæ adeo ut pro sexcentis millibus animarū sufficerint. Cum hæc omnia præter naturæ ordinē eueniant, docemur ut cum iuxta naturę ordinē aliquid fit, credamus tunc etiā deum aliter facere posse. Accedit ad hæc, q̄ si nihil contingenter euenit, sed omnia necessitate absoluta fiunt,

Gen. 21
Nu. 22. Iosu. 10 Nu. 17
Dañ. 1.
Nu. 20

orationes erunt prorsus inutiles. Vt quid deū oramus si necessariò euenit id quod semel decretū est? Frustra enī oramus si id quod petimus, nobis etiā non petentibus fiet: aut si futurū non erat, impossibile est ut fiat. Frustra ergo oramus? Absit. Nam do
Mat. 6 minus nos orare præcepit, & Dauid Rex orans in
ieiunio & fletu, sperauit se posse impetrare a deo ne
2. re. 12 filius suus moreretur, quāuis per Nathan prophetam fuerat ei dictum, Filius qui natus est tibi, morte morietur, & cum postea uidit filium mortuū, dixit Dauid seruis suis qui illū reprehenderant, ppter ieiunium & fletum, Propter infantē cum adhuc uiueret, ieiunaui & fleui. Dicebā enim, Quis scit si forte donet eum mihi dñs, & uiuat infans? Nunc autē quia mortuus est, quare ieiuno? Ecce Dauid credit deum potuisse facere de morte filij eius aliud quàm fecit, & Petrus Abailardus hoc nō credit. Quapropter uidetur mihi uelut alter Goliath, qui oēs filios Israel, id est oēs sacros doctores ad bellū prouocat: sed uide eum iam nunc a Dauide percussum & in-
mat. 26 terfectum. Præterea Christus patrē orans ait, Pater si possibile est, transfer calicem hunc a me. At Christus qui futura prēuidebat, sciebat se calicē potaturum: ergo iuxta istorū sententiā impossibile erat ut nō biberet. Frustra ergo orat? Absit ut in tantā blasphemiam prorūpamus, ut dicamus Christum petiuisse patrem id quod impossibile erat sibi donari. Quod autē dixit, Si possibile est, non dixit quasi dubitans de potentia, sed uelut sciens diuinā uoluntatem cui reluctari nolebat. ideo quod hic dixit, Pater si possibile est: alius euāgelista eandē orationē enar-
Lu. 22 rans dixit, Pater si uis. ex quorum duorū locorum collatione ostenditur Christi uerba sic esse intelligenda, Pater si possibile est, hoc est, si potest fieri sine cassatione tuæ uoluntatis. nā huic cōeradicere Christus nolebat, sed uolebat eam impleri: ideo subdit,

Verūtamē

Verũtamen non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu. Hieronymus autem, & Chriſtianus Druthmarus qui illum imitatur, aliter exponunt, quanuis eorũ expoſitio noſtro primo propoſito nõ contradicat. Cæterũ quod illa nõ fuerint uerba de dei potentia dubitantis, uerba Marci conuincunt. Nam poſt illam orationẽ Marcus refert Chriſtum ſic dixiſſe, Abba pater, oía tibi poſſibilia ſunt. qbus uerbis apertiſſime innuit Deum poſſe transferre calicem ab illo, ne uidelicet illũ biberet. cum autem nõ ſic factũ fuerit, conuincimus deum poſſe facere res aliter cũ facit. Aduerſus hunc errorẽ militant ea quę inferius pro aſſertione liberi arbitrij dicemus. Lector ergo ex illo loco petat plura ſi illa deſiderat, qm̃ oſtenſa arbitrij libertate, conuincit non omnia neceſſariò euenire. Poſtremo ex 45. articulis Ioan. Vuitcleff in concilio Conſtatienſi ſeſſione octaua dãnatis, is unus uiceſimoſeptimo loco ſtatuitur, quo dicit · Omnia de neceſſitate abſoluta eueniunt. Qui ſimul cũ alijs una ſuper omnes lata ſententia damnatus eſt. Aduerſus hunc errorem ſcripſit Thomas Vualden in ſuo. 1. tomo doctrinalis fidei antiquæ, lib. 1. artic. 1. à capite 10. uſq; ad caput 14. Sed in illo loco aliquã tulum tepuit, qm̃ rariſſimus fuit in citandis teſtimonijs ſacræ ſcripturæ, denſior autem in citandis teſtimonijs aliorũ ſacrorum doctorum: quod faciẽdum non erat, præſertim quia expreſſa ſunt ſcripturæ ſacræ teſtimonia, & quia cõtra homines agebat quos conſtat teſtimonia hominum non recipere.

Mar. 14

Concilij Cõſtantiẽſe.

GRATIA.

PElagij error notiſſimus eſt, qui tantum tribuit libero arbitrio, ut diceret abſq; gratia Chriſti hominẽ poſſe omnia præcepta dei implere, & ſuis meritis uitam æternam cõſequi. Et cũ ſuper hac re ab alijs increparetur, eatenus ceſſit admonitioni, ut diceret gratiã nõ eſſe abijcendam uelut prorſus mu-

Pelagius.

tilem,sed esse amplectendam,quia illa accedente facilius posset haberi gloria æterna. quibus uerbis innuebat sine gratia beatitudinem posse acquiri,licet difficilius q̃ cum gratia. Hunc errorem post Pelagium docuit Cælestinus quidam(ut opinor)monachus,cuius autẽ gentis fuerit,mihi non est notum, qm̃ Gennadius in catalogo illustriũ uiroꝝ de illo differens,patriam subticuit.*Ex illius autẽ descriptione cõstat fuisse Pelagio coæuum sub Innocentio Papa huius nois primo.ˆ Augu.tñ in lib.de hæresib.cap.88.dicit huius erroris fautores fuisse postea etiã appellatos Cælestinianos ab hoc Cælestino.Eũdem tutatus est errorẽ Iulianus epꝰ Capuanus,uir(ut ait Gennadius)acer ingenio, in diuinis scripturis doctus,& qui aduersus beatum Augustinum impugnatorẽ illius scripsit libros aliquot. Aduersus hunc errorem tali temperamẽto oportet aggredi,ut sic gratiæ necessitatẽ defendamus,q̃ nõ derogemus libero arbitrio.sic rursum libertatẽ uoluntatis asseramus,ut eã egere gratia cõuincamus. Vt autem hoc melius faciamus, admonere prius oportet triplicẽ esse libertatem.Quædam est libertas à culpa,de qua apostolus ait, Cum enim serui essetis peccati,liberi facti estis iustitię.Et alibi·Vbi spiritꝰ dñi,ibi libertas. Hæc libertas nõ est illa qua dicimus liberũ esse omne hois arbitrium. Est alia libertas q̃ opponitur cõtra seruitutem miseriæ, de qua etiam Apostolus ait·Et ipsa creatura liberabit à seruitute corruptiõis in libertatem gloriæ filioꝝ dei. Neq; hæc libertas nostro ꝓposito deseruit, qm̃ nõ ab illa dicitur arbitrium hominis liberum. Tertia libertas est quæ opponit cõtra necessitatem,aut uerius coactionẽ,qm̃ aliqua necessariò sunt,ut gratia exempli productio spiritus sancti,dilectio mutua personarum diuinarum,quæ liberè fiunt,quanuis necessariò, nõ tamẽ ex coactione aut uiolentia,

Cælestinus.

*

Iulianus.

Ro. 6. 2.co.3.

Ro.8.

quia non nituntur in oppositum. Ab hac libertate uocamus hominis arbitrium liberum. Hanc libertatem habet homo à sua conditione, estq; illi adeo insita, ut ab eo diuelli nō possit. Hāc autem arbitrij libertatem nō est nunc opus ut probemus, qm̄ aduersus Pelagium agimus, q plus iusto arbitrio humano fauit. Si qui autem sunt qui hanc libertatem expugnant, non sunt modo citandi, quoniam alibi contra illos disputabimus. Cæterum ut arbitrij libertatem, & gratiæ necessitatem simul ostēdamus, est ulterius aduertendum, uoluntatis nostræ operationes esse triplices. Quædam enim earum est bona, ut uelle dare eleemosynam egenti, propter deū. Alia mala, ut uelle furari. Alia media, quæ nec bona nec mala censenda est, ut uelle fricare barbam, aut deambulare, nullo cōsiderato fine ad quem hæ operationes diriguntur. nam si aliquis illis operationibus præfigeretur finis, ab illo posset quælibet illarum bonitatē aut malitiā accipere. His ergo iactis fundamētis, qnq; addo catholicas assertiones. Prima, Liberum arbitriū ex se & ex sua conditione potest eligere quālibet uolitionē malam. Secūda catholica assertio. Liberū arbitrium ex sola suæ naturæ cōditione (nō excludo hic aut in prima assertione illā dei generalem cōcausationem) potest eligere quodlibet opus mediū, qd' uidelicet nec est bonum nec malum. Tertia catholica assertio. Liberum hominis arbitrium ex sola sua potestate, addita etiā illa cōmuni & generali dei cōcausatione, non potest sine aliquo dei speciali auxilio bonum aliqd' operari, qm̄ semper circa illud præcedit quædā monitio, aut attractio, aut inspiratio, aut aliquod donū naturę superadditū, quod ipse deus mere gratis qbus illi placet, donat. Quarta catholica assertio, Postq; deus uoluntatem nostram excitauit ad bonum, est in ipsa hois uoluntate hæc potestas, ut deo monēti

& inspiranti consentiat, aut dissentiat. Quinta catholica assertio • Postquam uoluntas nostra cũ dei adiutorio cœpit agere aliquod bonũ, nõ potest sine eiusdẽ dei speciali adiutorio bonum inceptum prosequi, & in eo pseuerare. Ex istis ergo quinq; assertionibus apertissime patet quata sit nostri liberi arbitrij potestas, quanta sit etiã in libero arbitrio gratiæ diuinæ necessitas. Verùm supereſt ut ne solum docere uideamur, ea quæ diximus, testimonijs scripturæ sacræ comprobemus. De prima & secunda & quarta assertionibus inter nos & Pelagium conuenit: quapropter nõ est qd' nunc pro earum assertione laboremus. Restant igitur mihi solæ duæ propandæ, uidelicet tertia & quinta. Impotentiam no-
Esa. 10 stram satis apertè ostendit dñs per Esa. prophetam dicens, Nunqd gloriabit̃ securis cõtra eum qui secat in ea? aut exaltabitur serra cõtra eum à quo trahitur? Quomodo si eleuetur uirga contra eleuantem se, & exaltetur baculus, qui utiq; lignum est. Ecce uides qualiter deus seipsum comparat artifici, nos autem securi aut serræ, aut alij instrumento quo mediante artifex operatur. At securis aut serra nunquam lignum scindet nisi ab alio ad hoc moueatur. sic etiam nostrum liberum arbitrium nũq̃ bonum aliquid operari poterit, nisi a deo moueatur ad illud agendum. Quomodo ergo si exaltetur serra contra eum qui secat in ea, sic omnis q de bo-
Ps. 44. no opere gloriatur, & nõ in domino gloriatur. Simillimũ est huic quod diuinus Psaltes ait, Lingua (inquit) mea calamus scribæ uelociter scribentis. Esaias ostendit infirmitatem nostram ad opus, exẽplo serræ pro hac re adducto. Dauid eandem impotentiã circa uerba formãda docet, linguam suã calamo cõparans. Sicut enim calamus nunquã scribet nisi manus scribæ illũ moueat: sic nullus potest ali-
mal. 10 quid boni dicere, nisi lingua eius à deo moueat. Nõ

enim(inquit discipulis suis Christus)uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri q loquitur in uobis. Et Paulus ait, Nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. 1.co.12

Præterea Hieremias propheta dicit, Scio dñe quia nō est hominis uia eius, nec uiri est ut ãmbulet & dirigat gressus suos. Vide quid dicat. Non negat esse in hominis potestate ambulare, nam hoc potest homo cũ sola dei generali concausatione: sed negat esse in hominis potestate recte ambulare, ut uidelicet dirigat gressus suos ad finẽ quem omnes quærimus, scilicet gloriã æternam. Hoc autẽ Dauid expressius docet. A domino(inquit)gressus hominis diriguntur. Ideo suã agnoscens infirmitatem, adiutorium petit à domino, dicens, Perfice gressus meos in semitis tuis, ut nō moueantur uestigia mea. Et iterũ, Gressus meos dirige secũdum eloquium tuum, & nō dominetur mei omnis iniustitia. Erubescat ergo Pelagi⁹ dicens unũquemq; suo arbitrio regi. Et idẽ Hieremias dominum orat dicens, Sana me dñe, & sanabor. Saluũ me fac, & saluus ero, qñ laus mea tu es. Si Hieremias poterat seipsum sanare, ut quid à deo illud petit? Rursum per prophetam Osee iterũ Deus eandem sententiã docet dicens, Perditio tua Israel: tantummodo ex me adiutorium tuum. Hæc ex ueteri testamento testimonia sufficiant. Nunc iam ad nouum, in quo ueritas clarius lucet, accedamus. Sine me(inqt Christus)nihil potestis facere. Si nihil possumus, quomodo poterimus sine illo uitã æterã cõsequi? Et iterũ eadẽ ueritas ait, Nemo potest uenire ad me, nisi pater q misit me, traxerit eum. Præterea in illa oratione quã uerus magister nos docuit, dicitur, Adueniat regnũ tuũ. qbus uerbis petimus à deo gloriam cælestem, quæ est regnum dei æternũ. Et iterum in alia petitione habetur. Et ne nos induc as in tentationem, sed libera nos à malo. Hęc om- Pſal.36 Pſa.16. Pſa.118 Hie.17 Ose.13. Ioã.15. Ioã.6. mat.6. Ibidẽ.

nia unus & uerus magiſter nos docuit petere à patre ſuo. At ſi hæc oĩa nos poſſemus conſequi p ſolã noſtri arbitrĩ poteſtatem, nõ eſſet opus nos ea petere à deo. Ex quo facilè cõuincitur neminẽ poſſe uitam æternã cõſequi, aut oĩa peccata euitare ſine dei ſpeciali auxilio. Verùm hic dicet Pelagius tales petitiones nõ eſſe inanes, qa etſi noſtrum liberum arbitrium omnia illa poſſit, difficilia tñ ſunt illi. Ad hoc ergo dicit petimus, ut eo adiuuante facilius aſſequamur, quæ ſine illius adiutorio difficilè aſſeq poſſemus. Sed hoc Pauli teſtimonio reĩcitur, q in
Ro.8. epiſt. ad Rom. ait, Quos iuſtificauit, hos & magnificauit. Nõ dixit, quos iuſtos iuenit: ſed dixit, quos iuſtificauit: ut his uerbis doceret nos q̃ omnis noſtra iuſtificatio ab ipſo deo eſt, & non à nobis. ideo
Ro.10. iterq; ait, Neq; uolẽtis neq; currẽtis, ſed dei eſt miſerẽtis. Quibus uerbis aptiſſimè docet nihil nos poſſe ſine dei ſpeciali auxilio. Nã qd quęſo eſt illud qd ait, neq; currentis? Per illa nãq; uerba docet q̃ non ſolũ remiſſa uoluntas & tepida, ſed etiã q̃ nimio ardeat deſiderio, & q̃ quantũlibet uehementem adhibeat conatum, nõ poteſt ex ſe uitã æternã alleq, ſed hoc ex ſola dei miſericordia pẽdet. Hoc eſt. n. dicere, neq; uolẽtis neq; currẽtis: qm̃ q currit, magis circa motũ conat̃, & eius mẽbra uehemẽtiore impulſu agitant̃ à corde, q̃ ſi lẽto gradu ĩcedat. Et in alia epi
1. co.3. ſtola. Nõ q̃ ſufficientes ſimus cogitare aliqd ex nobis, q̃li ex nobis, ſed ſufficiẽtia nra ex deo eſt. Quid hic reſpõdebit Pelagi? Si nõ ſumus ſufficiẽtes cogitare, min? & uelle, qm̃ q̃ nõ cognoſcimus, uelle nõ poſſumus. Et ſi uelle bonũ nõ poſſumus, nec operari ualebimus. Noſtra (inqt) ſufficiẽtia ex deo eſt. Et qd Pelagius ait? Noſtra (inqt Pelagius) ſufficientia ex nobiliptis eſt, ſed facilitas ex deo. Aptiſſime ergo Pelagius pugnat cũ Pauli doctrina, hoc eſt cũ fide catholica. Et in alia epiſt. eãdem ſententiã repli

cat dicens, Potens est autē deus oēm gratiam abun- 2.co.9.
dare facere in uobis, ut in oībus semp omnem suffi
cientiam habentes, abūdetis in omne opus bonū.
Ecce uides qd nobis cōferat gratia, nō certe solam
facilitatem ad opus bonum, ut Pelagi⁹ dicit, sed cō
fert nobis omnem sufficientiā. Nō ergo sumus nos
sufficientes sine dei gratia. Præterea cum idem Pau
lus rogaret dīm tertio ut auferret ab eo stimulum
carnis, resp̄ōsum est illi à domino: Sufficit tibi gra- 2.co.12
tia mea. Non enim dixit dominus Paulo, Tu ipse
sufficis, sed dixit, sufficit tibi gratia mea. Quòd si
Paulus hoc quod petebat, potuisset, quāuis difficile, præstare, meritò respondisset illi dīs illud quod
beatæ Luciæ pro suę matris salute beatam Agathā
deprecanti, eandem Agatham respōdisse fertur. Vt
quid (inquit) à me petis uirgo Lucia, quod ipsa po
teris matri tuæ præstare cōtinuo? Verùm quia Pau
lus non poterat tam improbæ tentationi Sathanæ
etiam cum magna difficultate resistere, ideo dīs di
cit illi, Sufficit tibi gratia mea. Rursum, in epist. ad
Ephesios idem Apostolus ait, Gratia enim estis sal Eph.2.
uati per fidem, & hoc nō ex uobis. Dei enim donū
est, non ex operibus, ne quis glorietur. Pelagius ne
in totum uideretur tollere auxilium diuinum, dicit
fidem esse donum dei, & sine illa nos nō posse sal-
uari, atq; ideo dicit nos hoc debere deo, quòd scien
tiam nobis dedit qua illum uerè cognoscceremus,
& sciremus ea quæ agenda essent: qua scientia ha-
bita, dicit nō esse nobis opus ulteriore dono gratiæ
aut charitatis, quoniam nec charitatem uult fateri
donum dei, neq; eam dicit esse necessariam, sed suf-
ficere solam fidem cum nostri arbitrij potestate: &
hoc modo interpretatur illud testimonium Pauli
quod proxime citauimus. Gratia estis saluati per
dem. Sed attēdat Pelagius quòd Paulus nō ait nos
esse saluatos sola fide, sed gratia, & hoc per fidem.

Nam fidem solam aut scientiam nō sufficere, idem
1. co. 13 Paulus testaſ, dicēs, Si habuero omnem scientiā, & tantam fidem ut mōtes transferā, charitatē autem nō habeam, nihil mihi prodeſt. Deinde in epiſto. ad
Phili. 2 Philip. ait, Deus eſt enim q̄ operaſ in nobis uelle et perficere pro bona uoluntate. Si deus eſt q̄ operaſ, nō ergo ſcientia ſufficit. Cum autem dixit, uelle & perficere, docuit ut credamus gratiā dei eſſe neceſ-
mat. 10 ſariam nō ſolum ad bonum aliqd̄ incipiēdum, ſed etiam ut poſſimus in bono icepto perſeuerare. Nā hoc eſt perficere, qm̄ qui cœpit ædificare, & nō potuit conſummare, hic nō eſt perfectus uir: ſed q̄ perſeuerauerit uſq; in finem, hic ſaluus erit. Hæc autē ſalus nō habetur niſi per gratiam dei. Paulus nāq;
ad Titum. 3. in epiſt. ad Titum ait, Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri dei, qui nō ex operib⁹ iuſtitiæ quę fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiā ſuam ſaluos nos fecit, p̄ lauacrum regenerationis & renouationis ſpirit⁹ ſancti, quem effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum, ut iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecūdum ſpem uitæ æternæ. Potuiſſem hic ſacroꝝ uiroꝝ plurima producere teſtimonia, ſed cum ſcripturæ ſacræ tam apertè pro nobis teſtētur, ſuperfluum erit hominū teſtimonia citare. Colligimus ergo cuiuſlibet boni initium, & eiuſdem perſeuerantiam, à diuina gratia pēdere, & nō ex ſolo hominis arbitrio.
deu. 12. Cuius rei ſignū eſt illud quod dominus præcepit dicens, Offeretis in loco illo quem dñs elegerit, holocauſta, decimas & primitias manuum ueſtrarū. Quid ſunt primitiæ manuum noſtrarum iuxta moralem intelligentiam, niſi initium noſtræ bonæ operationis? Et quid per decimas congruentius intelligi poteſt q̄ perſeuerantia, & totius boni operis cōplementum? Tota lex decem mandatis continetur, quibus uitam poſſumus aſſequi æternā. Primitias

ergo & decimas dño offerre tenemur, qa boni initium & illius cõplementum dño sunt tribuenda, q illa in nobis & per nos operaẽ. Sed opus est ut Pelagianoꝝ obiectionibꝰ respõdeamus. Primo sic nobis obiiciunt. Nullus peccat in eo qd uitare nõ potest. Si ergo nõ est homini liberum p̃cepta oĩa adimplere & peccata oĩa uitare, cũ non uitat, nõ peccat, qa hoc ipsum uitare nõ poterat. Cui respõdemus, hanc esse nostri arbitrij potestatẽ, ut deo monẽti cõsentiat, & deo operanti cooperetur. Deus autẽ nunq̃ seipsum nobis negat, ímo semp paratus est ut nos excitet et adiuuet. Paulus nãq; ait, Fidelis est deus, qui nõ patietur uos tẽtari supra id quod potestis. Inde ergo homo culpatur, nõ quia solus non facit, cum hoc esset illi impossibile, sed quia deum monẽtem non audit, ad eius uocem nõ excitatur, illi uocanti nõ respondet. Nam de hac re queritur dñs de peccatoribus, dicens, Vocaui, & renuistis: & extendi manum meam, & nõ fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu uestro ridebo, & subsannabo cum uobis id qd timebatis, aduenerit. Ecce iam uides de qua re dñs peccatores accuset, quia. s. uocauit, & noluerunt illi respondere, nolue runt facere iuxta eius cõsilium. nec impotentiã aut infirmitatẽ propriam causari poterunt, qa ipse extẽdit manũ suam ut eos adiuuaret, eius tñ adiutoriũ neglexerunt. Extendi (inquit) manũ meam, & non fuit q aspiceret. Si quispiam casu í foueam caderet, ex qua surgere & exire nõ posset, & illi alter manũ preberet ut illum iuuaret & sic exiret, nõne meritò culpandus esset si adiutoriũ reiiciens, in fouea manere uellet? Quod si postea increpet q in fouea manet, & non exierit, poterit ne meritò causari q exire non potuit? Non certe: quia etsi solus nõ potuisset, potuisset tamẽ cum adiutorio alterius, quo uti

Prima obiectio.

1. co. 10

Prou. 1

noluit. Sic etiã licet homo se solo non possit oĩa dei p̃cepta implere, & omnia peccata uitare, potest tñ hæc oĩa cum dei adiutorio facere: quapropter peccator culpatur, quia deum monentem nõ audit, & adiuuantẽ negligit, illius auxilio uti noluit. Secũdo sic obĩciunt. Si deus omne bonum quod est in nobis, operatur: nullum ergo erit nostrum meritum, nulla nostra merces. Cui ego similiter obĩciẽdo respõdeo. Si nostrum arbitrium se solo oĩa bona operari potest, nõ est cur de bonis operibus à nobis factis deo gloriam reddamus, sed nobis ipsis, q opati sumus illa, gloriã uendicare iure poterim⁹. Absit tñ ut quisq; hoc apud se cogitet. Diuinus nãq; Psaltes ait, Nõ nobis dñe nõ nobis, sed nomini tuo da gloriam. & iterum, Gloriabunt in te oẽs q diligunt nomen tuum. Et Paulus, Qui gloriat (inquit) in dño glorietur. Pelagius ergo qui in se & non in domino gloriatur, nõ diligit nomen domini, qñ omnes qui diligunt nomen domini, in illo gloriantur: illi tribuentes gloriam omnium bonor̃ suor̃, et sibi ipsis imputãtes sua opera mala. Quid ergo Pelagi gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Cũ non sis tam potens ad bonum quantum ad malũ, quæ est hæc tua malitia, ut glorieris de bono, q potens es in iniquitate? Vide qd dicat ipsemet deus, Gloriam meam alteri non dabo. Sed qd dabis nobis domine? Pacem, inquit, meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. Nobis pacem, illi gloriam. Hanc rerum distributionẽ nato domino angeli cecinerunt. Gloria (inquiunt) in excelsis deo, & in terra pax hominibus. Deo gloriam, hominib⁹ pacem reddunt angeli. Dic ergo Pelagi, uis tu gloriã à deo præripere, quam illi reddunt omnes angelor̃ chori, & quam ipse sibi ipsi seruauit? Quod si gloriam deo cogeris reddere, quomodo illi das gloriã si tu omnia dicis te operari? Sed ne uideamur obiectio-

Secunda obiectio.

Psa.113

Psal. 5.

1.co.7.

Esa.42

Ioã.14

Luc.2.

nem obiectione eludere, obiectioni illius clarius respondeamus, sic deo gloriã reddentes, ut nostra merita nõ euacuemus: sic rursum nostrum meritũ asserẽtes, ut gloriæ diuinæ nihil detrahamus. Nostrũ enim liberum arbitrium (ut supra iam docuimus) citra dei monitionem, præuctionem, & cooperationem, nõ potest aggredi aliquod opus uere bonum. Cum tamen à deo monitum & præuentum fuerit, potest deo monẽti obedire, deo operãti cooperari. Ecce duo, dei uidelicet monitionem, & nostrã obedientiam: dei operationem: & nostram cooperationem: quæ duo Paulus simul innuit dicens, Spiritus est qui adiuuat infirmitatem nostram. Et alibi clarius hoc ipsum expressit dicens, Dei enim coadiutores sumus. Ex qbus uerbis apte satis colligimus in eodem opere simul & deũ & nos operari. Et iterum cũ multa bona per ipsummet facta, & se plus omnibus laborasse dixisset: ne forte gloriam bonorum operum sibi ipsi arrogasse quispiam putaret, subiunxit, Nõ autẽ ego, sed gratia dei mecum. Non dixit, per me: ne forte inde aliqs conĵceret illũ fuisse uelut instrumentum in operãdo: sed dixit, gratia dei mecum, ut per hoc ostẽderet se fuisse dei cooperatorẽ. Deus ergo p̃uenit monendo, excitando, nos autẽ seqmur eum, dum illi monenti obedimus per cõsensum: & cũ iuxta illius monitionẽ operamur, ille adiuuat infirmitatẽ nostrã. Quibus duabus rebus respondent duæ aliæ, uidelicet gloria & meritum, ita ut deo reddamus nos gloriã, deus autẽ nobis reddat iuxta meritum nostrum. Quia enim ille p̃uenit nos in ope, ad illud nos excitãs, & ipso ope adiuuat nos, sine cuius adiutorio nihil agere possemus: ideo debemus illi gloriã tanquã primæ illius operis origini. Ex hoc autem q̃ nos monitioni illius consentimus, qui tamen dissentire poteramus, debetur nobis merces & præmium, & inde meritũ

Ro. 8.
1. co. 3.
1. co. 15.

noſtrum. Debetur inquã, nõ ex operis natura, quia
Rom. 8 (ut ait Paulus) non ſunt condignę paſſiones huius ſeculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis: ſed debetur ex iure promiſſionis. Hanc enim legem nos natura docuit, ut quod quiſq; promiſit, debere ſe credat. Opus ergo quod meritum dici poteſt, ſine duobus effici nequit, ſine dei uidelicet præuentione & aſſiſtẽtia, & ſine noſtro cõſenſu & cooperatione. In primo eſt dei gloria, in ſecũdo eſt me-
Eſa. 26 ritum noſtrum. Quæ omnia uno uerbo propheta nos docuit dicẽs, Omnia opera noſtra operatus es nobis domine. Cum enim dixit, Opera noſtra, aperuit noſtram circa illa operationem: qm̃ ſi circa illa nihil operaremur, non dicerentur opera noſtra. Cum autem dixit deo, operatus es, oſtendit idem opus noſtrũ, eſſe opus dei, qa in illo eodem opere deus adiuuat infirmitatem noſtram, operãs nobiſcum. Dicens autem nobis, innuit meritum noſtrũ: quia licet ille nobiſcũ operetur, ad noſtrum tamen commodum eſt illius cooperatio, non ad ſuum, qa
Pſal. 15 bonorum noſtrorum ille nõ indiget. Tertio nobis
Tertia obiectio. obm̃ciunt dicẽtes, Sicut poteſt liberum noſtrum arbitrium de bono in malum corruere, quare nõ etiã poterit de malo ad bonum reſurgere? Quibus nos reſpondemus, q nõ tam facilè quis poteſt exire de fouea, quàm facilè in eam poteſt labi. ita etiã quauis ſola uoluntate in foueam peccati qs cadat, non tamen inde ſola uoluntate ſine dei gratia eum adiuuante exire poteſt. Sed dices, Quid ergo? Nunqd per peccatum perdimus liberum arbitrium? Abſit. Verùm perdimus per peccatum gratiam diuinam, cuius auxilio liberum noſtrum arbitrium, bonum
Concilii Mileuitanum. poterat operari, qua iã ſublata amplius non poteſt bonum operari quod ad uitam perducat ęternam. Sed iam opus eſt ut eccleſiæ definitionem producamus. Concilium Mileuitanum, cap. 4. ſuorum de-

cretorum de hac re per hęc uerba definit·Quisquis dixerit eandem gratiã dei per Iesum Christum dominum nostrum propter hoc tantum nos adiuuare ad nõ peccandum, quia per ipsam nobis reuelat & aperitur intelligentia mandatorũ, ut sciamus qd appetere, quid uitare debeamus, non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognoueri mus, etiã facere diligamus, atq; ualeamus, anathema sit. Et cap. 5. rursum ait. Item placuit, ut quicũque dixerit ideo nobis gratiã iustificatiõis dari, ut quod facere per liberum arbitriũ iubemur, facilius possimus implere per gratiam, tanquã si gratia nõ daretur, non quidem facile, sed tamẽ possimus etiã sine illa implere diuina mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum dominus loquebat, ubi nõ ait, Sine me difficili? potestis facere: sed ait, Sine me nihil potestis facere. Hæc concilium Mileuitanum. Aduersus Pelagianos scripsit beatus Hieronymus tres dialogorum libros. Beatus Augustinus plures cõtra eosdem edidit tractatus, uidelicet De peccatorũ meritis & remissione ad Marcellinũ libros tres. De natura & gratia contra Pelagianos librum unum. De gratia Christi contra Pelagiũ & Cælestinũ libros duos. Contra duas epistolas Pelagianorum, ad Bonifacium libros quatuor. Contra Iulianum Pelagianum libros sex. De gratia & libero arbitrio ad Valentinum librum unum. Contra Pelagianos hypognosticõn libros sex, in quorũ tertio de hac re differit, quanquam hoc opus nõ esse Augustini Erasmus opinat. Extat etiam Prosperi Aquitanici elegans opusculũ de libero arbitrio aduersus colluctatorem, in quo de hac re disputat. B. Bernardus scripsit aliud opusculũ de gratia & & libero arb. Ioã. Tritemi? in suo catalogo ecclesiasticorũ scriptorũ refert Gennadium scripsisse etiã ad uersus Pelagiũ, sed hoc opus fateor me nõ uidisse.

Secunda hæresis docet gratiã in baptismo semel
receptã, postmodũ amitti nõ posse. Huiꝰ hęresis au
Iouini, thor fuit Iouinia. qdã monachus Romanus, q mo-
anus. nachatu reiecto uelut canis ad uomitum reuersus
est. Hic iter alios errores hũc etiã docuit, dicẽs eos
q plena fide p baptismũ renati sũt, nõ posse postea
peccare. Hũc errorẽ (ut B. Augu. hb. de hæresi. cap.
Pelagi 88. refert) docuit etiam Pelagiꝰ, dicẽs uitam iustoꝝ
us. in hoc seculo nullũ habere peccatũ. tanẽp̃ ĩ is q se-
mel iustus est, iam ampliꝰ peccare nõ possit. Hãc tñ
erroneam doctrinam cælestia simul & terrestria ex
pugnant. Nam dæmones in gratia fuisse à deo crea
Lu. 10. tos iam superiꝰ in titulo de diabolo ostẽdimus. Hi
Iob 4. autẽ nõ fuerunt stabiles in gratia, neq; in ueritate,
imo in illis muẽta est iniqtas. Videbã (inqt) Satanã
sicut fulgur de cælo cadentẽ. Quid ergo nobis futu
rũ putas? Et in angelis suis deus reperit prauitatẽ,
quanto magis hi q habitant domos luteas, q terre-
num habent fundamentũ, cõsumẽt uelut à tinea?
Esa. 14 Si ĩ cælo ruinæ, quanto magis ĩ terra? Si Lucifer ille
Eze. 28 q mane oriebaẽ, & q ĩ delicijs paradisi fuisse, & om
ni lapide p̃cioso ornatꝰ describit, cecidit, qs de sua
cõstantia p̃sumet? Nunqd fortiores erunt hoies q̃
angelis? Absit ut hoc aliqs de se p̃sumat. Sed iam ad
Gen. 4 Ge. 19. hoies descẽdamus. Deus creauit hoiem rectũ, & tñ
postea cõtempto dei p̃cepto, ut placeret uxori, co-
medit de fructu ligni uetiti. Loth ĩ Sodoma iustus
inuenit, quapropter cũ tota ciuitas periret ĩcendio,
ipse saluaẽ, et post modicũ tp̃s ebrietatem ex culpa
1. re. 16. 2. re. 11. sua patit, & cũ filiabꝰ suis coit. Dauid de post fœtã
tes eligit ĩ regẽ, & à Samuele ex p̃cepto dei ungit,
postea tñ & adulteriũ, & homicidiũ cõmittit. Salo
mon huiꝰ filius à dño prius dilectꝰ, & ab eo sapien
tia ultra oẽs hoies est donatus: qs tñ dubitat eum
postmodũ fuisse mulierosum & idololatram? Plu-
rima possem ex ueteri instrumẽto proferre exẽpla,

sed breuitati cõsulens omitto. Ad nouũ accedam⁹. Pridie q̃ dñs Iesus Christus patereť, cœnante illo cum aplis suis, dixit Petro, cũ illum lauare uellet: Qui lotus est, nõ idiget nisi ut pedes lauet. uos mũdi estis, sed non oẽs. His uerbis designauit apostolos esse in gratia. quod autẽ ait, sed nõ omnes, constat fuisse dictũ propter Iudam q tũc uolebat Christum uendere. At q̃ mundi erãt, postea relicto magistro oẽs fugerũt, & scandalum passi sunt, & Petrus ter magistrum negat. Quid his Iouinianus, qd Pelagius etiã respondere poterunt? Quod si alterũ adhuc desideras exemplum, audi. Nicolaus Antiochenus diaconus ab apostolis eligit tanquã uir boni testimonij, & plenus spiritu sancto, ut cũ Stephano & alijs quinq; uiduis ministraret, male tamen à multis postmodum audijt, propter illud quod dominus i Apocalypsi ait, se odisse facta Nicolaitarũ. * Propter hos & alios similes q, diabolo instigãte & nimium impellente a culmine uirtutum ad maxima uitia corruerunt, Deus ad Iob de magna dæmonis potentia & astutia, sub noie Behemoth loquens ait. Sternet sibi aurum quasi lutũ. Quæ uerba (ut cõstat) nõ possunt iuxta literæ superficiẽ intelligi, sicut neq; omnia alia quæ ibi dominus de illo Behemoth aut Leuiathan differit. Nam alioqui si iuxta literam intelligi contendas, non magnopere Leuiathan potẽtiam cõmendaret Deus per hoc, q̃ sternet sibi aurũ quasi lutum, quam quiuis infirmus & debilis homo possit super aurum ac super lutum calcare. Quum igitur mysticus huius literæ sensus sit requirendus, audiamus illũ a beato Gregorio, qui mirifice (ut solet) literam iterpretatur sic inquiẽs. Hoc loco aurũ claritas sanctitatis accipit: Lutum uero uel terrenarum rerũ auaritiam, uel prauarũ cõtagia doctrinarũ, uel sordes carnalũ uoluptatũ nil obstat itelligi. Quia. n. multos Leuiathan

Ioã. 13.

Act. 6.

Apo. 2

*

Iob. 41

Secunda hæresis docet gratiã in baptismo semel
receptã, postmodũ amitti nõ posse. Huius hęresis au
Iouini, anus. thor fuit Iouinia. qdã monachus Romanus, q̃ mo-
nachatu reiecto uelut canis ad uomitum reuersus
est. Hic iter alios errores hũc etiã docuit, dicẽs cos
q̃ plena fide p̃ baptismũ renati sũt, nõ posse postea
peccare. Hũc errorẽ (ut B. Augu. lib. de hæresi. cap.
Pelagi us. 88. refert) docuit etiam Pelagius, dicẽs uitam iustoꝝ
in hoc seculo nullũ habere peccatũ. tanc̃p̃ si is q̃ se-
mel iustus est, iam amplius peccare nõ possit. Hãc tã
erroneam doctrinam cælestia simul & terrestria ex
pugnant. Nam dæmones in gratia fuisse à deo crea
Lu. 10. tos iam superius in titulo de diabolo ostẽdimus. Hi
Iob 4. autẽ nõ fuerunt stabiles in gratia, neq; in ueritate,
imo in illis inuẽta est iniqtas. Videbã (inqt) Satanã
sicut fulgur de cælo cadentẽ. Quid ergo nobis futu
rũ putas? Et in angelis suis deus reperit prauitatẽ,
quanto magis hi q̃ habitant domos luteas, q̃ terre-
num habent fundamentũ, cõsumẽt uelut à tinea?
Esa. 14 Si i cælo ruinæ, quanto magis i terra? Si Lucifer ille
Eze. 28 q̃ mane oriebaẽ, & q̃ i delic̃is paradisi fuisse, & om
ni lapide p̃cioso ornatus describit, cecidit, q̃s de sua
cõstantia p̃sumet? Nunqd fortiores erunt homes ẽ
Gen. 4 angelis? Absit ut hoc aliq̃s de se p̃sumat. Sed iam ad
Ge. 19. homes descẽdamus. Deus creauit hominem rectũ, & tã
postea cõtempto dei p̃cepto, ut placeret uxori, co-
medit de fructu ligni uetiti. Loth i Sodoma iustus
inuenit, quapropter cũ tota ciuitas periret ĩcendio,
ipse saluaẽ, et post modicũ tp̃s ebrietatem ex culpa
1. re. 16. 2. re. 11. suæ patiẽ, & cũ filiabus suis coit. Dauid de post fœtã
tes eligit i regẽ, & à Samuele ex p̃cepto dei ungit,
postea tã & adulteriũ, & homicidiũ cõmittit. Salo
mon huius filius à dño prius dilectus, & ab eo sapien
tia ultra oẽs homes est donatus: q̃s tã dubitat eum
postmodũ fuisse mulierosum & idololatram? Plu-
rima possem ex ueteri instrumẽto proferre exẽpla,

sed breuitati cõsulens omitto. Ad nouũ accedam⁹. Pridie q̃ dñs Iesus Christus patereť, cœnante illo cum aplis suis, dixit Petro, cũ illum lauare uellet. Qui lotus est, nõ ĩdiget nisi ut pedes lauet. uos mũ di estis, sed non oẽs. His uerbis designauit apostolos esse in gratia. quod autẽ ait, sed nõ omnes, constat fuisse dictũ propter Iudam q̃ tũc uolebat Christum uendere. At q̃ mundi erãt, postea relicto magistro oẽs fugerũt, & scandalum passi sunt, & Petrus ter magistrum negat. Quid his Iouinianus, qd Pelagius etiã respondere poterunt? Quod si alterũ adhuc desideras exemplum, audi. Nicolaus Antiochenus diaconus ab apostolis eligiť tanquã uir bo ni testimonij, & plenus spiritu sancto, ut cũ Stepha no & alijs quinq; uiduis ministraret, male tamen à multis postmodum audijt, propter illud quod dominus ĩ Apocalypsi ait, se odisse facta Nicolaitarũ. * Propter hos & alios similes q, diabolo instigãte & nimium impellente a culmine uirtutum ad maxima uitia corruerunt, Deus ad Iob de magna dæmonis potentia & astutia, sub noĩe Behemoth loquens ait. Sternet sibi aurum quasi lutũ. Quæ uerba (ut cõstat) nõ possunt iuxta literæ superficiẽ intelligi, sicut neq; omnia alia quæ ibi dominus de illo Behemoth aut Leuiathan disserit. Nam alioqui si iuxta literam intelligi contendas, non magnopere Leuiathan potẽtiam cõmendaret Deus per hoc, q̃ sternet sibi aurũ quasi lutum, quam quiuis infirmus & debilis homo possit sup er aurum ac super lutum calcare. Quum igitur mysticus huius literæ sensus sit requirendus, audiamus illũ a beato Gregorio, qui mirifice (ut solet) literam ĩterpretatur sic inquiẽs. Hoc loco aurũ claritas sanctitatis accipiť: Lutum uero uel terrenarum reꝝ auaritiam, uel prauarũ cõtagia doctrinarũ, uel sordes carnaliũ uoluptatũ nil obstat ĩtelligi. Quia. n. multos Leuiathan

Ioã. 13.

Act. 6.

Apo. 2

*

Iob. 41

iſte,qui intra ſanctam eccleſiam fulgore iuſtitię reſplendere uidebantur, tunc uel terrenarum rerum concupiſcentia,uel errantis doctrinæ contagio, uel carnalibus ſibi uoluptatibus ſubĳcit,aurū ſibi pro culdubio quaſi lutum ſternit. Aurū uero quaſi lutum ſternere eſt,in qbuſdam uitæ munditiā per illicita deſideria conculcare,ut hi etiā ſordidis eius uestigĳs ſeruiunt,qui contra illum prius uirtutū ſplēdore rutilabāt. Et poſt pauca,ſubdit. Toties igitur nunc aurum ſibi quaſi lutum ſubĳcit,quoties caſtitatem fidelium per carnis uitia ſternit. Toties aurū quaſi lutum calcat, quoties ſenſum continentium p immunda deſideria diſſipat. Hactenus gregorius. Præterea in illa oratione quam dñs nos docuit,dicimus,Dimitte nobis debita noſtra.& iterū, Et ne nos inducas in tentationē. Quod ſi(ut Iouinianus ait)homo qui plena fide baptizatus eſt,non poteſt à dæmone ſubuerti,hęc oratio non cōgruit homini baptizato,atq; ideo nec toti eccleſiæ. Eccleſia tū illā quotidie cantat. Rurſum uas illud electionis caſtigat corpus ſuum,& in ſeruitutem redigit, ne forte alĳs prædicans,ipſe reprobus inueniatur. Et ad Corinthios ſcribens ait,Timeo ne ſicut ſerpens decepit Euam aſtutia ſua,ita corrumpātur ſenſus ueſtri à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto. Quod ſi tanta eſt poſt baptiſmum ſecuritas, quare Paulus trepidat timore ubi nullus eſt timor? Quare etiam monet alibi dicens,Et q ſibi uidetur ſtare,uideat ne cadat. Et Galatas reprehendit q̄ à recta uia diſceſſerint. Sic enim ait,Currebatis bene, quis uos impediuit ueritati nō obedire? Demū dñs in Apoclypſi per Ioannem apoſtolum angelo Epheſi eccleſię ait, Scio opera tua,& laborem,& patientiam tuam, & quia ſuſtinuiſti propter nomen meum, & nō deſeciſti: ſed habeo aduerſus te q̄ charitatem tuam primam reliquiſti. Vnde ergo tātam ſecuritatem pro-

1.co.9.
2.co.11
1.co.10
Gala. 5
Apo. 2

mittunt

mittunt Iouinianus & Pelagius ijs qui semel in baptismo iustificati sunt? Videntur ergo mihi isti hæretici esse illi de quibus per Hiere. prophetā dñs queritur dicens, Curabant contritionē filiæ populi mei cum ignominia, dicentes, Pax, pax, & nō erat pax. Hie. 6.

Sed iam uideamus cui fundamento innitantur, & ostendamus tam debile esse, ut uno digito euertere illud possimus. Adducunt enim pro se illud Ioā. in prima canonica, Omnis qui natus est ex deo, peccatum nō facit. Sed hoc statim corruit, quoniā non ita esse intelligendū, ut illi putant, uerba quæ sequunt, aperte conuincunt. Nam statim subiunxit, causſam eius quod dixerat reddens, Quoniā (inquit) semen ipsius in eo manet. Semen dixit gratiā aut charitatem, per quam filij dei efficimur. Causſa ergo quare qui ex deo natus est, non peccat, est, quia semen dei, id est gratia, in eo manet. Non est enim possibile ut quis in gratia existat, & peccet. illa enim duo ad idē tempus referēda sunt ut simul cohærere nō possint, uidelicet in gratia esse, & peccare. Nam si ad diuersa tēpora referas, ut qui semel in gratia manserit, in posterū peccare non possit, tunc faceres Ioānem secum pugnātem. Nam in eadem epistola prius dixerat, Si dixerimus quia peccatū non habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Et iterū, Filioli mei, hæc scribo uobis, ut non peccetis. Si ois qui natus est ex deo, non potest in posterum peccare, frustra monet ne peccent. Aliter hunc locū exponit beatus Bernardus, qui in libro de natura & gratia, dicit illud esse intelligendum de prædestinatis, quorum peccata siqua sunt, non imputātur ad pœnam, quoniam digna pœnitentia hic purgātur, atq; ideo non peccant, peccato inquā ad mortem. * Præterea, in sui erroris confirmationē adducunt illud quod Saluator apud Matthæum ait. Non potest arbor bona fructus malos facere. Sed hoc æque parū

1. Ioā. 3

1. Ioā. 1

1. co 11

mouet sicut præteritũ, quoniã ex mala etiã intelligẽtia oritur, ut sibi fauere putet Iouinianus. Qualiter autem sit intelligendus locus ille, Hieronymus explicat lib. 2. aduersus Iouinianũ, sic inquiẽs. Tãdiu ergo nec arbor bona malos fructus facit, nec mala bonos, quãdiu uel in bonitate sua uel in malitia p-seuerat. Hæc ille.) Quod si pro se citent illud Pauli, Charitas nunq̃ excidit: nihil nos mouet, quoniã ibi Paulus nõ negat charitatẽ semel habitã amitti posse in hoc seculo, sed docet charitatẽ quã in hoc seculo habuerimus, in futuro seculo nõ excidere: quẽad modũ de fide docet, quã in alia uita, succedẽte clara uisione, amittimus. Itaq; ibi cõsert charitatẽ, fidei & prophetiæ, & reliquis uirtutib⁹, quas cum dicat in alia uita non esse, solam tñ charitatẽ dicit ibidẽ manere. De hac re extat concilij Mileuitani definitio, quod in. 6. suoꝝ decretoꝝ capite ita ait, Itẽ placuit, quod ait sanctus Ioã. apostolus, Si dixerimus quia peccatũ non habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est: quisq̃s sic accipiendũ putauerit, ut dicat ꝓpter humilitatẽ nõ oportere dici nos non habere peccatũ, nõ quia ueritas est, anathema sit. Et cap. 8. iterum, Item placuit ut quicũq; uerba ipsa dñicæ orationis ubi dicimus, Dimitte nobis debita nostra, ita uolũt a sanctis dici, ut humiliter nõ ueraciter hoc dicat, anathema sit. Quis. n. ferat oram̃tem, non hoibus sed ipsi dño mentiẽtẽ, qui labijs sibi dicit dimitti uelle, & corde dicit quę sibi dimittantur debita non habere? Hæc concilium Mileuitanum. Aduersus Iouinianũ scripsit beatus Hieronymus libros, & in. 2. cõtra hunc errorem disputat.

Concilũ Mileuita.

Tertia hæresis docet omnem hominẽ iustum scire se esse in gratia, & esse certum de sua iustitia. Hũc errorem primus, quod sciã, docuit Lutherus. Cum qua doctrina, alia eiusdẽ Lutheri assertio uelut ex diametro pugnat. Dicit. n. alibi, neminẽ esse certum

Luthe.

se nõ semper peccare mortaliter, propter occultissimũ superbię uitiũ. Quo ergo quis erit certus se esse in gratia aut charitate, si nõ est certus se nõ peccare mortaliter? Nunqd poterũt hęc duo simul inesse alicui, ut gratiã aut charitatẽ habeat, & mortaliter peccet? Absit. Iniquos enĩ deus odio habet, tantũ adest ut grati illi sint. Pręterea Sapiẽs ait, Nemo scit utrũ amore an odio dignus sit, sed oĩa in futurũ seruãtur incerta. Ecce Lutheri impudentem arrogãtiam, qñ quod sapiẽs fatetur se nescire, Lutherus se & alios scire cõtendit. Quapropter uidetur mihi esse semen illius serpentis antiqui, qui dum primis parẽtibus scientiã promisit, scientiã sustulit. Rursum Iob ille uoce dñi laudatus, cui suo tẽpore similis sup terrã non inueniebaẽ, ait, Si uenerit ad me, nõ uidebo eũ. si abierit, non intelligã. Ad quẽ autẽ uenit deus nisi ad illũ qui mandata eius seruat? Sic. n. ipse ait, Si qs diligit me, sermonẽ meũ seruabit, & ad eũ ueniem⁹. Recedit etiã ab eo qui mãdatis illius nõ obtẽperat. Iob ergo fatetur se nescire qñ deus uenit ad eũ, aut qñ recedit ab eo. Et iterũ, Si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit aĩa mea. Et tñ Lutherus nõ ueretur dicere omnem hoĩem iustum esse certũ se esse in gratia. Accedit ad hæc quod ait Paulus, Nihil mihi cõscius sum, sed neq; in hoc iustificat⁹ sum. Potuissem pro hac re plura sanctor̃ uirorũ testimonia citare, sed qm̃ res est aperta ex sacris literis, illa producere nolo, breuitati studens. Aduersus hũc Lutheri errorem, nullũ reperi scriptorẽ, sed solum uidi definitionem facultatis Parisiẽsis in hac parte illũ dãnantis.

Psa. 98
Ecc. 9.
Iob. 9.
Ioã. 14
Iob. 9.
1. co. 4

HAERETICVS.

FVerunt quidam adeo dementes, ut dicerent oẽs hęreticos bene sentire: quã sententiã (ut Philaster ait) asseruerunt quidã dicti Rhetorij. Verũm hæc assertio adeo rationi repugnat, ut Augustino in lib. de hæresibus cap. 72. uideaẽ impossibile, ut aliquis sug

mẽtis cõpos hoc sentire posset. Cum.n. plures sint hæreses ex diametro pugnãtes, non est possibile ut utraq; earũ credaẽ esse uera, nõ certe magis ꝯ crede re duo cõtradictoria simul uera. Quapropter nõ est qđ aduersus hãc demẽtiã pugnemus. sola narratione eã expugnasse credimus, qm̃ seipsam oppugnat.

Secũda est hæresis q̃ docet hæreticos non esse aliqua corporali pœna puniẽdos, sed esse iudicio diui no relinquẽdos. Verũ de hac re nihil impręsentiarũ dicemus, qm̃ specialem prolixũ de hac re paramus tractatũ qui de iusta hęreticoꝝ punitione inscribiẽ.

Tertia hæresis est quę docet omnẽ illum esse cen sendum hæreticũ, qui quouis modo læthaliter pec cat. Hanc hæresim prodĩsse tẽpore Gregorij papæ huius nominis undecimi, testaẽ Nicolaus Eimerici in suo directorio inquilitionis, nec tñ prodĩt quis illius fuerit autor: sed tantũ dicit Gregorium. 11. ha bito prius pleno (ut decebat) doctoꝝ uiroꝝ cõsilio dãnasse hanc assertionem uelut hæreticã, & a uera
* catholicę fidei regula deuiantẽ. *Forte ad hunc erro rem pertinet, id quod aliqui ex Lutheranis de fide & operibus disputantes, asserunt. Nam aliqui eorũ docere conantes solã fidem iustificare hoiem, uiden tesq; plurima scripturæ sacræ testimonia quæ aper tissime docent operum bonoꝝ necessitatem, dicunt fidẽ non esse ubi necessaria opera non sunt. Fit itaq; necessario, iuxta istoꝝ sententiã, ut quoties quis læ thale aliquod crimen cõmiserit, toties fidẽ perdat: quoniam (ut isti aiunt) fides sine operibus cõsistere nequit. Sed docet quidam Ioãnes Riuius Atthendo riensis in quadã epistola quæ inscribiẽ de sola fide ad amicum innominatũ. ubi hæc quæ sequunt inse rit uerba. Etenim fieri negt (ait ille) ut ubi uera syn ceraq; est fides, ibi impie quis aduersus deum agat. Et parum supra ante prælata uerba expressius hoc idem docet, sic inquiens. Quãdiu quidem filij dei su

mus,hęredes etiã sumus. Filij autem sumus eousq; plane,dum fidẽ in Christũ retinuerimus. Ea amissa non agnoscit ut filios,pater ille cœlestis. Amittitur autem,si & impie uiuas,nec pœnitentiã impietatis agas. Hæc Ioãnes Riuius. Si per quodlibet peccatũ mortale amittitur fides, ergo omnis qui mortaliter peccat est infidelis. Si infidelis est, oportet necessario ait,aut Iudęus,aut Saracenus,aut Paganus,aut hęreticus sit. Quoniã nulla alia infidelitatis species hucusq; a uiris doctis assignata est. Quũ igitur homo alias uere Christianus,ob solũ adulterij aut furti crimen ab eo cõmissum,non sit Iudæus, aut Saracenus,aut Paganus cẽsendus,oportebit necessario, iuxta istius Ioãnis Riuij sentẽtiam, fateri illum esse hęreticũ. Et certè nisi quęstionis difficultas ex sola nominis significatione pẽderet, clarissime patet nõ omnem peccatorẽ,etiam si læthale sit illius crimen, esse hæreticũ. Nam cum duo sint peccatorũ genera, unum cum ea fiunt quæ facienda nõ erant,alterum cum ea deseruntur quæ facere tenebamur: si hoc secundo modo quis peccet,quo pacto illũ dices hęreticum,quẽ nihil egisse aut docuisse cõstat? Præterea fieri potest ut aliquis graue aliquod crimen cõmittat,& se male agere sciat: nã alioqui uerum nõ esset quod Saluator ait. Filius qui nouit uoluntatem patris,& non facit secundũ eius uoluntatẽ,uapulabit multis. Luc.12 At Christus Saluator noster qui ipsamet ueritas est,mentiri nõ potuit. Fieri ergo potest ut quis male agat etiã cum se male agere credit. Non enim tam morigera est uolũtas, ut semper intellectui sibi consulenti cedat,imo sæpissime illius cõsilium dedignatur,& cõsilio illius spreto quodlibet agit. * Certum siquidẽ est nõ omne peccatũ esse ex pura ignorantia, sed multa eẽ ex pura malitia, quod uel ex eo apertissime cõstare potest,quod in lib. Iob legitur. Iob.34 Quasi impios percussit eos in loco uidentium. Qui

quasi de industria recesserunt a deo, & omnes uias eius intelligere noluerunt, ut peruenire facerent ad eum clamorē egeni, & audiret uocem pauperū. Ex quibus uerbis aperte cōuincitur, aliquē male agere posse, quāuis certo ille sciat, se cōtra dei præcepta facere. Ille igitē qui iuxta hunc modū contra dei p̄cepta agit, peccat, nō tamē hæreticus ab ullo uiro docto & catholico censebitur. Qui enim fieri potest ut qui nulli hæresi adhæret, hęreticus sit? At ubi nō est error in fide, ibi hæresis esse non potest: quoniā hęresis opponit fidei. Qui ergo male agens, se male agere credit, hæreticus non est dicendus. quo fit ut non omnis peccator sit hęreticus dicēdus. Deinde si oīs peccator esset censendus hæreticus, oporteret omnē peccatorem post primā & secūdam correptionem deuitare: quoniā apostolus Paulus ait: Hæreticum hominem post primā & secūdam correptionē deuita. Aliter tamē faciendū esse Christus nos docuit, qui secundò peccantē non uitādum dixit, sed ecclesiæ denūciandum. Necp opus est ut aduersus hanc dānatam hæresim amplius disputemus, præsertim cp supra lib. 1. cap. 9. ex sanctorum uirorū doctrina ostendimus quis uere hęreticus dici debeat: ex quibus apertissimè constat non omnem peccatorē esse de hæresi notandum.

Tit. 3. mat. 18

HORAE CANONICAE.

Valdē-ses.

INter alios errores quos impingit Valdēsibus Æneas Syluius in libro de origine Bohemorum, is unus est quo docent in horis canonicis cantādis dicendisq; frustra tēpus teri. Huius tamē erroris bonus Guido non meminit cum errores Valdensium recenset. Hunc errorē susciтauit postea Ioānes Vuitcleff, dicens quod licet sit bonū orare, non est tamē æquū ut homo arctetur ad orandū certo & determinato tempore, quia (ut dicit) hoc repugnat libertati Christianę, sed ait liberū debere esse cuilibet ut oret

Vuitcleff.

cum uoluerit. Tanquã si libertas Christiana in hoc sita esset, ut nulli humane legi obligetur. Superius nanq; ostendimus ecclesiam habere a deo potestatẽ instituendi leges, quibus oẽs Christianos obliget. In hoc ergo sita est Christiana libertas, ut primo p baptismum homo liberetur a seruitute peccati, quę maxima est seruitus. Deinde liberi simus a iugo seruitutis legis Mosaice: in quibus duobus uera Christiana libertas collocat. Et hæc est libertas qua (ut dicit Paulus) Christus nos liberauit. Non autẽ sic liberos nos fecit, ut liberum nobis sit quaslibet humanas leges cõtemnere, quia illis obtẽperare tenemur cum iustæ sunt. Cum ergo iustũ sit ut deũ oremus, & pro bñficijs a deo receptis illi gratias reddamus (nam hoc deus præcepit, nec tñ signauit tẽpus qñ hoc faciendum esset) ecclesia tempus orãdi instituens, nihil aliud facit q̃ prescribere tẽpus quo præceptum illud diuinũ implendum sit, sicut in precepto de sanctificatione sabbati declarat illud impleri per auditionẽ missæ in die dominica. Omnes ergo illi quibus ab ecclesia certũ orandi tẽpus præscriptũ est, illo tẽpore orare tenentur: nec sic facientes frustra faciunt, quia ecclesiæ p̃cipienti obediũt. At qui ecclesiam audit, Christũ eius spõsum audit. Quis autem adeo desipiet ut dicat nos frustra deo obedire? Melior est certe obedientia q̃ uictima, & nolle acquiescere quasi peccatũ ariolandi est. Præterea ecclesia instituens certa orandi tempora, ita ut quohibet die certis horis ad hoc destinatis ab aliq̃bus oretur, iuste facit. quoniã ut dicit Sapiens, Oĩa tẽpus habent, & suis spatijs transeunt uniuersa sub cælo. Si ergo tẽpus est flendi, & tẽpus ridendi, tẽpus plangendi, tẽpus saltandi, tẽpus loquendi, tẽpus tacendi, cur non etiã tempus orandi? Beatus Apostolus Paulus Corinthijs scribit, ut omnia honestè & secundum ordinẽ fiant. Si omnia, ergo etiam oratio

Gal. 4

1. Re. 15.

Eccl. 3

1. Co. 14

secundum ordinem fieri debet. At qualis ordo erit, si nullum certũ tempus erit deputatũ orationi, quo conueniatur ad ecclesiam, sed quisq; oret aut ecclesiam accedat cum libuerit? Tunc certe omnia turbabunt. Rursum q̃ statæ sint horæ ad orandũ, non est humanũ inuentum, sed sacra scriptura docẽte cognoscimus. Daniel ingressus est domũ suam, & fenestris apertis in suo cœnaculo cõtra Hierusalẽ tribus tpibus in die flectebat genua sua, & adorabat confitebaturq; corã deo suo, sicut & antè facere cõsueuerat. Ecce uides Danielem tribus tẽporibus dominum orantẽ, & hoc nõ uno aut altero tantũ die, ne forte putares a casu hoc fecisse, sed sic semper facere consueuerat. Et in Actibus Apostolorũ dicitur q̃ Petrus & Ioãnes ascendebant in tẽplum ad horã orationis nonam. Et in eodẽ libro iterum dicitur q̃ Petrus ascendit in superiora ut oraret circa horam sextã. Ex quibus scripturæ locis cõuincimus, olim apud Iudæos fuisse aliquas horas easq; statas orationi destinatas, quas apostoli obseruarunt, a q̃bus hæc orandi tẽpora usq; ad nos processerunt. Neque imeritò his trib⁹ tpibus, uidelicet hora tertia, sexta, nona, olim Iudæi orabant, & nunc Christiani orãt, quoniã (ut ait beatus Cyprianus) in illis tribus horarũ spatijs ter sacramentũ trinitatis denotatur. Nã a prima hora usq; in tertiam, trinitas horarum cõpletur. Rursum peracta tertia, a quarta usq; ad sextam altera est trinitas. Deinde a septima usque ad nonam, trinitas tertia completur. Hæc ergo horarum spatia iampridem spiritualiter determinantes adoratores dei, statutis & legitimis ad precem temporibus seruiebant. Præter hæc tria orandi spatia fuit etiam apud Iudæos olim mediæ noctis silentium orationi deputatum a uiris sanctis, quorum exemplum uiri religiosi in noua lege secuti, media nocte surgunt ut deo laudes dicant. Diuinus nanq;

Dan. 6

Act. 1
Act. 10

psaltes ait, Media nocte surgebã ad cõfitendũ tibi. Et iterum, Memor fui nocte nominis tui dñe. Et ne impius Vuitcleff subterfugiat dicens ex uno facto Dauid nõ esse sumendum argumentũ, ut nos quali bet nocte hoc facere uelimus: audiat ipsum prophe tam nõ una aut altera tantũ nocte hoc facientẽ, sed per singulas noctes. Lauabo (inquit) per singulas noctes lectũ meum, lachrymis meis stratũ meum rigabo. Hunc autem locum de oratione nocturna esse intelligẽdum beatus Hilarius docet, exponens locũ illũ psalmi, Memor sui nocte nominis tui domine. Sic enim ait: Scit prẽcipue nocturno tẽpore di uini esse à nobis nominis recordandũ. Scit tũ maxi me custodiam dei legis à nobis esse retinendã, cum subrepunt animo impurę cupiditates: cum stimuli uitiorũ per recens assumptum cibũ corpus exagitant. Tum dei nomẽ recordandum: tum custodienda eius lex est, pudicitiam, continentiam, timorem dei statuens. Nouit hoc p̃cipue tẽpore dñm esse orãdum, deprecandum, promerendũ, dicens alio loco, Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Nõ est periculoso nocturnarũ uigiliarũ ocio animus relaxandus, sed in omnibus deprecationibus, in cõfessionibus peccatorũ occupandus est: ut cũ maxime corporeis uitiis datur opportunitas, tum p̃cipue eadem uitia diuinæ legis recordatione frangantur. Hæc Hilarius. Ex cuius uerbis cõstat Dauid prophetã nõ una aut altera tantũ nocte (ut impius Vuitcleff dicit) deum laudasse, sed singulis noctibus hoc fecisse. Et ut nos etiam idẽ faciamus, alibi hortatur dicens: In noctibus extollite manus uestras in sancta, & benedicite dño. Et in actibus Apostolorũ dicitur ꝙ Paulus & Silas media nocte adorãtes laudabant deum, & audiebant eos qui ĩ custodia erant. Subito uero terremotus factus est magnus, ita ut mouerẽtur fun-

Psa.118

Psal.6.

Psal.6.

Psa.133

Act.16.

damẽta carceris. Et ſtatim aperta ſunt omnia oſtia, & uniuerſoꝝ uincula ſoluta ſunt. Quid dicent hic Valdenſes, uanũ eſſe putantes media nocte ſurgere ad orationẽ, cum tam aperta miracula deus operatus ſit ad Pauli & Silæ orationẽ nocturnam? Nõ eſt ergo uanum (ut illi exiſtimant) ſurgere ante lucem. Nec promiſit deus coronã profunde ſtertentibus,
Luc. 12 ſed uigilantibus. Beatus (inquit) ſeruus ille quẽ cũ uenerit dñs eius inuenerit uigilantem. Ecce iam uides horas olim à Iudæis obſeruatas ut in illis deum orarent, uidelicet media nocte, hora tertia, ſexta, & nona. Verùm eccleſia, quò iuſtitia Chriſtianorum plus abundaret q̃ phariſæoꝝ & ſcribarũ, ultra illas horas alias elegit, ſcilicet mane hora prima, & ueſperã, & cõpletorium, cum iam uidelicet prima noctis uigilia incipit. Vnde beatus Cyprianus in expoſitione orationis dominicæ, poſtq̃ enumerauit horas olim à Iudæis orationi deſtinatas, ſic ait, Sed nobis fratres dilectiſſimi pr̃eter horas antiquitus obſeruatas orandi, nunc & ſpatia & ſacramẽta creuerunt. Nam & mane orandũ eſt, ut reſurrectio dñi in matutina oratione celebretur: quod olim ſpi
Pſal. 5. ritus ſanctus deſignauit in pſalmis, dicens, Q̃n ad te orabo dñe, mane exaudies uocem meam. Mane aſtabo tibi, & contemplabor te. Et iterum per prophetã loquitur, dicens, Diluculo uigilabunt ad me, dicentes, Eamus & reuertamur ad dñm deum noſtrum. Recedẽte item ſole, ac die ceſſante neceſſariò rurſus orandũ eſt. nam quia ſol Chriſtus uerus eſt, & dies uerus, ſole ac die ſeculi recedente quãdo oramus & petimus ut ſuper nos ueniat denuo lux, Chriſti precamur aduentũ, lucis ẽternæ gratiã pr̃biturum. Hæc Cyprianus. Omitto de hac re plura hominũ ſanctoꝝ teſtimonia, quoniã ſcripturæ ſunt apertæ. Si quis tamẽ ea uidere deſiderat, legat Thomã Vualden libro de ſacramẽtalibus, titulo tertio,

quo loco copiose de hac re differit. Accedit ad hæc uniuersalis ecclesiæ consuetudo, quæ has horas ordi di statas, ante multas annorũ centurias in templis maioribus & monasteriis obseruauit. Et ne forte ca lumnientur & consuetudo hæc fuerit ex sola ecclesiæ permissione, audiant ecclesiæ definitionem hoc facere præcipientem. Concilium namq; Agathense tricesimo capite suorũ decretorũ modum docet quo in aliquibus horis orandũ sit. Sic enim ait, Et quia conuenit ordinẽ ecclesiæ ab omnibus æqualiter cu stodiri, studendũ est ut ubiq; (sicut fit), & post antiphonas collectiones per ordinem ab episcopis uel presbyteris dici, & hymnos matutinos, uel uespertinos decantari diebus omnibus, & in conclusione matutinarũ, uel uespertinarũ missarũ post hymnos capitella de psalmis dici, & plebẽ collecta oratione ad uesperam ab episcopo cum benedictione dimitti. Hæc concilium Agathense. In quibus uerbis nõ solum designat horas certas orandi, sed modũ quo tunc orandum est. Designãt ergo hæretici reprehendere tot ecclesiasticos uiros, immo totam ecclesiam statis horis deum laudantem. Nam deus easdẽ horas mysteriis cõsecrauit. Media siquidem nocte nascitur ex uirgine matre. Hora prima mane surrexit ex sepulchro rediuiuus. Tertia hora spiritus sanctus uenit super apostolos & alios discipulos. Hora sexta crucifigitur. Hora nona mortuus est. Vespere cũ discipulis cœnat, illoscq; suo sacratissimo corpore reficit. Cõpletorij tempore, quod prima est nocte uigilia, in montem secessit solus orare, ut paratetur tentationi quæ illa nocte erat superuentura. Septies ergo in die (iuxta prophetam) nos laudem deo dicamus, ut huiusmodi bucinis diuinarũ laudum, diaboli & mundi machinæ corruant, quemadmodum olim septem tubis clangentibus sacerdotibus muri Hiericho corruerunt.

Concilium agathense.

Psal. 118

IDOLOLATRIA.

NOn potui nō mirari, cū reperi fuisse aliquos ex his qui Christo nomina dederunt, idolorū cultores, quoniā omnis qui Christi doctrinam, uel summis labīs gustauerit, facillime potest deprehendere nihil esse magis deo iniuriosum, q̄ si aliquid præter ipsum deū summe colatur. Verūm etsi apertissime lex dei idololatriam abominetur, nō defuere tamen ex his qui se Christianos iactarunt, qui aliud præter deum coluerint, & colendū esse docuerint. Fuerunt quidam (ut Augustinus libro de hærelibus cap. 17. ait) qui serpentem coluerunt, & uelut deum uenerabantur. Serpentem nāq̄ illum qui decepit Adam & Euam, dixerunt esse Christum. Et hac de causa serpentem quendā uiuū nutriebant & uenerabātur, qui ad sacerdotis incantationē egrediebatur de spelunca, & ascendebat super altare quod erat supra speluncā, & lambebat oblationes quas illi sacrificabāt, quo peracto regrediebatur ad speluncā. Huius autē serpentis cultum habuisse ortū à Nicolaitis, uel Gnosticis, Augustinus refert ex sententia aliorū. Hi serpentis cultores dicti sunt Ophitæ græco uocabulo, ophitæ q̄m ὄφις græce, latine serpens dicitur, inde ὀφῖται dicti sunt, quod latine ualet tantū ac si diceres serpentini: qui merito sic appellati sunt à serpente quē colebant. Alij fuerunt Caiani, qui Cain uenerabantur, dicentes eum ex altera uirtute uidelicet diaboli fuisse factum, & ex altera Abel, & uirtutē maiorem quæ erat in ipso Cain, inualuisse ut suū interficeret fratrem. Hęc ex Philastro, quoniam Augustinus libro de hæresibus capite decimooctauo nō ita clare Caiani

hunc istorꝫ errorem prodit. Alios autē errores istis impingit ibi Augustinus, quorꝫ Philaster nō memi nit. Verùm de illis alibi nos differemus. Puerūt rur sus alij dicti Sethiani eòꝙ Seth filium Adæ fabulo sa quadam uanitate uenerabātur, dicentes eum de superna matre natum, quā asserunt cōueniſſe cum superno patre, unde diuinū aliud ſemen naſceretur tanꝯ filiorum dei. Philaſter dicit quoſdā ex iſtis pu taſſe ipſum Seth fuiſſe Chriſtū. Sed Auguſtinus ca pite decimonono libri de hæreſibꝰ de iſtis loquens, nihil tale illis tribuit. Tertullianus autem in ſuo li bello de hæreſibus, hos hæreticos appellat Sethoi tas, & non Sethianos quemadmodum Philaſter & Auguſtinus: & cū de illis differit, nihil tale illis im pingit ut crediderint Seth fuiſſe Chriſtum. Alij fue runt qui angelos adorabant, & ideo Angelici fue runt dicti. Hos Auguſtinus enumerat inter hæreti cos triceſimonono loco. * Hę omnes ſectæ tam an tiquatæ & ex memoria hominum abolitæ ſunt, ut lateat nos qui fuerint illarū inuentores, & quo tem pore cœperint.) Apud Auguſtinum nullum alium errorem qui ad idololatriam pertineat, reperio. Phi laſter autē plures alias idololatrias recēſet. quoſdā enim dicit adorare ſolē, quos uocat Heliognoſtos: alios rurſum adorare mures, & hos uocat muſori tas: aliaſqꝫ plures enumerat idololatrias, quas o mitto, quoniā ille ſic illas narrat, ut dicat illas fuiſ ſe olim apud Iudæos ante Chriſti aduentū. Ego au tem ſolas illas recenſere decreui quæ poſt Chriſti paſſionem inter Chriſtianos exortæ ſunt. Quapro pter miror quare Auguſtinus illas tres p̄fatas hære ſes, uidelicet Ophitas, Caianos, & Sethianos, ſuo operi inſeruerit, cum ſtatuerit ſe illas ſolas hæreſes enarraturum, quæ poſt Chriſti in cælos aſcenſionē fuerunt exortæ. Philaſter tamē illas eaſdē tres hęre ſes p̄fatas illis annumerat quæ ante Chriſti aduen-

Sethiani.

Angelici.

*

)

Heliognoſti. Muſoritæ.

tum fuerunt. Nã de hæresibus Iudæor̃ primo disse rens, ab Ophitis sũum auspicatur librum. Contra has hęreses nõ est operosum disputare, p̃cipue cum illarũ authores se Christianos iactauerint, quapropter sacras scripturas oportebit eos recipere, in quibus apertissima sunt testimonia ad idololatriã reiiciendam. Nam illud est manifestũ quod dñs aduersus dæmonẽ hæreticor̃ parentẽ citauit. Dñm (inqt) deum tuũ adorabis, & illi soli seruies. Et in Deuteronomio, Cũ reperti fuerint apud te intra unã portarum tuarũ quas dñs deus tuus dabit tibi, uir aut mulier qui faciant malũ in cõspectu dñi dei tui, & transgrediantur pactũ illius, ut uadant & seruiant dĩs alienis, & adorent eos, solem & lunã, & omnẽ militiam cæli, q̃ nõ p̃cepi, & hoc tibi fuerit nunciatum, audiensq; inquisieris diligenter, & uerum esse repereris, & abominatio facta est in Israel, educes uirum ac mulierẽ qui rem sceleratissimã perpetrarunt, ad portas ciuitatis tuæ, & lapidibus obruentur. Et Esaias propheta recẽsens causas multas propter quas populus Israel derelictus fuit à deo, p̃cipuam causam ait fuisse idololatriam. Sic enim ait, Proiecisti enim populum tuũ domũ Iacob, quia repleti sunt, ut olim, & augures habuerunt ut Philistĩm. Et parum infra. Et repleta est terra eius idolis. Opus manuũ suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eor̃. Et incuruauit se homo, & humiliatus est uir. Ne ergo dimittas eis. Et alia plurima ibi sequũtur ad idololatriam repellendã. Præterea multa hominũ millia ex filĩs Israel morte punita sunt eò q̃ adoraũerant uitulũ aureum. Tres pueri quia noluerunt adorare statuã, à dño p̃miantur. Nam in fornacẽ ex regis imperio missi, ab angelo dei custodiuntur, ne flãma noceret illis. Ioannes etiam cũ ceciderat ante pedes angeli qui illi uisionem ostenderat, & uoluisset illũ adorare, prohibuit illũ angelus

Exo. 6. Deu. 17. Esai. 2. Exo. 32. Dan. 3.

ne illud faceret, dicens, Vide ne feceris. Conseruus enim tuus sum, & fratrũ tuorũ prophetarũ, & eorũ qui seruant uerba ꝓphetiæ libri huius. deũ adora. In re tam aperta piget plura citare testimonia, qñi si quis ea desideret, sacra scriptura plena est illis. apo.22

IEIVNIVM.

PRima hæresis est quæ ait ieiunium nullius esse meriti apud deum Iouinianus siquidẽ, & qui illius errorẽ instauraruntValdenses, Vuitclefitæ, Lutherani, non solum ciborũ delectũ dãnant, sed ultra addunt, dicentes in ieiunio nullum esse meritũ, asserentes in sui erroris cõfirmationẽ illud Pauli male ab illis intellectũ, Corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Et certe miror ꝙ homo qui se Christianum iactat, & scripturas sacras recipit, dicat in ieiunio nihil esse meriti, quia hoc docere nõ possunt nisi uoluptatũ amatores, qui docent illa quæ ꝓpria libido dictat. Si enim uirtutes amandæ sunt, & illarum ueri amatores meritũ habent, habebit necessario meritũ aliquod, ieiunium, cũ uirtus sit, & pars tẽperantiæ. Nam cũ gula sit uitium quod in nimio cibo, aut potu cõmittitur, fieri nequit ut ieiunium, quo cibo & potui parcimus, uirtus nõ sit. Et si ieiunium est actus studiosus propter deum factus, qui fit ut illi non reddatur sicut & cuilibet bono operi merces aliqua? Præterea ieiunium nõ solum est uirtus, sed adiuuat plures alias uirtutes, & uiam parat apertissimã ad illas, quapropter oportet ut ꝓmium illi respõdeat, quemadmodũ alijs uirtutibus qbus cõsentit. Cũ enim Paulus dicat eos qui male agẽtibus cõsentiunt, dignos esse pœna, cur nõ etiam digni erunt ꝓmio qui bene agẽtibus cõsentiunt? Nunqd deus erit largior in punitione ꝙ in ꝓmio? Absit. Oportet ergo ut ieiunium donetur ꝓmio, quemadmodũ donatur uirtus cui uiam aperit. Parat nanq; ieiunium uiam castitati, q̃ maxime uirtus est. Nam Iouinianus. Valdẽses. Vuitcl. Lutherani. 1.Ti.4 Rom.1

si gula iuuat luxuriã, oportet ut ieiunium adiuuet castitatẽ, qm̃ oppositarũ causarũ oppositi sunt effectus. Quid peccare fecit Sodomã, nisi saturitas panis? Venter mero æstuans facilè despumat in libidinem. Si ergo panẽ subtraxeris & uinũ, peccato uiã p̃cludis, qm̃ (ut ait quidã) sine Cerere & Bacchio friget Venus. Ieiunium etiam orationẽ adiuuat, cuius rei signũ est, q̃ dñs cũ docere uoluisset modũ quo orare debemus patrẽ cælestẽ, prius de ieiunio & de eleemosyna disseruit, & cõtinuò orationem docet. ieiunium & eleemosynã uno tractu orationi coniunxit, ut per hoc innueret ieiunium & eleemosynã duas esse alas quarũ adiutorio se in altũ tollit oratio. Cũ enim manducasset & bibisset populus, surrexit nõ orare sed ludere, nõ adorare deum, sed adorare uitulum aureum. Moyses in mõte ieiunio quadraginta dierum legẽ suscipit, sed cũ populus satiatus fecisset uitulum quẽ adoraret, frangit Moses tabulas in quibus lex erat scripta: & merito, qm̃ stomachus plenus nõ est aptus ad suscipienda diuina mandata, nec ad illa intelligenda. Tres pueri intra fornacẽ mittuntur, cuius incendium adeo erat magnum, ut ultra quadraginta cubitos flãma extenderetur: ieiunt tamẽ ingredientes, illæsi egressi sunt de fornace. Daniel uir desideriorũ, cum per tres hebdomadas ieiunasset, leones in quorũ lacum missus est, ieiunare fecit, qm̃ cum illi ieiuni essent, ut auidius illum deuorarent, nec tamen illi nocuerunt. Deinde post ieiunium trium hebdomadarum idẽ Daniel uidit uisionem, in qua sibi dictũ est ab angelo. Ex die primo quo posuisti cor tuũ ad intelligendum ut te affligeres in conspectu dei tui, exaudita sunt uerba tua, & ego ueni propter sermones tuos. Quomodo ergo non habet meritum, ieiunium quod meretur exauditionem? Helias ieiunus orat, & ad eius orationem tribus annis & sex mensibus ros pluuiæ

Exe.16

Exo.32

Dani.3

Dan.10

3.re.17.

non

non cecidit super terrā. Rursum ieiunus iterū orat, & pluuias à deo impetrat. Ieiunus ad montem dei 3.re.19.
peruenit, in quo diuinam habuit præsentiam, q̄uis deum non uidit, quoniam uelut indignum se reputans uultum pallio operuit cum dominus trāiret. Ieiunium ergo legem accepit, uoracitas legem perdidit. Ieiunium ab incendio liberat, fomentis ciborum libidinis ignes crescunt. Ieiunium mentem ad orationem parat, crapula intellectum obtusum reddit. Ad nouum testamentū accedamus, unde possumus habere testimonia multo adhuc clariora. Anna prophetissa filia Phanuelis laudatur apud Lucā Luc.2.
q̄ non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens die ac nocte. Quod si ieiunium res est nullius momēti (ut hæretici docent) quare de illo laudatur? Præterea cum dīs eiecisset spiritum īmundum ex corpore cuiusdam pueri, quæsierunt ab eo discipuli eius. Domine quare nos non potuimus mat.17
ei̇cere? Quibus ille respondit. Hoc genus dæmoniorum non ei̇citur nisi in oratione & ieiunio. Qui fit ergo ut res nullius momenti sit, quę tam potens est ut dæmones ei̇cere ualeat? Rursum ipsemet ueritatis magister modū docens iuxta quem ieiunare debeamus, ait, Tu autē cum ieiunas, unge caput tuū, Mat.6
& faciem tuam laua, ne uidearis hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito, & pater tuus qui est in abscondito, reddet tibi. Ecce iam uides apertissimū meritum ieiunij. Nam pro ieiunio reddet nobis pater. Nunc̄q̄ autē redditur præmium nisi pro merito. Si ergo pater reddet p ieiunio, oportet fateri in ieiunio esse aliquā meriti rationē. Apertissima sunt hęc testimonia: quapropter nō est opus plura citare. Supereſt tamen ut hæreticorum obiectionibus respondeamus. Primo nobis obi̇ciunt illud Pauli in prima ad Timoth. epist. Corporalis 1.Ti.4
exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad

omnia utilis est, promissionē habens uitę quę nunc est, & futuræ. Cui obiectioni respondemus illum Pauli locum minime aduersari nostrę sententiæ, duplici de causa. Vna, quia ieiunium non proprie dicitur corporalis exercitatio, neq; de illo ibi loquitur Paulus. Vnde Theophylactus exponens illū Pauli locum, sic ait, Nonnulli corporis exercitationem ieiunium dicunt, quod tamen secus se habet, siquidē spiritalis sit. Nam etsi corpus per inediam maceratur, spiritus tamen est uigilantior. Sed corporalis exercitatio corporis est agitatio quędam: quæ cum laboris habeat plurimum, parum tamen & ad breue corpori sit profutura. Hæc Theophylactus. Ecce patet qualiter ieiunium nō est exercitatio corporalis, sed spiritalis, quia spiritui confert. Sed esto ieiunium sit exercitatio corporalis, altera erit adhuc causa quare locus ille nostræ sententiæ nō repugnabit. In illo siquidē loco Paulus non absolute negat corporalem exercitationē esse utilem, sed illam dicit esse inutilem aut modicū utilem si non habet pietatē sibi coniunctam. Et quod hic sit illorū uerborū sensus, conuincitur ex præcedentibus. nam antea præmiserat dicens Timotheo ut exerceret seipsum ad pietatem, & continuo subdidit, corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autē ad omnia utilis est. quasi diceret, non sic fidas carnis macerationi, ut hanc solam sine pietate sufficere putes, quoniam sine pietate ad modicum utilis est, ideo exerce teipsum ad pietatem, quæ multo præstantior est q̄ carnis maceratio. Et ad hunc modum interpretatur Ambrosius dicens, Exercitium autem corporale ad modicum utile dicit. Ieiunare enim & abstinere à cibis manente authoritate creatoris non multū prodest, nisi addatur huic pietas, cuius opera multorum precibus adiuuatur ad dominum promerendum. Et parum infra, Corporis autem exercitium

nihil aliud q̃ carnis frena sunt. Si quis ergo, quia misericordia magna res est, lubricum tamen carnis patiatur, huiusmodi quid fiet? sine dubio uapulabit, quia illud oportuit fieri, & hoc minime prætermitti. Hęc Ambrosius. Secundo nobis obꝯciunt illud dñi uerbum per Esaiam prophetã populo Israelitico dictum: Nũquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? Et paucis interiectis subiungit, Nonne hoc est magis ieiunũ quod elegi? Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui cõfracti sunt, liberos, & omne onus disrũpe. Frange esurienti panem tuum, & egenos uagosq; induc in domum tuam. Cũ uideris nudũ, operi eum, & carnẽ tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuũ, & sanitas tua citius orietur. Quibus uerbis deus apertissime cõprobat ieiunium & abstinẽtiam à peccatis, cui adiungitur bonorũ operũ exercitium, præcipue pietatis erga pauperes & egenos. Hanc autẽ obiectionem eodẽ modo reꝯcimus, quo præcedentem. Fatemur certe solum ieiunium, si cætera nõ adsunt, nullius esse momenti. Ieiunũ enim sine pietate & reliquis bonis operibus, parum aut nihil ualet. At non inde sequitur ut ieiunium cũ pietate, & reliquis operibus, nullius sit momenti, imo cũ cætera adsunt, multum precium habet. Bona est enim oratio cum ieiunio & eleemosyna. Dñs ergo per illa uerba ꝓphetæ solum dãnat ieiunium quod perperam fit, & cui multa alia scelera adiungũtur. Hoc autem manifestum euadit ex his quæ ante dixerat. Ecce (inquit) in die ieiunij uestri inuenitur uoluntas uestra, & omnes debitores uestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut usq; ad hanc diem, ut audiatur in excelso clamor uester. Non dixit absolute, nolite ieiunare, sed addidit, sicut usque Esai. 58 Tob. 12 Esai. 58

ad hanc diem. Quid est dicere sicut usque ad hanc diem: Hoc est ut non percutiant pugno, ut non ad lites & contentiones ieiunent, ut non exequantur uoluntates suas sicut antea. Aliud autem ieiunium quod ex charitate fit, ut caro subijciatur spiritui, nec tamen ideo deseruntur pauperes, tale inq̃ ieiunium laudatur à deo, & p̃mium dicit illi esse à patre statutũ. Alioqui si per hoc q̃ ieiunium perperã factũ reprehenditur, colligere uis ut etiã si bene fiat, nihil prorsus ualeat: ad hunc modũ oportebit dicere sabbati celebritatem in ueteri lege nullius fuisse momenti, qm̃ eos qui sabbata colebant non prout deus uolebat, per eundẽ prophetam dñs reprehen-
Esai.1. dit dicens, Calendas uestras & solẽnitates uestras odiuit anima mea. Facta sunt mihi molesta. Et de sacrificantibus & offerentibus incensum in peccato dicit, Ne offeratis sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi. Et de his omnibus dicit, Laboraui sustinens. Et cum extenderitis manus uestras, auertam oculos meos à uobis: & cum multiplicaueritis orationẽ, non exaudiam. Manus enim uestrę sanguine plenæ sunt. Lauamini, mundi estote: auferte malum cogitationũ uestrarum ab oculis meis. Abeant ergo & ex his uerbis condẽnent etiã sabbati sanctificationem, & oblationem incensi, & omne sacrificium: & dicant solum sufficere ut auferamus malum cogitationum nostrarum. Absit autem ut quis tantũ desipiat, qui hæc dãnare audeat. Ibi enim dñs dãnat eos qui nõ prout decebat, aut sacrificabant, aut sabbatum lætitia quadam pphana colebant, & hæc omnia in peccato mortali faciebant, satis sibi esse putãtes si illa exteriora fecissent. Sabbati autem ueram sanctificationem dñs præcipit: tantum abest ut dãnet. Ad hunc modum postea locutus est de ieiunio, ut ieiunium quod sine pietate & cum peccato mortali fit, dãnauerit, reliquum

autem intactum reliquerit. * Deniq; istorũ hęretico * rum sententia plurimis cõciliorum definitionibus, aperte damnata est. Concilium gangrense cap. 19. suorũ decretorũ sic ait· Si quis eorum qui proposito sunt continentiæ, præter necessitatem corporalem superbiat, & ieiunia cõmunia totius ecclesiæ putauerit contemnenda, perfectam in sua scientia uindicans rationem, anathema sit. Hæc concilium gangrense. Anathema ergo Iouiniano, Luthero, cæterisq; quibuscunque huius hæresis patronis: quoniam hi omnes ieiunia contemnunt, quum dicant illa nullius prorsus esse apud deum meriti. Concilium Telense in quo non solum ista, sed aliæ Iouiniani hæreses damnatæ sunt, postq; de castitate definierat, tandem de ieiunio loquens, hæc ait· Merito ab illis uiduitas despicitur, quæ solet obseruare ieiunia, quibus se dolent isti aliquo tẽpore esse maceratos, & propriam ulciscuntur iniuriam, quotidianis quoque conuiuijs usuq; luxuriæ, laborem abstinentię propulsare desiderant. Qui nihil rectius faciunt, quàm q; ipsi se suo ore cõdemnent. Et post aliqua Pauli testimonia ibidem adducta, tandem subdit concilium. Si parum est quod Apostolus dixit, audiant prophetam dicentem. Et operui in ieiunio animam meam. Ergo qui non ieiunat, intectus & nudus est, patet uulneri. Hæc Concilium. Contra hunc errorem scripsit etiam beatus Hieronymus in secundo libro contra Iouinianum, quo loco multas ieiunij laudes texit. Beatus Ambrosius elegantem librum fecit qui inscribitur de Helia & ieiunio, in quo mirum in modum extollit ieiunium. Iodocus Clichthouæus hoc nostro seculo largissime de hac re scripsit in illo opere quod dicitur propugnaculum ecclesiæ contra Lutheranos.

Secunda hæresis docet ieiunia non debere instituí pro certo aliquo & stato tempore, sed q; quili-

bet ieiunet cum uoluerit. Hanc hæresim primus
Aerius (quod sciam) docuit Aerius: nisi forte hæc sit hæresis cuiusdam Eustathij, qui concilio Gangrensi dānatur, eò q̄ ieiunia ecclesiastica contēnebat. Hæc autem hæresis nō est eadem illa quam docuit Iouinianus, quoniam de Aerio Augustinus differens libro de hæresibus cap. 53. non dicit illum contempsisse in uniuersum ieiunia, sed hoc solum illi tribuit, q̄ dixerit statuta solemniter ieiunia nō esse obseruanda, sed ieiunandum esse cum quisq̄ uoluerit, ne sub lege esse uideretur. Itaq̄ Aerius ieiunio non detrahit, sed solum detrahit ieiunij legibus, nullo pacto admittens ecclesiam posse ad ieiunium obligare: quia etsi ieiunium sit salubre, & proficuum animę, non uult tamen ut ad illud aliquis arctetur, sed potius liberum cuiq̄ esse uult ieiunare cum uoluerit. Hæc dixi quia uideo aliquos de ieiunio disputantes, qui in eodem errore collocant Aerium cum Iouiniano, cum tamen latum sit inter illos discrimen. De hoc etiam errore suspectum se multis præbuit Erasmus Roterodamus, à qua suspicione nunquā (quod sciam) se bene purgauit. Nam in paraphrasi secundi capitis Marci, hæc ait: Tristia sunt ieiunia quæ præscribit lex: & ob hoc ingrata deo, qui diligit hilarē datorē. Hæc Erasmus. Quæ quidē Erasmi uerba à Parisiensibus theologis cōmuni omnium censura sunt dānata. Horum tamen censurę respondit Erasmus, præfatorū uerborū declarationem præbens. Sed illius declaratio talis fuit, ut maiorem reliquerit hæreseos suspicionem. Verba illius referā, quò clarius eius mens possit agnosci. In responsione siquidem ad Parisienses hæc uerba habet: Porro qui metu ieiunat, non ieiunaturus nisi lex cogeret, huius ieiunium hactenus certe triste est, & ingratum deo, quòd caret alacritate spiritus, qua præcipuè delectatur deus. Neminem igitur reuoco ab

obedientia superiorum, sed ostendo quid deo sit gratius. Neque enim ideo infirmi liberi sunt à constitutionibus, quòd deus cum alacritate ac sponte ieiunantes præfert ijs qui legis impulsu ieiunant potius quam ex animo. Hęc Erasmus. In quibus uerbis satis aperte docet, melius esse ieiunare ex arbitrio proprio, q̃ lege coactum. Ob quam causam ille optat ut huiusmodi ieiuniorum præcepta ecclesia tolleret. Non q̃ ille credat ecclesiam nõ posse tales leges statuere, aut sic statutas esse temere uiolandas: sed quia cẽset melioris esse cõditionis apud deum sponte ieiunantem, quàm qui lege ad id faciendum cogitur. Et credit plures fore qui sponte ieiunarent & abstinerent à carnibus, quàm nunc faciunt coacti lege. Nam in responsione ad primam censuram Parisiensium de ieiunio, & delectu ciborum, hæc uerba ait: Arbitror autem puriorem fuisse Christianismum temporibus Apostolorum ac martyrum q̃ nunc est, quando sic refrixit hominum charitas. At illis temporibus quum nullum esset præscriptum de ciborum discrimine, plures ultro abstinebant à carnibus, q̃ nunc faciunt coacti lege. Hęc Erasmus in præfato loco. Et in libello de ciborum delectu, supputatione. 23. hæc ait: Siquis adeo firmus sit, ut perpetua sobrietate sibi temperet, huic non admodum opus sit indictis ieiunijs: nisi pro tempore huiusmodi uictima placanda sit ira dei. Sed ob rudes, inquies, & crassos, certi dies præscribuntur. Sit hoc fane tolerabile. Præscribitur unica refectio, præscribitur & cibi genus. Nec hoc satis. Intẽtatur ęterna damnatio consuetudinis humanę uiolatori. Hæc Erasmus. Ex quibus uerbis luce clarius constat q̃ male habet Erasmum, esse aliquos ieiuniorum dies præscriptos: sed hoc malum tolerabile cẽset: uerùm illud intolerabile putat, q̃ ieiunia præcipiantur sub interminatione gehennę: & hoc durius existimat,

quòd in huiusmodi ieiunijs certa aliqua ciborum genera prohibentur. Erasmus ergo (ut ex his quæ diximus, liquidò constat) idem cum Aerio sentire uidetur. Ipsorum tamẽ error (ut proxime diximus) alius est ab errore Iouiniani. Verùm etsi alius sit hic error ab illo, non est opus nouas aduersus illum excogitare machinas: quoniam (ut superius ostendimus cum de ecclesiæ potestate ageremus) ecclesia potest statuere leges, potissimum eas quæ ad obseruantiam diuinorum mandatorum conducibiles esse uidentur, quibus legibus omnes Christiani subesse tenentur. At cum ieiunium esse utile nos aduersus Iouinianũ & eius assecias nunc proxime ostenderimus, & Aerius ipse (ut existimo) nõ neget, conuincimus inde ut ecclesia possit statuere ieiunia, quæ cum ab illa fuerint statuta, ab omnibus Christianis obseruanda erunt, ita ut nullus ea contemnere impune possit. Et certe hic error magi impetit ecclesiæ potestatem, q̃ ieiunij uirtutẽ. Quapropter cum constiterit de ecclesiæ potestate, ut illa possit statuere quod conducere uidebitur, actũ erit de hoc errore, p̃cipuè cũ aliqua sint ieiunia ab apostolis instituta, aut forte à Christo cõmuni omniũ magistro. Nã de quadragesima dicitur à plurimis non infimæ sortis, sed maximæ authoritatis uiris, eisq; non recentibus, sed uetustissimis authoribus, quadragesimæ ieiunium fuisse à Christo institutũ, ita ut obligatio ad illam, nõ tantũ ex p̃cepto humano pendeat, sed diuino. Vnde Maximus episcopus ait, Sacrarum literarũ exempla protulimus, quibus approbaremus hunc quadragenarium numerũ nõ esse ab hominibus constitutum, sed diuinitus consecratum, nec terrena cogitatione initiatum, sed cælesti maiestate præceptum. Et paucis interiectis, de præceptis eiusdem ieiunij quadragesimalis ait, Hæc autem non tam sacerdotum præcepta, q̃ dei sunt.

Atq; ideo qui ea ſpernit,nō ſacerdotem ſpernit, ſed Chriſtum, qui in ſuo loquitur ſacerdote. Hæc ille. Theophilus Alexandrinus ait,Habemus quadrageſimam ab Apoſtolis inſtitutā & ordinatā. Et Ignatius martyr in quadā epi. ad Philip. quæ eſt quarta in ordine,ita ait,Dies feſtos nolite inhonorare,quadrageſimā uerò nolite pro nihilo habere. imitationē enim continet dei cōuerſationis. hebdomadā etiam paſſionis nolite deſpicere. Hęc Ignatius. Ex quibus teſtimoniis etſi forte nō ſatis conſtet eā fuiſſe a Chriſto inſtitutā ſub præcepto, conſtat tamē ad Chriſti exemplū fuiſſe ab apoſtolis obſeruatā,& ſub prȩcepto Chriſtianis iniunctā,poſt quoꝝ deceſſum eccleſia in plurimis concilijs ſtatuit eā ſtrictè debere obſeruari. Nam concilium Braccarenſe primū cap. 16. ſuorum decretoꝝ ſic definit,Si quis quinta feria paſchali quę uocatur cœna dñi,hora legitima poſt nonam ieiunus in eccleſiis miſſas non tenet, ſed ſecundum ſectā Priſcilliani feſtiuitatē ipſius ab hora tertia per miſſas defunctorū ſoluto ieiunio colit, anathema ſit. Et in collectorio græcarum ſynodoꝝ per Martinum Braccarenſem ep̄m facta, cap. 50. ita dī, Non liceat quinta feria nouiſſimæ hebdomadę ieiunium ſoluere, & omnē exhonorare quadrageſimā, ſed ſincere abſtinentes toramquadrageſimā peragere. Et cōcilium Toletanum octauū cap. 8. apertius & ſtrictius hoc præcipit,ut uidelicet tota quadrageſima ieiunetur,& abſtineatur a carnibus. Theleſphorus papa & martyr, qui ſeptimus a beato beato Petro apoſtolo pontificatū tenuit,decretū etiam edidit de abſtinētia carnium in quadrageſima,ante quē etſi quadrageſima ieiunaretur, ut conſtat ex dicto Ignatij martyris nunc proximè citato, mihi tñ non cōſtat an tunc ante Theleſphoꝝ tale ieiunium celebraretur in abſtinētia carnium,an per ſolam ciboꝝ parſimoniā,ut uidelicet cum carnibus ieiuna-

Concilū Braccarēſe.

Concilū Toletanū.

rent, semel in die & minus q̃ alias comedentes: de qua re cũ mihi nõ cõstet, nihil definio. Hoc tñ certũ est ex Philonis testimonio per Euseb. lib. 2. historiæ ecclesiasticæ citato, tẽpore apostolorũ fuisse abstinẽ tiam carnium. Denicq̃ cõcilium Gangrense cap. 19. de omnibus ieiunijs ab ecclesia statutis ita definit, Siquis eorũ qui proposito sunt continentiæ, præter necessitatẽ corporalem superbiat, & ieiunia cõmunia totius ecclesiæ putauerit cõtemnenda, perfectã in sua scientia uindicans rationẽ, anathema sit. Plura alia potuissem huc citare cõciliorum decreta, sed hæc sufficiant. Cæterum quod Erasmus ait melius esse ieiunare sponte, q̃ ex legis præcepto, cõuincitur esse falsum per illud quod in. 1. Regũ lib. dr̃. Melior est obedientia q̃ uictima. Melior ergo q̃ ieiunium. Et merito obediẽtia præfertur ieiunio, qm̃ ieiunium ad temperantiã pertinet: obediẽtia uerò pertinet ad iustitiam, quę reddit unicuiq̃ quod suũ est. Per obedientiam siquidẽ superiori præstamus quod debemus. Qui spõte ieiunat, solum ieiunij meritũ habet: qui uerò legis impulsu ieiunat, & ideo ieiunat, ut legi obediat, hic ultra ieiunij rationẽ habet etiã meritum obedientię. Melior ergo est conditio illius qui præcepto obediens ieiunat, q̃ qui spõte sua ieiunat: qm̃ hic unicum tantũ, uidelicet ieiunij, meritum habet: ille uerò duplex, ieiunij & obediẽtiæ meritum. Ad hanc rem etiã agunt ea quæ inferius in titulo de uoto dicemus. Nam eo loco (deo duce (probabimꝰ meliora esse quæ ex uoti obligatione fiunt, q̃ quæ sponte. Ex quibus etiam colligitur ut meliora sint opera quæ ex obligatione præcepti fiunt, q̃ quæ ex proprio arbitrio. Sed uideamus quid pro se afferat Erasmus. Deus (inquit ille in respõsione ad Parisienses) pharisaica ieiunia dãnat apud Esaiam, & Christus illa etiã detestatur, quæ nullo pacto sunt ęquãda cũ spontaneis ieiunijs, quæ Apostoli hausto cæ-

Concilĩ Gãgrense.

1. Re. 15.

leſti ſpiritu citra præceptum ullum erāt ieiunaturi. Fateor quidem q̄ deus phariſaica ieiunia per Eſaiā dānauerit, ſed nō ob eam cauſam q̄ præſcriptis diebus ieiunabant, aut præcepto legis: ſed quia tantū ieiunio fidebāt, ut reliquis oībus uirtutibus & bonis operibus poſthabitis, ſolo ieiunio ſe deo ſatisfacere crederent. Vt autē hæc clariora ſint, Eſaię uerba referre oportet. Ecce (inquit ille) in die ieiunij̄ ueſtri inuenitur uoluntas ueſtra, & oēs debitores ueſtros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare ſicut uſq̄ ad hanc diem, ut audiatur in excelſo clamor ueſter. Hæc apud Eſaiam dñs. In quibus uerbis cōſtat nullam eſſe de præcepto ieiunij̄ factā mentionē: nec ieiunium Phariſæor̄ ob hoc eſſe culpatū, q̄ lege cogente, & non ex arbitrio ieiunauerint. Eſa. 58. *Deinde aduertere oportet q̄ non abſolute prohibuit illis ieiuniū, ſed dūtaxat, phibuit concilium tale quale illi faciebant. Non enim abſolute dixit, Nolite ieiunare: ſed addidit, ſicut uſq̄ ad hanc diem, ut audiatur in excelſo clamor ueſter. Propter iactantiā, & alia peccata quæ in diebus ieiunior̄ perpetrabant, illor̄ dānauit ieiunia, non autē quia lege pręcipiente ieiunabant. Non eſt ergo quaſi Phariſaicum reputādum ieiunium quod ob legis præceptum fit. *

Tertia hæreſis eſt Begardor̄ & Beguinarū dicentium hominem nō obligari ad ieiunia eccleſiaſtica cum ad ſtatum perfectionis peruenerit. Et hic error etiā ab errore Aerij̄ aliquātulum differt, qm̄ Begardi & Beguinę non omnes Chriſtianos eximunt ab obligatione ieiunij̄, quēadmodū Aerius docuit, ſed ſolum illos qui ad gradū perfectionis peruenerūt. Quod ſi hunc errorē deducunt ex alio errore eorūdem quo docent illos qui in tali perfectionis ſtatu ſunt, non eſſe humanæ obedientiæ ſubiectos, atque ideo dicant nō teneri etiam ad ieiunia eccleſiaſtica, Begardi. Beguinæ.

tunc non erit opus noua aduersus hunc errorē parare argumēta, qm̄ iam supra probauimus omnes Christianos cuiuscūq; status sint, teneri ad obseruationem legum ab ecclesia institutarū. Si uerò dicāt ideo non teneri ad ieiunium, quia uidelicet nō indiget ieiunio ad animæ salutē is qui perfectionis statum adeptus est, tūc alijs oportet agere argumētis.

Gala.5 Et primo contra eos militat illud Pauli, Caro cōcupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnē. Hæc enim sibi inuicē aduersantur, ut non quæcūq; uultis, illa facíatis. Quod si tā rebellis est caro, oportet eius rebellionē ieiunij habenis cōpescere. Verùm forte Begardi dicent eum qui statū perfectionis adeptus fuerit, nō pati se in hanc carnis & spiritus pugnam, sed habere in pace tabernaculum suum. Hoc autem adeo aperta est dementia, ut nō sit opus eam oppugnare, qm̄ soli uirgini dei matri hoc priuilegiū tribuitur, ut talem pacē in se habuerit. Vnde Richardus de sancto Victore lib. 2. de Emanuele cap. ulti. sic ait, In cæteris sanctis magnificū habetur q̄ a uitijs non possunt expugnari, in ista mirificū uidetur q̄ a uitijs nō potest ipsa uel in modico impugnari. Cęteris sanctis in cōmune pręcipitur ut in mortali eoꝝ corpore peccatum nō regnet, soli isti singulariter datur ut mortale corpus eius peccatū non inha-

1.co.9. bitet. Hæc ille. Præterea, uas electionis Paulus apostolus qui usq; ad tertium cęlū raptus uidit arcana dei quę nō licet homini loqui, is inquā castigat corpus suum, & in seruitutē redigit: neq; hoc frustra facit, qm̄ timet ne cum alijs p̄dicauerit, ipse reprobus

Mat.3 efficiatur. Magnus ille Ioannes Baptista, quo inter natos mulierum non surrexit maior, qui & spiritu sancto repletus est ex utero matris suæ, is etiā castigat corpus suum, a uino & sicera abstinens, carnes non comedens, sed cibus eius locustæ & mel syluestre. Quid ergo impij Begardi & libidinosæ Begui-

næ præsumunt? Nunquid maiorē sibi uirtutis perfectionem arrogant q̄ Paulo, & Ioāni Baptistę? Et ut aliquid mirabilius atq; sacratius dicamus, ipsemet qui peccatū non nouerat, nec inuentus est dolus in ore eius, ieiunauit quadraginta diebus & noctib⁹, non q̄ ipse opus haberet ieiunio, sed quò nobis exēplum daret, ut quantūlibet perfectus quisq; foret, agnosceret ieiunium esse sibi necessariū. Quādiu. n. hic sumus, inimicos domi nostræ habemus, qui uelut latrūculi nobis insidiantur. Et intra portas Hierusalem Iebuseus fuit semper in medio, nec q̄ unquā deleri potuit. ita intra carnem nostrā, quantūlibet perfectus quisq; sit, semper manet aliquis stimulus incitans ad malum. quapropter ieiunare oportet, ut ieiunio carnis malitia reprimatur. Demū inter octo errores Begardorū & Beguinarum cōdemnatos in concilio Viennensi sub Clemente. 5. is secūdus est. Huius autem cōcilij definitio habetur in lib. clemētinarū decretaliū, in titulo de hæreticis, capite cuius initium est, Ad nostrā &c. Videat ibi qui uolet. Ioſu. 15 Concilū Viēnense.

IMAGO.

FVit olim quidā error, qui nostro hoc seculo iam aliqbus innouatus est, docens imagines esse tollendas ab ecclesia, dicens idololatriā esse imagines in tēplis habere, siue illæ sint Christi, siue sancti hominis cuiuscūq;. Huius hæresis primū authorē uix inuenire possum. Platina in uita Adriani papæ huius nois primi, dicit sub hoc pontifice habito concilio Franconiæ fuisse abrogatā hæresim Felicianā de tollendis imaginibus. Cum autē eam appellauerit Felicianā, non aperuit tamē a quo Felice sumpserit exordium. In uita tū Constantini papæ prius dixerat Felicem quēdam Rauēnatem archiep̄m a Iustiniano imperatore in Pontum relegatū, qui postea a pristina hæresi discedens sub Theodosio impatore in patriā reuersus est. Verùm hoc in loco etiā subti-

cuit qualis fuerit huius Pelicis hæresis. Quòd si ex illis duobus locis quis conijcere uelit, ut dicat ab hoc Pelice fuisse hanc hæresim appellatã Pelicianã, nõ repugno: q̃q̃ scio ante hunc Felicẽ non defuisse qui hunc errorẽ docuerit. Nam cõstat ante Cõstantinum papã, cuius tẽpore fuit hic Felix, per centum annos & eo amplius fuisse beatũ Gregorium papã huius nominis primũ. At beatus Gregorius Serenum quẽdam epm Massilienſem per epistolã redarguit, cp incõsiderato zelo sanctoꝝ imagines fregerit timens ne a populo adorarentur. Et beatũ Gregorium plusq̃ centũ & quinquaginta annos præcessit Epiphanius Cyprus. Is aũt in quadam epistola ad Ioãnem epum Hierosolymitanũ circa finẽ epistolæ dicit se scidisse uelũ quoddã quod pendere uiderat in foribus cuiusdam ecclesiæ. Scidit autẽ illud eò cp habuerit imaginẽ Christi, aut alicuius hominis sancti (non enim meminit cũ hæc scribebat, cuius fuerit imago) dicitq̃ esse contra authoritatẽ scripturarum, in ecclesia Christi imaginẽ hnís pendere. Ecce ad quæ tẽpora hunc reducimus errorẽ. Verùm etsi hi duo epi ita senserint, non tñ sunt hac de causa de hæresi notati, qm̃ res nõ erat adeo aperta, nec de illa re (quod sciam) unq̃ ecclesia illo tẽpore definierat: quapropter liberũ tunc eis erat citra hęresis notam ita sentire. Deinde ita sentientes, non pertinaci aĩo suæ sententiæ adhæserunt, ut parati non essent ecclesiæ aliud docenti obtẽperare. Huius hæresis fautores fuere plures Græcoꝝ imperatores. Nã Leo tertius imperator Constantinopolitanus ob hanc hæresim (Platina teste) a Gregorio papa huius nois. 3. & imperio, & cõmunione fidelium priuatur. Constantinus quintus imperator, qui elephãtiæ morbo correptus interijt, huic adhælit hæresi. Eidem fuit Leo. 4. imperator huius Cõstantini filius. Vxor tñ istius Leonis Irene dicta, Leone defuncto curã ge-

Leo. 3. imp. Cõstantinus i pera.

rens imperñ,nomine filñ,uidelicet Cõstantini sexti, concilium in Niceña urbe secundũ cõgregari fecit, in quo a trecentis & quinquaginta epis eodẽ conuenientibus definitũ est,ut qui sacras imagines delendas dicerent,perpetuo anathemate notarentur. Hãc tñ ecclesiæ definitionẽ Constantinus. 6. grandęuus factus malorꝫ hominũ persuasione deceptus recipere noluit. Et hæc res fuit una ex præcipuis causis propter quas a Greęis imperatoribus defecerũt Latini. Hunc errorẽ post multa tẽpora suscitarũt Valdenses,quibus(ut aliàs semper) cõsentiunt Vuitclefitæ. Hunc errorem iam sepultum ab inferis reuocarunt hoc seculo in quibusdã Germaniæ partibus quidã Carolstadius,& alius Balthasar Hiebmaier, Lutherani,quãquã in hac parte a magistro eorꝫ Luthero desciscunt,qm̃ hic sanctorꝫ imagines probat. Hæc hæresis facilè cõuincitur, si consideremus quo pacto ex præcepto dñi imagines apud Iudæos fuerint,quibus tamẽ districtius inhibuerat ne sculptile haberent. Nam cum pręcepisset Moysi ut faceret propitiatorium de auro mũdissimo,statim subiungit dicens, Duos quoꝫ Cherubim aureos & pductiles facies ex utraꝫ pte oraculi. Cherub unus sit in latere uno,& alter in altero. Ecce hic uides imagines Cherub, & non in loco uulgari,sed in propitiatorio,quod erat operimentũ arcæ testimonñ. Pręterea cum populus Israel ob murmurationes quas aduersus deum & Mosen dixerat, serpentium morsus pateretur, Moses pro populo orat ad dominũ: cui dñs ait,Fac serpentẽ, & pone eũ pro signo. Qui percussus aspexerit eum,uiuet. Fecit ergo Moyses serpentẽ ęneum,& posuit eum pro signo. Quẽ cum percussi aspicerent,sanabãtur. Ecce iterũ aliam imaginem ex pręcepto dñi factam, cuius usus non fuit prorsus inutilis,cum ad eius aspectũ a serpentibus percussi sanabantur. Hunc tamẽ serpentem æneum

Valdẽses. Ioãnes Vuitcleff. Carolstadius Balthasar Hiebmaier. Exo.25 Nu.21.

Ezechias rex confregit postea, nō quia malum erat talem imaginē retinere, sed quia uidebat populū honores diuinos illi impendere, tanquā aliquid numinis esset in eo. Hanc autē esse causam quare illū rex confregerit, ipsa Regū historia satis aperte declarat, dicens, Ipse dissipauit excelsa, & cōtriuit statuas, & succidit lucos, confregitq; serpentē æneum quē fecerat Moyses. Siquidē usq; ad illud tempus filij Israel adolebant illi incensum. Vocauitq; nomen eius Nahasthan. Vides caussam quare cōfractus sit serpēs, quia uidelicet filij Israel adolebāt illi incensum. Cōsiderauit nāq; sapiens rex populum esse ad idololatriam pronū, utpote qui non semel tantū aut iterū, uerūm sæpissime idola coluerint a quo errore credēs nō posse populū aliter reuocare, cōfregisset, ideo tunc meritō cōfregit. Et ne ex serpente cōfracto occasionē doloris haberent, credentes se aliquod numen pdidisse, nomen serpenti imposuit, quo audito cognoscerent & intelligerent nō esse id quod putabant. Vnde Angelomus monachus uetustus author, in stromatibus suis super libros Regū hunc locū exponens, ita ait, Vocauitq; nomen eius Nahasthan. Siquidē Nahasthan interpretatur es eorum: ut quē illi pro numine colebant, in dictis eius metallū eum esse, non deū agnoscerent. Hæc Angelomus. Si ergo populus Christianus esset nūc æque pronus ad idololatriā ut tunc fuit populus Israel, nec aliter posset ab errore reuocari q̄ imaginibus confractis, credere eas meritō debere confringi. Illa enim quæ necessaria nō sunt, etsi bona quantūlibet sint, sæpe tamen tolluntur, aut prorsus abrogantur propter mala quę inde oriri cognoscuntur. Sic ergo etsi imaginum usus sit bonus & ecclesię utilis. si tamen inde idololatria oriretur, cui aliter iudicio maiorum obuiari nō posset quàm imagines cōfringendo, tunc iustum esset ut ex imperio maiorum tollerentur

4 Reg. 18

Angelomus.

rentur aut confringerent, & nō ex libera cuiuscūq; hominis uoluntate. At nunc Christianus populus nō est ad idololatriam pronus, ut populus Iudaicus fuit, qm̄ nec initiatus est unq; Beelphegor, nec adorauit Astarthen deā Sidoniorū, nec coluit Baal, neq; idolis tēpla cōstruxit: quapropter nō est nunc aliqua urgens caussa propter quam imagines confringi debeant, sicut tunc fuit ut confringeretur serpens, qm̄ etsi unus aut alter simplicitate quadam deceptus erret, ille docendus est, & nō propter illū imagines sunt prorsus tollendæ. Leges siquidem & statuta, non paucorum numero, sed maiori populi multitudini prospiciunt. Hæc adeo late digessimus, qm̄ ex hoc Ezechiæ regis facto meritò laudādo, hæretici uolunt suum detestandum errorem probare. Cum autem rem apertissime exposuerimus, patebit iam manifeste q; inani fundamento nitant. Sed iam ad cōfirmandam nostram sententiā redeamus. Salomon in tēplo fecit Cherubim, & palmas & malogranata, & in mari æneo posuit duodecim boues, & in basibus laterū leones cū bobus. Neq; in harū rerū pictura aut sculptura Salomon reprehēsus est, quinimmo mirifice laudatus. Si ergo tūc licuit duodecim boues sculpere, cū magis esset de idololatria timēdum, cur nūc nō licebit duodecim apostolos pingere, quorū illi duodecim boues figuram gerebant? Si licuit serpentem exaltare corā populo ad idololatriam prono, ut ex illius aspectu filij Israel à serpentiū morsib⁹ liberarentur, cur nō licebit nunc Christum in cruce exaltatum depingere, ut ex illius imaginis aspectu reducamus ad memoriam immensa beneficia quæ generi humano in cruce moriens exhibuit? Si umbras licuit pingere, cur nō licebit pingere corpus? Rursum imaginum usus utilis est, qm̄ imagines sunt idiotarum literæ, quas aspicientes, in illis tanq; in libris scriptis le- 3. re. 6

gunt, & ad memoriã per earum aſpectum reducũt ea quæ aliàs in memoriam nõ ueniſſent. Videntes enim hiſtoriam depictã qua repræſentat homo nudus columnæ alligatus, & multis plagis uulneratus, & alios à dextris & ſiniſtris eius, q uicißim illum flagellare cõtendunt, cũ hęc inquam aſpicim⁹, recordamur deum ꝓ nobis hoiem factũ ſimilia in carne paſſum, quod in memoriã cum uenerit, miniſtrat nobis cauſa cõpaſſionis, & dilectionis, eò ꝙ pro nobis talia paſſus eſt. Nec ob aliam cauſam ueneramur imagines, q̃ ꝙ nos in exẽplaris memoriã uenire faciunt, & inde affectus noſtros mouere poſſunt. Nõ ꝙ talis adoratio in ſola ſiſtat imagine, ſed ꝙ trãſit ad id cuius eſt imago. Nam (ut beatus Baſilius ait) honor q deferẽ imagini, referẽ ad prototypum. Quapropter non eſt ꝙ de idololatria timeamus, ſi ſimplices & idiotæ doceanẽ non eſſe ſiſtendam mentem in imagine cum corã ipſa, pcidimus, ſed hoc cõmodum imagines habere, ꝙ noſtrum intellectum excitant ad agnoſcendum & amandum illa quor̃ ſunt imagines. Si ergo literæ legentibus permittunẽ, cum tñ ſacræ literæ in maxima uenera tione habeanẽ, cur nõ etiam imagines permittenẽ, etiam ſi in precio ſint habitæ, modò nõ ultra iuſtitiã? Pictura enim græce ζωγραφία. i. uiua ſcriptura uocatur, eò ꝙ imago ſit quaſi alterum ſcripturæ genus. Cuius rei apertiſſimum eſt teſtimonium, ꝙ in ea parte mundi quam Hiſpani imenſa & diuturna nauigatione uerſus occidentẽ ultra columnas Herculis nauigantes, ſub Carolo huius noſis primo Hiſpaniar̃ rege, & Cæſare eiuſdem noſis ꝙnto, inuenerunt, nullæ apud hoíes illius terræ ſunt literæ repertæ, ſed imaginib⁹ loco literar̃ utebanẽ. Imagines ſiquidem taliter pingebãt, ut res poſſent quas uoluiſſent apte ſignificare. Et hoc non in uno aut altero, loco, ſed cum ultra ſexcẽtas leucas per terrã perro-

xerint, nulla unquam literarꝫ ueſtigia inuenerunt, ſed ſolum imaginũ uſum. Neqꝫ aſcribẽdum eſt eorꝫ ruſticitati, cum ſit gens alioqui uiuaciſſimi ingenĩ, & q̃ in aliquibus artibus mechanicis ſubtiliſſime operẽt, & ciuitates habeat frequentiſſimi populi. Nam de Temiſtitam dicũt q uiderunt, eſſe oppidũ habens pluſqꝫ ducenta millia domorꝫ. Et cum hæc omnia adfuerint, literæ tamen deficiebãt, ſolis imaginibus contenti. At nunc per Hiſpanos qui coloniam ibi fecerũt, præcipue per fratres minores, qui circa illos magnifice laborant, litere iam traditæ ſunt, ita ut homines illius terrꝫ propriam linguam literis latinis ſcribant. Hoc in medium afferre placuit, quoniam efficaciſſimum argumentum mihi uidebatur ut probarem imagines locum tenere literarum, & per conſequens æquè ut literas poſſe prodeſſe. Si ergo imaginũ uſus eſt utilis, neqꝫ uſqꝫ lege diuina prohibitus, immo cõprobatus, ut oſtẽdimus, conuincitur inde apertiſſime ut malum ſit imagines ex eccleſia tollere. Deinde ſi nullum eſſet ad huius rei cõfirmationem aliud argumentum, q̃ eccleſiæ uniuerſalis uſus, uel hoc ſolum eſſet ſufficiens, præſertim cum imaginum uſus nõ ſit recens in eccleſia, ſed uetuſtiſſimꝰ, & ab ipſis apl'is ad hęc uſqꝫ tẽpora cõtinuo decurſu ſeruatus. De hac re teſtimoniũ perhibet Euſebius Cæſarienſis, qui in. 7. lib. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap. 14. de Cæſarea Philippi ciuitate loquens, ita ait, Verùm quia urbis huius fecimus mentionem, iuſtum uidet cõmemorare etiam illud in ea quod hiſtoria dignũ duximus. Mulierem quam ſanguinis profluuio laborantem à ſaluatore curatã euangelia tradiderunt, huius urbis ciuẽ conſtat fuiſſe, domuſqꝫ eius in ea etiã nũc oſtenditur. Pro foribus uerò domus ipſius, baſis quędam ĩ loco editiore collocata monſtrat, in qua mulieris ipſiꝰ uelut genibus, puolutæ palmaſqꝫ ſup Euſeb.

pliciter tendentis imago ære uidẽ expreſſa. Adſtat uerò alia ex ære nihilominus fuſa ſtatua, habitu uiri, ſtola cõpte circũdati, & dexterã mulieri porrigẽtis. Huius ad pedẽ ſtatuæ, è baſi herba quædã noua ſpecie naſcit, q̃ cũ exorta fuerit, excreſcere uſq; ad ſtolæ illius ærei indumenti fimbriã ſolet. Quam cũ ſummo uertice creſcens herba cõtigerit, uires inde ad depellendos oẽs morbos languoreſq; cõquirit, ita ut quæcũq; illa fuerit infirmitas corporis, hauſtu exiguo madefactũ ſalutaris graminis depellat, nihil omnino uirium gerens ſi anteqũ æreæ fimbriæ ſummitatẽ creſcendo cõtigerit, decerpat. Hanc ſtatuam ad ſimilitudinem uultus Ieſu formatam tradebant, q̃ permanſit ad noſtra uſq; tempora, ſicut ipſi oculis noſtris inſpeximus. Et nihil mirum ſi hi qui ex gentilibus crediderant, pro beneficijs quæ a ſaluatore fuerant conſecuti, huiuſmodi uelut munus uidebantur offerre, cum uideamus etiam nũc apoſtolorũ Petri & Pauli, & ipſius ſaluatoris imagines deſignari, tabulaſq; depingi. Sed & antiquas ipſorũ imagines à quibuſdam cõſeruatas nos uidimus. Hucuſq; Euſebius. Hanc autem ſtatuam fuiſſe a Iuliano apoſtata in iuidiã Chriſti deſtructã, hiſtoria tripartita refert, quæ lib. 6. & cap. 41. ſub nomine Socratis de eodẽ Iuliano imperatore loquẽs, ita ait· Cũ enim cognouiſſet in Cæſarea Philippi ciuitate Phœniciæ, quam Paneada uocabant, inſigne Chriſti eſſe ſimulacrũ, q̃d mulier illa ſanguinis liberata profluuio conſtituerat, eo depoſito ſuam ibi ſtatuam collocauit. Quæ uiolento igne de cælo cadente, circa eius pectus diuiſa eſt, & caput cũ cerui ce una parte detectum, atq; in terra fixũ, reliqua uerò pars hactenus ſuperfuit, & fulminis indicĩ reſeruauit. Statuam uero Chriſti tunc q̃dem pagani trahentes cõfregerunt, poſtea uero Chriſtiani colligentes in eccleſiam recondiderunt, ubi hactenus re

seruatur. Hæc in historia tripartita Cassiodorus ex Socrate. Quid ergo ipſi hæretici imagines ab ecclesia tollere audẽt, quarũ usum tantis miraculis deus cõfirmauit, & ecclesia catholica ab ipsis apostolorũ tẽporibus (teste Eusebio) usq; ad hæc tẽpora cõseruauit? Demum hæc hæresis de tollendis imaginib⁹ in plurimis cõcilijs dãnata est, uidelicet in concilio Nicæno secũdo, qđ sub Irene iperatrice & Cõstantino iperatore eius filio celebratũ est, & septima sy nodus appellat, & in cõcilio Francfordiensi sub Adriano papa hui⁹ nois primo, in quo summi põtificis authoritate põsederunt Theophylactus & Stephanus epi. Verùm opus est ut aduersarioꝝ obiectionib⁹ respõdeam⁹. Primo obijciũt nobis qa de⁹ in Exodo & in Deuteronomio districtè ꝓhibet oĩa simulacra, dicens, Nõ facies tibi sculptile, neq; om nem similitudinẽ q̃ est in cælo desuper, et q̃ in terra deorsum, neq; eorꝝ quæ sunt ĩ aquis sub terra. Cui respondemus, illã prohibitionem à deo esse factam causa uitandæ idololatriæ, ita ut ad hunc finem intelligant omnia simulachra esse ꝓhibita, nõ ut non habeantur aut fiant absolute, sed ut nõ fiant ad colendum ea. Hunc autem esse uerum literæ sensum, ex præcedentib⁹ & sequentibus facilè conuincitur. Nam antequã talem ꝓhibitionem in Exodo faciat, hæc uerba præmittit, Nõ habebis deos alienos coram me. post quę uerba ĩmediate sequitur ꝓhibitio simulacrorꝝ: qua prohibitione facta, continuo subiungit de illis loquens, Nõ adorabis ea neq; coles. Itaq; ex pręcedentibus & sequentib⁹ uerbis colligimus ad hunc finem ꝓhiberi simulacra, ne uidelicet pro dijs habeãtur. At nos cum imagines colimus, nõ illas tanquam deos ueneramur, qm̃ nostrã adorationem (ut diximus) nõ ad illas sed ad earꝝ exemꝓla referimus. Secundo obijciunt illud uerbũ Christi apud Ioannem, Veri adoratores adorabunt pa-

Concilĩ Nicęnũ.

Concilĩ frãcfordianum.

Ex. 20. Deu. 5.

Ioan. 4

trem in spiritu & ueritate. Nam & pater tales quæ rit, qui adorent eũ in spiritu. unde cõcludere nitun tur hæretici, nõ esse opus imaginibus, qa cum illas colimus, nõ spiritu adoram⁹, sed corpore. Fatemur quidem ueram & potissimã adorationẽ esse in spiri tu, cum uidelicet fide, spe, & charitate (ut Augusti-nus ait) tendimus in deum: sed qm̃ intellectus no-ster aliqñ dormit, dei oblit⁹, et affectus tepidus est, nõ prout decet deum amans, ideo oportet aliqbus rebus exterioribus intellectũ excitare, ut p earum aspectum & cõsiderationem ad dei memoriã redu catur intellectus, & inflammetur affectus. Contra hãc hæresim scripsere olim, Gregorius papa huius nois tertius, et Adrianus papa huius nois primus, & Ioannes Monachus tẽpore Gregorij papæ. 3. Ve rum opera istor̃ nõ uidi, sed solo testimonio Ioan-nes Tritemij hęc habeo, q in suo catalogo scriptor̃ eccleſiasticor̃ de p̃fatis uiris refert illos cõtra hanc hæresim scripsisse. B. Damascenus in lib. 4. de fide orthodoxa cap. 17. nõnihil de hac re differit. Tho-mas Vualden in suo lib. de sacramẽtalibus titu. 19. copiosius aduersus hãc hæresim disputat. Nos etiã superius in tit. de adoratione hæresi. i. plura dixim⁹ q̃ huic loco congrue adaptari possunt, ad quẽ locũ accedet lector, ex quo plura haurire poterit si uelit.

Secunda hæresis asserit imaginem dei ad quã ho mo factus est a deo, esse corpori impressam, & non animæ. Hanc hæresim inter alias recenset Philaster Brixiensis eps in suo opere de hæresib⁹: nec tñ pro-dit quis illius fuerit author. B. Augustinus in suo libello de hęresibus ad Quoduultdeum, cap. 76. hu ius hęresis post Philastrum meminit: sed authorem illius etiam nõ indicauit. Quid autẽ huius autho-rẽ ut sic sentiret mouerit, mihi nõ constat, quia nec August. nec Philaster apud quos eam legi, aliquid de hoc dixerunt. ego tamen arbitror hunc errorem

ex alio deriuari, quo docetur deum esse corporeū, & habere membra omnia corporis, quemadmodum homo habet: & qui sic sentiunt (ut ego existimo) inde arguunt dei imaginem esse in corpore hominis, & non in anima. Et huic nostræ suspicioni aperte fauet Ioānes Cassianus, qui in suis collationibus, decima collatione, de Anthropomorphitarū hæresi differens, ait huius hæresis patronos ideo asserere deum esse corporeū, quia scriptura dicit hominem esse ad dei imaginem factum. Sed illum errorem iam nos deo iuuante apertis scripturæ testimonijs supra destruximus in titulo de Deo, hæresi secunda. Ex cuius hæresis impugnatione, hæc quā in manibus habemus, facile mea sententia prosternitur. Nam si Deus corporeus non est, neque membra habet ut homo, fieri non potest ut homo secundum corpus Dei imago dicatur. Præterea res quælibet eò alterius dicenda est imago, quia illius præcipuas partes repræsentat: quoniam si minimam illius partem solum referret, immerito diceretur imago. Nullus enim diceret Petrum esse Ioannis imaginem ob hanc solam causam, ꝙ næuum aliquem in maxilla Petrus habeat, aut uerrucam in fronte, quemadmodum Ioannes habet. Si autem similes oculos habeat, & similia labra, similem genarum colorem, simili modo frontē contrahat, similem habeat uultum, similia etiā reliqua corporis delineamenta, meritò dicetur Petrum esse Ioannis imaginem, præsertim si est ad illius imitationem factus: quia principales illius partes exprimit ac repræsentat. At quæ in deo sunt præcipua (si inter infinite pfecta unū alio potest esse principalius) sunt intelligentia, & memoria, & uoluntas. Nam sup hæc tanꝙ sup bases aliquas ferè reliquæ omnes diuinæ perfectiones fundantur. Nā super uoluntatē illius diuina fundatur omnipotētia. Propterea siquidem

deus omnipotẽs dicitur & eſt, qa omnia quæ uult, poteſt: neq; aliquid niſi ipſo uolente aut permitten te fieri poteſt. Si Deus intellectu careret & uolunta te, neq; ſapiẽs eſſe poſſet, neq; prudẽs, neq; iuſtus, neq; miſericors, neq; creator, neq; gubernator, neq; rector. Fieri enim nõ poteſt ut bene & plene guber net qui nõ intelligit neq; uult. Intellectus ergo & uoluntas ſunt quaſi quædam baſes & fundamẽta omnium diuinarum perfectionũ. Homo autem ſecundum animam habet ĩtellectum, memoriam & uoluntatem, nõ ſecundum corpus. Anima enim in telligit, nõ corpus. Anima meminit, nõ corp⁹. Anima uult, non corpus. Nam corpus abſq; anima nõ ſolũ hæc ſed neq; alios uitæ actus exercere poteſt. Nõ enim poteſt uidere, audire, loqui, comedere, am bulare, aut alia id genus. Ex qbus colligimus hæc omnia cum agit, ab anima uires ſuas ſumere. Cum ergo ſola aĩa habeat intellectũ, memoriã, & uolũta tẽ cõſequens eſt ut ſecũdũ ſolã etiã animã dei imaginẽ homo portet. Rurſum ſi dei imago eſt ĩ corpe hoís, & nõ in aĩa, oporteret ut alia bruta aĩalia q̃ ſi milẽ homini habẽt ſui corpis figurã (quaila ĩ mari aliqua eſſe dicuntur) imaginem dei portent, & ſint ad imaginem dei facta, quẽadmodum homo. Huic tamen ſententiæ ſcriptura ſacra apertiſſime cõtradicit. Nam poſtq̃ Deus creauerat cete grandia, & omnem animam uiuentem atq; motabilem quam produxeant aquæ in ſpecies ſuas, & omne uolatile ſecundum genus ſuum: poſtquam etiam fecerat beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, & iumenta & omne reptile terrę in genere ſuo, ad hominis creationẽ
Gen. 1. deueniens dixit Deus: Faciamus hominem ad ima ginem & ſimilitudinem noſtram, ut præſit piſcib⁹ maris, & uolatilibus cæli, & beſtiis uniuerſę terrę, omniq; reptili quod mouetur in terra. De nullo au tem animali dictum eſt quòd factum ſit ad imagi-

nem dei, nisi de solo homine. Si autē dei imago esset in corpore hominis impressa, haberent etiam illam dei imaginem alia bruta animalia quæ homini secundum corpus assimilātur. Potuissem pro hac re plura sanctorū testimonia coaceruare, uerum nolui ī re manifestissima nimia plixitate grauare lectorē.

INDVLGENTIAE.

INdulgentias quas pontifices peccatoribus præstant, condonando uidelicet illis pœnam ad cuius tolerantiam peccator obligatur etiā remissa culpa, multi hæretici contemnunt atq; irrident. Valdē sses nanq; asserunt papam nullā prorsus habere potestatem indulgentias concedendi: quas si cōcesserit, dicunt nullius esse uirtutis. Hunc errorem etiā docuit Ioannes Vuitcleff, qui nunc̄ à Valdensib⁹ deficit. Hi quò suum errorem confirment, aliū magis execrandum errorem docent. Dicunt enim nullum esse purgatorium ignem, & inde deducūt nullas etiam esse indulgentias. Post istos tanquam illoꝝ hæres successit in eodē errore Lutherus, quanquam hic ex alio fonte non minus uitiato suū deducit errorem. Lutherus siquidem purgatoriū admittit, tamen negat ullam fore pro peccatis satisfactionem. Dicit enim nō esse obligatum ad alicuius pœnæ satisfactionem, qui à culpa fuerit absolutus, sed cum primum fuerit à culpa solutus, dicit etiam esse liberum ab omni pœna. Et hinc colligit Luthe rus indulgentias nullius esse momenti, & dicit eas esse pias fraudes fidelium. Aduersus hunc errotem paucis uerbis contendam, quoniā inter omnes res de quibus in hoc opere disputamus, nulla est quā minus aperte sacræ literæ ꝓdiderint, & de qua minus uetusti scriptores dixerint. Neq; tamen hac occasione sunt contemnendæ, ꝙ earum usus in ecclesia uideatur serò receptus, quū multa sunt posterioribus nota, quæ uetusti illi scriptores prorsus igno

Valdēses.

Vuitcleff

Lutherus.

rauerunt. Nã de transſubſtãtiatione panis in corpus Chriſti, rara eſt in antiquis ſcriptoribus mentio: de proceſſione ſpiritus ſancti à filio, multo rarior: de purgatorio ferè nulla, potiſſimũ apud Græcos ſcriptores. qua de cauſa uſq; in hodiernũ diem purgatoriũ nõ eſt à Græcis creditũ. Quis tamẽ niſi hæreticus hęc negare audebit, quia apud priſcos authores hæc ſub talibus nominibus nõ cõmemorantur? Eccleſia enim quotidie proficit in mẽbris ſuis, deo eam quotidie magis illuſtrante. Quapropter ec
Cãti. 6. cleſia cõparatur auroræ. Quæ eſt iſta (inquit) q̃ progreditur quaſi aurora? At aurora in ſuo ortu remiſſum habet lumen, quod tẽporis progreſſu augetur: ſic eccleſia. Vnde nõ dubito quin etiam multa ſint à poſteris clarius & apertius inuenienda, q̃ nobis ſunt prorſus nunc ignota. Quid ergo mirum ſi ad hunc modũ contigerit de indulgentiis, ut apud priſcos nulla ſit de eis mentio? præcipuè cp tunc magis feruebat Chriſtianorũ charitas, ut parũ eſſet opus indulgentiis. plures anhelabant ad martyrium. pauca erant hominũ ſcelera, & ſi quod erat, grauiſſima canonũ punitione emendabatur. hic in pſenti uita ſatisfacere uolebãt, nihil uolebãt in futurũ punien dũ relinquere, quapropter nõ eſt mentio ulla indulgentiarũ. Iſtis autẽ tẽporibus refriguit multorũ charitas, & ideo plura cõmittuntur peccata, & pro cõmiſſis minorẽ uolunt facere ſatisfactionem, ideo ne ceſſariũ fuit ad indulgentias tanq̃ ad aſylũ cõfugere, ut aliquod daretur peccatoribꝰ adiutoriũ. Adde cp nõ eſt tam recens indulgentiarũ uſus, quantũ iſti hæretici exprobrant. Nã apud Romanos uetuſtiſſimus pdicatur illarũ uſus, ut ex ſtationibus Romæ frequentiſſimis colligi utcunq; poteſt. Et de beato Gregorio papa huius nominis primo fertur cp aliquas ſuo tẽpore cõceſſerit. Verùm etſi pro indulgẽtiarũ approbatione ſacrę ſcripturę teſtimoniũ aper-

tum desit, nõ tamen ideo contẽnendæ erant, qm̃ ecclesiæ catholicæ usus à multis annorũ sæculis receptus, tãtę est authoritatis, ut qui illũ contẽnat, hæreticus meritò cẽseatur, potissimũ q̃ talis usus nõ fortuito casu ecclesiæ irrepsit, sed p̃ ecclesię definitionẽ sit introductus. Concilium siquidẽ Lateranẽse sub Innocentio tertio celebratũ ad reprimendã quorundam abbatũ temerariã audaciã, declarauit abbates nõ posse ullo pacto indulgentias cõcedere, sed hoc munus dicit solis episcopis esse à deo cõcessum: ueriũm ne ex facili earũ cõcessione uilescerent, aut peccatores indulgentijs fidẽtes, ad satisfactionis opera tepidiores essent, ipsis episcopis leges p̃scribuntur, ut ultra certũ numerũ indulgentias nõ concedant. Huius autem concilij decretũ ponitur in uolumine epistolarũ decretaliũ in titulo de pœnitentijs & remissionib⁹, in eo capite quod incipit, Cũ ex eo &c. Concilium Constantiense sessione octaua damnauit. 45. articulos Ioannis Vuitcleff, inter quos unus est ad hanc rem pertinens. Nã quadragesimus primus articulus eius ita dicit, Fatuum est credere indulgentias papę & episcopor̃. Qui articulus simul cũ alijs una super omnes lata sententia damnatus est. De hac re scribit Rossensis in illo opere quod contra Lutheri captiuitatem Babylonicam edidit. Scribit etiam Iacobus Latomus in quodam opere quod pro assertione determinationis facultatis Louanien sis contra Lutherũ fecit. Tuberinus quidam scripsit de hac re diffusius aduersus Lutherum, sed meo iudicio minus ornate, & multo minus exacte q̃ Rossensis rem absoluit. Ioãnes Eccius in suo Enchiridio locor̃ cõmunium aduersus Lutheranos, cap. 24. quantũ enchiridij forma patiebatur, de hac re disputat. Si uerò alio longiori tractatu de hac re disseruit, mihi nõ constat. Audio tamen eum multa aduersus Lutherum scripsisse.

Concilij Lateranẽse.

Concilij Cõstãtiense.

INFERNVS.

INter cæteros errores quos frater Bernardus de Lutzemburgo in suo catalogo hæreticorum Almarico impingit, unus est quo Almaricus dixit nullum esse infernum, sed qui habet peccatū mortale, illum dicit habere in se ifernum. Guido refert Albanenses sentire, non esse alias inferni pœnas, q̄ illas quas in hoc mundo experimur. De Hermanno Kissuich dicit Catalogus illum dixisse nullum prorsus esse infernum. Et certe quantum ad Almarici sententiam, ut uerum fateamur, una & maxima inferni pœna est conscientię propriæ accusatio, quæ semper peccatorem oppugnat, semper illum pungit, neq; usquam cessat. Et hanc conscientiæ accusationem multi nomine uermis putant intelligi. Vnde beatus Hieronymus exponens illud Esaiæ, Vermis eorum non morietur, ita dicit, Vermis autem qui non morietur, & ignis qui non extinguetur, à plerisque conscientia accipitur peccatorum, quæ torqueat in supplicijs constitutos, quare uitio suo atq; peccato, caruerint electorum bono, iuxta illud quod dicitur, Versatus sum in miseria dum infigitur mihi spina. & in prouerbijs, Tinea ossium cor intelligens. Hæc Hieronymus. Et hanc conscię tiæ accusationem Ethnici tanquam maximam pœnam horruerunt. Nam Seneca epistola. 16. ad Lucilium, ait, Prima est & maxima peccantium pœna, peccasse. Et Iuuenalis satyra. 13. de eadem peccati conscientiu ita ait.

Almaricus.

Albanense.

Hermānus Kussuic

Esa. ul.

Psal. 31. Pro. 15

Exemplo quodcunque malo committitur, ipsi
Displicet authori. Prima est hæc ultio, quod se
Iudice nemo nocens absoluitur. Et postea.
Cur tamen hos tu
Euasisse putes, quos diri conscia facti
Mens habet attonitos, & surdo uerbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum?

Pœna autem uehemens,& multo sæuior illis.
Quas & Ceditius grauis iuenit,& Rhadamanthꝰ,
Nocte dieq; suum gestare in pectore testem.
Verùm etsi hæc magna sit pœna, & una ex grauibus quæ sunt in inferno, non tamen in hoc seculo æquè mentem cruciat, ut post hanc uitam cruciabit quoniam sicut tunc apertius & clarius quisq; suum peccatum agnoscet, ita hæc peccati conscientia acrius punget: quapropter etsi homo peccator à sui peccati conscientia in hoc seculo torqueatur, non tamen ideo dicendum est ut hic patiatur infernum. Deinde etsi acerbissima pœna sit hæc peccati conscientia, sunt tamen aliæ æquè graues, quas in hoc seculo non experiuntur peccatores: quapropter dici non potest peccatorem hic in seipso habere infernum, cum multa alia restent toleranda, puta ignis,& uermis, fumus sulphureus, tenebræ. Esa ias ait, Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Quod si hæc Esaiæ uerba dicis debere intelligi de illo uerme conscientiæ qui mentem cõtinuo morsu rodit, Sapientis uerba producam qui rem apertius exprimit dicens, Vindicta carnis impñ, ignis & uermis. Quæ uerba nullo pacto possunt de uerme conscientiæ intelligi, quoniam nõ dixit, uindicta animæ impñ: sed dixit, Vindicta carnis impñ, ignis & uermis. Et in libro Iudith, Dabit ignem & uermes in carnes eorum, ut urantur & sentiant usque in sempiternum. De teneberis damnatorũ testatur Iob, nomine illorum dicens, Præstolabar lucem, & eruperunt tenebræ. Et iterum clarius, Auferetur ab impijs lux. De sulphureo autem fumo testatur Dauid dicens, Pluet super peccatores laqueos, ignis & sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum. Et uox tertij angeli in Apocalypsi ait, Si quis adorauerit bestiã & imaginẽ eius, & acceperit characterem in fron-

Esa.ul.
Ecc.7.
Iudi.16
Iob.'30
Iob.18.
Psa.10.
apo.14

te sua, aut in manu sua, hic bibet de uino iræ dei, quod mixtũ est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure in cõspectu angelorũ sanctorum, & ante cõspectum agni: & fumus tormentorũ eorum ascendet in secula seculorũ. Et ipsemet infernus uocatur in eodem libro stagnum ignis & sulphuris. Nam de malis loquens ait, Viui missi sunt
apo.19 hi duo in stagnum ignis ardẽtis & sulphuris. Quid ergo impius Almaricus & blasphemi Albanenses docere audent non esse alibi infernum q̃ in hac uita? Ego credo quod nunc aliter sentiunt. Nam cum inferni pœnas iam experiãtur, existimo eos iam scire alium esse infernũ, & alias inferni pœnas ab illis quas in hoc seculo experiuntur.

Origenes. Secunda hæresis docet inferni pœnam nõ esse perpetuam. Huius hæresis principem fuisse Origenem testantur omnes qui de hæresibus eius scripserunt. Philaster narrat fuisse quandam hæresim dicentem q̃ Christus suo descensu ad inferos hoc illis indulserit, ut ibidem confitentes saluentur. Huius tamen Armeni. hæresis nullum ostendit authorem. Armeni (ut Guido refert) asserunt Christum cum ad inferos descendit, omnes animas inde eduxisse. Hanc hæresim recenset Augustinus inter alias, sine tamẽ nomine authoris. Nos autem istorũ sententiam cum Origenis errore coniungimus, q̃n aliquantulum est illi uicina, & eodẽ prosternitur testimonio. Cũ enim ostenderimus inferni pœnã esse perpetuam, actum est de his duobus erroribus. At pœnam inferni esse perpetuam apertissimè sacræ literæ docent. Nam illa testimonia quæ aduersus proximè citatã hæresim protulimus, ferè omnia aduersus istam hæresim pugnant. Illud enim Esaiæ apertissimum est, & alterũ ex libro Iudith, & aliud ex Apocalypsi, quę non est opus nunc repetere, ne chartas frustra impleamus. Præter hæc testimonia sunt alia ex euangelijs. Ipse-

met ueritatis magister apud Marcum loquens ait, Mar.9
Si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam. bonum est tibi debilem introire in uitam, q̃ duas manus habentē ire in gehennam, in ignē inextinguibilem, ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum. bonum est tibi claudum introire in uitā æternam, q̃ duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis, ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quòd si oculus tuus scandalizat te, ei͂ce eum. bonum est tibi luscum introire in regnum dei, q̃ duos oculos habentē mitti in gehennam ignis, ubi uermis eorum nō moritur, & ignis non extinguitur. Ecce uides Christum uno orationis contextu ter docentem pœnas inferni esse perpetuas. Præterea illud est apertissimū, quod minatur se in die iudicij̃ peccatoribus dicturū, Ite male- Matt.
dicti in ignem æternum, qui pr̃paratus est diabolo, & angelis eius. Nec opus est plura testimonia afferre, cum ista sint apertissima. Qui de hac re plura nosse cupit, uideat ea quę supra diximus in titulo de beatitudine, hæresi tertia, quoniam illo loco hunc errorem Origenis apertius enarrauimus.

Tertia hæresis est quæ negat Christū ad inferos descēdisse. Huius hæresis nō meminit Augustinus, neq; Philaster. Isidorus tamē illā inter hęreses recen set, q̃uis nullū huius erroris, pdat authorē. Hęc autem sententia conuincitur hęreseos per id quod Sapiens sub nomine sapiētię, hoc est filij̃ dei, ait, Pene- Eccle-
trabo (inquit) omnes inferiores partes terr̃, & inspi siast.24
ciam omnes dormientes, & illuminabo omnes spe rātes in dn̄o. Quod si hoc testimoniū quisq̃ allegorijs ludens alio detorqueat, & dicat sapientiā penetrasse & penetrare omnes inferiores partes terr̃ cognitione sua, quæ tanta est ut nihil illā latere possit, sed omnia quantūlibet nobis abscōdita, nuda tamē

& aperta sunt oculis eius: saltem illud Pauli est satis
Eph. 4 apertū, quod de ascēsione Christi differens ait, Quod autem ascendit, quid est nisi quia descendit primùm in inferiores partes terræ? Et Petrus Apostolus in die pētecostes recepto iam spiritu sancto,
AA. 2. de Christo coram populo prædicans ita dicit: Quē deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta qđ
Psal. 15 impossibile erat teneri illū ab eo. Dauid enim dicit in eum, Prouidebā dñm in cōspectu meo semper, qm̄ à dextris est mihi, ne cōmouear. Propter hoc lętatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe: qm̄ non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuū uidere corruptionē. Præterea in symbolo Apostolorꝫ dicit, Descendit ad inferos. Et cōcilium Lateranense sub Innocētio tertio celebratum, hoc idē definit. Nā de Christo redemptore nostro loquēs, ita inquit: Qui etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus & mortuus, descendit ad inferos, resurrexit à mortuis, & ascendit in cælum. Sed descendit in anima, & resurrexit in carne, ascendit
Concilio Lateranē. pariter in utroqꝫ. Hæc Cōcilium Lateranense. Quę uerba habent in lib. decretalium in cap. firmiter. de summa trinitate & fide catholica. Et certe is unꝰ locus est quo maximè possumus Lutherū redarguere, qꝫ scripturæ sacræ testimonia uult esse aptissima sine ullis ratiocinationibus aut collectionibus, sed quæ apertissimè sententiā doceant. Deinde ait nihil esse definiendum quod non sit expressum in sacris literis. Nullum etiam admittit iudicem in contētione de rebus ad fidem spectantibus nisi solā sacram scripturā. Et certe si ad hos gnomones sunt oīa examinanda, nō oportebit dicere Christum ad inferos descendisse, quoniam hoc sacræ literæ non docent per uerba adeo expressa qualia ipse alibi à catholicis petit. Nunc̄ꝫ enim hæc uerba reperiuntur in sacris literis

cris literis sub hac forma, Christus descēdit ad infe ros. Verùm etsi hęc non reperiantur sub illa forma: reperiuntur tamen alia quæ eadem cum illis signifi cant, & ex quibus illa apertissima collectione dedu cuntur, quod satis est uiro catholico, qui captiuare tenetur intellectum suum ad definitiones & exposi tiones scripturę, quas tradiderit ecclesia, & non suę tantum inniti prudentiæ.

INIMICVS.

GRæcorꝝ error est, quo asserunt licitum esse deci pere inimicū, nec esse peccatum aliquod si quis suo inimico dānum inferat, etiam si ad hoc faciendum periurꝝ aut quouis mendacio iuuetur. Hæc oía illis tribuit Guido enarrans uigesimūquintum illorū errorem. Et certe uix possum credere illos tā dementes esse, ut hæc sentiant, qm̄ illa sunt naturali legi apertissime cōtraria, ita ut illam eorꝝ sentētiam gentilis quisq; philosophus dānet, nedum Christia nus homo. Quis unq̄ nō horruit mendaciū? Quis non execratur periurīū? Et hæc nō solum cū amicis non sunt exercēda, sed neq; cū inimicis, quia etsi in bello licitum sit insidꝝs uti aduersus hostes, non tm̄ mendacꝝs licet illū decipere. In Leuitico siquidem dn̄s ait, Nō mētiemini, nec decipiet unusquisq; pxi mum suū. At quantūlibet quis sit alteri inimicus, proximus tamē est: quod uel ex eo cōuincitur, q; Samaritanus misericordiā faciens fauciato, uoce Christi iudicatus est pximus, cui Samaritani Iudæis fuissent infensi. Præterea ex lege Euangelica nullus permittit inimicus, qm̄ etsi alter mihi inimicus sit, ego tm̄ teneor non esse illi. Non reddentes (inquit Petrus) malū pro malo, nec maledictū pro maledicto, sed ecōtrario benedicentes, quia in hoc uocati estis ut benedictionem hæreditate possideatis. Et beatus Paulus in epist. ad Ro. Nulli malū pro malo reddē tes. Et infra, Non uos defendētes charissimi, sed date

Græci. Leu. 19 Lu. 10. 1. Pe. 3. Ro. 12.

locum iræ. Scriptum est enim, Mihi uindictam, & ego retribuã, dicit dñs. Sed si esurierit inimicus tuꝰ, ciba illum: si sitit, potũ da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Noli uinci a malo, sed uince in bono malũ. Et in. 1. ad Thessalo-
1. Thes. 5 epi. iterũ ait, Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonũ est, sectemini inuicẽ, & in oẽs. Denicꝙ ipse ueritatis magister Iudæorũ er-
Mat. 5 rorem corrigens ait, Audistis quia dictum est antiquis, Diliges proximũ tuũ, & odio habebis inimicum tuum. Ego autẽ dico uobis, Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderũt uos, & orate pro persequẽtibus & calumniantibus uos, ut sitis filij patris uestri qui in cælis est, qui solem suũ oriri facit sup bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si ergo hoc modo uult deus filios suos examinare, Græci conuincuntur non esse filij dei, quia bene inimicis suis non faciunt.

INIVRIA.

LVtheri sententia est, nõ licere Christianis petere coram iudice iniuriæ reparationẽ. Quapropter
Luthe. uidetur mihi Lutherus non modicum de fermento Pharisæorũ habere, qm̃ alligat onera grauia & importabilia, digito autẽ suo nõ uult ea mouere. Nam qui dicit nõ licere petere corã iudice reparationem iniuriæ, ipsemet siqua sibi ab aliquo infertur iniuria, cꝙ impudenter ne dicam atrociter eam repellit? Vnã certe iniuriam centũ acerbioribus propulsat, & quod peius est, etiã cum nullã receperit, mille cõuitijs afficit eum qui uel extremis digitis eũ tetigerit. Vide quale sit uulnus quod nec tangi permittit.
Ecc. 21 Qui odit correptionẽ, ait Ecclesiasticus, peccatoris uestigium est. Peccator est ergo Lutherus, qm̃ non patitur corripi, non a quoquã admoneri. Cuius rei testimonium est apertissimũ, cꝙ quicũqꝫ eũ scriptis aut corripuit, aut admonuit, siue is fuerit uir illu-

ſtris,ſiue plebeius,ſiue rex, ſiue imperator,epūs,aut papa, mille iniurijs eſt a Luthero affectus. Nam in ſereniſſimū regem Angliæ,qui ſatis modeſte,prout regiam dignitatē decebat, aduerſus illū ſcripſerat, nullo regiæ dignitatis habito reſpectu,mille oppro bria iniecit, mille illum ſcōmatis ſubſannauit. De his quæ aduerſus ſummum pontificē effutiuit,melius eſt tacere,qm̄ me pudet enarrare,quod illū pudetum non eſt ſcribere. Quid ergo dices ad hæc Luthere? Si tibi licet iniuriā iniuria repellere,cur non licebit alijs iniuriæ reparationē coram iudice petere? Iuſtum eſt certe ut nemo ſit iudex in ppria cauſſa. quapropter ſi licet manibus propriis iniuriā repellere,multo magis licebit per manus iudicis iniuriā propulſare,aut iam illatę reparationem petere. Qua de re mihi uidetur non eſſe opus alijs argumētis ad hunc errorē reuincendū,ſed ſufficere illa quæ ſupra in titulo de bello cōtra eundē Lutherum propoſuimus. Ibi enim probauimus bellum eſſe Chriſtianis licitum,modò cætera adſint quę ad iuſtum bellum exiguntur. Ad iuſtum autem bellum requiritur,ut quod ſine bello emēdari poteſt,mediante bello non fiat. Iuſtius eſt ergo ut quis a iudice petat emendationem,cp̄ ut ipſe eam per bellū habere uelit,ſi eam habere licet. At cum liceat eā petere ex bello(ut ſupra euicimus)licebit ergo etiā illam petere a iudice.

IOANNES BAPTISTA.

BErnardus de Lutzēburgo in ſuo catalogo hæreticoꝝ de Manichæis loquens,dicit illos ita deliraſſe,ut dixerint Ioānem Baptiſtā,Chriſti Saluatoris noſtri præcurſorē,fuiſſe dānatum,eòcp̄ non crediderit in Chriſtū. Nam cùm Ioānes in uinculis exiſtens miſit duos diſcipulos ſuos ad Chriſtū ut interrogarent illum,Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Manichæi(ut illis Bernardus de Lutzemburgo tribuit) putāt Ioānem Baptiſtā ex incre Mat.11

dubitare hæc feciſſe & dixiſſe. Sed ego uix credere poſſum Manichæos ita inſaniſſe, quãuis multa alia maioris dementiæ illos dixiſſe conſtet. Nam Philaſter Brixienſis in ſuo libro de hæreſibus, cũ de Manichæorũ hæreſibus diſſerit, nunquã huius erroris meminit. Beatus Aug. in lib. de hęreſibus ad Quod uultdeũ, cap. 46. Manichæorũ errores recenſet, nec tñ hunc inter alios miſcuit. Vnde conijcio illos longe ab hoc errore fuiſſe: quoniã beatus Augu. qui illorum errores optime nouerat, quoniã illorũ ſectæ aliqñ adhæſerat, nequaquã hunc errorem tacuiſſet. Eſto tñ illi ita ſenſerint quẽadmodum de illis refert Bernardus de Lutzemburgo, nõ eſt opus ut in hac hæreſi referenda longã moram trahamus: cum ſint tam aperta Chriſti ſaluatoris noſtri de ipſo Ioanne teſtimonia. Nam laudauit Ioannem de fortitudine, & mentis cõſtantia, cum dixit illũ non eſſe arundinem uento agitatã, quæ ad omnem uentorũ flatum
Mat. 11 mouetur. Cõmendauit illum a tẽperantia, dicens illum non eſſe mollibus ueſtitũ. Oſtendit illũ longe eſſe ab adulatione, cum dixit illum nõ eſſe in domibus regum: quoniã qui huiuſmodi morbo laborãt, cum regibus uerſari ſolẽt. Et laudis argumẽta multiplicans, dixit illum eſſe prophetã, & pluſquã prophetã. dixit illum eſſe angelũ, eò ꝙ angelicã uitam ducerent: quia licet in carne, præter carnem tñ uiuebat. Deniq; ut coronidẽ cingeret, dixit, Inter natos mulierum nõ ſurrexit maior Ioãne baptiſta. Et hæc omnia dicta ſunt a Chriſto ſaluatore noſtro de Ioãne baptiſta eo tẽporis articulo quo Manichæi Ioãnem peccaſſe aſſerunt. Nam poſtꝙ Chriſtus interrogationi per Ioãnis diſcipulos factæ reſpõdit, illis abeuntibus continuò põſt hæc laudũ præconia de Ioãne baptiſta dixit. Ex quibus cõuincimus Ioãnẽ per illam interrogationẽ minime (ut Manichæi dicunt) peccaſſe. Quod autẽ dicunt Ioãnem baptiſtã

ex incredulitate interrogasse, falluntur. Non enim suo nomine,& propter se interrogat,sed ppter suos discipulos quos in Christi fide nutantes uidebat. Et propter hanc caussam illos ad Christum mittit, ut uisis miraculis ab illo factis,in illius fide confirmarentur. Quod Christus cum optime nosset,nullum illis dedit respõsum: sed multis coram illis ab eo factis miraculis,ad Ioãnem illos redire mandat, ut quę uiderant,illi renunciarent. Non certe ob aliã caussam,nisi ut inde Ioannes discipulos suos quos parum fideles esse nouerat, apertius de fide Christi instrueret,& instructos confirmaret. sic enim illam Ioãnis interrogationẽ interpretatur beatus Ioãnes Chrysostomus homilia.37. super Matthæũ. Chrysostomum ut alibi semper,ita etiam hoc loco imitatur Theophylactus. Huius uerba quia multo breuiora sunt,hic referam. Non interrogat Ioãnes (inquit ille) quasi ignorãs Christum. Nam quo pacto ignoraret,quum testatus sit: Ecce agnus dei? Verũ quia discipuli eius inuidebant Christo,ut pluribus argumentis certiores eos redderet,ppter hoc mittit eos, ut uel uisis miraculis credant Christum Ioãne maiorem esse: & idcirco fingit se rogare, Tu es qui uenturus es? hoc est,qui expectatur in scripturis in carne uẽturus. Hęc Theophylactus. Et de hoc satis.

IVDAS.

QVantũlibet sit aliquis scelestus aut flagitiosus,nunquã illi deerit a quo laudetur, & scelus eius cõmendetur: quoniã (ut est in prouerbio) cicada semper est cicadæ chara,& formica formicę. Huius rei uel hoc est sufficiens testimonium, quod non defuere qui scelestissimũ Iudæ facinus cõmendauerint: quoniã Augustinus in libro de hæresibus cap.18. refert Caianos sentire Iudam fuisse diuinũ, & scelus illius beneficium existimare. Dicũt enim (ut Augustinus ait) Iudam præscisse quãtum gene- Caiani

ri humano Christi passio esset profutura, & ideo Christum Iudæis tradidisse, ut per illius mortē genus humanum proficeret. Philaster tamē de his Caianis sermonem faciens in suo libro de hæresibus, nihil tale illis tribuit, sed hanc hęresim postea enarrat nullo citato illius patrono. Tertullianus tamen in libello suo de hęresibus hoc illis impingit quos
Chaldæi. ipse uocat Chaldæos, & sunt illi ĭdem (ut suspicor) qui ab Augustino uocātur Caiani, quoniam ĭdem sunt illorum errores qui ab Augustino tribuuntur Caianis, & quos Tertullianus impingit Chaldęis. Ad hunc errorem reuincendum uel illud testimonium sufficiens est, cum dominus lauare uolens pe
Ioā.13. des discipulorū suorum dixit, Vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim (ait Euangelista) quisnam esset qui traderet eum. propterea dixit, Nō estis mū di omnes. Itaq; Iudas non erat mundus, cuius immunditiæ nullam aliam caussam Euangelista designauit, quàm quòd Christū tradere uolebat. Et in
Act.1. Actibus Apostolorum Petrus ait, Viri fratres oportet impleri scripturam quam prędixit spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum, qui connumeratus est in nobis, & sortitus est sortem ministerĭ huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia uiscera eius. Si bona fuit traditio qua Iudas tradidit Christū, qui fieri potest ut merces illi pro traditione donata sit merces iniquitatis? Si triginta argētei sunt merces iniquitatis, ergo traditio pro qua illi argentei donati sunt, est iniqua. Sed apertius est quod Christus redēptor noster de illo apud Lucam ait,
Lu.22. Et filius quidem hominis secūdum quod definitū est, uadit: uerūtamen uæ homini illi per quem tradetur. Neq; opus est aduersus tam apertā blasphemiam plura citare testimonia, pręcipuè cum hęc hę-

resis non reperiatur ab aliquo fuisse postea innouata: & testimonia adducta satis eam prosternunt.

IVDICIVM.

TAnta est dæmonis astutia in hoibus decipiendis, ut aliquibus suggesserit nullũ esse futurũ iudiciũ, ut uel hac occasione tanto facilius in quodlibet uitium traheret, quãto minus pœnam propter illud infligendã crederent. Hunc errorẽ Philaster tribuit Borborianis, & sunt illi qui ab Aug. uocantur Gnostici. Hoc etiam impingit Florianis, & Manichæis, & Proclianitis, quos ille uocat Prodianitas, nisi forte litera in Philastro est erronea, quoniã qui in Augustino dicuntur Procliniatæ, in Philastro uocantur Prodianitæ, & facilis est lapsus ex una parte in aliã. Nam si has duas literas, c & l, coniungas, facies d literã. Quòd si eandẽ literã d dispescas, ita ut longã uirgulam integrã separes, & reliquũ per se colloces, iterũ duas literas reperies, uidelicet c & l. Ex quo conjcio hac occasione alicubi ex uitio scriptorũ fuisse erratum. An autẽ error sit in Philastro, an potius in Augustino, mihi non cõstat, quoniam apud nullũ illis uetustiorẽ reperio fuisse de his habitam mentionẽ. Qualitercunq; sit, parum interest: unum tamẽ hoc est certum, Augustinũ non impingere hunc errorẽ alicui ex istis hæreticis, quoniã nec Borboritis nec Gnosticis, neq; Florianis, neq; Manichæis, neque Proclianitis. Qua in re ualde miror, cum Augustinus uiderit Philastri opus, quod forte inde euenire potuit, quòd apud nullum aliũ reperierit, & propterea omiserit, parum fidens Philastro in hac parte, aut forte reperit non ita esse prout Philaster narrat. Cuiuscũq; tamẽ hic error sit, facillime rejci potest. Nam apud Matthæũ dominus exprobrans ciuitatibus in quibus factæ sunt plurimæ uirtutes eius, quia non egissent pœnitentiam, ait, Dico uobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, Mat. 11

Borborriani. Gnostici. Florianni. Manichæi. Proclianitæ. Mat. 11

quàm uobis. Et iterum Capharnaitis loquens ait, Dico uobis quia terræ Sodomorum remissius erit
Ioan.5. die iudicij, quàm tibi. Et apud eundem iterum, Viri Niniuitæ surgẽt in iudicio cum generatione ista, & condemnabũt eam &c. Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & cõdemnabit eam. Et apud Ioãnem, Potestatẽ dedit filio iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia uenit hora in qua omnes qui in monumẽtis sunt, audient uocẽ filij dei, & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionẽ uitæ: qui uero mala egerũt, in resur
Ro.14 rectionem iudicij. Et Paulus in epi. ad Ro. Omnes
Esa.45 enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim, Viuo ego, dicit dominus, quoniã mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur deo. Itaq; unusquisq; nostrum pro se rationẽ reddet deo.
2.co.5. Et in posteriore epistola ad Corint. iterum ait, Oẽs nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malũ. Et in symbolo fidei edito in concilio Niceno sic dicitur, Vẽturus est iudicare uiuos & mortuos. Et in symbolo facto in cõcilio Constãntinopolitano, Sedet ad dexterã patris, inde uenturus est cum gloria iudicare uiuos & mortuos.

Secunda est hæresis Albanensium, dicẽtium uniAlbanenses uersale iudicium iam factum esse, & nullum aliud amplius esse futurũ. Hoc enim illis tribuit Guido, qui illorũ errores recensens, hunc septimo loco collocat. Hic error apertissime cõuincitur ex eo q̃ iudicium uniuersale præcedere debet resurrectio oĩum, quemadmodũ patet ex eisdem testimonijs quę proxime citauimus contra præfatã hæresim, & in uigesimoquarto Matthæi cap. expressius, ubi prius describitur aduẽtus Antichristi, deinde resurrectio generalis, & postea iudicium, & tandem finis: & tũc
2.Pe.3. (iuxta beatum Petrũ) elementa purificabuntur per

ignem. At nullum istorum constat esse factum, qm̃ nec generalis resurrectio præcessit, nec finis est mundi, nec elementa sunt per ignem purificata. Ex quibus colligitur maximã esse dementiam, asserere uniuersale iudicium esse iam factum.

IVDEX.

VAldensium error est, quo docent nullum iudicem posse dãnare aliquem hominẽ ad pœnã aliquam. Hunc errorẽ illis impingit Guido, q̃q̃ Aeneas Syluius in libro de origine Bohemorꝫ cap. 35. errores Valdensium recensens, huius non meminit. Quod si ita sentiunt Valdenses, nõ est mirandum, qm̃ hoc est sceleratis hominibus proprium, ut impunitatem suis scelerib⁹ optent, quò liberius & securius quę uoluerint scelera perpetrare ualeant. Ad hunc modũ fecere Valdenses, qui ut tutius suos errores possent hominib⁹ suggerere, hoc ante omnia docere nituntur, nullũ iudicẽ posse alium hominẽ ad aliquam pœnã dãnare. In cuius erroris testimonium afferunt illud, Nolite iudicare, & non iudicabimini. Aduersus hunc errorem est illud quod dñs ait, Constitue iudices qui populum iudicent omni tempore. Et iterũ alibi, Iudices & magistri in omnibus portis tuis cõstituantur, ut iudicent populum iusto iudicio. Quod si quis hæc detorqueat ad alia iudicia, & nõ ad inflictionẽ pœnarũ, consideret plures esse in ueteri instrumento leges decernentes talẽ uel talem pœnã esse infligendã illi qui tale uel tale crimen cõmiserit. Et in lege noua hæc clarissimè habentur. Petrus puniuit morte Ananiam & Sapphiram, quia fraudauerant de precio agri uẽditi. Et idẽ alibi ait, Subiecti estote omni humanę creaturę propter deum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanq̃ ab eo missis ad uindictã malefactorꝫ, laudem uero bonorꝫ. Ecce uides uindictã malefactorꝫ. Et parum infra iterũ ait, Quę enim est gratia si peccantes

Valdẽses.

Mat. 7
Exo. 18
Deu. 16

Actu. 5
1. Pet. 2

& colaphizati ſuffertis? Ex quibus colligimus iuſte fieri cum quis propter peccatum ex iudicis mā-
Ro.13. dato colaphis cęditur. Et beatus Paulus de poteſta te ſublimiori loquens ait, Si malū feceris, time. Non enim ſine cauſſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, uindex in iram ei qui malū agit. Quid ergo Val denſes non minus ignorantes q̄ ſcelerati docere au dent? Si iudex eſt Dei miniſter uindex in irā ei qui malum agit, quomodo iudicē ipſi accuſare audent eò q̄ malefactorem punit? An nō hac ratione etiam accuſant deum, cuius miniſter eſt iudex? Valeant er go Valdenſes, & cum ſint omnium hęreticorꝝ igno rantiſſimi, docere alios erubeſcant. Quod autē pro ſe afferunt, nihil prorſus illis ſuffragatur: quoniam
Mat.7 cum ſaluator ait, Nolite iudicare, & non iudicabi-mini: non prohibuit omne iudicium, præcipuè iu-dicis habentis poteſtatem, ſed prohibet multorum hominum leue iudicium, qui re minime cognita, ſed ex minutulis ſuſpicionibus colligentes, ſtatim apud ſe definiunt, cenſentes talem eſſe malū, aut ma le aliquid uoluiſſe facere. Hoc inquā iudicium do-minus prohibet: non autem illud quod re prius (ut decet) bene cognita, ab habente poteſtatem profer-tur. Hoc autem ita eſſe conuincimus per id quod
Ioā.12. apud Ioannem idem ſaluator ait, Nolite iudicare ſe cundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate. Qui bus uerbis cū unum iudicium prohibet, uidelicet leue: aliud apertè concedit, nempe iuſtum, quod re prius plene circumſpecta iuxta æquitatem ſit.

IVRAMENTVM.

Valdē-ſes. INter cęteros errores quos Valdenſibus impingit Guido Carmelita, unus eſt quo aſſerunt Chri-ſtianis eſſe interdictum iuramentum, ſic ut nuſquā iurare liceat. Eundē errorem tribuit Catharis: quod
cathari ualde miror: quoniam Cathari ijdem ſunt qui & Nouatiani. At Nouatianis nullus unquam aliquid

simile impegit, sed catalogus hæreticorum de Albanensibus differens, dicit esse alios quosdam Catharos, quos in tres partes asserit esse partitos. Albanenses dicit esse de prima secta Catharorum, & Cozocenses de secunda, & Baiolenses de tertia. Et si hi dicuntur Cathari, alij sunt certe à Nouatianis, qui primi Cathari uocati sunt, propter munditiam quam iactabant. Nulla est enim Nouatianorum ad hos Catharos conuentio. Quapropter constat miserè errasse Guidonem Carmelitam, qui cum de erroribus horum Catharorum differere incipit, dicit se iam aliàs de illis dixisse: per quæ uerba satis apertè innuit se sentire hos Catharos & Nouatianos esse eosdem, cum tamen hi Cathari longissimè absint ab alijs Catharis qui Nouatiani dicuntur. * Hi de quibus nunc loquimur, non Cathari (ut Guido & cathalogus eos appellant) sed Catharistæ dicendi sunt. Nam sic eos appellat beatus Augustinus, ut supra ostendimus in titulo de cibo, hæresi prima.) Hunc etiam errorē docuerunt Pseudoapostoli. Ad hunc autem errorem conuincendum sufficit illud quod dñs in Deuteronomio ait, Dñm deum tuum adorabis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis. Et iterum, Dñm deum tuū timebis, & illi soli seruies, ipsiq; adhærebis, iurabisq; in nomine illius. Verùm hic respondent qui hunc errorē tutantur, hoc permissum esse Iudęis in ueteri lege, ut uidelicet per Deum iurarent: Christianis autem, qui per sectiorem habent legem, hoc dicunt non esse licitū, eò q; Christus apud Matthæū in uniuersum prohibuit iurare. Et hanc sententiam confirmant testimonio Hieronymi & Theophylacti, qui exponentes quintū Matthęi caput, dicunt Iudæis fuisse permissum iuramentū, Christianis autē omnino prohibitum. Et idē uidentur sentire Hilarius & Chrysostomus in eodē loco, quanq; hi non ita expresse dicunt

Albanenses Cozocenses Baiolenses

*

Pseudoapostoli.

Deu. 6. Deu. 10

Matt. 5

ſicut illi. Sed hoc reñcitur ex eo q̃ deum ſæpe iuraſſe reperimus. At ſi iuramentū eſſet ex ſe malum, ut ex ſola permiſſione Iudęi iurare poſſent, Deus qui male agere nequit, omnino non iuraſſet. Et huic obiectioni reſpondent iuramentum ſoli Deo conuenire, q̃m ille ſolus uerax eſt, & mentiri nequit: omnis autem homo mẽdax eſt. Et hanc ſententiã confirmant teſtimonio Ambroſii ſuper Pſalm. 118. Sed neq; hac uia effugere poterunt quin oſtendamus illis iuramentū eſſe homini licitū. Negare enim nõ poſſunt Apoſtolū Paulū pluries iuraſſe: q̃m in ea quę eſt ad
Rom. 1 Romanos epiſto. ſic ait, Teſtis eſt mihi deus q̃ memoriam ueſtri facio ſemper in orationib⁹ meis. Et iterum alibi, Ego autẽ teſtẽ deum inuoco in animã
2. cor 1 meam, q̃ parcẽs uobis nõ ueni ultra Corinthũ. Et
Phil. 1. iterũ, Teſtis eſt mihi deus quomodo cupiã omnes uos in uiſceribus Ieſu Chriſti. Ecce Paulũ toties in uocantẽ deum in teſtimoniũ ſuoꝝ uerboꝝ. At qui per deum iurat, nihil aliud facit q̃ deum inuocare in teſtem eoꝝ quæ dicit. ex quo apertè colligimus Paulũ iuraſſe. Nõ eſt ergo Chriſtiano uiro omnino prohibitũ iuramentũ: q̃m alias Paulus iurans peccaſſet. Præterea, iuramentũ nõ eſt de ſe malum, imo bonũ, ſi adſint ea quę requiruntur: q̃m per iuramentum exhibemus reuerentiã deo, & oſtendimus qualem exiſtimationẽ de deo habeamus, q̃m ſic iurãtes per deum, teſtamur nos credere deũ uidere omnia: q̃m qui rem nõ plene agnoſcit, nõ poteſt eſſe bonus
Plaut⁹. teſtis. Ideo ſapienter Poeta comicus dixit, Pluris eſt oculatus teſtis unus q̃ auriti decem. Oſtendimus etiam nos credere deum eſſe ueracẽ, qui mentiri nõ poteſt. Quia ergo credimus deum talẽ eſſe qui omnia nouit, & qui mentiri nõ poteſt, ideo in cõfirmationẽ eoꝝ quæ dicimus, iuramus per deum, inuocãdo illũ teſtẽ. Ex quo patet per iuramentũ nos reuereri deum, ſi cætera adſint quæ ad iuſtũ iuramentũ

exiguntur. Cuius rei apertū est indicium, q̄ in Deuteronomio quoties de iuramēto fit mentio, semper subiungitur post præceptum de adoratione. Dñm deum tuum (inquit) adorabis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis. Et iterum, Dominū deum tuum timebis, & illi soli seruies, ipsiq́ adhærebis, iurabisq́ in nomine illius. Ecce iuramentum bis coniunctum adorationi & seruituti dei. Si ergo bonum est deum adorare, & illi seruire, bonum etiam erit per nomen illius iurare, modo id debitè & prout decet fiat. Rursum, iuramentum licere Christiano, confirmatur plurimorum cōciliorum definitionibus. Concilium Ephesinum scribit Nestorio, ut recantet suas hæreses, & quia nō fidebat concilium uerbis Nestorij, exigit ab eo iuramentum per hæc uerba: Sed consequens est etiam iureiurando fateri te, q̄ anathematizes quidem tua polluta & prophana dogmata, sentias autem & doceas quæ nos uniuersi per orientem seu per occidentem episcopi & magistri præsulesq́ populorum credimus & docemus. Hęc concilium Ephesinum. Et concilium Cō. Constantiense sessione octaua damnauit. 45. assertiones Ioannis Vuitcleff, inter quas quadragesimotertio loco ponitur hæc de iuramento, qua ait, Iuramenta illicita sunt quæ fiunt ad roborandum humanos contractus, & commercia ciuilia. Quæ sententia simul cum alijs eiusdem una super omnes dicta censura damnata est. Et idem concilium Constantiense sessione uicesima decernit ut ad confirmationem pacti initi inter regem Romanorum & regem Aragonum pro schismate tollendo, iuramentū ab omnibus peteretur, & omnes postmodum in concilio existentes à maximo usque ad minimum iurarunt. Sed superest ut obiectioni aduersariorum respondeamus. Sic enim obijciunt. Dominus apud Matthæum prohibet iuramentum, dicens, Ego autem

Deu. 6.

Deu. 10

Concilij Ephesinum.

Concilij Cō stātiēse

Matt. 5

dico uobis non iurare omnino: neque per cælum, quia thronus dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neq; per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis: neq; per caput tuum iurabueris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo uester, est est, non non: quod autem abundantius his est, à malo est.

Iaco. 5. Et beatus Iacobus ait, Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare, neq; per cælum, neq; per terram, neq; aliud quodcunq; iuramentũ. Sit autem sermo uester, est est, non non, ut nõ sub iudicio decidatis. Huic obiectioni mul ipliciter respondemus. Primo in illis uerbis Saluator nõ ꝓhibuit iurare ꝑ deum. & hoc annotauit Hieronymus in illo loco. Quod autem dicit omnino non esse iurandum, nõ est omnis iuramenti prohibitio, quia illa uerba referuntur ad sequentia, ita ut omnino non sit iurandum per cælum aut terram, ita uidelicet ut cum iurandum sit, nunquam tamen iuretur per cælum & terram. Causa autem huius prohibitionis fuit, ne per illa elementa iurantes homines, illa tanq; numina quædã uenerarentur: quoniam illud per quod quis iurat, aut nimium diligit, aut ueneratur. Ne igitur illa uenerarentur, aut plus debito diligerent, prohibet ne unquam per illa iuretur. Et hoc etiam fatentur Hieronymus, & Theophylactus in illo loco, quorum authoritate se tuentur hi qui partem oppositam docent. Et cum hoc illi fateantur, miror quid postea coegerit eos ut censeant iuramentũ esse prorsus interdictũ. Sic enim Theophylactus ait: Igitur dominus prohibens eos, non dicit, quia pulchrum & magnum est cælum, & terra utilis est, ideo per ea non iurare: sed quia cælum thronus est dei, terra autem scabellum pedum eius, ut ne sit locus idololatriæ. Forte enim in deorum numerum relata fuissent elementa à iurantibus per ea, id quod antea factum

est. Hæc Theophylactus. Et eandem sententiam docet Hieronymus. Verùm his obijciet quispiam ultima illa Christi uerba, Sit sermo uester, est est, non non: quod autem abundantius his est, à malo est. Fatemur quidē à malo esse iuramentum, nō autem malum esse. Neq; Christus dixit malum esse, sed à malo esse: à malo inquam illius cui iuratur, & propter quem iuratur. Malitia enim illius cui iuratur, est in caussa ut alius iuret. Nam si audiens præstitisset fidē uerbis loquentis, non esset opus ut loquens sua uerba iuramento firmaret. A' malo ergo illius cui iuratur, prouenit ut aliquid abundantius dicatur q̄ est est, non non. Et hanc expositionem præbet Augustinus illi loco euangelīo in libro de mendacio, cap. 20. Aliter etiam potest responderi, Christū illis uerbis non prohibere absolute iuramentum, sed iurandi facilitatem, ne ex facilitate ad consuetudinem, & ex consuetudine in periurium ueniretur. Vnde Ecclesiasticus ait, Iurationi ne assuescat os tuum. Et iterum, Sicut autem seruus flagellatus assidue à liuore non minuitur, sic omnis iurans ac negocians à peccato non purgabitur. Hanc expositionem etiam præbet Augustinus loco proxime citato. Hanc & superiorem expositionē reddit uno contextu beatus Chromatius papa in quodam libello insigni quem fecit super quintum & sextum caput Matthæi. Verba illius ita habent, Primùm enim uoluit à nobis & usum iurationis, & consuetudinem humani erroris aufere, ne unusquisq; nostrum per hæc elementa iurando, aut creaturam in honore diuinæ uenerationis haberet, aut idcirco impunitatē periurij habere se crederet, si per mundi elementa iuraret, cum scriptum sit, Nec iurauit proximo suo in dolū. Hæc Chromatius. Et parum infra exponens reliqua, dicit per illa uerba, Quod autem abundantius his est, debere intelligi mendacium, & illud

Eccl. 23

Ibidē.

Psal. 14

dicit esse abundantius quàm est est, non non, id est quàm ueritas, & illud dicit esse à malo, id est à dæmone, qui mendax est, & pater mẽdacij. Ex quibus uerbis patet iuxta Chromatium. Christum per illa uerba solum prohibuisse periurium, & usum iurandi. Potest etiam dici illam Christi prohibitionem non esse numerandam inter præcepta, sed inter consilia, & illam ad solos perfectos pertinere. Quod ex eo colligi potest, quòd in illo loco Christus perfectum christianismum depingens, multa ibidem recenset quæ nemo sanè mentis dubitat esse consilia, non præcepta, quale est illud quod continuo adiungit, Ego autem dico uobis, non resistere malo. Et hoc modo illum locum euangelij interpretantur recentiores theologi, quos scholasticos uocant. Verùm non hi soli, ut aliqui putant. Nam beatus Bernardus sermone. 65. super Cantica, inuehens contra quosdam hæreticos dicentes non esse licitum iuramentum, esse tamen illis licitum peierare, ne secreta suæ sectæ ab alijs scirentur, sic ait: Patet uos & superstitiose obseruare de iuramento, & flagitiose præsumere de periurio. O peruersitatem. Quod ad cautelam consultum est, uidelicet non iurare, hoc isti mandati uice tam contentiose obseruant: & quod immobili iure sancitum est, non peierandum scilicet, hoc tanquam indifferens pro uoluntate dispensant. Hæc Bernardus. Hunc autem non possunt dicere scholasticum. Christianus Druthmarus in expositione super Matthæum, idem sentit. Sic enim ait, Ne Iudæi per idolorum nomina iurarent, permisit eis dominus iurare per nomen suum. Nec nobis etiam inhibuit, sed perfectionem nos docuit, ꝙ ea fides sit habenda inter Christianos, ut non sit necesse testem nomen domini interponere. Periurium & illis & nobis prohibitum est. Hæc Christianus Druthmarus: quem non possunt etiam dicere scholasticum,

lasticum, cum nihil minus sit: neq; trecentenarium (ut Lutherus & eius sequaces facere solent) quoniã ante septingentos annos fuit, si Ioãni Tritemio credere uolumus. Et Beda exponens illud Iacobi, Iaco. 5. Ante omnia fratres mei nolite iurare &c. dicit ibidem prohiberi consuetudinem iurandi, ne ex ea deueniatur in periurium. Sic enim ait, Ideo (inquit Iacobus) uos à iurationis culpa cõpesco, ne frequẽter uera iurãdo, aliquando etiam in periurium decidatis, sed eo longius a peierãdi uitio stetis, quo nec ueru deierare nisi proxima necessitate uelitis. Hęc Beda. Et Rupertus Tuiciensis uir doctrina & sanctitate illustris, lib. 5. de glorificatione hominis Christi, distinguit illum Matthæi locum de iuramento, hoc pacto, dicens q̃ non iurare omnino, sit consiliũ: nõ iurare autem per cęlum & terram &c. sit præceptũ, ita ut si iurandum sit ex necessitate aliqua, tũc iuretur per deum, & non per aliquam aliam rem. Ecce ergo euangelĩ locum sufficienter discussum, quem ostendimus nostrę sententię minime repugnare. Verùm hic forte obĩcient nobis Hieronymũ & Theophylactum, qui sentire uidentur non licere Christiano uiro iurare. Nos autem obĩcimus contra Augustinum. Chromatium, Christianũ Druthmarũ, Bernardum, Bedam, Rupertum. Parum dixi, immo totius ecclesiæ definitionẽ, cuius authoritas tanta est, ut mille præstet Hieronymis & Theophylactis, etiã si hi clarissimi uiri fuerint, sanctitate perinde ac doctrina illustres.

Alia est hæresis quæ cũ præfata uelut ex diametro pugnat. Nam hæc sic admittit iuramentum, ut etiam periurium licere dicat. Hunc errorem tribuit Priscilliano beatus Augustinus in lib. de hæresib⁹. Priscillianistæ enim (ut ibidẽ refert Augustinus) docebant discipulos suos, ut iuramẽto interrogati & requisiti nihil unquã reuelarent de illorũ doctrina. Priscillianus.

& ad illius doctrinę occultationem dicebant esse licitum periurium: quapropter hanc semper in ore uersabant sententiam, Iura, periura, secretum prodere noli. Hunc eundem errorem tenuerunt quidam hæretici tēpore beati Bernardi, de quibus ille mentionem facit sermone. 65. & sermone. 66. super Cantica, & dicit illos uocari Apostolicos, quia uidelicet iactabant se esse successores Apostolorum. Eundem errorem (ut catalogus hæreticorum refert) tutati sunt impij Flagellantes. Hic error manifeste cōuincitur per id quod dominus in Leuitico ait, Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen dei tui. Qui enim peierat, nomē dei polluit, quia deum affert in testem mendacij. Quid autem magis pollutum aut turpe esse potest, quàm mendacio faueret? Præterea, Sapiens recensens peccata hominum potissimū gentilium, inter illa etiam ponit periurium, dicens, Omnia cōmixta sunt, sanguis, homicidium, furtum, & fictio, corruptio, & infidelitas, turbatio, & periurij, &c. Et beatus Paulus dicens iusto non esse legem impositam, sed impijs & peccatoribus, & sceleratis, postea subdit, & mendacibus & periuris. Ex quo apertissime colligitur periurium esse lege diuina prohibitum. Deinde caussa ipsa propter quam dicunt licere periurium, pessima est. Dicunt enim ideo esse licitum peierare, ut uidelicet non reueletur alijs eorum doctrina. Tunc percontari illos oportet, an doctrina sua sit euangelio cōformis, an illi contraria? Si est euangelio contraria, non sunt ergo ueri Christiani qui illam docent. Si est euangelio conformis, cur ergo illam occultant? Cur apud seipsos solos illam recondunt? Christus namq; ait, Quod dico in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure audistis, prædicate super tecta. Et cum euangelij prędicationem discipulis suis cōmendat, ait: Euntes in mundum uniuersum prædicate euangelium

apostolici.

Flagellantes.

Leu. 19

Sap. 14

1. tim. 1

mat. 10

omni creaturæ. non solis Priscillianistis, aut solis Apostolicis, aut solis sese Flagellantibus, sed omni creaturæ. Non enim uult suam legem solis Iudæis reuelari, ut in sola Iudæa sit notus: sed uult esse notus toti mundo. ideo uult suũ euangelium esse omnibus apertum, quia uult omnes nos in agnitionẽ ueritatis peruenire. Ideo Apostolus ait, Si opertum est euangelium meum, in his qui pereunt, est opertum. Pereunt ergo Priscillianistæ & Apostolici, qui euangelium occultare uolunt. Et alibi idem Apostolus ait, Corde creditur ad iustitiam, ore autem cõfessio fit ad salutem. Vt autem quisq; salutem animæ suæ acquirat, oportet eum ita ore confiteri, quẽ admodum credit corde. Aduersus tam apertã hæresim non est opus plura afferre. Marci viii. 2.co.4 Ro.10.

IVSTVS.

BEatus Augustinus in lib. de hæresibus cap. 82. asserit Iouinianum sensisse, eum qui semel per lauacrũ regenerationis fuerit iustificatus, non posse amplius peccare. Et beatus Hieronymus libro secundo aduersus Iouinianum hoc idem illi impingit. Hunc eundem errorem docuisse Pelagium testatur etiam Augustinus in eodem libro de hæresibus cap. 87. Aduersus hunc errorem iam suprà in titulo de gratia, hæresi. 2. disputauimus, quapropter nõ est opus de hac re amplius disserere.

Alius est error Lutheri, dicentis iustum in omni bono opere peccare. Verùm de hoc errore infrà in titulo de operibus, & in titulo de peccato longius disseremus. Ad illum ergo locum mittimus lectorem.

Finis Libri Octaui.

LABOR.



VEre olim in Syria monachi dicentes nullum manuũ laborẽ eſſe monachis licitũ etiam ſuſtentãdæ uitæ cauſſa. In hoc enim ſe eſſe monachos profitebãtur, ut ab omni labore manus uacãtes, orationi ſemper inſiſterent. Huius hæreſis authores uocãtur lingua Syra Pſalliani: ſic enim eos nominat Auguſtinus in libro de hæreſibus cap. 57. Verũ hiſtoria tripartita lib. 7. cap. 11. de iſtis hęreticis differens, eos appellat Meſſalianos, & dicit eos uocari græce εὐχίτας, hoc eſt orãtes, eò q̃ ſemper orandum eſſe dicebant. Vocantur etiam ibidẽ ἐνθουσιάσται, id eſt ſacrificantes. Eundẽ errorẽ tutati ſunt alĩ monachi parũ poſtea in Africa, p̃ſertim apud Carthaginẽ, ut patet ex Auguſtino in lib. de opere monachorũ. Nã in principio illius operis teſtatur ſe illũ librũ ſcribere ad inſtantiam Aurelĩ tunc Carthaginẽſis epiſcopi pro expugnatione huius erroris, qui tunc in Carthagine orie batur. Hunc errorẽ iam diu ſepultũ ab inferis ſuſcitarunt Valdenſes, dicentes uirũ perfectũ nõ debere manibus laborare. Hoc enim Valdẽſibus impingit Guido in ſua ſumma de hæreſibus. Verũm Aeneas Siluius lib. de origine Bohemorũ cap. 35. Valdẽſium errores recẽſens, huius erroris nõ meminit. Hic error apertè conuincitur ex eò q̃ Paulus Apoſtolus qui meritò inter perfectos numerari debet, proprĩs manibus laborauit. Nã q̃uis poſſet nõ laborare, & ſine labore uiuere de euangelio, qm̃ ĩ quibus p̃dicabat, renebãtur eum alere, ipſe tamẽ ut illos quibus euangelium p̃dicabat, nõ grauaret, uoluit proprĩs manibus laborare, ut ex ſuo labore uictum acqui-

Pſallia ni.

Valdẽſes.

reret. Sic enim ipse i priore epistola Corinthios ait: 1.cor.9
Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quę de
sacrario sunt edunt? Et qui altario deseruiunt, cum
altario participant? Ita & dominus ordinauit his
qui euangelium annunciant, de euangelio uiuere.
Ego autem nullo horum usus sum. Si Paulus, qui
poterat de euangelio uiuere, laborat, quanto magis
monachi qui non p̄dicant, tenentur manibus labo-
rare? Sed hos ipsos monachos ocioſos apertè repre
hendit Paulus in secunda ad Thessalonicenses epi- 2.the.3.
stola dicens, Ipsi enim scitis quemadmodum opor
teat imitari nos, qm̄ nō in quiete fuimus inter uos,
neq; gratis panem māducauimus ab aliquo, sed in
labore & fatigatione, nocte & die operātes, ne quē
uestrum grauaremus: nō quasi nō haberemus pote
statem, sed ut nosmetipsos formam daremus uobis
ad imitādum nos. Nam & cum essemus apud uos,
hoc denunciabamus uobis, qm̄ si quis nō uult ope
rari, nec manducet. Audiuimus enim quosdā ambu
lantes inter uos inordinate, nihil operantes, sed cu-
riose agentes. His autem qui eiusmodi sunt, denun-
ciamus, & obsecramus in dño Iesu Christo, ut cū
silentiō operantes suum panē manducent. Et in Epi Eph.4
stola ad Ephesios iterū ait, Qui furabatur, iam non
furetur, magis autem laboret operando manibus
suis quod bonū est, ut habeat unde tribuat necessi-
tatem patienti. Et in Actibus Apostolorū cum à Mi Act.20
leto mittens Ephesum, uocasset inde presbyteros
ecclesiæ, ait illis, Argentū & aurum aut uestem nul
lius cōcupiui, sicut ipsi scitis, qm̄ ea quæ mihi opus
erant, & his qui mecū sunt, ministrauerunt manus
istæ. Omnia ostendi uobis: qm̄ sic laborantes opor
tet suscipere infirmos, ac meminisse uerbi domini
Iesu, quoniam ipse dixit, Beatius est magis dare q̄
accipere. Ecce Apostolum Paulum propriis mani-
bus laborantem, qui alios ut etiam manibus labo-

rent, sæpissime hortatus est. Præterea omnes sancti uiri qui modum aliquem uiuendi in monasterio instituerunt, monachis suis præceperunt, ut manibus laborantes, ocium animæ inimicum uitarent. Nam de monachis Aegyptijs loquens beatus Hieronymus in epistola ad Rusticum monachū ita ait, Aegyptiorum monasteria hunc habent morem, ut nullum absq; labore & opere suscipiant, non tam propter uictus necessaria, q̄ propter animæ salutem, ne uagetur perniciosis cogitationibus, & instar fornicantis Hierusalem omni transeunti diuaricet pedes suos. Hæc Hieronymus. Hoc ipsum beatus Basilius docet monachos, qui in regula monachorū capite sexagesimoseptimo inducit monachos talem proponentes illi q̄stionem, sic dicens, Si ergo neq; solicitudinem habere oportet de necessarijs usibus ad uitam, & aliud præceptum est domini dicentis,
Ioā. 6. Operamini nō cibum qui perit: nonne superfluum est manibus operari? Cui quæstioni respondens Basilius ait, Ipse dñs in euangelio præceptum suū explicauit. Nam ibi ipse qui dixit non oportere quæri
Mat. 6 aliud ad uitam, cum dicit, Nolite quærere quid mā ducetis, aut quid bibatis, hæc enim omnia gētes inquirunt, addidit, Quærite autem regnum dei, & iustitiā eius. Et quomodo oporteat quæri, indicauit. Cum enim dixisset, Nolite operari cibū qui perit,
Ioā. 4. addidit, sed eum qui permanet in uitam æternā. Et hoc quid esset, ostendit in alio loco dicens, Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me patris. Voluntas autem patris est esurientibus cibum dare, sitientibus potum, nudos cooperire, &c. huiuscemodi. Tum deinde necessarium est & Apostolum imitari dicentem· Omnia ostendi uobis, quia
Act. 20 Eph. 4 laborantes oportet suscipere infirmos. Et cum iterum docet, Magis autem laboret unusquisq; manibus suis, operans quod bonū est, ut possit imper-

tiri necessitatem patientibus. Cum uerò hæc ita nobis uel in euãgelio dominus, uel Apostolus tradat, manifestum est quidem, q̃ pro nobis ipsis quidem soliciti esse non debemus, neque laborare: propter mandatum autem domini, & propter necessitatem proximorum soliciti esse debemus, & operari attentius, & maxime quia dominus in seipsum recipit ea quæ in seruos eius fecerimus, & regnum cælorũ pro huiusmodi promittit obsequijs. Hucusq̃ Basilius. Ex cuius uerbis constat illũ hoc iniungere monachis, ut laborent non tam propter sui uictus necessitatem, q̃ ut mandata dei possint laborando implere, & de labore suo proximorum necessitati subuenire. Beatus Benedictus in regula sua ait, Ociosi-tas inimica est animæ, & ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum, certis iterum horis in lectione diuina. Ideoq́ hac dispositione credimus utraq̃ tempora ordinari, id est ut à Pascha usq̃ ad calẽdas Octobris mane exeuntes à prima usq̃ ad horam penè quartã laborent quod necessarium fuerit, ab hora autem quarta usq̃ ad horam sextam quasi lectioni uacent. Et aliquibus interiectis subdit, Si autem necessitas loci aut paupertas exegerit ut ad fruges legẽdas per se occupentur, non contristentur, quia tunc uere hi monachi sunt, si labore manuũ suarũ uiuant, sicut & patres nostri, & Apostoli. Omnia tamen mensuratè fiant propter pusillanimes. Hæc beatus Benedictus monachis suis in regula præcipit. Similiter etiam seraphicus pater sanctus Franciscus Minorũ fratrũ institutor, in regula sua capite sexto· Fratres quibus gratiam dedit dñs laborãdi, laborent fideliter & deuote, ita ut excluso ocio animæ inimico, sanctæ orationis & deuotionis spiritũ non extinguant, cui debent cætera tẽporalia deseruire. De mercede uerò laboris p̃ se & suis fratrib⁹ corporis necessaria reci-

piant præter denarios uel pecuniam, & hoc humiliter, sicut decet seruos dei, & paupertatis sanctissimę sectatores. Hęc in regula sua sanctus Franciscus. Et in testamento suo iterũ ait, Et ego manibus meis laboraui, & uolo, laborare, & omnes alĩ fratres firmiter uolo ꝙ laborent de laboritio qđ pertinet ad honestatẽ. Et q nesciunt, addiscant. nõ ꝓpter cupiditatẽ lucri, sed ꝓpter bonũ exemplũ, & ad repellẽdam ociositatẽ. Hæc sanctus Frãciscus in testamẽto suo.

Concilii Carthaginense.

Demum concilii Carthaginẽse quartũ perspiciens q̃ noxium sit corporis ociũ omnibus clericis, præcipit ut manibus suis laborent. Nam quinquagesimo secundo capite suoꝝ decretoꝝ ꝓfatum concilii tale statuit decretum dicẽs, Clericus uictũ & uestitum sibi uel artificiolo uel agricultura absq; officij sui dũtaxat detrimento ꝓparet. Et capite sequẽti iterũ ait, Omnes clerici qui ad operandũ ualidi sunt, & artificiola & literas discant. Hæc concilium Carthaginense quartũ. Cuius definitioni expedit credere magis q̃ ociosis Messalianis, aut idiotis Valdensibus. Sed iam opus est ut uideamus quo argumento suam tutentur hæresim Messaliani. Primò enim pro se citant illud quod saluator noster apud Ioannem ait, Operamini nõ cibum qui perit, sed qui permanet in uitam ęternam. Secundò obĵciunt ꝙ dñs Martham de hoc labore reprehenderit dicens, Martha solicita es & turbaris erga plurima. Et apud Matthæum eandem solicitudinem omnibus inhibuit cum ait, Nolite ergo soliciti esse dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operemur? Et iterum, Nolite ergo soliciti esse in crastinũ. Crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi. Et certè hæc sacræ scripturæ loca non ita sunt intelligenda ut Messaliani putant, credentes Christum per illa uerba omnem prohibuisse laborem. Qualiter autẽ sint interpretãda, beatus Basilius docet in illis uer-

Ioã. 6.

Lu. 10.

Mat. 6

bis quę supra ex illo citauimus. Verùm clarius eorum intellectũ aduersus Messalianos pandit Theophylactus, qui in expositione super euãgelium Ioã. exponens illa uerba quæ nunc proximè ex Ioã. citauimus, ita ait, Nã quia multi sunt cupientes ignaui uiuere, & maximè Messaliani, qui usi sunt hoc dicto ad patrocinium suæ ignauię, operępreciũ fuerit declarare hoc dictum. Non enim hoc dixit dñs noster Iesus Christus, ut corporalẽ quidem operationem ab eis uelit amouere, & ipsos ad ociũ cogere. Omnem enim malitiã docuit ociositas: & si oportet euidenter dicere, ipsum ociosẽ uiuere, cibus est qui perit: & ita eum qui Christũ sequitur, oportet operari, ut habeat quod & alijs cõmunicet. hoc enim habet mercedẽ & promissionẽ futuri regni. Et paucis interiectis respõdet ad alia duo quę ex Matthęo & Luca pro Messalianis citauimus testimonia, dicens, Dictum ad Martham, non de opere est & operatione uel ocio, sed de tẽporis obseruatione, & ne tempus audiendi insumatur in occupationes parãdorũ ciborũ. Persuadet igitur ei, ne perdat tẽpus doctrinæ frustra propter occupationẽ in his quæ sunt uentris. Quod autẽ dicit, ne soliciti sitis, nec hoc dicto operationẽ reiecit. Aliud enim solicitudo est, & aliud operatio. Fieri enim potest ut solicitus non sit qui operat. Docet igitur nos dñs ne addicti simus curis uitæ, nec habeamus curam qũo cras refocillemur, & uult ut unoquoq; die operemur, dicens: Ne soliciti sitis de crastino. quasi in hũc modũ diceret, Ne soliciti sitis qũo hodie operãdo cras quiescatis, sed quotidie cibũ quotidiana operatione parantes, ne soliciti sitis de crastino. Hucusq; Theophylactꝰ. Ex cuius interpretatione cõstat Messalianos suo ipsorũ gladio interimi. Nam ex eodem dicto Matthæi quod illi pro se citarũt, eorũdem ignauia redarguit. Aduersus hanc hęresim scripsit beatus Aug. librum

Eee.ij.

unum cui titulus est, De opere monachorꝝ. Et Ioannes Cassianus lib. 10. de institutis cœnobiorũ, a capite septimo usque ad finem libri nihil aliud agit q̃ ostendere necessarium esse monacho, ut aliquid manibus suis operetur, ut per operationem amputentur uitia quæ gignit ociositas.

Secunda hæresis est quæ cum hac proximè enarrata uelut ex diametro pugnat, asserens oẽs monachos absq; ullo discrimine teneri ad laborẽ manuũ, ut ex illo sibi uictum acquirant: nec posse illos alio modo sibi uictum parare, q̃ per laborẽ manuũ. Huius hæresis primus author fuit quidã Vuillelmus de sancto Amore, acerbissimus hostis monachorũ mendicãtium. hic dixit oẽs monachos qui nõ habebant proprium cõmunitatis unde uiuerent, debere laborare manibus suis, ut inde uictũ sibi acquirãt.

Vuillelmus de sancto amore.

Ioãnes Vuitcleff.

* Hanc & alias hæreses docuit sub Alexandro papa huius nominis. 4. a quo etiã dãnatus fuit, per bullã quæ incipit, Romanus pontifex. Post istũ successit Ioãnes Vuitcleff, qui Hiericho destructã, fortiorem reædificare cupiebat. Hic enim nõ solum de mendicantibus monachis, sed de oĩbus alĩs sine ullo discrimine locutus est, dicens oẽs monachos debere per laborem manuũ uictum & uestitũ sibi parare.

Luthe. Lutherus autẽ & sui cõplices modestius hunc docent errorẽ, qm̃ eos qui prædicationi uerbi dei student, nolunt arctari ad laborẽ manuũ: reliquos aũt oẽs cogunt ut artificioso aliquo uictum sibi acquirant: neq; ullo pacto ex mẽdicitate uiuere apud Lutheranos licet. Et certè si de labore manuum monachis iniungẽdo cum debita discretione loquerẽtur, non hic eos uocaremus in contẽtionẽ. quinimo cõueniret inter nos de hac re, qm̃ ut in proximè præfata hæresi docuimus, summè necessaria est monachis laboriosa aliqua operatio. Verum cum dicant oẽs sine discrimine debere laborare, ideo eos nũc merito

de hæresi notauimus: qñ ex Christi & apostolorũ doctrina cõuincemus esse plures monachoꝝ conditiones qui ad hunc laborẽ non tenẽtur: sed beati tales monachi esse possunt etiã si non mãducauerint de labore manuũ suarum. Quis erit adeò crudelis in proximũ, ut eum qui infirmatur, & morbo laborat, cogere uelit ad laborẽ? Nullus certè, nisi talis sit qui nolit alĩs facere quæ sibi uellet fieri. Sufficit enĩ (inquit saluator) diei malitia sua. Sufficit enim morbus ipse, nec iustum est ut supra morbũ quem patitur, aliud illi superponatur onus, quod cum ferre nõ possit, necesse sit aut ipsum reĩciat, aut suscipiẽs confringatur. Neq; tñ hic dicimus infirmos eos solùm, qui tunc morbo premunt, sed etiã eos qui etsi bene ualeant aliqñ, tñ sæpe post aliqua interualla recidiuant, quos medici ualetudinarios appellant. nam de talibus erat Timotheus, qui infirmitatẽ stomachi & alias frequentes infirmitates patiebatur. Sic enim illi scribens Paulus ait, Noli adhuc aquã bibere, sed modico uino utere propter stomachum tuum, & frequentes infirmitates tuas. Prequẽtes dixit, non cõtinuas. Nam si cõtinua infirmitate laborasset, Paulus qui tanta charitate ardebat, ut quocunq; alio infirmante ipse infirmaretur, non iniunxisset illi prædicationis laborẽ, curam animarũ, ministerium uiduarũ, quæ omnia mediocrẽ saltem hominis ualetudinẽ exigunt. Timotheũ ergo, quia sic infirmabatur, & manibus laborare non poterat: sic illum exhortatur, monet & cõsolatur. Labora (inquit) sicut bonus miles Christi Iesu. Et ne crederet q; per negociationes alias ad modũ mercatoꝝ posset sibi uictum acquirere, addidit, Nemo militans deo, implicat se negocĩs secularib⁹, ut ei placeat cui se probauit. Nam qui in agone cõtendit, non coronatur nisi legitime certauerit. Verùm quia poterat Timotheus obĩcere infirmitatẽ suam propter quã

Mat. 6

1. Ti. 5.

2. Ti. 2.

ineptus erat labori, statim Paulus subiunxit, Labo
Ibidē. rantem agricolā oportet primū de fructibus accipe
re. Quibus uerbis non illi laborē manuum, ut alijs
facere solebat, suasit: sed modū illi ostendit qualiter
absq; labore manuū de euangelio uiuere posset. Et
cum Mileti esset Paulus, omnes presbyteros quos
Act.20 ad eum locū ex Epheso asciuerat, docuit ut infirmi
alerentur ex aliorū labore. Omnia (inquit) ostendi
uobis, qm̄ sic laborātes oportet suscipere infirmos.
Ecce Paulum docentē ut per laborem eor̄ qui bene
ualent, alantur infirmi. Vnde Prosper in lib. de uita
contēplatiua cap. 11. sic ait, Ipsi quoq; pauperes si se
possint suis artificijs aut laboribus expedire, non
præsumant quod debilis aut infirmus debet accipe
re: ne forte ecclesia quæ pōt omni solatio destitutis
necessaria ministrare, si omnes etiā nihil indigentes
accipiant, grauata, illis quibus debet subuenire nō
ualeat. Hæc Prosper. Patet iam non esse iustū ut in-
firmi cogātur ad laborē, quem tolerare nō possunt.
Simile quid sentit beatus August. de diuitibus qui
molliter & delicatè in seculo educati, oībus spretis
monasteriū intrauerunt, ea quæ habebant, pauperi-
bus Christi distribuentes. Nam hos, eò q̄ mollius
nutriti, & laboribus minime assueti, laborem ferre
non possunt, beatus Augu. sentit non ad laborē co-
gendos. Sic enim in lib. de opere monachor̄ ca. 25.
ait, Quāobrem etiā illi qui relicta uel distributa siue
ampla siue qualicūq; opulenta facultate, inter pau-
peres christi pia & salubri humilitate numerari uo
luerunt, si corpore ita ualent, & ab ecclesiasticis oc-
cupationibus uacant, quāq; eis tam magnū animi
sui documentū afferentibus, & eiusdē societatis in-
digentiæ de his rebus quas habebant, uel plurimū
uel non parum cōferentibus, uicē sustentandæ uitæ
eorū res ipsa cōmunis & fraterna charitas debeat:
tñ si & ipsi aliquid manibus operētur, ut pigris ex

uita humiliore & ob hoc exercitatiore uenientibus auferant excusationē: multo misericordius agūt, q̄ cum oīa sua indigentibus diuiserunt. Quod quidē si nolunt, quis audeat cogere? Quibus tñ inuenienda sunt opera in monasterio, etiā si a corporali functione liberiora, sed uigilanti administratione curāda, ut nec ipsi panē suum, q̄m iam cōmunis factus est, gratis māducent. Nec attendendū est in quibus monasterijs, uel in quo loco indigētibus fratribus quisq; id quod habebat impēderit. Omnium enim christianorū una respublica est. Hucusq; Augu. Ex cuius uerbis patet eos non esse in monasterio ad laborem cogendos, qui cum monasteriū intrauerunt, substantiam huius mundi habebant, quā pauperibus distribuerūt. Et eandē sententiā prius ex Pauli sententia cōfirmarat, ca. 16. sic dicens, Excepta ergo hac potestate, quā uerbi dei prædicatores habere in eos quibus prędicant, sæpe testatur Paulus, etiā sanctis qui oīa sua uendita distribuebant, & Hierosolymis habitabant in sancta cōmunione uitæ, nō dicentes aliquid propriū, quibus erant oīa cōmunia, & anima & cor unum in deū, ab ecclesiis gentium necessaria cōferri præcipit & hortatur. Inde est & illud ad Rom. Nunc (inquit) pergam Hierusalē ministrare sanctis. Placuit enim Macedoniæ & Achaiæ cōmunionē aliquā facere in pauperes sanctorū qui sunt in Hierusalē. Hæc Augu. Alij sunt etiā qui non minore imo forte meliore aut saltē nobiliore iustitia possunt absq; labore manuū suarum uitā suam transigere. Hi autē sunt p̄dicatores uerbi dei, & oēs doctores, qui uerbo aut scripto alios docent legem dei. Non enim interest qua uia aliquis doceat, uidelicet uerbo, an scriptura: si tamen de lege dei doceat. Hos oēs posse absq; labore manuū manducare, cōuincitur ex hoc q̄ potestatē habent a dño accipiēdi ea quę sunt ad uitā necessaria, ab illis quos docent. Ro. 15.

mat.10 Nam cum Christus mitteret apostolos suos ad prę dicandum,dixit illis, Nolite possidere aurum, neq; argētum,neq; pecuniā in zonis uestris,neq; peram in uia,neq; duas tunicas,neq; calceamenta,neq; uir gam. Dignus est enim operarius cibo suo. Propterea enim inhibuit illis hæc oīa,ut cum illis egerent,ab eis acciperent quibus uerbū dei prædicarent. Verū ne quis putet hanc potestatem solis apostolis fuisse collatā,audiat quid Lucas euangelista de alīs p̄dicatoribus dicat. Post hæc(inquit ille)designauit do
Lu.10. minus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnē ciuitatē & locū quò erat ipse uenturus: & dicebat illis, Messis quidem multa,operarij aūt pauci. Rogate ergo dīm messis, ut mittat operarios in messem suā. Ite,ecce ego mit to uos sicut agnos inter lupos. Nolite portare fac culum,neq; peram,neq; calceamēta, & neminē per uiam salutaueritis. In quācunq; domū intraueritis, primū dicite, Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis,requiesceat super illum pax uestra. Sin autē,ad uos reuertetur. In eadem autē domo manete,edētes & bibentes quę apud illos sunt. Dignus est. n. operarius mercede sua. Ecce iam uides idem cōcessum esse septuaginta duobus discipulis, quod prius. 12. apostolis fuerat cōcessum. Quod si dicat quis hanc potestatem solis pastoribus fuisse datā, & non alīs quibus p̄dicationis onus non est iniunctū, sed ipsi se ingerunt ad prędicandū,facilè hoc reīciet quisq; bene circūspexerit hanc potestatē uiuendi ex euāgelio,non esse fundatam in officio pastoris,sed in sola prædicatione uerbi dei,neq; ex aliqua alia re pende re,q̄ ex officio p̄dicationis. Si ergo in ipsa prædica tione tantū laborat monachus nō habens pastoris officiū,sicut alius secularis pastor aut curatus,cur nō etiā habebit cibū suum aut mercedē suam sicut
mat.10 alius? Dignus est enim(inquit Christus)operarius

cibo suo. Et iterum, Dignus est operarius mercede Lu.10.
sua. Aduerte q̄ utrobiq; dixit operarius,nō autem dixit prælatus,aut pastor,aut curatus,aut præpositus; sed ut innueret mercedē esse debitam operi, & non prælationi,dixit operarius. At cum monachus prædicat,etiā est operarius sicut quiuis alius: ergo etiam illi merces debetur. Si enim qui ultro se offerunt,non tantū laborant ut alīj,iustum est ut etiam inęqualem mercedē habeant. Quod si maior est eorum in prædicatione labor, cur non æqualē saltem mercedē habebunt? Iustius certè quàm isti hæretici optāt,fecit Moyses,qui nō solū Beseleel & Ooliab Ex.36.
uiris doctis & a dño electis ad faciendū opus sanctuarij, sed etiā alijs expertis uiris qui ad idē opus faciendū se ultro obtulerant,mercedē dedit, & illis sicut alijs distribuit donaria filiorū Israel. Verū isti hæretici tanquā Ægyptij uellent monachos Ægyptiaca & Pharaonica seruitute premere,ut uidelicet palea non detur, & eadem operis mēsura exigatur. Volunt ut uictus non detur prædicātibus,& prędicationis labor ab illis exigatur. Paulus Apostolus in ea q̄ est ad Ro.epi.ait. Nam si spiritualiū eorum Ro.15.
participes facti sunt Gentiles,debent & in carnalibus ministrare eis. Et in priore epi.ad Corint.iterū 1.co.9.
ait,Quis militat suis stipendijs unq̄? Quis plantat uineam,& de fructu eius uō edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis nō manducat? Nunquid secundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dixit? Scriptum est enim in lege Moysi,Non alligabis Deu.25
os boui triturāti. Nunquid de bobus cura est deo? An ꝓpter nos utiq; hæc dicit? Nā propter nos utiq; scripta sunt, qm̄ debet in spe, qui arat,arare: & qui triturat,in spe fructus percipiēdi. Si nos uobis spiritualia seminauim⁹,magnū est si nos carnalia uestra metamus? Hucusq; ibi beatus Paulus. Vereantur iā isti monachoꝝ hostes alligare ora illis triturātibus.

An forte monachus prædicans uerbū dei non plan tat uineā cum prædicat? Nōne Paulus propter præ dicationē dicebat, Ego plantaui? Nunqd non mona chus prædicans etiā pascit? Nōne etiam triturat? Si plantat, sinant illū de fructu uineæ comedere. Si pa scit gregem, permittāt ut de illius lacte māducet. Si triturat, nolint contra præceptū dei os illius alligā re. Et ad Timoth. scribens iterū ait: Laborantē agri
2.Ti.2. colam oportet primū de fructibus accipere. Ecce iā uides prædicatores uerbi dei, ex diuina sentētia esse liberos ab obligatione corporalis laboris. Hi autē sunt oēs qui sunt ministerio diuino mācipati. Nam in priore epist. ad Corinth. Paulus ait, Nescitis qm̄ qui in sacrario operātur, quæ de sacrario sunt edūt?
2.co.9. Et qui altario deseruiunt, cum altario participant? Ita & dns ordinauit his qui euāgelium annūciant, de euāgelio uiuere. Ecce uno orationis cōtextu Pau lus asserit non solū euangelistas, sed oēs altario de seruientes habere hanc potestatem, ut beati esse pos sint, etiam si non māducauerint de labore manuum suarum. Ita enim sentit beatus Aug. qui lib. de ope re monachorū cap. 21. de Messalianis monachis lo quens, sic ait, Isti aūt fratres nostri temere sibi arro gant, quātum existimo, cp eiusmodi habeāt potesta tem. Si enim euangelistæ sunt, fateor habent: si mini stri altaris, dispēsatores sacramentorū, bene sibi istā non arrogant, sed plane uendicant potestatem. Hæc Augustinus. Quid ergo isti hæretici uelut canes la trāt in monachos? Cur tam generali sentētia oībus monachis non laborantibus interdicunt panē, quē dns sua benignitate indulsit Euangelistis, & altari seruientibus? Præter istos aūt quos ostendimus esse ab operatione & labore manuū lege diuina exem ptos, quicūcp alius monachus fuerit, tenetur labo rare. Et si nō laborauerint, certè non puto licitū illis esse māducare. Nō est enim monachatus institutus

ut quis

ut quis in eo ociosam uitam habeat, quã forte non habuisset in seculo. Vnde beatus Aug. in lib. de opere monachorũ ca. 25. sic ait, Illi aũt qui præter istam sanctam societatẽ, uitam labore corporis transigebant, ex quorum numero plures ad monasteria ueniunt, quia & in ipso humano genere plures sunt, si nolunt operari, non manducent. Neq; enim in militia Christiana propterea ad pietatẽ diuites humiliantur, ut pauperes ad superbiã extollantur. Nullo modo enĩ decet, ut in ea uita ubi fiunt senatores laboriosi, ibi sint opifices ociosi: & quò ueniunt relictis delicijs suis qui fuerant prędiorũ dñi, ibi sint rustici delicati. Hæc August. Demum hæc hæreticorũ pestilens assertio totius ecclesię catholicę definitione dãnata est. Nam ex. 45. articulis Ioãnis Vuitcleff damnatis in cõcilio Constantiensi sessione octaua, uicesimusquartus sic ait, Fratres tenentur per labo rem manuũ uictum acquirere, & non per mendicitatem. De quo articulo talis ibidẽ profertur sentẽtia. Prima pars est scãdalosa, & præsumptuose asserta, pro quãto sic generaliter & indistincte loquitur. Et secunda erronea, pro quanto asserit mendicitatẽ fratribus non licere. Hæc cõcilium Constantiense. Sed iam opus est ut istorũ hæreticorũ obiectionibus respondeamus. Primo enim obĵciunt q̃ Paulus laborauit: ergo cum monachi sint Apostolorũ imitatores, tenentur etiã ipsi manibus laborare. Huic autẽ obiectioni respõdemus fatentes Paulum laborasse manibus suis, nec tñ hoc ex necessitate aut obligatione fecit, sed ex perfectione & superogatione. Nã etiã si non laborasset manibus suis, sed uoluisset ex euangelio uiuere, non peccasset, cum cõstet Petrum & alios apostolos absq; labore manuũ de solo euãgelio uictum sibi parasse. Hoc autẽ ipsemet apostolus Paulus testatur, qui in priore ad Corinth. epist. sic ait, Mea defensio apud eos qui me interrogant,

Concilĩ Cõstan.

1 co. 9.

hæc est. Nunquid non habemus potestatē manducandi & bibendi? Nunquid nō habemus potestatē sororem mulierculam circūducendi, sicut & cæteri Apostoli & fratres dñi & Cephas? aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendijs unq̄? Et interiectis aliquibus argumētis, quibus probat se habuisse potestatem uiuendi ex euangelio prout cæteri apostoli,
2. Th. subdit. Ego autē nullo horū usus sum. Et in secunda ad Thessal. iterū ait, Ipsi enim scitis quēadmodum oporteat imitari nos, qm̄ non inquiete fuimus inter uos: neq; gratis panē māducauimus ab aliquo. sed in labore & fatigatione, nocte & die operantes, ne quem uestrū grauaremus. Non quasi nō habuerimus potestatē, sed ut nosmetipsos formā darem⁹ uobis ad imitandū nos. Ex quibus aperte conuincitur q; licet monachi sint imitatores Apostolorū, non tñ oportet ut oēs sine discrimine laborent: qm̄ hoc non oēs Apostoli fecerunt, sed Paulus, qui non ex necessitate, sed ex perfectione se fecisse testatur. Secundo obijciunt nobis illud quod Paulus ad Thes-
2. Th. scribens ait, Nam cum essemus (inquit) apud uos, hoc denūciabamus nobis, qm̄ si quis non uult operari, nec manducet. Verùm hæc obiectio nullū prorsus habet robur, si sequentia uerba Apostoli adiungantur his quæ dicta sunt, qm̄ ex illis quæ Apostolus subiunxit, satis aperte ostenditur eum non generali sententia inhibere cibum cuicūq; non laborāti, sed solum ociosis qui nullā prorsus habent occupationem per quā digni sint qui panem māducent. Sic enim ait, Audiuimus enim quosdā ambulantes inter uos inordinate, nihil operantes, sed curiose agentes. His aūt qui eiusmodi sunt, denūciamus, & obsecramus in dño Iesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panē manducent. Ecce quibus loqtur Paulus, nempe ambulantibus inordinatè, nihil ope

rantibus,sed curiose agentibus,his inquã præcipit ut in silentio operantes, suum panẽ manducent, & si quis laborare noluerit,non manducet. At monachi p̃dicantes uerbũ dei, & altario deseruientes,nõ nihil operãtur:ergo mãducare possunt. Quòd si illa Pauli uerba oẽs monachos obligarent, eadem lege obligarent omnes Christianos:quoniam apostolus Thessalonicẽsibus scribens, nõ solis monachis scripsit,nec ibi ullam de monachis fecit mentionẽ, sed sine discrimine omnibus scribit:nec tamen illa uerba ad omnes diriguntur, sed ad eos solos qui ociosam uitam degunt,quos nos etiã fatemur indignos esse qui manducare debeant. Aduersus hunc errorem scripsit frater Thomas Valden in suo.1.tomo doctrinalis fidei antiquæ libro quarto.

LEX.

DE hac re fuit olim in ipsis ecclesiæ nascentis primordijs quædã hæresis orta,asserens legẽ ueterem iuxta oia illius pręcepta esse seruandã simul cũ lege noua. Quis aũt fuerit primus huius hæresis author,mihi non cõstat. Hoc tamẽ scio,ex testimonio Philastri, & Augustini in lib. de hæresibus, Cerinthum & Ebionẽ & Nazaræos hanc docuisse hæresim. Verũ nescio quis eorũ fuerit uetustissimus,qm̃ Nazaræorũ initium nõ est apertũ, cum nullus prodiderit quis fuerit illorũ princeps. De Nazaræis hęreticis loquor,non aũt de illis quorũ meminit liber Numerorũ. De Cerintho & Ebione cõstat utrunq; eorũ fuisse coæuum Ioãni euangelistæ. Nam beatus Hiero.in lib. illustrium uirorũ dicit beatũ Ioãnem rogatum ab Asiæ epis scripsisse euangelium contra Ebionis dogma asserentis Christum nõ fuisse ante Mariam,quapropter coactus fuit utrãq; Christi naturam,diuinam uidelicet & humanã explicare. Irenæus uerò lib.3.aduersus hęreses cap.etiã.3. dicit q; Ioãnes dñi discipulus in Epheso iens lauari,cum ui

Cerinthus. Ebion

Nazarei.

disset intus Cerinthum, exilierit de balneo non lotus, dicens q̃ timeret ne balneũ concideret, cum intus esset Cerinthus inimicus ueritatis. Itaq; cum uterq; horũ fuerit Ioãni coæuus, nõ patet facilè uter illorũ fuerit uetustior, aut uter prior altero hanc hæresim docuerit, q̃q̃ ego suspicor Cerinthũ fuisse ali quanto uetustiorẽ Ebione, propterea q̃ Irenęus li. 1. aduersus hæreses recensens hæreticos qui ad suum usq; tẽpus ecclesiã uexarunt, prius de Cerintho differit q̃ de Ebione. Nam de Ebione differit ca. 26. & illi hanc quã impręsentiarum discutimus, impingit hæresim. At de Cerintho tractat ca. 25. nec tamẽ illi hanc hæresim tribuit. Sed nec Tertullianus de eodẽ Cerintho sermonẽ faciens in suo libello de hæresibus, huius erroris meminit etiã cum alios illius errores recenseat. Philaster uerò oía illa tribuit Cerintho quæ Irenæus asscribit Ebioni: dicitq; idem Philaster Ebionem fuisse discipulũ Cerinthi. Sed in distribuendis his hæresibus ita ut cuicunq; hæretico quod suũ est dogma tribuatur, multo libentius crediderim Irenęo q̃ Philastro, propterea q̃ ille multo doctior atq; uetustior fuerit q̃ Philaster. Hanc hæresim tutati sunt etiã Samsei & Elcesei, qui Ebionitarũ dogma in uniuersum amplexati sunt. Quapropter Epiphanius hæreses recẽsens (teste Augustino) Samseos & Elcesaeos Ebionitis copulat, tanquã una sit eorũ hęresis. Post istos aũt nemo, quod sciã, hanc hæresim docuit, usq; ad hũc diẽ in quo audio quosdam Germanos ex his qui Rheno adiacent, post susceptum baptismũ circuncisionẽ toleraſſe, dicentes circuncisionẽ esse necessariã ad uitæ æternæ cõsecutionẽ. Hos tñ omnes redarguit Paulus scribens Galatis, qui eodẽ errore fuerãt infecti, dicens, Prius aũt q̃ ueniret fides, sub lege custodiebamur, concluſi in eam fidẽ quæ reuelanda erat. Itaq; lex pædagogus noster fuit in christo, ut ex fide iustificemur. At ubi

Samsei Elcesei

Gala. 3

uenit fides, iam non sumus sub pædagogo. Et iterũ de duobus testamẽtis loquens sub figura duorũ filiorũ Abrahæ, ait, Sed qũo tunc is qui secũdum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secũdum spiritum, ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eiẽce ancillam & filium eius. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. Itaq; fratres nõ sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit. Ecce Paulus apertè testatur eiiciendã esse legẽ ueterem, quæ tanq; ancilla fuit legis euangelicæ. Et rursum in eadem epistola, Ecce ego Paulus dico uobis, qm̃ si circũcidamini, Christus uobis nihil proderit. Testificor autẽ rursus omni homini circuncidenti se, quoniã debitor est uniuersæ legis faciendę. Euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini. a gratia excidistis. nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus. Nam in Christo Iesu neq; circũcisio aliquid ualet, neq; præputium, sed fides quæ per charitatẽ operatur. Et in epist. ad Hebræ. de eadẽ re disputans ait, Si ergo cõsummatio per sacerdotium Leuiticũ erat (populus enim sub ipso legẽ accepit) quid adhuc necessarium fuit secũdum ordinẽ Melchisedech alium surgere sacerdotẽ, & non secũdum Aaron dici? Trãslato enim sacerdotio, necesse est ut & legis translatio fiat. Et iterũ. Reprobatio quidẽ fit precedentis mandati, propter infirmitatẽ eius & inutilitatẽ. Nihil enim ad perfectũ adduxit lex: introductio uerò melioris spei per quã proximamus ad deum. Demũ de hac re ab ipsis apostolis in unũ congregatis, in illo celeberrimo Hierosolymitano concilio data est definitio: quoniã (ut apostolica refert historia) quidã descendentes de Iudæa, docebãt fratres, quia nisi circũcidamini secũdum legẽ Moysi, non poteſtis saluari. Surrexerãt enim quidam de hæresi Pharisæorũ, qui crediderunt, & dicebãt oportere circuncidi, & seruare reliqua oía quæ Moyses

Gal. 4.

Gala. 5

Heb. 7

Ibidẽ.

Act. 15

in lege præceperat. Ob quã doctrinam facta est non modica seditio, resistẽtibus huic assertioni Paulo & Barnaba. Propter quod apostoli & seniores conuenerunt Hierosolymã, ut de hac re definirent. Habitaq; matura, prout decebat, rei examinatione, protulerunt sententiã quã per epistolã suam miserunt his qui erãt Antiochiæ, in hunc modũ, Visum est enim spiritui sancto & nobis, nihil ultrà imponere uobis oneris q̃ hæc necessaria, ut abstineatis uos ab immolatis simulacrorũ, & sanguine, & suffocato, & fornicatione: a q̃bus custodientes uos, bene agetis. Hæc concilium Apostolorũ. Quis erit ergo qui tam illustris concilij definitioni repugnare audeat? Nullus certè, nisi demens aut infidelis ille fuerit. Et certè si lege Euãgelica data, oporteret adhuc seruare legem ueterẽ, contra eandẽ legem uisus fuisset facere deus, qui talem in Leuitico condidit legẽ. Sororẽ uxoris tuæ in pellicatũ eius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa uiuẽte. Quæ quidẽ rectè præcepta sunt, ne si fortè aliquis simul uxori & sorori illius iungeretur, inter simul habitantes excitaretur zelus, unde contentio rixaq; generata fuisset. Prius quidẽ synagogã sibi desponsauerat deus: huius soror est ecclesia, quã etiam deus sibi cõiungere optabat. Verùm ut nulla esset cõtentionis inter eas occasio, noluit secũdam superducere uiuẽte prima. Oportuit ergo synagogã tunc sepeliri, quãdo deus ecclesiam nouã sponsam sibi despõsauit, ne inter sorores simul habitãtes æmulatio esset, sicut olim Lia zelabatur Rachel. Nam cum ab illa petiuisset Rachel, ut daret illi de mãdragoris quas filius eius ex agro attulerat, respõdit: Parùm ne tibi uideꝰ q̃ præripueris maritum mihi? Quę uerba apertissima sunt indicia urentis intrinsecus zeli. Hac enim de causa (ut testatur Apostolus Paulus) eiecta est Agar ancilla cũ filio suo, quia uidelicet filius eius Ismael perse

Concilũ apostolorũ

Leu. 18

Ge. 19.

Gal. 4.

quebatur Isaac filium uxoris Sarræ, propter quod Sarra se despici querebatur ab ancilla. Verùm posset forte hæreticus in suæ hæresis defensionē nobis obijcere illud quod in Exodo habetur, ubi post descriptionē uestis sacerdotalis qua Aaron erat induē dus, subdidit dñs per Moysen dicens, Legitimum Ex.28. sempiternū erit Aaron, & semini eius post eū. Et in Leuitico præcipiens modū hostiæ quæ debebat of- Le.16. ferri pro peccato, dicit, Eritq; uobis hoc legitimum sempiternū, ut oretis pro filijs Israel, & pro cunctis peccatis eorū semel in anno. Ex quibus duobus locis forte hæreticus uellet colligere legem Moysi esse obseruandā in perpetuum. sed non ita res se habet: quoniam non ideo uocatur legitimū sempiternum, quia semper esset duraturū, sed quia ad uitam quodammodo disponebat æternā. uel aliter, & mea sententia melius, ideo dicitur sempiternū, quia erat figura testamēti æterni. Itaq; dicitur sempiternū non in se, sed in eo cuius figuram gerebat. Et glossa interlinearis in Exodo sic exponit illam uocem sempiternum, quia (inquit) res significat æternas.

Secunda hæresis est primæ prorsus oppolita, asserens legem ueterem esse malā. Hanc hæresim mul ti scriptores tribuunt Manichæo tanquā primo il- Manichæus. lius patrono: qua in re certissimè falluntur, quoniā etsi Manichæus fuerit illam tutatus, non tamē ille primus eam docuit. Nam ante illū plusquā per centum annos fuit Marcion ponticus, a quo Marcio- Marcion. nitæ hęretici dicti sunt. Et hic docuit legem ueterem esse malam, & a malo principio procedentē, quemadmodū docuit postea Manichæus. Hic autē Marcion discipulus fuit cuiusdam alterius hęretici Cer Cerdō. donis nomine, quem Cerdonē Marcion in hac dementia imitatus est. Primus ergo huius erroris author & princeps fuit hic Cerdon, quem Irenæus libro primo aduersus hæreses, testatur uenisse Romā

ſub Iginio Papa & martyre. Auguſtinus in lib. de hęreſibus cap. 18. dicit etiã Caianos hęreticos hanc
caiani. docuiſſe hęreſim. Hos tamen Caianos Irenęus lib. primo aduerſus hęreſes comprehẽdit ſub Marcionitis, quoniã de Marcionis erroribus ibidem diſſerens dicit eum coluiſſe Cain: reliquoſq; omnes errores tribuit Marcioni, quos Auguſtinus tribuit Caianis. Vnde ſuſpicio mihi oritur Caianos hęreticos a Marcione proceſſiſſe. At cũ Marcion, ut diximꝰ, a Cerdone fuerit edoctus, oportet ut huic Cerdoni pręſentis hęreſis principatũ & magiſterium tribuamus. Huius autem aſſertionis peſtiferę falſitas conuincitur ex Pauli teſtimonio in epiſtola ad Roma.
Ro. 7. dicentis, Quid ergo dicemus? Lex peccatũ eſt? Abſit: ſed peccatum non cognoui niſi per legem. Cum multa Paulus de lege diſſeruiſſet, ex quibꝰ aliquis forte ſuſpicari poſſet illum legem culpaſſe: ipſemet ſibi obĳcit quod uidit alium ſibi obiecturũ. Dixerat enim prius paſſiones peccatorũ eſſe per legem. Dixerat etiã nos eſſe ſolutos a lege mortis in qua detinebamur. dixerat etiã legem ſubintraſſe ut abũdaret delictũ. Quæ Pauli uerba anſam ſuſpicionis infirmis præbebãt, Paulum in ea fuiſſe ſententia, ut damnare uoluerit legem. Ad hanc igitur ſuſpicionẽ tollendam Paulus ſibĳpſi obĳcit quod infirmi obĳcere ſibi poſſent, dicẽs, Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit: ſed peccatum nõ cognoui niſi per legem. Nam cõcupiſcentiam neſciebam, niſi lex di-
Exo. 20 Deu. 5. ceret, Non cõcupiſces. Occaſione autẽ accepta, peccatum per mandatũ operatum eſt in me omnem cõcupiſcentiam. Quibus uerbis Apoſtolus docet legem non eſſe malã, ſed bonam, quãuis illa non fuerit ſufficiens ad ſalutem ſine gratia. Quapropter dicit legem nõ eſſe ad hoc datam, ut peccatum in homine efficeret, ſed ut oſtenderet & reuelaret hominibus illud quod eis ignotum erat, eſſét ne pecca-

tum, an nō. Multa enim erant q̄ etsi peccata erant, nesciebātur tamē esse peccata, aut nesciebantur esse adeò grauia, & tam atrociter punienda, nisi lex docuisset. Hoc ergo fecit lex ut doceret hominē quid esset peccatū. Ex his multis unū producit Apostolus in exēplum. Nā concupiscentiā (inquit) nesciebā, nisi lex diceret, Nō concupisces. Hoc est, nesciebā concupiscentiā esse malū aliquod, donec audiui eam prohiberi per legē. Verùm ne suspiceris huius mali causſam esse legē, non dixit, Concupiscentiam non habebā nisi per legem, sed ait, Cōcupiscentiam nesciebā. Neq; ait, Peccatū non feci nisi per legē: sed ait, Peccatū nō cognoui nisi per legē. ut clare intelligas, legem nō ministrasse peccatū, sed peccati cognitionē. Est adhuc aliud in lege, q̄ ea data statim utimur & solicitamur desiderio earū rerū quę per legē prohibitæ sunt. Et hoc est quod Apostolus postea subiungit dicens, Occasione autē accepta peccatū per mandatū operatū est in me omnē concupiscentiam. Lex enim ad hoc data est, ut homo qui libertate sua abutens, per uitia singula ruebat in p̄ceps, freno legis cohiberetur, ne ita improuidus in p̄cipitia laberetur. At quia talis est nostra carnalis natura, ut ardentius desideret prohibita, q̄ si non prohiberentur: ideo dicit Paulus sumptā esse occasionē peccati ex prohibitione legis. Nam (ut quidam ait) Horatius. Nitimur in uetitū semper, cupimusq; negata. Similiter & diabolus uidens legē esse homini datā in auxiliū, ut per eam tanq̄ per frenū homines cohibeantur à peccatis, tunc ille magis ad peccatū hominē solicitat, & uehementius tentat, ut illi uertat legē in nocumentū, q̄ fuerat data ut aliquod p̄staret emolumentū. Vnde patet quomodo occasione per mandatum accepta, fecit in nobis omnē cōcupiscentiā. Minor enim cōcupiscentia erat, quando ante legem securi peccabamus. Minor erat quando solā nostrā

mouebat libidinē. Omnis est quando cognita lege, illam transgredi nec timemus nec uerecmur. Verùm hoc malum nō ex lege, sed ex nostra prouenit malitia, quæ medicinā conuertit in uenenū, qm̄ cum ex lege proficere debuissemus, inde peiores efficimur, appetentes quod lege prohibitū est. Lex enim non cogit ad peccatū, sed nos ex ea peccandi occasionē accipimus, q̄uis talem occasionem lex ipsa nō det. Ideo Apostolus non dixit: Occasione autē data, sed dixit: Occasione autē accepta, peccatū per mandatum operatum est in me omnē cōcupiscentiam. Vt clarè intelligas à nostra prouenire malitia, & nō ex lege, cū lege data contra eandē legē facere desideramus. Hæc ergo & alia cū Paulus de lege docuisset quibus ostendit legē non esse malam: postea subdit
Ro.7. laudes legis, dicens: Itaq; lex sancta quidē, & māda tum sanctum & iustum & bonū. In prioribus uerbis Apostolus defendit legem à crimine, in his uerò debitis laudibus eam extollit. Crimē obiectum fuit per hæc uerba· Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Defensio criminis fuit in hoc uerbo, Absit. Nunc ergo Apostolus nō fuit contentus eam à crimine defendisse, nisi etiam illam laudaret: ideo subdit, Itaq; lex sancta quidē, & mandatum sanctū & iustum & bonum. Per legem prohibitiones intelligit: per mandatū uero præcepta, & utrunq; sanctū
1.tim.1 esse docet. Præterea, in priore ad Timotheum epistola iterum ait: Scimus autē quia bona est lex, si quis ea legitimè utatur, sciens hoc quia lex iusto non est posita, sed iniustis & non subditis. Quod ait iusto nō esse positam legem, idem est quod alibi dixerat, legem uidelicet esse positam propter trāsgressores. Hoc autem sic accipiendum est, quia (ut diximus) lex data est, tanq; frenum quoddam ad cohibendū homines à peccato. Cum ergo quis naturaliter ea quæ legis sunt facit, & ipse sibi est lex, seipsum à

peccato arcens, hic nō habet opus lege, sed est tanq̄ equus bene domitus, & sessori obediens, qui ut bene dirigatur, nullo indiget freno. Lex propter trāsgressores posita est, ut per illam à transgressione arceantur. Qui autem secluſa lege paratus est facere quæ lex præceptura esset, hic non habet opus lege. Verum etsi iustus illa non indigeat, sancta tamē est lex, per quam mali cohibentur à peccatis, & urgentur ad emendationem cōmissorum. Et hoc est quod ait Apostolus: Bona est lex, siquis ea legitimè utatur. Hoc est, si faciat prout intendit ipsa lex, id est si per illam perueniat ad gratiam iustificantem. Legitimè enim utitur lege, qui intelligens quare sit data, per eius cōminationem confugit ad gratiam liberantem: & ideo bona est lex, quia plurimum prodest homini etiam malo, dum per eius cōminationem perducit illum ad gratiam. Si autem quis lege cognita, contra legem facit, iste male utitur lege: & si lex sit bona in se, huic tamen non est bona: quia peccatum per bonum tali operatur mortem. Per mandatum enim grauius delinquit, qui per idem mandatum scit q̄ graue malum sit illud quod cōmittit. Et hoc est quod in epistola ad Romanos dixerat: Quod ergo bonum est, mihi factū est mors? Rom. 7. Absit: sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat supra modum peccans, peccatum per mandatum. Ac si diceret, Mandatum non mihi extitit causa mortis, sed ego mihi mortem intuli, qui peccando commisi ea quæ digna sunt morte. Rursum in epistola ad Galatas Apostolus ait: Itaq̄ lex pædagogus noster fuit Gala. 3. ī Christo, ut ex fide iustificemur. Lex ergo ductrix nostra fuit. Nam idem est pædagogus græcè, quod puerorum ductor latinè. Si ergo lex fuit noster pædagogus, uideamus quò nos ducit: & constat ex Pauli uerbis. q̄ lex duxit nos ad fidem Christi, ut

per illam iustificemur. Sic enim ait, Itaq; lex pædagogus noster fuit ī Christo, ut ex fide iustificemur. Si ergo fides Christi est bona, non est possibile quin lex uetus quæ ad illā duxit, fuerit bona. Nō potest esse malus pædagogus q; bene pueros instruit. Nec potest esse malus ductor, qui ad optatum & præstitutum terminū perducit. Demū ipse ueritatis magister & saluator noster legem uerbo & opere cōmendat. Nam & eius p̄cepta seruauit circūcisus, in templo oblatus, agnum paschalem cū discipulis comedens. Alīs etiam seruandā p̄cepit. Nā leproso mun
Mat.8 dato p̄cepit ut iuxta legē Moysi ostenderet se sacerdoti. Et p̄dicans ipsemet sępenumero testimonia ex lege & prophetis citauit. Quòd si mala fuisset lex, nō tantum honoris illi tribuisset Christus, ut illius testimonio in prædicatione uteretur.

* Tertia hæresis est quę dicit omnē hominē in lege sua bene uiuentem posse saluari, siue Iudæus ille sit, siue Sarracenus, siue Paganus. Huius hæresis patronum nullum hucusq; inueni, sed ex relatione aliorū scio illi nō defuisse tutorē. Nā Ioānes de Turre cremata libro primo de summa Ecclesiæ cap. 21. dicit fuisse hæreticos dicentes quēcq; hominē in sua lege posse saluari, si illam bene seruauerit, nō tamen aperuit quis fuerit primus illius hæresis autor, aut q̄s unq̄ fuerit illius patronus. Hæc hęresis apertè conuincitur per id quod ait Paulus in ea quæ est ad He
Heb.11 bræos epistola. Sine fide (inquit) impossibile est placere deo. Nisi autē quis deo placeat, non potest uitā æternā adipisci: igitur sine fide nemo saluari potest: & inde colligitur manifeste ī nulla lege aliquē posse saluari nisi in sola lege euangelica. Præterea, in eadem epistola Paulus fidei laudes p̄dicans, ait· Fides est sperandarū rerū substantia, argumentū nō apparentium. Quid est dicere, sperandarū rerum substantia, nisi fundamentū & basis cui innititur spes ea-

rum rerū quę digne expectantur? Res autē quę magis digna est optari & sperari, est æterna beatitudo. Huius igitur fundamentum est fides catholica, qa supra illam & ex illa consurgit spes futurę beatitudinis. Ideo idē Apostolus in priore ad Corinthios epistola, ait Fundamētū aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est quod est Christ⁹ Iesus. Quem locum interpretans glossa quę dicitur ordinaria, ait. Id est, Christi fides quę per dilectionē operatur, per quam Iesus habitat in cordibus. Alia nō est fundamentū. Hęc in glossa ordinaria. Si fides est primū & unicum fundamentū, supra quod primo spes futurę beatitudinis fundatur, sequitur necessario ut fide sublata, spes uitę ęternę corruat: quia ubi fundamentū deest, nihil superedificari potest. Rursum, Paul⁹ reprehendit et damnat eos qui legis Mosaicæ cœremonias obseruant ponentes in illis spē. Si circumcidimini (inquit ille) Christus nihil uobis prodest. At sine Christo nemo potest uitā æternam adipisci: qm̄ ille solus est qui per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redēptione inuenta. Falsum igitur est, iudæū etiam si optime legē Mosaicā seruet, sine fide Christi posse saluari. Nam Paul⁹ de Christo saluatore nostro loquens, ait. Factus est omnibus obtēperantibus sibi causa salutis æternæ. Non dixit, obtēperantib⁹ Moysi: sed dixit, obtēperantibus ipsi Christo. Deniq; concilium generale lateranense sub Innocentio tertio celebratū, de hac re definitionē dedit, sic inquiens. Vna est fidelis ecclesia extra quā nullus omnino saluatur. Hæc conciliū. Quæ uerba habentur in cap. Firmiter, De summa trinitate & fide catholica, Potuissem quidē & debuissem plura pro hac re afferre argumenta, si cōtra gētiles, aut Iudęos, aut Sarracenos hanc sum pfissem disputationē: sed quia contra solos hæreticos qui se Christianos iactāt, nūc disputam⁹, ideo

1. cor. 3.

Heb. 7

Heb. 5.

nolui plura aduersus illos citare testimonia qm̃ ad uersus illos hæc mihi satis esse uidentur.)

LIBERTAS.

CVm̃ non sit res de qua certiorem habeamus experientiam q̃ nostri arbitrij libertas, quã quotidie in nobis ipsis experimur, mirandũ certè est q̃ aliqui adeò impudentes fuerint, ut nõ uereantur negare inesse aliquam libertatẽ arbitrio humano. Et hi qui talia sentiunt, inter se diuiduntur, qm̃ etsi ad eundem finem tendant, diuersa tamẽ incedunt uia, prout sæpissime hæreticis contingit, qui unitatem tenere nesciunt. Bardesanes enim (ut supra in titulo de fato diximus) omnes hominum conuersationes dixit esse asscribendas fato, & non libero hominis arbitrio, quoniam illud dicebat subijci sideribus. Post hunc surrexit Manichęus contendens peccata non posse ullo pacto uitari, sed ea ex mala mente proficisci dicebat. Ille enim duas in homine dicebat esse mentes: Alteram, quã dicebat esse malam, & à malo principio, eam uidelicet quã nos uocamus cõcupiscentiam carnis. Alteram uerò dicebat esse bonam, quam nos appellamus animam rationalem. Peccata quæ in homine fiunt, à mala anima procedere, & ea non posse per liberum arbitrium impediri, docebat. Manichæũ imitatus est in hac parte Priscillianus, qui ferè uniuersum Manichæi dogma suscepit. Petrus Abailardus dixit omnia ex absoluta necessitate rerum uenire, & Deum ne dicã hominẽ nõ posse res facere aliter q̃ facit. Hunc imitatus est Ioannes Vuitclef, illi in hac parte per omnia cõsentiens. Guido carmelita in sua summa de hęresibus, asserit Albanenses sentire nullum esse liberum hominis arbitriũ. Hanc hæresim iam diu sepultã multi ex recentibus hęreticis tutantur, quorum dux & princeps existit Martinus Lutherus, dicens hominis arbitrium non esse liberum, neq̃ habere ullam

Bardesanes

Manichæus.

Petrus Abailardus.

Ioãnes Vuitcl.

Albanenses

Luthe.

actiuitatem in suis operationibus, quoniam non eum agere, sed potius pati, contendit. Hunc secuti sunt multi, uidelicet Ioannes Oecolampadius, qui iam uita decessit, & Philippus Melanchthon, alijq; multi mihi ignoti, qui hoc errore magnã Germaniq; partem his diebus infecerunt. Aduersus hanc hæresim pugnant illa omnia q̃ supra in titulo de fato produximus. Verùm oportet ut adhuc peculiaria producamus argumenta, & pro uiribus tam pestiferã hæresim expugnemus, qm̃ illa est fomentũ totius impietatis. Sed qm̃ nomen libertatis æquiuocũ est in sacris literis, ne talis æquiuocatio nobis, aliquam errandi occasionẽ præbeat, oportet ut uaria illius uocis significata ostẽdamus. Aliquãdo enim libertas significat gratiam per quã liberamur à seruitute peccati, cui opponitur. De hac dicit Apostolus, Vbi spiritus domini, ibi libertas. Et alibi, Cum enim serui essetis peccati, liberi facti estis iustitiæ. Et de hac libertate non loquimur, qm̃ nec de illa dicimus omne hominis arbitriũ esse liberũ. Alia est libertas quæ sola habetur í gloria, uel est ipsamet gloria. Et de hac libertate ait etiam Apostolus, Et ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis í libertatẽ gloriæ filiorũ dei. Neq; ab ista libertate dicitur hominis arbitrium liberũ. Alia est adhuc libertas quæ opponitur necessitati, uel ut uerius dicam, coactioni. Quando ergo dicimus hominis arbitriũ esse liberum, de hac libertate intelligimus: ita ut ea ratione dicamus eum esse liberum, quia uidelicet cũ operatur, potest nõ operari: & cũ nihil operatur, potest operari. Hanc autẽ libertatẽ ex sacris literis deo duce apertissime ostendemus: qm̃ uix est aliquis sacræ scripturæ liber in quo nõ reperiatur aliquod p libero arbitrio apertum testimonium. In Geneseos libro legimus deum dixisse ad Cain. Nonne si bene egeris, recipies: sin autẽ male, statim in foribus pec-

Ioãnes Oecolãpadi. Philip. Melanchthõ.

2. cor. 3

Ro. 6.

Ro. 8.

Gen. 4

catum tuũ aderit? sed sub te erit appetitus tuus,& tu dominaberis illius. Si homo dominatur appetitui,falsum est ꝙ homo non potest uitare peccata q̃ ab appetitu proficiscũtur,ut Manichęus dixit. Cõ fundatur etiam Lutherus faciens arbitriũ hominis

Exo.35 seruũ,quẽ deus testatur se fecisse dñm. Et in Exodo sic habetur, Omnes uiri & mulieres mente deuota obtulerunt donaria ut fierent opera q̃ iusserat dñs, per manũ Moysi. Cuncti filiꝫ Israel uoluntaria dño

Leui.22 dedicauerunt. Voluntaria dixit,nõ necessaria. In Leuitico autẽ sic habetur. Homo qui obtulerit uictimã pacificoꝝ dño,uel uota soluens, uel sponte offerens, tam de bobus q̃ de ouib⁹ imaculatũ offeret, ut acceptabile sit. Et post pauca subiungit,Bouẽ & ouem, aure & cauda amputatis, uoluntarie offerre potest,uotũ autẽ ex his solui nõ potest. Ecce q̃ aperte ostẽdit libertatẽ distinctã à necessitate,cũ inquit,

Nũ.30. uel uota soluens,uel spõte offerens. In libro Numeroꝝ statuit dñs legem,ut mulier uouens nõ sit uoti rea,nisi marito cõsentiente:ita ꝙ si maritus cõsenserit mulieris uoto,illa teneatur ad reddendũ. Sin autem maritus contradixerit, illa sit libera ab obligatione. Cũ ergo marito detur optio,conuincitur illũ habere liberũ arbitriũ quo possit utrãq; partẽ uelle: qm̃ si ad alterã,q̃is illa sit,necessariò flectitur, frustra illi datur optio. Cũ etiã dñs dedisset p̃cepta legis, dixissetq́ illa nõ esse impossibilia ut obseruen-

Deu.30 tur, in Deuteronomio sic ait, Testes inuoco hodie cælũ & terrã, ꝙ proposuerim uobis uitã & bonũ, benedictionẽ & maledictionẽ. Elige ergo uitã,ut & tu uiuas,& semen tuũ. At electio nõ est nisi eorum quæ in nostra sunt potestate. Nullus enim proprie dicitur eligere id quod uelit nolit erit futurum. Nõ enim pẽdet ex nostra electione esse magnũ aut paruum,esse hominem aut bestiam, qm̃ ea nõ subsunt nostro arbitrio ut aliter eueniant. Si ergo homini

datur

datur electio, & ille eligere poteſt, cõſequens eſt ut liberũ etiam habeat arbitrium. Et alibi etiã data eſt Iudæis optio an deum ſequi uelint, an non. Dauid regi datur etiam optio eligendi unam ex tribus plagis, qm̃ ad aliquam illarum tolerandam iam dñs illum adiudicauerat. Si optio, ergo liberum arbitrium, qm̃ iumenta nec optionem nec electionẽ habent. Et Salomoni huius filio dicitur, Poſtula quod uis, ut dem tibi. Sunt & alia multa in ſacris ſcripturis teſtimonia ſimilia quæ homini optionem & electionem tribuũt. Optio autem (ut modo diximus) non poteſt conuenire illis qui ineuitabili neceſſitate feruntur ad operationem. Præterea, Dauid rex exhortans populum Iſrael ut offerat dño pro templi conſtructione, ait, Si quis ſponte offert, impleat manum ſuam hodie, & offerat quod uoluerit domino. Id autẽ quod ſponte fit, ſine ulla cogente neceſſitate fit. Rurſum, quanta eſt in pſalmis teſtimoniorũ turba pro libero arbitrio? Voluntarie (inquit) ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo, qm̃ bonum eſt. Et iterum, Voluntaria oris mei beneplacita fac domine, & iudicia tua doce me. Et rurſum, Anima mea in manibus meis ſemper. Quid eſt animã eſſe in ſuis manib⁹? Hoc eſt, in ſua poteſtate, ut eam ad quod uoluerit flectat. Et in alio pſalmo ait, Paratũ cor meum deus, paratũ cor meum: cantabo & pſallam in gloria mea. Et iterum, Adiutor meus eſto, ne derelinquas me. Cũ deum petat adiutorẽ, operatorem ſe eſſe oſtendit: qm̃ ſi noſtrum arbitrium nihil agit, ſed ſolum (ut Lutherus ait) recipit, deus non adiutor dicendus eſt, ſed integer & ſolus operator. Et in libro Sapientiæ Salomon ait, Subſtantiã enim tuam, & dulcedinẽ tuã quã in filios habes, oſtendebas, & deſeruiens uniuſcuiuſq; uoluntati, ad quod quiſq; uolebat conuertebatur. Ecce apertã liberi arbitrij poteſtatẽ, ut ad quod uoluerit cõuerti poſſit.

Ioſ. vlt.

2. re. 24

3. reg. 3.

1. pa. 29

Pſal. 53.

Pſa. 118

Ibidem

pſa. 107

Pſal. 26

Sap. 16

Sed & illud est multo apertius quod in Ecclesiasti-
Eccl.17 co habetur, Deus ab initio constituit hominẽ, & reliquit eum in manu cõsilĩ sui. Adiecit mandata & præcepta sua. si uolueris mandata cõseruare, cõseruabunt te, & in perpetuũ fidem placitam seruare. Apposui tibi aquam & ignẽ, ad quod uolueris porrige manũ tuam. Ante hominẽ uita & mors, bonũ & malum. quod placuerit ei, dabitur illi. Quid potuit apertius dici ad ostendendam nostri arbitrĩ libertatem? Certè (iuxta id quod sentio) adeo aperte ibidẽ docetur nostri arbitrĩ libertas, ut sua nimia claritate hæreticorũ oculos perstringat. Verùm non defuit suũ hæreticis asylũ ad quod cõfugere solent. Lutherani enim negant librum Sapientiæ & librũ Ecclesiastici esse canonicos, & ideo nõ esse sufficientes ad aliquã doctrinã confirmandã quæ ad fidem catholicã spectet. Sed hoc cauillũ nõ est nunc opus reĩcere, qm̃ supra in primo huius operis libro capite secundo ostendimus ex concilio Carthaginẽsi catalogũ sacrorũ librorũ, inter quos etiam hi duo libri habentur. Hoc etiam prophetæ omnes apertissimè
Esaiç.6 expresserunt. Nã apud Esaiam dñs de populo Israel sub nomine uineæ loquens ait, Et expectaui ut faceret uuas, & fecit labruscas. Si omnia necessitate absoluta eueniunt, & hominis arbitrium à dei p̃scientia cogitur ad opus, ut Lutherani dicunt, quare expectabat uuas à uinea, cũ ipse sciret eam productu-
Esaiç.1 ram labruscas? Et per eundẽ prophetam iterũ ait, Si uolueritis, & audieritis me: bona terræ comedetis. Quòd si noluerit us, & me ad iracundiam prouoca-
Hier.18 ueritis: gladius deuorabit uos. Et apud Hieremiam simile quid habetur, Si pœnitentiam (inquit) egerit gens illa à malo suo q̃ locutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui ut facerẽ ei. Quòd si fecerit malũ in oculis meis, ut nõ audiat uocẽ meam, pœnitentiam agam super

bono quod loquutus sum ut facerē ei. Gemina illa cōditionis nota, partibus inter se oppositis ī utroq; hoc testimonio annexa, apertissimè innuit adesse homini liberā bene & male agendi potestatē, qua uerti potest ad id quod uoluerit iuxta suū arbitriū. Nā si talis potestas utrunq; eligendi nō inesset homini, frustra deus illa duo homini proposuisset. Et p Ezechielem prophetā dñs ait, Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quę operatus est, & custodierit omnia p̄cepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, uita uiuet, & non morietur. Et paucis interiectis subdit· Si autē auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatē secundū omnes abominationes quas operari solet impius, nūquid uiuetᵉ Omnes iustitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur. In quibus uerbis illa conditionis nota iterū geminatur, prout factū est apud Esaiam & Hieremiā: quapropter simili ratiocinatione possumus hic argumentari ut illic. Illa etiā Susannæ in angustia positæ cōsultatio & electio apertissimè ostendunt liberum hominis arbitrium, per quod p̄habita consultatione quod de duobus sit eligendum, eligit quod sibi melius uidetur, reliquo reiecto. Nā cū Susanna à duobus malis senibus solicitaretur ad turpia, cū gemitu ait, Angustiæ sunt mihi undiq;, & quid eligam ignoro. Si enim hoc egero, mors mihi est. Si autem nō egero, nō effugiam manus uestras. Hucusq; ad cōsultationem pertinet: audi deliberationem & electionem. Sed melius est mihi (inquit illa) incidere in manus uestras, q̄ derelinquere legem dei mei. Per hanc autem electionem elegit unam partem altera reiecta quam potuisset amplecti. Ex quo facto satis manifestè conuincitur liberū esse hominis arbitrium: quoniam si non erat liberum illi alteram quam uoluisset partem eligere, frustra consultabat. Nullus est enim adeò fatuus, ut de hoc consultet

Ezec. 18

Dan. 13

an uidelicet craſtina ſuccedet dies, an non: utrum ignis conſumet incendio materiam illi adiunctam, an non. Hæc enim ſicut non ſubſunt noſtrę poteſtati ut fiant uel non fiant, ita nec talia ſunt ut meritò de illis quis conſultare debeat. Operoſum eſſet uidere, nimiſq; prolixum, reliquos omnes prophetas citare, & ex omnibus ueteris teſtamenti libris teſtimonia producere: quoniam & ſi hunc laborem ſumere uoluiſſem, certè neceſſarium foret modū promiſſæ breuitatis excedere. Ideo ad nouū teſtamentū accedamus. Chriſtus ſaluator noſter apud Mat
mat.23 thæum ait, Hieruſalē Hieruſalē, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, quoties uolui cōgregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Ecce deo uolente homines nolunt: ergo arbitrium homi nis adeò liberum eſt, ut à dei uoluntate nō cogatur, & per cōſequens multo minus cogetur ab eius prę
Luc.9 ſcientia. Et apud Lucam idem ſaluator ait, Si quis uult poſt me uenire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Cū ait, ſi quis uult, noſtram innuit libertatem, quibus ſubeſt poſſe & non uelle cū nobis uiſum fuerit. Nā ſi nulla eſſet libertas, non erat opus ſub cōditione loqui. Nullus eſt enim adeò inſipiēs, ut ſic diceret de igne: Si quis ignis calet, non amittet calorem. Cum enim ſit neceſſarium omnem ignē calere, ſuperflua eſt illa con
Ioā.1. ditio appoſita, quia illa cōditionis nota innuit rem aliter euenire poſſe. Et Ioānes euangeliſta apertum ſatis pro hac re profert teſtimonium, dicens, Dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Hæc autem poteſtas non ſolis iuſtis data eſt: qm̄ hi cum iuſti ſunt, iam in filiorum numerum redacti ſunt: quare non erat opus eis noua poteſtate, qua fierent filij dei, cū iam eſſent. Peccatoribus ergo hæc poteſtas eſt collata, quoniam ſi iuxta uires ſuas ſe ad gratiam ſuſcipiē-

dam præparauerint, deus non subtrahet se ab, illis quinimmo dabit illis gratiam per quam in filiorũ adoptionem recipiantur. Sic enim Augustinus tractatu. 93. super Ioannem illa beati Ioannis uerba exponit. Audiamus(inquit) Euangelistam dicentem, Dedit eis potestatem filios dei fieri, ne omnino existimemus in nostra potestate non esse quod credimus. Veruntamen in utroque beneficia illius cognoscamus. Nam & agendæ sunt gratiæ, quia data est potestas: & orandum ne succumbat infirmitas. Hæc Augustin⁹. Et Hilarius primo de trinitate motus Ioannis testimonio, dicit ꝙ esse filios dei, opus sit uoluntatis, uõ necessitatis: qa proposito uniuersis dei munere, nõ per naturã gignentium adsertur ea filiatio, sed uoluntas p̃mium cõsequitur. Deinde uerba illa quæ apostolica historia refert Petrũ apostolũ dixisse Ananiæ qui fraudauerat de precio agri uenditi, apertissimè ostendunt arbitrij humani libertatem. Sic enim ad Ananiam Petrus loquitur·Ana- Act.5
nia, cur tentauit Satanas cor tuum mentiri te spiritui sancto, & fraudare de p̃cio agri? Nonne manens tibi manebat, & uenundatum in tua erat potestate? Quid est dicere, uenundatum in tua erat potestate? Hoc est, etiam postq̃ uendideras, potestatem habebas non afferendi precium & ponendi ante pedes apostolorum: qua potestate si usus fuisset Ananias, non eum aut punisset aut reprehendisset Petrus: uerùm quia habens hanc potestatẽ simulauit se nolle ea uti, sed finxit se uelle totum precium agri offerre apostolis pro cõmuni uita, ab apostolo reprehẽsus & tandem morte punitus est. Ex hoc ergo conuincitur non omnia necessariò euenire, liberumq; esse hominis arbitrium, qm̃ Ananias de precio agri subtrahens, aliter faciendi potestatẽ habuit. Sed iam ad Paulũ accedamus, à quo plurima possumus capere testimonia. Nam in priore epistola ad Corinthios

1.cor.7 sic ait, Qui statuit in corde firmus non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ uoluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare uirginem suam, bene facit. Aduerte quod ait, potestatem habens suæ uoluntatis. Paulus tribuit apertè potestatem nostræ uoluntati, & impudentes hæretici non uerentur illam tollere? Et in eadē epistola iterū ait,
1.co.15. Abundantius omnibus laborauī, non ego, sed gratia dei mecum. Non dixit, gratia dei per me, sed gratia dei mecū. Et rursum, Vnusquisq; propriam mer-
1.cor.3 cedē accipiet secundū suū laborem? Dei enim adiutores sumus. Ex quo conuincitur nostrū arbitrium aliquid operari, alioquin labor nō diceretur noster. Et ne quis putaret, prout fecit Pelagius, totū debere ascribi nostro arbitrio, addidit· Dei enim adiutores sumus. Itaq; hoc testimonio prosternuntur Pelagius & Lutherus. Et in posteriore epistola ad Corinthios exhortans ad eleemosynas faciendas ait,
2.co.9 Vnusquisq; prout destinauit in corde suo, nō ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorē diligit deus. Si nulla est humani arbitrij libertas, non est possibile quin semper ex necessitate faciat quicquid
Phile.1 facit. Et ad Philemonē scribens ait, Sine cōsilio autē tuo nihil uolui facere, uti ne uelut ex necessitate bonum tuum esset, sed uoluntarium. Ecce q̄ clarè Paulus distinxit uoluntarium à necessario, unum alteri opponens. Vereantur ergo Vuitclefuistæ, Hussitæ, Lutherani, & cæteri hæretici dicentes omnia necessitate absoluta uenire, & nullam esse humani arbitrij libertatem. Et beatus Petrus instruens presbyteros quo pacto debeant curam habere populi sibi
1.Pet.5 cōmissi, ait· Pascite qui in uobis est gregē dei, prouidentes non coacte sed spontanee, neq; turpis lucri gratia, sed uoluntarie: neq; ut dominātes cleris, sed forma facti gregis. Vide qualiter etiam Petrus distinguit & separat spontaneum & uoluntarium à

coactione. Et in Apocalypsi Ioannis de Iezabel quę seducit seruos dei, & illos docet fornicari, dicit de ea: Et dedi illi tempus ut pœnitentiam ageret, & non uult pœnitere à fornicatione sua. Si omnia de necessitate absoluta euenunt, & nulla est humani arbitrij libertas, frustra dedit deus Iezabel tẽpus ad pœnitendũ, si pœnitere nõ poterat. Nam cũ postea dicat ꝙ illa pœnitere non uoluit à fornicatione, iuxta istorũ hæreticorũ sententiam conuincitur ꝙ illa pœnitere non potuit. Et si non potuit, mirũ est ꝙ deus dederit illi tempus ad illud faciendum, quod facere fuit impossibile. Post ista omnia sacræ scripturæ testimonia, quò res sit apertior, operæpreciũ erit ostendere hanc fuisse omnium sacrorũ uirorũ sententiam. Verùm ne lectorem nimia prolixitate grauẽ, aut limites breuitatis promissæ transgrediar, paucula impręsentiarum producam, ea uidelicet q̃ sunt magis abstrusa, & quorũ authores nõ facilè omnibus patent. Reliqua autẽ uelut indice ostendam loca unde capere possit qui ea habere desiderat, Beatus Irenæus sæpissime humani arbitrij libertatẽ docet, sed specialem de hac re disputationẽ facit lib. 4. aduersus hæreses, in cuius libri cap. 71. hæc uerba habentur. Aliud autẽ quod ait, Quoties uolui congregare filios tuos, & noluisti, ueterẽ legẽ libertatis hominis manifestauit: quia liberum eum deus fecit ab initio, habentem suam potestatẽ, sicut & suam animam, ad utendum scientia dei uoluntarie, & nõ coactum à deo. Vis enim à deo non fit: sed bona sententia adest illi semper. Et propter hoc cõsilium quidem bonum dat omnibus, posuit autem in homine potestatem electionis, quemadmodum & in angelis. Hæc Irenæus. Et sequenti cap. uidelicet. 72. multa de libero arbitrio differit. Et Tertullianus lib. 2. aduersus Marcionem eidem subscribit sententiæ, dicens, Nec boni, nec mali merces iure pensaretur

Apo. 2

Irenæ.

Tertullianus.

ei qui aut bonus aut malus necessitate fuisset inuentus, nō uoluntate. In hoc & lex cōstituta est, nō excludens, sed probans libertatem de obsequio spōte p̄stando, uel transgressione sponte cōmittenda, ita in utrunq; exitū libertas patuit arbitrij. Hęc Tertul

Cyprianus. lianus. Beatus Cyprianꝰ in quadā epistola ad Cornelium papā, quæ est tertia primi libri epistolarum eius, sic ait, Nec p̄positum seruū deseri à quibusdā miretur aliquis, quandò ipsum dñm magnalia & mirabilia summa facientē, & uirtutes factorꝫ suorꝫ dei patris testimonio cōprobantem, discipuli sui reliquerint, & tamen ille nō increpuit recedentes, aut grauiter cōminatus est, sed magis cōuersus ad Apostolos suos dixit, Nunqd & uos uultis ire? seruans scilicet legem qua homo libertati suæ relictus, & in arbitrio proprio constitutus, sibimetipsi uel mortē

Hieronymus appetit, uel salutē. Hæc Cyprianus. Beatus Hieronymus in epistola ad Hebidiam, eandē docet sententiam, dicens, Deus autē æquali cunctos sorte generauit, & dedit arbitrij libertatē, ut faciat unusquisq; quod uult, siue bonū siue malū. In tantū autē dedit omnibus potestatem, ut uox impia disputet contra creatorem suū, & causas uoluntatis illius perscrutetur. Et in altera epistola ad Damasum papam sic ait, Liberum sic confitemur arbitrium, ut dicamus nos semper dei indigere auxilio, & tam illos errare qui cum Manichæo dicunt hominē peccatum uitare nō posse, q̄ illos qui cum Iouiniano asserunt hominem nō posse peccare. Vterq; enim tollit arbitrij libertatem. Nos uerò dicimus hominem semper & peccare & non peccare posse, ut semper nos liberi confiteamur esse arbitrij. Hucusq; Hieronymus. Et

Basil⁹. beatus Basilius in quodā opusculo in quo probat q̄ deus non sit author malorum, sic ait, Hinc meritò alia cogitatio quæstioq; de diabolo nascitur: unde diabolus, si non ex deo mala? Quid igitur dice-

mus? Satis facilis quidē reſponſio. Eadem omnino ratio huius fuerit interrogationis, quā & de hominis iniquitate ſupra cōmemorauimus. Vnde quęſo iniquus homo? Ex ipſius libera uolūtate. Vnde malus diabolus? Ex eadē penitus cauſſa. Habet enī & ipſe liberā in agendo uitam, & inſitā optandi poteſtatem, aut deum ſequi, aut ab eo remoueri. Hęc Baſilius. Qui uno cōtextu de hominis & angeli arbitrio differens, utrūq; dicit eſſe liberum. Et frater huius Gregorius uno integro libello pro libero arbitrio pugnat, quē & de libero arbitrio inſcripſit. Et beatus Cyrillus lib. 3. contra Iulianū apoſtatā, circa principium, eidem fauet ſententiæ, dicens, Volūtaria enim operandi facultate cōueniebat rationalē creaturā inſigniri, & electionis liberæ declarari fructum, in bonis operibus dexteritatē. Et lib. 6. eiuſdē operis prope finem libri iterū ait, Valde aūt puerile eſt quod dicit non potuiſſe eum amicoꝝ ſuoꝝ propoſita mutare. Oblitus enim mihi uidetur, tametſi ſæpius audierit, q̄ homo ſit ſui iuris, uoluntarie uadens ad quodcunq; ſibi placuerit: ita bene habere gloriam uniuerſorū opificis, ut & qui bene operari uoluerint, laudādi ſint: & qui diuerſam inierint uiā, uituperandi iuſtē ab oībus. Hactenus Cyrillus. Et Iſichius libro. 1. cōmentariorū ſuper Leuiticū idem ſentit. Exponens enim illud Leuitici, Veſiculā uerò gutturis & plumas proīciet, &c. ſic ait, Admirabilis eſt legalium uerboꝝ ſubtilitas, non ſolū quia differentias conuerſationū deſcribit. ſed etiā quēadmodum quaſdam cōuerſationes ſecūdum legē, quaſdā uerò ſuper legē ſignificet. Secundū legem enim ſunt boum & ouium oblationes, licet ſpōtaneæ dicunt. Secūdum legē quare? Quia etſi offerre munus in poteſtatem offerentis dedit (nimis rectē liberi quippe arbitrij deus hominē conſtituit) tñ quale offeratur, non iam uolūtatis eſt, ne forte mala offerantur. Hęc

Greg. Niſſæ-nus. Cyril.

Iſichi⁹. Leui. 1

Isichius. Et Ioānes Damascenus lib. 2. de fide ortho
Io. Damasce. doxa cap. 25. eandem assertionē docet, ita dicens, Relinquitur igitur, hominē ipsum agentem & facientem, principium esse propriorū operū, & potestate arbitrioq; liberum. Sinaūt nullius principiū actionis est homo, superfluè id habet ut consultet. nā ad quid utiq; consilio si nullius sit actionis dūs? Omne enim consilium, alicuius actionis gratia est. Atqui optimum & honorabilissimū eorū quæ in homine sunt, asserere superfluū, absurdissimū profecto fuerit. Si igitur cōsultat, actionis gratia cōsultat. Nam cōsilium omne actionis gratia, & propter actionē.

Chrys. Hæc beatus Damascenus. Beatus Chrysostomus homilia 60. super Matthæū elegantissime, ut solet, hāc docet sententiā, dicens. Nam si malignitates a seipsis non sunt, noli tuos seruos castigare, nec uxorē si peccat increpa, nec liberos uerbera, nec amicos incusa, nec offendētibus inimicis infensus sis. Nam hi oēs nisi sponte delinquant, nō punitione, sed miseratione digni sunt. Non possum, inquies, ita philosophari. certè si non illorū culpa quicq; factum cōspexeris, sed quadam alia necessitate incūbente, non poteris non ita philosophari. Nam quādo seruus ęgritudine oppressus iussa non fecerit, nō modò non criminaris, uerùm etiam ualde cōmiseresc is. Quare tu ipse testimonium perhibes non nihil ab ipso fieri. Et paucis interiectis postea subdit. Verū inde quoq; ora istorum obstruere facilè possumus (nam undiq; ueritatis affluunt adminicula) si eos interrogabimus quā obrem nunq; seruos criminātur si facie formosi nō sint, si non proceri statura, si non quasi uolucres in eundo, cęteraq; huiusmodi: qa uidelicet natura hęc, non uolūtate cōceduntur: īmunis est ergo ipse eius culpæ quā sibi iam natura inuexit. nec ullus unquā huic orationi cōtradicet. Cum igitur accusas, tunc ostendis profecto non a natura sed a uolūtate mala

quippiam processisse. Nam si q̃ minime culpamus, ea naturæ delicta esse, aut saltem non uolũtate, testa mur: patet ea solũ culpari, quę uolũtate cõmittunt. Noli ergo peruersus in medium ratiocinationes inferre, nec sophismata, & orationis contextum telis aranearũ uiliorem. Hactenus Chrysostomus. Qui sic docet, ut etiã aduersarium cõuincat. Hæc ergo testimonia citata sufficiant. Quòd si curiosus lector plura uidere desideret, tunc illi ostẽdemus authores a quibus illa capere possit. Ambrosius lib. 1. de uocatione gentiũ cap. 3. & lib. 1. de Iacob & uita beata cap. 3. Augustinus tot locis hanc sententiã docet, & ubiq; adeo apertè, ut nescià quẽ ex illis possum præ ferre. In libro de uera religione, ca. 14. Et in. 3. lib. Hypognosticon quasi per totum librũ. Et contra Fortunatum Manichæũ disputatione secũda prope initium. Et cõtra Cresconium grãmaticũ lib. 2. cap. 51. Deniq; opus elegans scripsit de libero arbitrio, tribus partitũ libris. Lactantius lib. 2. diuinarũ institutionum cap. 9. Ioãnes Cassianus in lib. de Collationibus patrũ, collatione. 3. cap. 12. & collatione. 7. ca. 8. Leo papa sermone. 16. de passione. Prosper Aquitanicus librũ de libero arbitrio aduersus colluctatorem edidit, in quo sic asserit nos egere gratia dei, ut tñ liberum nostrũ arbitrium asserat. Theophylactus sępissime hoc docet, præcipuè tñ super Lucam exponẽs parabolã illam de hoíe habẽte duos filios, quoꝝ unus prodigus petiuit a patre portionẽ substantiæ suæ. Beatus Bernardus sæpe, specialiter tñ in libro de gratia & libero arbitrio. Beatus Anselmus super epistolas Pauli exponens illud secundæ ad Timoth. Cognouit dñs qui sunt eius &c. Scripsit etiam specialem tractatũ de libero arbitrio, & alium de gratia & libero arbitrio. Ecce uides tantã testimoniorũ multitudinẽ pro assertione liberi arbitrij. Nunc quæso te lector, cui potius credendũ pu-

Amb. Augu.

Lact. Io. Cassianus. Leo papa. Prosp.

Theophyla.

bernar dus. Anselm. 2. Tim.

Io. Damasce. Isichius. Et Ioānes Damascenus lib. 2. de fide orthodoxa cap. 25. eandem assertionē docet, ita dicens, Relinquitur igitur, hominē ipsum agentem & facientem, principium esse propriorū operū, & potestate arbitrioq; liberum. Sinaūt nullius principiū actionis est homo, superfluè id habet ut consultet. nā ad quid utiq; consilio si nullius sit actionis dñs? Omne enim consilium, alicuius actionis gratia est. Atqui optimum & honorabilissimū eorū quæ in homine sunt, asserere superfluū, absurdissimū profecto fuerit. Si igitur cōsultat, actionis gratia cōsultat. Nam cōsilium omne actionis gratia, & propter actionē.

Chrys. Hæc beatus Damascenus. Beatus Chrysostomus. homilia 60. super Matthæū elegantissime, ut solet, hāc docet sententiā, dicens. Nam si malignitates a seipsis non sunt, noli tuos seruos castigare, nec uxorē si peccat increpa, nec liberos uerbera, nec amicos incusa, nec offendētibus inimicis infensus sis. Nam hi oēs nisi sponte delinquant, nō punitione, sed miseratione digni sunt. Non possum, inquies, ita philosophari. certè si non illorū culpa quicq; factum cōspexeris, sed quadam alia necessitate incūbente, non poteris non ita philosophari. Nam quādo seruus ęgritudine oppressus iussa non fecerit, nō modò non criminaris, uerùm etiam ualde cōmisereris. Quare tu ipse testimonium perhibes non nihil ab ipso fieri. Et paucis interiectis postea subdit. Verū inde quoq; ora istorum obstruere facilè possumus (nam undiq; ueritatis affluunt adminicula) si eos interrogabimus quā obrem nunq; seruos criminātur si facie formosi nō sint, si non proceri statura, si non quasi uolucres in eundo, ceteraq; huiusmodi: qa uidelicet natura hęc, non uolūtate cōceduntur: imunis est ergo ipse eius culpæ quā sibi iam natura inuexit. nec ullus unquā huic orationi cōtradicet. Cum igitur accusas, tunc ostendis profecto non a natura sed a uolūtate mala

quippiam processisse. Nam si q̃ minime culpamus, ea naturæ delicta esse, aut saltem non uolũtate, testatur: patet ea solũ culpari, quę uolũtate cõmittunt. Noli ergo peruersus in medium ratiocinationes inferre, nec sophismata, & orationis contextum telis aranearũ uiliorem. Hactenus Chrysostomus. Qui sic docet, ut etiã aduersarium cõuincat. Hæc ergo testimonia citata sufficiant. Quòd si curiosus lector plura uidere desideret, tunc illi ostẽdemus authores a quibus illa capere possit. Ambrosius lib. 1. de uocatione gentiũ cap. 3. & lib. 1. de Iacob & uita beata cap. 3. Augustinus tot locis hanc sententiã docet, & ubiq; adeò apertè, ut nescià quẽ ex illis possum præferre. In libro de uera religione, ca. 14. Et in. 3. lib. Hypognosticon quasi per totum librũ. Et contra Fortunatum Manichæũ disputatione secũda prope initium. Et cõtra Cresconium grãmaticũ lib. 2. cap. 51. Deniq; opus elegans scripsit de libero arbitrio, tribus partitũ libris. Lactantius lib. 2. diuinarũ institutionum cap. 9. Ioãnes Cassianus in lib. de Collationibus patrũ, collatione. 3. cap. 12. & collatione. 7. ca. 8. Leo papa sermone. 16. de passione. Prosper Aquitanicus librũ de libero arbitrio aduersus colluctatorem edidit, in quo sic asserit nos egere gratia dei, ut tñ liberum nostrũ arbitrium asserat. Theophylactus sępissime hoc docet, pręcipuè tñ super Lucam exponẽs parabolã illam de hoie habẽte duos filios, quoꝝ unus prodigus petiuit a patre portionẽ substantiæ suæ. Beatus Bernardus sæpe, specialiter tñ in libro de gratia & libero arbitrio. Beatus Anselmus super epistolas Pauli exponens illud secundæ ad Timoth. Cognouit dñs qui sunt eius &c. Scripsit etiam specialem tractatũ de libero arbitrio, & alium de gratia & libero arbitrio. Ecce uides tantã testimoniorũ multitudinẽ pro assertione liberi arbitrij. Nunc quæso te lector, cui potius credendũ pu-

Amb. Augu.

Lactã. Io. Cassianus. Leo papa. Prosp.

Theophyla.

bernardus. Anselm. 2. Tim.

tas, tot clarissimis uiris sanctitate perinde ac doctrina illustrib⁹, an uni Luthero, aut Ioāni Vuitcleffo, uel hor⁊ parēti Petro Abailardo? Ego illo⁊ illustriū uirorū cuilibet plus tribuo q̄ mille Vuitcleffis, aut Lutheris. Et certè etiā si nullum scripturę sacrę testimoniū adesset, nullusq; sacro⁊ doctor⁊ nos de hac re docuisset, natura ipsa nos docet humanum arbitrium esse liberum: qm̄ ea libertate secluſa, perit oīs prouidentia, perit omnis cōsultatio, frustra fiunt leges, īmeritò bonis p̄mium, & malis pœna deputat̄. Peior certè esset hoīs conditio, q̄ cuiuslibet bestiæ, īmo q̄ lapidis, & cuiuslibet stipitis. Nam his reb⁹ nemo imputat peccatū aut uituperium aliquod, eò q̄ necessariò & a natura faciunt quicq̄d faciunt. homini uerò qui iuxta isto⁊ hæretico⁊ sententiā, cum peccat, necessariò peccat, repēditur pro peccato suo non solū uituperium & pœna tēporalis, sed æterna dānatio, si peccatū non fuerit illi dimissum. Pręterea si hæc hæretico⁊ assertio uera esset, iam non esset dicendus deus pius & misericors, sed crudelis tyrannus. Nōne iniquus & crudelis tyrānus meritò dicetur, qui præordinet ut subditi sui debiles & infirmi cum hostibus multo illis fortioribus dimicent, & uincātur, & ob id uictos postea increpet, & supplicium ab illis exigat? Quis est autē adeo impius
Psal. 8. ut hæc audeat deo impingere? Ego enim cū prophe ta cantabo, Iustus es dñe, & rectum iudicium tuū, & oēs uiæ tuæ ueritas. Mentiuntur ergo isti impij hæretici uituperantes naturā humanā, & eam usq; ad bestias & cætera animantia deijcientes, & diuinam bonitatē blasphemātes, qui peccata nostra nō in nostrā uolūtatem sed in diuinā prædestinationē referunt. Sed opus est ut aduersario⁊ obiectionib⁹ respondeamus. Primò nobis obijciunt illud quod
Ioā. 15. Christus apud Ioan. ait, Sine me nihil potestis facere. Quid est hoc nihil (inquiunt) quod sine Christo

facit liberum arbitrium? Si dicas q̄ potest se præparare per opera moraliter bona ad gratiam suscipiendam, mira est (inquit Lutherus) prēparatio quę per nihil fit. Respōdeo q̄ nugacissimo sophismate agit rem suā Lutherus, qui toties sophistas irridet: qm̄ iuxta hunc modum argumentādi etiā liceret colligere nullā causſam etiā naturalem aliqd posse producere, cum cōstet nullā talem sine deo posse aliqd producere. tunc quærā, quod est illud nihil, qđ sine deo potest facere? Etsi ergo nulla creatura possit aliquid sine deo, non tm̄ inde licet colligere ut non possit aliquid etiā cum dei adiutorio: sicut gratia exempli uir sine fœmina non potest generare, non tm̄ inde sequitur ut etiā cum fœminę adiutorio generare nō possit. Fatemur ergo deū sic adesse libero arbitrio, & reliquis oībus causſis, ut sine eius adsistentia & concausſatione nihil agere ualeant, quæ tm̄ cū ipsius adiutorio proprios motus agere possunt. Liberum tm̄ arbitrium ut bene agat, speciali quodā eget auxilio diuino, sine quo etsi agere possit, non tm̄ bene. Et hoc est illud nihil, quod sine deo, id est sine eius gratia nostrū potest liberū arbitrium. Solēne est enim sacris literis, ut ea quæ meritoria uitæ æternæ non sunt, nihil appellent. Sic enim Paulus in priore ad Corinth. epist. ait, Circūcisio nihil est, & præputiū nihil est, sed obseruatio mandatorū dei. Et iterum, Si habuero prophetiā, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiā, & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferā, charitatē autem non habuero, nihil sum. Nihil ergo sine deo possumus facere, qa sine eius cōcausſatione nulla creatura pōt aliquid facere, qm̄ etsi diuisiones operationū sint, idem tamē est deus qui operatur omnia in oībus. Habita etiā hac generali dei adsistētia & cōcausſatione, nihil, hoc est nullum opus meritoriū potest facere liberum arbitrium sine speciali dei auxilio, hoc est sine gratia dei,

1. co. 7
1. co. 13
1. co. 12

per quã quis habet ut possit uitam ęternam mereri:
Ro.6. iuxta id qđ Paulus ait, Gratia dei uita æterna. Hac ergo gratia seclusa, etsi multa possit nostrũ liberum arbitrium cum dei generali adiutorio, non tñ potest mereri, & ita nec fructũ uitę ęternę ex se producere.
Ioã.15. 1.Io.4 Et hoc est quod saluator dixit, Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multũ. Quis est qui manet in deo, nisi qui habet gratiã eius? Qui manet in charitate (inquit Ioãnes) in deo manet. Hic ergo sic in deo manens, qui uidelicet gratiam dei habet, fert
Pro.3. fructum multũ: qm̃ uitam æternã: quæ adeò multa est, ut oía cætera quæ desiderari possunt, huic nõ ua-
Ioã.15. leant cõparari. Qui autẽ gratiam dei nõ habet, non manet in deo, & ideo non põt fructũ uitę ęternę ex se sine radice gratię producere: quapropter tanquã palmes infructuosus excidetur in morte, & in ignẽ inferni mittetur. Et hoc modo etiã intelligenda sunt
Hie.10 alia multa in sacris literis. Scio dñe (inquit Hiere.) quia non est hominis uia eius, nec uiri est ut ambu-
Ioan.3 let & dirigat gressus suos. Et Ioãnes baptista dice-
2.co.3. bat: Non põt homo accipere quicq̃ nisi fuerit ei datum de cęlo. Et Paulus apostolus ait, Non q̃ sufficientes simus cogitare aliqd ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Et beatus Iaco-
Iaco.1. bus in sua canonica epistola ait: Omne datum optimum & donum perfectũ desursum est, descendens a patre luminũ. Hæc enim oía & alia similia q̃ plurima sunt, nõ tollunt arbitrij̃ libertatẽ, sed ostendũt nostri arbitrij̃ insufficientiam, quod sine dei auxilio nõ potest aliquid facere. Quapropter circũspectissi me Paulus locutus est cum dixit, Non q̃ sufficientes simus &c, & omnis sufficiẽtia nostra ex deo est. ut apertè ostẽderet se non tollere libertatẽ, sed eiusdem libertatis sufficientiã. Secũdo obj̃ciunt nobis
Ioan.6 illud saluatoris apud Ioãnem, Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Per quæ uerba

(ut Lutherani aiunt) tota arbitrij libertas tollitur, qm̃ liberum arbitriũ trahitur a deo, & sine hoc tractu ire ad eum nõ potest. Tractus autẽ uiolentiam quãdam dicit: non est ergo arbitrium hoís liberũ. Respondeo falsum esse quod assumũt, hunc uidelicet tractum diuinũ esse uiolentiam aliquã, qm̃ non est aliud q̃ uocatio quędã interna, & exhortatio & monitio qua monet & mouet uolũtatẽ nostram ad bene operãdum. Huic autẽ uocationi & monitioni homo sæpe resistit inobediens existens, ex quo conuincitur talem uocationẽ non esse uiolentã. Nam & dñs hanc hominũ resistentiã accusat, dicens, Vocaui, & renuistis: extendi manũ meam, & nõ fuit qui aspiceret. Despexistis omne cõsilium meum, & increpationes meas neglexistis. Fatemur ergo tractũ patris per gratiã prędestinatẽ, quo secluso nostrum arbitrium moueri nõ potest ad bonum operãdum. Sed sic nos attrahens deus, in nostra nos dimittit libertate, ut acquiescamus illi uocanti & monẽti, aut obduremus corda nostra cũ eius uocẽ audierimus. Et in hoc est nostra libertas ad bonum, ut postquã deus monuerit ad bonũ, sit iam nobis liberũ declinare ad id quod magis placuerit, siue bonũ, siue malum. ante tm̃ monitionẽ est nobis potestas ad malũ, sed nõ ad bonum. Quę omnia multo diffusius atq; apertius docuimus supra in titulo de gratia, hęresi prima. ad illum ergo locũ mittimus lectorem: qm̃ ibidem ostendimus cõcordiam gratię & liberi arbitrij, quo pacto sic inter utrunq; cõueniat, ut unum non deroget alteri. Tertio obijciunt illud Pauli in epist. ad Ro. Non est uolentis neq; currentis, sed dei misserentis. Et iterũ, Ergo cui uult misereatur, & quẽ uult indurat. Respõdeo illa Pauli uerba solùm esse accipienda de uoluntate p̃ destinationis & reprobationis diuinę, quoniã toto illius capituli discursu de nulla alia re differit, q̃ de prędestinatione & repro-

Pro. 1.

Ro. 9.

batione diuina. Dicit enim Paulus prędestinationē illam diuinā qua aliquos ab æterno p̄ordinauit ad uitam ęternā, non pendere ex nostris meritis, sed ex sola misericordia diuina, quę sine nostris meritis ad tam grande bonū nos elegit. Et idē sentit de reprobatione, ea uidēlicet quæ nō est actus positiuus suæ uolūtatis, sed sola priuatio p̄destinationis, qua nō uult ordinare aliquē ad uitam æternā. Hæc inquam reprobatio etiā fit sine nostris demeritis, sed per solam diuinæ maiestatis uolūtatem, qua noluit hunc destinare ad gloriam. De qua re argui non pōt, quia cum nulli deus debeat, nulli etiā facit iniuriā cum non dat quod non debet. Quod siquis forte de hoc murmurauerit aduersus deū, & cōqueratur q̄ p̄de-
mat.20 stinatus non fuerit, respōdebit illi dñs, Amice nō facio tibi iniuriā, tolle quod tuū est, & uade. Alia aūt reprobatio quæ fit per actum positiuū uoluntatis, per quā deus aliquem ordinat ad pœnam æternā, nunq̄ fit sine demeritis: qm̄ (ut ait Augu.) nunquā deus est ultor, quin prius aliquis sit peccator. Verū etsi deus absque ullis hominū meritis & demeritis quosdam p̄destinat ad uitam, & quosdam nō uult prædestinare, talis tm̄ prædestinatio & reprobatio nullam infert necessitatē operibus nostris, nec tollit arbitrm̄ potestatē & libertatē. Nam post talem p̄destinationem & reprobationē & electi & reprobi liberè agunt. Neq̄ obstat q̄ talis p̄destinatio sit infallibilis, ut propter hoc nostrū arbitrium iuxta illam operari cogatur, qm̄ qui præuidit finem prædestinatorę, uidelicet gloriam æternā, prę uidit etiam media per quæ talis finis est acquirendus: opera. s. bona q̄ cū dei adiutorio illi sunt operaturi. Ideo beatus Petrus admonet nos ad bona opera, ne uidelicet nos corę securos reddat diuina prędestinatio, sed potius ut operemur quò ipsius p̄destinationis finem cōse-
2.Pe.1. qui mereamur. Sic enim ait: Quapropter fratres magis satagite

gis satagite ut per bona opera certam uestrā uocationē & electionē faciatis. Et Paulus qui certò sciebat se esse prædestinatū, diligentissimus erat bonorū operum executor. Qui enim sciebat repositā sibi eē 2. Ti. 4
à deo iusto iudice coronā iustitię, castigabat corpus suum, & in seruitutē redigebat, ne forte cū alijs prædicasset, ipse reprobus fieret. Ex quo argumento satis apertè cōuincitur prædestinationē diuinam, nullam prorsus inferre necessitatē nostris operib⁹, aut in aliquo minuere nostri arbitrij libertatē. Alia autē argumēta quoniā debiliora sunt, omitto. Aduersus hanc hæresim post illos uetustos authores quos supra recensuimus, scripsit Ioānes Cochleus duos libros de libero arbitrio aduersus Philippum Melanthonē. Et Ioānes Ecchius aduersus Lutherū de eadem re scripsit satis (ut solet) diffuse. Ioānes Roffensis eps in eo opere quod cōtra Lutherū edidit, uno integro articulo, uidelicet. 36. de hac re disputat. Illa etiā quę nos supra in titulis de fato, de futuro cōtingenti, de gratia, diximus, ualde huic loco seruire pñt.

Secunda hæresis est quę docet hominē post diuinam gratiā deperditā non posse aliud facere q̄ peccatum. Huius hæresis author est etiā Lutherus, di- Luthe.
cens q̄ arbitrium hois destitutū gratia dei, quanto magis nititur, tanto grauius peccat. Hæc hęresis ex his quæ nunc proxime docuimus, prosternitur: qm̄ si hois arbitrium ex se & ex sua cōditione liberum est, non pōt per quodcūq̄ aduenies peccatū suam libertatē amittere, & per cōsequens etiā cum in peccato fuerit, poterit sicut peccare, ita & peccatū uitare, & bonum opus, quāuis non meritoriū, operari. Hoc etiam specialiter cōuincunt quædā testimonia ex illis quæ supra, pduximus, ut est illud, Dedit eis Ioan. 1.
potestatē filios dei fieri, his qui credūt in noīe eius. Nam hæc potestas (ut diximus) magis uidetur esse collata peccatoribus q̄ iustis, qm̄ iusti per gratiam

quam habent, iam sunt filij dei, nec est eis opus ut
Apo.2 iterum fiant filij dei. Et illud Apocalypsis ubi de Iezabele Deus ait, Dedi illi tēpus ut pœnitentiā ageret. Frustra illi datur tēpus si illa pœnitere non pōt. Præterea frequentissimæ sunt in sacra scriptura monitiones quibus peccatores exhortantur ad pœni-
Eze.18 tentiam præteritorū. Conuertimini(inquit dñs) & agite pœnitentiam ab oībus iniquitatibus uestris, & non erit uobis in ruinam iniquitas. Et per alium
Ioh.2 prophetam iterum ait, Conuertimini ad me in toto corde uestro. Et ipsemet Saluator ait, Agite pœnitē-
Mat.3. tiam: appropinquabit regnum cœlorū. Frustra autem monentur ad pœnitentiam peccatores, si nihil aliud quàm peccare possunt.

Tertia hæresis docet liberā arbitrium post receptam baptismatis gratiam nō posse amplius pecca re. Hanc hæresim primus docuit Iouinianus mona
Iouinianus. chus. illam etiā impingit Augu. in lib. de hæresibus
Pelagius. Pelagio. Sed de hac hæresi iam supra disputauimus in titulo de gratia, hęresi secūda: & ex his quæ nunc proxime aduersus primā huius tituli hæresim diximus, satis apertè cōuincitur: qm̄ sicut peccatū non tollit arbitrij libertatē, ita nec gratia, qm̄ libertas est naturaliter insita humano arbitrio, ita ut per nullū superueniens accidens tolli possit. Quo fit, ut sicut in peccato existens propter suæ libertatis potestatē poterat aliud peccatum uitare, ita in gratia existens propter eandem arbitrij libertatem possit aliqua in posterum peccata cōmittere. Et ita factum esse, urgentissimis testimonijs cōprobauimus supra in titulo de gratia hæresi secunda.

LINGVA.

PHilaster in suo libro de hęresibus censet esse hęresim dicere ꝙ ante Babel ædificationē fuerit solū una lingua: qm̄ (ut ille ait) firmiter credendū est plures ante illud tempus fuisse linguas, quas tñ indito

quodam a deo spiritu oēs usq; ad illud tempus cal lebant. Quod autē scriptura dicit terrā fuisse unius labij̄,ideo dictum putat,quia etsi plura essent genera linguarū,omnes tñ se inuicē intelligebant:qa (ut ait)oibus erant oēs linguę notę.Ego aūt ab hac Phi lastri sententia tam longe absum,ut putem hęresim esse quod ille docet. Nam scriptura sacra tam apertè dicit unicā tantum fuisse linguā,ut nihil manifestius dici possit.Erat,inquit,terra labij̄ unius. Si uarietas linguarū erat in terra, nō diceretur ueré terrā esse labij̄ unius,quāuis quilibet homo oēs linguas sciret.Nam etsi Italus intelligat Hispanū,& Hispanus uice uersa intelligat Italum,nullus tñ sanę mētis negabit uariam esse illoꝝ linguā. Nullus etiam dicet unicā esse amboꝝ linguā, cum sit cuiq; illorū propria lingua.Intelligentia siquidem linguaꝝ non ualet efficere ut duæ aut tres linguæ una dicantur. Quo fit ut q̄uis omnes se mutuò intelligerent,non possit dici terrā fuisse unius labij̄,si uarietas lingua rum erat.Præterea illa linguarū uarietas superflua erat,si omniū linguas oēs callebant.Lingua enī ad id solum inuenta est,ut per illā nostros conceptus manifestemus:qm̄(ut beatus Aug.15.lib.de trinita te ait)uerbū quod foris sonat,signum est eius uerbi quod intus latet.Si ergo lingua una satis omnibus erat ut suos quisq; animi cōceptus & affectus alijs innotescere faceret,quid opus erat tot superaddere linguas. Nunc autem post illud superbię peccatum quod in Babelis ędificatione monstratū est,nō potest dici inanis & supflua hæc linguarū multitudo: qm̄ ad retundendā illoꝝ superbiā inducta est à deo, & usque hodie ad nostram etiam reprimendā supbiam seruata. Deinde scriptura sacra dicit tunc primum cum Babel ædificari cœpit,confusum esse labium uniuersæ terræ.Quid est dicere labiū tunc primū esse confusum,nisi q̄ tūc est primò diuisum,& Gen.11 Augu.

multiplex uariũq; factum? Nam ubi unitas est, ibi confusio esse non põt: ubi aũt multitudo, ibi est & confusio. Sed ante Babelis ædificationẽ non erat cõfusum labiũ uniuersę terrę: ergo ante illud tẽpus nõ erat uariũ aut multiplex, sed unicũ dũtaxat. Rursũ hanc nostrã sententiã docent oẽs sacri doctores qui de hac re scripserunt: neq; unus est ex illis qui Philastri sententiæ faueat. Beatus Augu. in lib. de mirabilibus sacræ scripturæ cap. 9. sic ait· Cum ad illud usq; tẽpus esset unius linguæ cunctis populis uniuersoq; qui ad tale opus uenerat, linguas in diuersa uerba diuisit. s. ut rectissimo arbitri iudicio, qui alto superbiq; tumore mẽbra contẽpserat, in fragilissimæ substantię suæ modo sermonis utiq; pœnã sentiret. Et hoc non in ipsis tm̃ patribus quod euenerat fiebat: sed per oẽs filioq; propagines talis uindictæ cõditio pertransibat: ut qui æternã sibi posteritatis famam quærerent, mansurã in illis posteritatibus ipsius p̃sumptionis per uniuersa uenturi seculi tẽpora animaduersionẽ inuenirent. Hactenus Augu. Ex quibus uerbis id potissimũ annotandum est, quod in principio dixit linguas in diuersa uerba fuisse diuisas, & non (ut Philaster ait) in diuersam linguarũ præexistentiũ notitiam. Eucherius Lugdunẽsis ep̃s lib. 2. super Genesim cap. 7. ita ait· Eo aũt tẽpore qñ linguarũ facta est uarietas, in sola domo Heber quę antea fuit lingua remansit. Hęc Eucherius. Ex qbus uerbis aperte satis cõstat illum sentire unã solã tũc fuisse linguam, uidelicet hebraicã. Neque pro hac re opus est plura citare testimonia, sed unũ solũ quod maximi est põderis, proferã, nempe Sibyllinũ. Nam Iosephus lib. 1. antiquitatũ cap. 9. hęc quę sequũtur uerba Sibyllã dixisse refert· Cum omnes homines unius uocis existerẽt, quidã turrim ædificauerunt excelsam, tanq; ascensuri per eam in cælũ. Dn̄ uerò immittẽtes uentos, euerterunt turrim, & uocẽ pro-

Augu.

Eucherius.

Iosepus. Sibylla.

priam unicuiq; partiti sunt: & propterea Babyloniam uocari contigit ciuitatē. Hęc Sibylla. In qbus uerbis annotare oportet qđ dixit uocē ꝓpriā cuiq; esse partitam: & nō dixit esse unicuiq; datam ꝓpriā antiquæ uocis cognitionē. Firmiter ergo credendū est unam solū ante Babel ędificationē fuisse linguā. Philaster aūt ex praua scripturę intelligentia deceptus est. Nā anteq; de huius turris ædificatione scriptura loqui inciperet, cum septē filios Iapheth per ordinē recensseret, hæc dixit. Ab his diuisæ sunt insulæ gentiū in regionibus suis unusquisq; secundum linguā & familias suas. Quæ uerba non intelligens Philaster esse per anticipationem dicta, putauit iam tūc fuisse plures linguas anteq; Babel ædificaretur. Oportebat tñ illum meminisse sacræ scripturæ morem esse aliqua p anticipationē narrare: ut. s. anteq; facta fuerint, quodāmodo & perfunctorie narrent, ut postea suo ordine res quæq; gesta largius deseribatur. Hæc enim una est & non minima ex Ticonñ regulis pro sacræ scripturę intelligētia, quas beatus Aug. in lib. de doctrina christiana impense laudat. Superius enim sacra scriptura per anticipationē dixerat unūquēq; populū suam linguā habuisse, nec tñ dixerat quo pacto, sed pertransiit ad alios filios Noe progeniē describendā: deinde uerò ad id quod omiserat rediens, narrat qūo uel ob quā caussam diuisio uel confusio linguarū multarū facta fuerit, & dicit. Erat aūt terra labiñ unius &c. Et hūc esse uerū literæ sensum docet beatus Augu. lib. 16. de ciuitate dei ca. 4. sic inquiens. Cum ergo in suis linguis istæ gentes fuisse referantur, redit tñ ad illud tēpus narrator, qñ una lingua omniū fuit: & inde iam exponit quid acciderit ut linguarū diuersitas nasceretur. Et erat, inquit, omnis terra labium unū, & uox una omnibus. Hæc Augustinus. Et quidē pro hac re satis me dixisse arbitror, hoc solo contentus, si prius Ge. 10 Gen. 1 Augu

monuerim lectorem, ut animaduertat quàm periculosum sit leuiter de hæresi pronunciare. Nam Philaster uir alioq; doctus, & pro fide catholica pugnãs, cum alios de hęresi notat, ipse in errorem labitur, assertionem uerè catholicam dãnans. Nec miror: quoniam (ut est in prouerbio) bonus quandoq; dormitat Homerus. Sed neq; ipse Philaster (ut beatus Augustinus de illo refert) homo admodũ doctus erat: propter quod in suis censuris facilius errare potuit.

F. ALFONSI DE CASTRO ADVERsus hæreses, Liber decimus.

MALVM ET MALITIA.

IVxta Aristotelis præceptum, omne æquiuocum prius est in sua diuersa significata partiẽdum, & postea de eorũ quolibet seorsum loquẽdum. Cum ergo hęc uox malum, aut hęc uox malitia, multa significet in sacris literis, oportet ut prius q̃ de eius significatis loquamur, ostendamus multiplicẽ illius significationẽ. Est enim multiplex malum, & omne tale aduẽtitium aut accidentale. nam q̃ nulla res sit mala ex natura, iam supra cõtra impiũ Manichæum deo authore euicimus, in tit. de Creatura, hæresi. 2. Malũ ergo quod accidit rei, duplex est. nã quoddam est malum culpæ: aliud est malũ pœnæ, quod mea sententia rectius dici posset damnum. Iuxta hanc ergo mali partitionem etiam partitæ sunt hæreses quæ de malo loquuntur.

Florinus.

PRima ergo hęresis dicit malum esse a deo, & deũ facere mala. Huius hæresis author fuit Florinus quidã, a quo Floriani dicti sunt. Hic Florinus fuit tempore Cõmodi imperatoris, & papæ Eleutherij, Florinũ in eodẽ errore imitatus est quidã aliud noie

Blastus. Et aduersus hos duos hæreticos (ut testatur Eusebius Cæsariensis lib.5. historiæ Ecclesiasti. ca.20.) scripsit beatus Irenæus: ad Blastum de schismate librum unū: ad Florinum de monarchia, & q̄ deus non sit author malorū, librū alium. Hunc eundem errorē postea suscitarūt Seleuciani & Hermiani a Seleuco & Hermia authoribus sic appellati. Hi dicebant malū aliquādo esse a deo, aliqñ a materia. Hunc errorē apertissimè dānat ipse ueritatis magister dicens, Nō potest arbor bona fructus malos facere. Aut ergo deus bonus nō est, aut mala producere nō potest. At deus bonus est, imo ille solus bonus est: qm̄ ex se & a se bonus est: ergo ille mala facere non pōt. Præterea, Paulus Apostolus in ea quę est ad Ro. epist. ait, Si radix sancta, & rami. At nullus uerè potest dici sanctus nisi deus, qui solus est sanctus, sicut & solus dñs. Nam de hoc duo seraphim clamabant alter ad alterū, Sanctus, Sanctus, Sanctus dñs deus Sabbaoth. Si ergo deus sanctus, qui fit ut rami ab eo procedentes mali sint? Non. n. fallitur Apostolus dicens, Si radix sancta, & rami. Rursum, Si deus est caussa malorū, aut malorū quæ a natura sunt mala, aut aliorū malorū quæ sunt contraria iustitię & rectitudini, quæ alio noīe uocantur uitia & peccata. Mala ex sua natura nulla esse, superius in titu. de creatura cōtra Manichæum ostendimus. Quòd si nihil est a natura malū, & deus (ut Florinus ait) est author malorū, necesse est ut sit author uitiorū & peccatorū nostrorū, & per cōsequens perditionis nostræ. Verùm huic sentētiæ ipsemet cō tradicit, qui per prophetam Oseam ait, Perditio tua ex te Israel, tantūmodo in me auxiliū tuum. Et certè si deus esset caussa nostrorū malorum, nimis iniustus esset, si nos puniret propter mala quæ ipse operatus est. At cum deus puniat peccatores, & iustissimè hoc faciat, qui iustus est, & iniustè nihil agere

Blast'. Seleucus. Hermias. Mat.7 Ro.11. Esa.6. Ose.13

potest, conuincitur inde apertissimè illum non esse causſam nostrorꝫ malorꝫ. Sed hic quispiam fortasse
Ro.9. obꝟciet nobis illud Apostoli, O homo, tu quis es q̃ respondeas deo? Nunqd dicet figmentū ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatē figulus luti ex eadē massa facere aliud quidē uas in honorem, aliud uerò in contumeliā? Ex quibus uerbis forte alicui uidebit Paulū asserere mala esse a deo, cum dicat deū fecisse aliqua uasa in cōtumeliā. Sed hoc nō ita se habet. Pro cuius clariori intelligentia id prius admonere oportet, solēne esse in sacris literis permissionē dei actionē illius uocare, ita ut illa
Ex.4. quæ deus permittit, eundē agere dicat. Ego (inquit deus) indurabo cor Pharaonis. Tūc enim deus peccatorꝫ corda obdurat, cū illos pro magnitudine suę bonitatis tolerat, non eos statim puniens, sed expectans ad pœnitētiam, propter cuius benignitatē & patientiā qua peccatores aburuntur, illi redduntur quotidie peiores: quēadmodum dñs habens seruū improbum, quē humaniter & benignè tractans facit deteriorē: non quidē q̃ dñs seruum malitia imbuat, sed q̃ seruꝰ abusus sit domini benignitate ad augēdam suam malitiā. Indurare ergo dicitur deus Pharaonē, quia permittit illum indurari. Sic enim
Ez.14 intelligendum est illud quod dominus per Ezechielem prophetam ait, loquens de propheta respōdente peccatori interroganti in malitia sua, Ego decipiā (inquit) prophetā illum. Decipiet quidem, nō quòd notitiam fallacem in eo causet, sed quia permittet illum decipi, & hoc propter malitiam ipsius interrogantis. Vnde ipse dominus subiungit dicens, Iuxta iniquitatem interrogantis, iniquitas prophetæ erit. Ad eundem modum etiam intelligendū est illud dictum Pauli Apostoli proximè citatū, quo ait deum facere alia uasa in honorem, alia in cōtumeliam. Facit enim deus omnia quantū ad eorum substantiā,

iuxta illorum autem bonitatem & malitiam uario modo se habet. Nam illorum bonitatem facit deus cũ libero illorũ arbitrio, quod simul cũ deo operatur. Illorũ uerò malitiam deus non operatur, sed solùm illorũ liberũ arbitrium. Deus ergo dicitur facere uasa in ignominiam, nõ q̃ ipse fecerit illa ignominiosa, sed quia postq̃ deus fecit uasa, id est homines quantũ ad eorum substantiam, illi deo permittente lapsi sunt in ignominiam. Sic igitur accipiendũ est cũ dicitur deum facere uasa in contumeliam, ut facere ibidem capiatur pro eo quod est permittere, sicut & in alijs pluribus scripturæ locis factum esse cõperimus. Et de hac hæresi hæc dicta sufficiant.

Secũda hæresis docet aliquas esse creaturas ex se malas, & has dicit esse productas nõ à deo summo bono, sed à quodam alio principio omnium malorum quod dicit esse summũ malũ. Hæc hæresis tribuitur Manichæo uelut primo illi⁹ authori, & hoc quia forte ab illo magis innotuit, aut forte quia magis sub illo p̃ualuit ut plures deciperet. Nã alioqui iniustè hæc hæresis tribueretur Manichæo uelut illius parenti, cũ multo uetustior sit illius origo. Cerdon siquidẽ (ut ait Augustinus in lib. de hæresibus cap. uigesimoprimo testatur) duo posuit principia rerũ, unũ bonũ à quo bona, aliud malũ à quo cuncta mala procedere dicebat. Ante Cerdonem docuerunt etiam hunc errorem ij hæretici qui uocati sunt Gnostici. Hoc enim illis tribuit Augustinus in lib. de hæresibus cap. 6. Manichæus ergo dixit duo esse principia, unum bonum à quo producta sint bona, uidelicet inuisibilia & incorporea, prout sunt superc œlestes & angelicæ substantiæ, & animæ rationales. Alterũ malũ, à quo (ut dicit) producta sunt omnia mala, & hæc dicit esse omnia corporea & uisibilia. Contra hanc hæresim pluribus in locis iam supra disputauimus. Nã in titulo de creatura, hæresi

Manichæus.

Cerdõ.

Gnostici.

prima, ostẽdimus omnes creaturas esse productas ab uno deo. Et hæresi secunda eiusdẽ tituli probauimus ex sacris literis aduersus eũdem Manichæum omnes creaturas esse bonas. Et in titulo de deo, hæresi prima, conuicimus apertissimè ex sacris literis unum esse deum, qui uetus & nouũ condidit testamentum. Ad illa ergo loca recurrat lector, quoniã ex illis satis apertè hæc hæresis prosternitur. Et si lector curiosus plura de hac re nosse cupit, petat ab Augustino, qui sæpissimè aduersus hanc hæresim disputat. In libro de libero arbitrio ostendit malum nullum esse ex sua natura, nec à deo, sed à nostro libero arbitrio. Hoc idem probat latissimè & efficacissime in libro secundo de moribus ecclesiæ. In disputatione quam habuit cũ Fortunato Manichæo, de eadem re tractatur. In libro de duabus animabus eandem rem agit.

Tertia hæresis negat deum facere aliquod malũ, qualecũq; illud fuerit. Huius hæresis author (ut testantur Philaster & Augustinus) fuit quidã Coluthus Aegyptius, à quo dicti sunt Coluthiani. Et cẽ-
Coluthiani
uis Augustinus de his Coluthianis scribẽs in libro de hæresibus cap. 65. subticuit patriam Coluthi illorum authoris: tamẽ Philaster expressit in suo libro
* de hæresibus. * Nullus tamẽ illorum prodidit quo tempore ille fuerit: nec; apud aliquem alium inue-
) nire potui.) Hæc sententia ideo de hæresi notatur, qm̃ afflictiones & angustię mala uocantur in sacra scriptura, nõ q; ex se mala sint, sed q; sint aut uideãtur mala tolerantibus. Nocent certè aliqua ex parte afflictiones & cruciatus illis quibus infligũtur: ex alia tamẽ parte prosunt, cũ per illo; patientiã mali emendentur, & boni meliores fiant. Quia ergo generali sententia Coluthus asserebat deum non esse alicuius mali factorẽ, ideo uelut hæreticus dãnatur, & meritò, qm̃ constat ex sacris literis afflictionem

infligi à deo,& hanc uocari malum.Nã per Esaiam prophetam dñs ait, Ego dñs, & non est alter, formans lucem,& creans tenebras: faciens pacem,& creans malum. Malum hic dixit bellum,nõ q̃ per se malum sit,sed q̃ malũ sit illis qui sustinent: malum quidem, quia nociuum. Quòd autem nomine mali ibi intelligat bellum,conuincitur ex literæ decursu,in quà est quædam contrariorum oppositio. sicut enim tenebræ contrariæ sunt luci, sic etiã pací bellum. ergo cum paci oppositum fuit malum,conuincitur ut malum sit bellum. Præterea, per Hieremiam prophetam hoc idem expressius deus ostendit, sic dicens populo Iudæorum,Ecce ego inducam super eos mala,de quibus exire non poterunt.Et q̃ mala ibi dixerit afflictiones, conuincit id quod sequitur, Clamabunt (inquit) ad me,& nõ exaudiam eos,& ibunt ciuitates Iuda,& habitatores Hierusalem, & clamabunt ad deos quibꝰ libant, & nõ saluabunt eos in tẽpore afflictionis eorꝝ.Ecce apertissimè afflictiones dictas esse mala quędam,quæ dñs minatur se inducturum super ciuitates Iuda, à quibus dicit eas non posse saluari per auxilium deorum quibus libabant.Rursum,Ionas propheta describens qualiter Niniuitæ ad eius prędicationẽ pœnituerint,ait, Et uidit deus opera eorum quia cõuersi sunt de uia sua mala, & misertus est deus super malitiam quã locutus fuerat ut faceret eis,& nõ fecit. Deinde,ipse ueritatis magister prohibens solicitudinem in crastinũ,ait,Crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi. sufficit diei malitia sua. hoc est,sufficit cuiq; diei ut pro necessarijs ad illum diem,tribulationẽ & angustiam toleret.Demum,apud Amos prophetam dicitur, Non est malum in ciuitate quod dominus non fecerit.per quę uerba innuere uoluit nullam esse tribulationem aut angustiam quæ non ueniat à dño, illam aut faciente, aut permittente.

Esa.45

Hie.11.

Ionæ.3

Mat.6

Amo.3

Quarta hæresis est quã inter alias Philaster recẽ-
set, quæ(ut ille ait)docuit malos reges,aut pseudo-
prophetas nõ à sua uenire uoluntate.sed à dei iussio
ne procedere dicit. Sed huius hæresis nullũ indica-
uit auctorem. Sit tamen quiuis huius sententiæ au-
Hie,17 ctor: cõstat illam esse à fide catholica alienã. Nã Hie
remias ad Sedechiã regẽ Iuda & ad populũ eius lo-
quens ait, Subĩcite colla uestra sub iugo regis Ba-
bylonis,& seruite ei,& populo eiꝰ,& uiuetis. Qua
re moriemini tu & populus tuꝰ gladio, & fame, &
peste,sicut locutus est dñs ad gentẽ quæ seruire no
luerit regi Babylonis? Nolite audire uerba prophe-
tarũ dicentium uobis,Nõ seruietis regi Babylonis:
quia mendaciũ ipsi loquuntur uobis: quia nõ misi
eos,ait dñs:& ipsi pphetabant in nomine meo mẽ-
daciter, ut eĩciant uos, & pereatis tam uos q̃ pro-
phetę qui uaticinantur uobis. Hæc Hieremię uerba
tam aperta sunt ad huius hæresis oppugnationem,
ut non sit opus interpretatione: qm̃ de pseudopro-
phetis loquẽs dicit dñs q̃ nõ miserit eos. Et de ma-
Oseę.8 lis regibus p Oseam prophetã loquens dñs ait,Ipsi
regnauerunt,& non ex me: principes extiterunt,&
nõ cognoui. Quibus uerbis decẽ tribubus deus ex
probrat q̃ Hieroboam & succedẽtes illi reges p̃ter
dei uoluntatẽ reges instituerint, & illi citra dei cõsi
lium dñati sint. Mali ergo reges non à deo mittun-
tur ut mali sint, sed suo ipsoꝝ arbitrio mali fiunt.
Verùm hic huius hæresis author nobis obĩciet qđ
3.re.12. in libris regũ legitur de Achia propheta Silonite,q̃
lacerauit palliũ suũ in duodecim sectiones: ac decẽ
quidẽ dederit Hieroboam, p̃dixeritq̃ illi, Rex decẽ
tribuũ eris. & postea dehortans Roboam regem à
bello quod parabat facere aduersus Israelitas ut il-
los ad suũ imperiũ reduceret, dixit deꝰ. A me enim
factũ est uerbũ hoc quibus uerbis deus testatus est
se decẽ tribuũ regnũ tradidisse Hieroboam. ergo il-

le ex deo regnauit. Cui obiectioni nos respõdemus ꝙ multa sunt in sacris literis quæ à deo facta esse dicuntur eò ꝙ illa fieri permisit, nõ quidẽ ꝙ p̃cedente dei cõsilio & uoluntate facta esse credamus, sed ex permissione, ita scilicet ꝙ malignis hominũ uoluntatib⁹ obstare noluerit, sed illos ex proprio eorum arbitrio agere permiserit. Sic enim accipiendum est quod de gentibus ait Paulus. Tradidit illos deus (inquit ille) in desideria cordis eorũ, in immunditiã, ut contumeliꝭ afficiant corpora sua in semetipsis. Rom.1 Tradidit dixit pro eo quod est permisit. Deus enim nõ est nostrarũ culparũ auctor: permittit tamẽ nobis ex nostra sententia agere. Cũ autẽ ab illo dimittimur, in maxima quęꝙ peccata labimur. Sic enim ipse per prophetã testatur dicens· Dimisi eos secun Psal.80 dum desideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus suis. Sic etiã accipiendũ est quod de malo propheta, qui populo propter illius iniquitatem datus est, dñs per prophetã Ezechielẽ loquens ait, Et pro- Eze.14 pheta cũ errauerit, & locutus fuerit uerbũ, ego dñs decepi ꝓphetã illũ. Non est enim uerisimile ut deus qui tam strictè deceptiones & fallacias hominibus prohibuit, ipse deciper̃ uelit. Propter quod id quod ait, decepi prophetã illũ, sic accipiendũ est, ꝙ illum decipi permisit, nec illũ docere uoluerit. Sic etiã cũ 3.re.22. dixit, A me factũ est uerbum hoc, uidelicet ut Hieroboam decẽ tribubus imperaret: permissionẽ diuinã intellige. Quãdo uerò dixit, Ipsi regnauerunt, & nõ Ose.8 ex me: principes extiterunt, & nõ cognoui: sic accipere debes, ꝙ nõ dei cõsilio aut præcepto factũ sit. Sed ut ista apertiora sint, admonere decreui ꝙ duo oporteat considerare in quolibet malo propheta, & in malo rege. Alterũ est propria illius nequitia: alterum est ꝙ malus ille existens aliꝭ prophetet aut regnet. Primum, uidelicet regis aut prophetæ culpa, nunꝙ est à deo. Et si de hoc intelligit hæc sententia

quæ docet malos reges aut prophetas esse à deo, ita ut sentiat istos peccatũ esse à deo: nõ solũ est hæresis, sed aperta in deum blasphemia. Alterũ est ꝙ cũ rex aut ꝓpheta ex se, hoc est à suo arbitrio iam malus sit, deus illum mittit ut prophetet aut regnet populo alicui malo propter sua peccata. Ille autem sic missus, nõ à deo mittitur ut prophetando decipiat, aut regnãdo tyrannidẽ exerceat: sed postꝙ illũ suo arbitrio malũ factũ deus mittit ad aliquod bonũ. si nit illũ iuxta suã malitiam agere, ut sic populũ pu-
Iob.34 niat. Et quidẽ hoc uerũ est. Nã (ut ait Iob) deus regnare facit hypocritã propter peccata populi. Non facit deus illũ hypocritã: sed cũ ille iam sit hypocrita & malus, illũ deus regnare facit propter peccata
Esai.10 populi. Et per Esaiam prophetã dñs ait, Væ Assyrio uirga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea. Ad gentẽ fallacẽ mittã eum, & contra populũ furoris mei mandabo illi ut auferat spolia, & diripiat p̃dam, & ponat illũ in conculcationẽ quasi lutũ platearũ. Ipse autẽ non sic arbitrabitur, & cor eius nõ ita existimabit. Vide hic qualiter deus
2.the.2 misserit Assur, ꝙuis ille seà deo missum nõ intellexerit. Et apostolus Paulus ait, Eò ꝙ charitatem ueritatis non receperunt, ut salui fierent, ideo mittet illis deus operationẽ erroris, ut credant mẽdacio: ut iudicentur omnes qui non credunt ueritati. Et iuxta hunc sensum nõ est hęresis dicere malos reges à dei uoluntate uenire, sicut aliàs in titulo de potestate dicemus.

MARIA VIRGO.

NOn est mirum si dei genitricis honorẽ hæretici conati sint minuere, cũ etiam ipsius dei nomen
Eluid. nõ sint ueriti polluere. Eluidius ergo unus ex his ꝙ in insipientia sunt deprehensi, asseruit beatã dei genitricẽ post Christi natiuitatem fuisse carnaliter cognitam à Ioseph uiro suo. Ad quẽ errorem docendũ

motus est ex eo quod apud Matthæum dicitur, Antequã conuenirent, inuenta est in utero habens. Et iterum, Nõ cognouit eam Ioseph donec peperit filiũ suũ primogenitum. Ex quibus locis Eluidius colligit dei genitricẽ postq̃ peperit Christũ, esse à Ioseph cognitã carnaliter, eamq; peperisse filios alios quos (ut ait) euangeliũ appellat fratres Christi. Nã apud Matthæum dicunt Iudæi Christo, Ecce mater tua & fratres tui foris stant q̃rentes te. Verùm Eluidius ex litera perperã intellecta ĩ hunc errorẽ lapsus est. * Cuius autem patriæ aut nationis fuerit, mihi nõ constat. Hoc solum ex gennadio agnoui illũ fuisse Auxentĩ discipulũ, & Hieronymo coæuũ. Huius hæresis fautores uocati sunt Antidicomaritę. Hunc errorẽ impingit etiam Iouiniano Augustinus in libro de hęresibus. Hieronymus tamẽ qui duobus libris contra Iouiniani errores pugnat, nunq̃ huius meminit. Primò ergo dei genitricis uirginitatẽ ostẽdamus: deinde respõdebimus Eluidĩ obiectionib⁹. Ad ostendendã Mariæ uirginitatẽ perpetuã etsi scripturæ sacræ locus apertus deficiat, nõ desunt tamẽ alia testimonia q̃q; aut paulo minus efficacia. Eccle siæ nãq; authoritas nõ minoris est põderis q̃; sacra scriptura, qm̃ sicut sacra scriptura eò q; à sancto spiritu est cõdita, errare nõ potest, ita ecclesia qm̃ à spiritu sancto regitur & docet, nec fallere nec falli potest. Ecclesia autẽ sentit dei genitricẽ fuisse perpetuò uirginẽ, qm̃ sic eam ubiq; terrarũ p̃dicat, ut nomine uirginis intactæ & intemeratę semper illã appellet. Prętera concors omnium sacror̃ doctor̃ sententia (ut supra libro primo docuimus) pro uera fide habenda est, qm̃ nõ esset possibile ut omnes cõcorditer sentirent, nisi à spiritu sancto uno illor̃ omniũ doctore atq; rectore fuissent edocti, potissimũ cum plures eor̃ fuerint abinuicẽ loco & tẽpore separati, ita ut nec unus aliũ nouerit, nec illius opera uide

Matt. 1

Matt. 12

Antidicomaritæ.

Iouinianus.

rit. quapropter fieri nō poterat ut omnes concordi-
ter sentirent, si spiritus sanctus cōmunis eorū magi
ster illorū intellectus ad sic sentiendū nōn illustras-
set. Quòd autē omnes sacri doctores sentiant beatā
dei genitricē fuisse semper uirginē, res est tam aper-
ta, ut nō sit opus eorum testimonia impræsentiarū
afferre, quoniam uix aliquem librum sermonū ad
populum reperies, in quo non sint plurima sacrorū
doctorū pro hac re testimonia. Et hoc nō solum sen
sere Latini, sed idem etiam clamant Græci scripto-
res. Hoc enim sentit Theophylactus Græcorum re
centissimus, idem sæpe clamat Damascenus, idem
docet Chrysostomus, idem sentit Basilius, præci-
pue in quodam sermone de humana Christi genera
tione. De Origene non est opus dicere, quum in ple
risq; locis eam prædicet uirginem perpetuam. Bea-
tus Irenæus Lugdunensis episcopus temporibus
Apostolorū ualde uicinus qui fuit discipulus Poly-
carpi martyris: is inq; nunq; dei genitricem (quod
sciamus) appellat nisi nomine uirginis. Et ut unum
è multis locis ostendam, libro tertio aduersus hære
ses cap. 23. & sequentibus sæpe illam uirginem ap-
pellat. Beatus Ignatius, cuius aliquot extant epistо
læ ad deiparam uirginem, eam fuisse uirginē sæpissi-
mè testatur. Deinde nō solū doctores hoc sentiunt,
sed totus populus Christianus spiritu sancto im-
pellente in hanc sententiam flectitur. Quid ergo im
pij hæretici cōtra omnium sacrorum doctorum &
totius populi consensum docere tentant? Oportet
ergo ut (quemadmodum de Ismaele hæreticorum
typo dicitur) manus omnium catholicorum cōtra
Gen. 16 Eluidium leuentur, quia ille manus cōtra omnes le
uare tentauit. Omitto hic figuras & ænigmata in
quibus sacra scriptura perpetuam Mariæ uirginita
tem prodidit, quoniam hæc (ut in primo libro do-
cuimus) parum ualent ad conuincendos hæreticos.

Rursum,

Rursum, si beata dei genitrix postq̃ Christum peperit (ut Eluidius ait) cognita est à uiro suo, & genuit filios, quare Christus moriens non cõmendauit eam alicui ex alijs filijs? Iniuriam nãq; feciſſe uideretur alijs filijs, cõmendando matrem ſuam alij q̃ filio, qm̃ per hoc uideretur parum cõfidiſſe de filijs q̃ debitum matri exhiberent obſequium. At cũ ij quos Eluidius aſſerit fuiſſe filios uirginis, uiri fuerint ſanctiſſimi, credendum erat eos ſolicitam curã acturos pro dei genitrice ſi illorum mater fuiſſet. Nam (ut de cæteris taceam) Iacobum, qui dictus eſt frater domini, conſtat uirum fuiſſe ſanctiſſimum. Si ergo hic filius fuiſſet dei genitricis, nõ erat opus illam Ioanni cõmendare, neq; Chriſtus unquam illam Ioanni commendaſſet, quoniam hoc in inuidiam aliorum filiorum factum eſſe uideretur. Præterea in ſepulchro Chriſti ſicut nec ante ita, nec poſt Chriſtum quiſquam alius poſitus eſt. Si ergo cor- Ioã.19.
pori Chriſti defuncti talis exhibitus eſt honor, ut nullus alius in eius ſepulcro poſitus fuerit propter illius reuerentiam, multo maior honor oportet fuerit uentri uirginis exhibitus, ut nec ante Chriſtum nec poſtea ullus hominum uentrem ipſius intraue rit, præcipuè q̃ in ea non ſolum corpus Chriſti defuncti, ut in ſepulcro, in quo ſolum corpus abſque anima, deitati tamen coniunctum iacuit, ſed totus Chriſtus integer reconditus fuerit. Accedit ad hæc etiam teſtimonium illud Matthæi quod nobis obij cit Eluidius. Suo enim ipſius gladio ipſum Eluidiũ tanquam alterum Goliath transfigere oportet. Sic enim ait Matthæus, Non cognouit eam Ioſeph do- Matt.1
nec peperit filium ſuum primogenitum. Tunc percontari oportet Eluidium, quare Ioſeph abſtinet à tactu uirginis uſq; ad diem partus? Certũ eſt eum non alia de cauſſa abſtinuiſſe niſi ob reuerentiam eius qui in utero uirginis geſtabat. Audierat nãq;

Ibidē. Ioseph angelū sibi in somnis dicentem· Quod in ea natū est,de spiritu sancto est. Qui ergo propter angeli uocē sibi in somno factā abstinet, nonne multo magis abstinebit cum oculis suis innumera uideat miracula quæ pueri nati maiestatē & diuinitatem, & matris dignitatē apertissimè ipsi Ioseph demonstrabant? Ioseph nāq; uidet eam p̄ter cōmunem alia rum mulierum legē parientē sine dolore,sine obstetrice,audit multitudinē angelorū cantantium & di-
Luc.2. centium,Gloria in altissimis deo.uidet pastores clamantes,Magos adorātes. Cū hæc ergo & alia plurima uidit post partum:credendū est tunc magis re ueritum fuisse uirginē deiparā,magisq; ab illa absti-
Exo.19 nuisse,q̄ ante partum.Nā si prohibentur omnes ne tangant montem in quē Moyses recepturus legem ascendit,eò q̄ ibi apparuit dñs, quanto magis erit
Dan.2. prohibitū Ioseph tangere uirginē glorioſam,quę est mons ille unde abscissus est lapis sine manib⁹ Christus deus noster? Sed iam opus est ut respōdeamus Eluidij obiectionib⁹.Sic enim argumentatur,Matthæus dicit q̄ anteq̄ conuenirent,inuenta est in utero habens:sequitur ergo q̄ postea conuenerunt: nā aliàs nō esset inuenta anteq̄ conuenirent, quoniam uox illa anteq̄, uidetur dicere quendam respectum ad sequentia.Huic autem respondemus non ita esse ut semper illa uox anteq̄,dicat respectum & cōparationem ad futura quæ uenient,sed ex cōmuni modo loquendi sæpe dicitur per comparationem ad ea quæ uentura erant si alio modo eorum euentus nō fuisset prohibitus: ut gratia exempli siquis uellet aliquid ab alio quopiam petere,& ille alio etiā non petente sponte tribuisset, & si sic non dedisset ille, alius reuera petiturus erat, sed ideo non petijt,quia ille sponte donans præuenit petitionē alterius:tunc si petatur ab illo utrum petijt quod petere decreuerat:respondebit q̄ non. Si petatur quare non petijt:

respondebit dicens, Quia antequam ego peterem, alius donauit. Et tamen postquam unus donauit, alter non petijt. Dicitur tamen esse datum ante petitionem, quia etsi non petijt, petiturus tamen erat nisi alter donando prœuenisset petitionem. Neq; hunc modum loquendi abhorrent sacræ literæ. Nã apud Esaiam prophetam Deus ait, Antequam clament, ego exaudiam. quia enim multa concedit deus nobis nõ petentibus, dicitur exaudire nos antequam clamemus. Et tamen ibi illa uox antequam, non dicit respectum ad futura, quoniam nullus clamat postquã exauditus est. Nullus enim adeò demens est, ut petat id quod iam sibi donatum est. Ad hunc modum dicitur in Matthæo q̃ antequam conuenirent, inuenta est in utero habens, quia etsi postquã inuenta est, nunquã conuenerint, tamẽ forte Ioseph uoluisset coire cũ ea nisi prius ab angelo fuisset admonitus de admirabili uirginis imprægnatione. Secundo obijcit Eluidius illud Matthæi quod de Ioseph ait, Non cognouit eam donec peperit filiũ suũ primogenitum. Si non cognouit eam (inquit Eluidius) donec peperit, ergo postquam peperit, cognouit eam: nam aliàs non posuisset terminum dicens, donec peperit, sed absolute dixisset, non cognouit eam. Huic obiectioni etiam respõdemus falsum esse quod ait aduerbium illud uidelicet donec, significare terminum & finem actus designati per uerbũ cui additur, ita ut post talem finem iam postea non sit tale opus aut operatio per uerbum cui additur, designata. Sed dicimus q̃ talia aduerbia uidelicet, donec, usq;, & similia siqua sunt, solum significant continuationẽ actus per uerbum cui adduntur designati, nullo habito respectu ad futura, siue ille idẽ actus postea succedat, siue nõ. Si enim de Petro qui ex Hispania usq; ĩ Flandriã recessit, q̃ratur, quò iuit Petrus? uerè quisq; rĩdere põt q̃ iuit usq; Lutetiã,

Esa. 65

Matt. 1

aut usq; Burdegalim, aut usq; Baionã, et si ultra hęc oppida progressus fuerit. Et hic modus loquẽdi frequens est in sacris literis. In Esaia nãq; sic loquitur
Esa.46 deus, Vsq; ad senectã ego portabo eos. & tamẽ post quã senuerimus, nõ minus portabit nos. Et in psalmo. 70. Vsque in senectam & seniũ deus ne derelinquas me, donec annunciẽ brachiũ tuũ generationi omni quæ uentura est. Ecce ibi uides posita ambo aduerbia, uidelicet usq;, donec, & tamen post illa tẽ
Matt. vlti. pora nõ petit Dauid derelinqui. Et apud Matthæũ ait Christus, Ego uobiscum sum usq; ad cõsummationem seculi. Ex quibus uerbis iuxta Eluidij interpretationẽ oportet & colligere q; cõsummato seculo Christus non erit nobiscũ. Absit tamen ut in talẽ
Gen.8. errorem ullus labatur. De coruo quẽ misit Noe ab arca, dicitur q; non reuertebatur donec siccarentur aquæ, qui tamẽ nunq; postea fuit reuersus, etiã sic-
Psa.122 catis aquis. Et in psalmo, Oculi nostri ad dñm deũ nostrum donec misereatur nostri. Nunquid postq; deus misertus fuerit nostri, nõ amplius leuabimus oculos nostros ad deum? Absit, qm̃ qui hoc dixit, alibi ait, Meditatio cordis mei in cõspectu tuo sem
Psal.16 per. Et iterum, Quomodo dilexi legẽ tuam dñe, tota die meditatio mea est. Et beatus Paulus de Chri-
Psa.112 1.co.15 sto loquens ait, Oportet illũ regnare donec ponat inimicos suos scabellũ pedũ suorũ. Quid ad hæc dicet Eluidius? Nunquid postq; Christus posuerit inimicos suos sub pedibus suis, amplius nõ regnabit? Absit. Regni enim eius (inquit angelus) nõ erit
Luc 1. finis. Sed iam alia uia inuadere tentat Eluidius. Si Christus est (inquit ille) primogenitus uirginis, ergo alios habuit dei filios, ad quorum comparationem Christus dicitur primogenitus. Et in hac parte etiam hallucinatur Eluidius, qm̃ non semper hęc uox primum aut primogenitum dicitur per cõparationem ad secundũ aut tertium sequẽs, sed etiam

id quod solum est, dicitur aliquando in sacris literis primum, aliquando primogenitum. Quę duo si mul uno contextu in libro Numerorum reperiuntur. Sic enim ibi dominus sacerdotibus dicit, Quicquid primum erumpit è uulua cunctæ carnis quã offerunt domino, siue ex hominibus, siue ex pecoribus fuerit, tui iuris erit, ita dũtaxat, ut pro hominis primogenito precium accipias &c. Ecce audis uno cõtextu uocari primum & primogenitum etiam id quod solum est. Nam aliàs qui solũ unũ filium habebat, non teneretur illum offerre deo & redimere quousq; alium haberet ad quem relatus diceretur primus. Hoc autem conuincitur esse falsum, quoniam beata dei genitrix cum filium suũ obtulit domino in manibus Simeonis, iuxta legẽ fecit, ut Lucas testatur. At tunc temporis beatam dei genitricẽ nullum alium habuisse filium præter Christũ, euangelium Matthæi testatur, & Eluidius fatetur. Colligitur ergo ut Christus primogenitus beatæ uirginis meritò dici possit, etiam si nullum alium filium habuerit. Quod autem dicitur in euãgelio Christũ habuisse fratres, parum mouet, quia solẽne est in sacris literis fratres appellari eos qui aliqua consanguinitate coniuncti sunt, cq̃uis non sint ex eisdẽ parentibus geniti, ut Loth uocatur frater Abraham, quem tamen eadem scriptura testatur fuisse filium fratris Abrahæ. Cum ergo ea quæ Eluidius obȷ̃cit, nullius sint momenti, & ecclesiæ authoritas tanta sit, ut illius definitionibus credere teneamur, fateri necesse est beatam dei genitricẽ fuisse perpetuò uirginem, quoniam sic ecclesia docet. Cõtra Eluidium scripsit beatus Hieronymus singularem tractatũ. Beatus Alfonsus archiepiscopus Toletanus ducentis annis & eo amplius Hieronymo posterior scripsit de eadem re aduersus quosdam hæreticos qui hanc Eluidȳ hæresim in Hispania suscitare conati

Nũ.18.

Luc.2.

Gen.13.

sunt. Hugo de sancto Victore edidit libellum quendam de perpetua uirginitate Mariæ.

Secunda est hęresis asserens beatam uirginē Mariam non esse dicendam dei genitricē, sed tantū hominis cuiusdā iusti matrem. Dicit enim hęc hæresis in Christo esse duas personas, sicut duas naturas, & unā personā dicit esse deum solum, & aliam hominē solum: & huius personæ quā dicit esse hominem solum, dicit beatā uirginē esse matrē. Et ita negat beatam uirginē esse matrē dei. Huius erroris au-
Nestorius. thor fuit Nestorius. Sed de hoc errore iam satis supra dictū est in titulo Christus, hęresi tertia. Ad illū ergo locum recurrat lector, qm̄ ibi huius erroris expugnationem inueniet.

MARTYRIVM.

Basilides. FVit quidā error quē docuit Basilides, dicens nō esse aliquod crimē negare Christū persecutionis tēpore. Quapropter dicebat esse dementiā pro hac re pati mortē, cū citra crimē possit Christus negari. Qua sententia homines à martyrio auertebat. Hūc
Elcesaitæ. eundē errorē docuerunt quidā hęretici dicti Elcesaitæ, quanq̄ aliter, & propter aliam causſam q̄ Basilides. Nam Basilides (ut de illo ait Philaster) nō similiciter auertebat homines à martyrio, sed solū dicebat nō esse tolerandā mortē pro confessione mortis & crucifixionis Christi. Hoc autē dicebat, quia (ut supra diximus) Basilides negauit Christū fuisse crucifixum, sed Simonem illum Cyrenæum, qui angariatus portauit crucē, dixit fuisse crucifixū p Christo. Hac igitur de causſa ridebat eos qui mortē paticbantur ne Christū negarent pro nobis crucifixū, quia dicebat eos pati pro mendacio. Huius erroris fundamentum iam euertimus supra in titulo Christus hęresi. 7. ideo non est quod amplius modò ad-
Elcesaitæ. uersus eā disputem⁹. Elcesaitę uerò aliter sentiunt. Dicunt enim ideo nō esse peccatū negare Christum

perſecutionis tēpore, quia is qui fixus eſt in corde ſuo, etiam ſi ore negauerit Chriſtū pro neceſſitate, corde tamē in fide permanet. Quapropter dicunt ta Iem ſic ore negantē non peccare, cū deus magis aſpi ciat cor q̄ linguā. Hęc de Elceſaitis narrat Euſebius lib. 6. hiſtorię Eccleſiaſticę cap. 28. Hęc hęreſis aper-
tiſſimis ſcripturę teſtimonijs conuincitur. Sapiens Sapi. 1.
nāq; ait· Os quod mētitur, occidit animam. At qui ore negat, corde autem fatetur, mentitur: occidit ergo animā qui ore negat, etiam ſi corde fateatur. Potius ergo deberet mortem corporis pati cōfitendo Chriſtum, ne cum negauerit ore, occidat animam, quę multo melior eſt corpore. Nam Chriſtus redēptor noſter apud Matthęum ait, Nolite timere eos mat. 10
qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, ſed potius illum timete qui poteſt corpus & animam mittere in gehennam. Et paucis interiectis concludit idem ſaluator, ſic inquiens· Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui in cęlis eſt: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cęlis eſt. Prę terea ipſe ueritatis magiſter ait, Beati qui perſecu- Matt. 5
tionem patiuntur propter iuſtitiam, qm̄ ipſorū eſt regnum cęlorum. Rurſum beatus Paulus dicit eſſe neceſſariam confeſſionem oris, ſicut fidem cordis. Sic enim ait, Si confitearis in ore tuo dominum Ie- Ro. 10.
ſum, & in corde tuo credideris q̄ deus illum excitauit à mortuis, ſaluus eris. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem cōfeſſio fit ad ſalutem. Deinde ipſe ueritatis magiſter diſcipulis ſuis loquens ait, Eritis mihi teſtes in omni Hieruſalem & Iudęa & Samaria, & uſq; ad ultimum terrę. Si ergo hi diſci- Actu. 1
puli in perſecutione poſiti Chriſtum negaſſent ore, etiā ſi confiterentur corde, fuiſſent teſtes mendaces & falſi. Teſtis autem falſus (ut Sapiens ait) peribit. Pro. 21.

Nullo ergo modo ob q̃libet persecutionẽ licet fidẽ negare ore quantũlibet teneatur corde, sed præstat tolerare mortem, q̃ negare ueritatem, ut sit bonus martyr, hoc est uerus testis & fidelis. Nam hoc est martyr græce, quod est latine testis.

Secunda hæresis est quæ docet eos qui se pro peccato interimunt, debere martyres nũcupari, pro eo q̃ puniunt in se quod dolent cõmisisse. Huius erroris author fuit Petilianus quidam Donatista, cõtra quem extant aliquot Augustini tractatus. Hic error conuincitur ex facto Iudæ, qui dolens de peccato quod cõmiserat, se suspendit. Quòd autẽ dolens de peccato hoc fecerit, Matthæus testatur, qui ait, Tunc uidens Iudas qui eum tradidit, q̃ damnatus esset, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotũ & senioribus, dicens, Peccaui, tradens sanguinem iustum. Iudam autem fuisse dãnatum nullus catholicus dubitat, cum tam apertum sit testimonium scripturę. Propheta nãq̃ de Iuda loquens ait, Cum iudicatur, exeat condẽnatus, & oratio eius fiat in peccatũ. Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Et q̃ hæc uerba sint de Iuda intelligenda, beatus Petrus testatur in ea oratione quã ad reliquos condiscipulos habuit post Christi in cælos ascensionẽ, loquens de subrogatione alterius in locum Iudæ.

Petilianus.

mat.27

psa.108

Actu.1

Tertia hęresis est adhuc pestilentior, ne dicã atrocior, qm̃ asserit omnes qui mortem ultronei patiuntur, esse martyres dicendos, siue talem mortem ab alijs inflictã patiantur, siue eam sibi ipsis infligant. Huius hæresis authores uocat Augustinus Circumcelliones libro de hæresibus cap. 69. dicens eos esse genus hominũ agreste, & famosissimæ audaciæ, nõ solum in alios ímania facinora perpetrãdo, sed nec sibi eadem insania & feritate parcendo. Nã per mortes uarias, maxime præcipitiorum, & aquarum, &

Circumcelliones.

ignium, seipsos necare consueuerunt. Et in istum furorem alios seducunt, ut seipsos occidāt: quod si facere alij contēnunt, mortē illis minantur, dicentes hoc modo illos martyres fieri. Hos hęreticos Philaster uocat Circuitores, qm̄ ad hæc facinora perpetranda per diuersas partes circūibant. * Quis huius insanæ hæresis fuerit dux, aut quo tēpore cœperit, nec Augustinus neq; Philaster prodiderūt. Augustinus dicit illos pertinere ad Donatistas & sub illis militare.) Istor̄ error cōuincitur apertissimè per id quod dicitur in lege dñi. Non occides. Quibus uerbis quælibet hois occisio, phibetur, p̄ter illā quæ ex præcepto iudicis in uindictā malefactor̄ fit. Si ergo non licet occidere aliū, multo minus seipsum. Præterea qui seipsum interimit, agit cōtra naturalē omnium hominū inclinationē, non solū contra inclinationem malā quæ est in natura deprauata, sed cōtra inclinationē naturæ perfectæ. At cū talis inclinatio sit semper recta, qui cōtra illā agit, cōuincitur male agere. Quòd aūt inclinatio ad uitā sit naturalis homini etiā ante peccatū, patet, quia Christus, in quo peccatū nullū fuit, horrebat mortē, quod nō fuisset factū nisi in eo fuisset naturalis inclinatio ad uitā. Rursum custos carceris in quo erant Paulus & Silas inclusi, uidēs apertas ianuas carceris, euaginato gladio uolebat se interficere, existimans fugisse uinctos. Clamauit autem Paulus uoce magna dicens, Nihil tibi mali feceris: uniuersi enim hic sumus. Si occidens seipsum esset martyr cēsendus, nunc̄ Paulus impedisset custodem carceris ne se occideret. At cū Paulus eū ab occisione auocauerit, uoce magna dicens, Nihil tibi mali feceris, conuincitur malā esse suā ipsius occisionē, tantum abest ut martyriū dici mereat. Cōtra hanc hęresim pugnat idē argumentū qđ aduersus ꝓximè enarratā hęresim fecim⁹. Et cū res sit tā aperta, nō est opus plura testimonia citare.

Circuitores. *

Ex. 20 Mat. 5

Act. 16

MATRIMONIVM.

QVanuis non defuerint nec nunc desint hæreses quæ matrimonium impetant, nihil tamē nunc de illis dicetur, sed infra in titu. de nuptijs, de huiusmodi hæresibus agetur. Vsq; ad illū enim locum decreui hanc rē differre, quoniā apud uetustos auctores frequentius est nomen nuptiarū q̄; nomē matrimonij, & res quæ ad matrimoniū spectāt, sub nomine nuptiarū ab illis pertractantur. Rarū certè apud illos est matrimonij nomen, & in sacris literis etiam frequētius est nomē nuptiarū q̄; matrimonij, q̄q̄; hæc uox etiā in sacris literis sæpe reperiatur.

MELCHISEDECH.

QVidam errore decepti, sacram scripturā minime ut decebat intelligentes dixerunt Melchisedech sacerdotē qui benedixit Abrahæ reuertēti de uictoria quinq; regū, non fuisse hominē purum, sed fuisse Christū, aut aliam quādam dei uirtutem, Huic errori fauētes uocat Augustinus Melchisedecianos, & ponit eos trigesimoquarto loco inter hæreses quas in lib. de hæresibus recenset. Ex quo euidenter colligitur librū qui inscribitur de quæstionibus noui & ueteris testamenti, non esse Augustini, quāuis sub eius nomine circūferatur. Nam præter alia argumenta quæ ad hoc conuincendū affert doctissimus Erasmus Roterodamus, hoc est efficacissimum, quod quæstione. cix. multis argumētis ñsq; ualde ineptis nititur probare Melchisedech nō fuisse hominē purum, sed quādam dei uirtutē, uidelicet spiritum sanctū. Nec hoc in libris retractationum unq; recantauit, imo nec illius libri in toto illo decursu suarum retractationū usquā meminit. Cum ergo in libro de hæresibus hanc assertionem censeat hæreticā, non erat tam stupidus Augustinus, ut opposita secumq; pugnantes assertiones doceret. Hæc ideo admonui, ne si forte aliquis in quæstionē illam

melchisedeciani.

inciderit, a constantia rectitudinis flectatur, Augustini authoritate pressus. * Quis aũt huius hæresis princeps fuerit, aut quo tẽpore cœperit, Augu. non expressit, neq; apud alium inueniri potui. Epiphanius tñ in libro de octoginta hæresibus, hæresi. 55. dicit Hieracem quẽdam insigniter doctũ hanc hęresim docuisse, sed non dicit esse ab illo primũ inuentam. Et idem repetit postea hæresi. 67. ubi longiorẽ de hoc Hierace facit sermonẽ.) Vt aũt ostendamus) sententiã hanc esse erroneã, citare oportet ipsam sacram scripturã quę de eo loquitur, enarrans uictoriam Abrahæ, & qualiter Melchisedech illi obuiam exĩt. Sic enim ait, At uerò Melchisedech rex Salem proferens panem & uinũ, erat enim sacerdos dei altissimi, benedixit ei, & ait, Benedict⁹ Abraham deo excelso, qui creauit cælum & terram: & benedictus deus excelsus, quo ꝓtegẽte hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex oĩbus. Hæc ibi. Nunc ergo hanc literam discutiamus. Si Melchisedech est spiritus sanctus, qũo dicitur ibi ꝙ erat rex Salemę Salem nãq; urbs quædã est in terra Chanaã prope Sichem. Nam in eodẽ libro Geneseos enarrans scriptura qualiter sit reuersus Iacob ex Mesopotamia, sic ait, Transiuitq; in Salem urbem Sichimorũ quæ est in terra Chanaan, postq; reuersus est de Mesopotamia Syrię. Si ergo Salẽ ciuitas est terrestris, qualiter spiritus sanctus dicitur esse rex Salem, cum ille dominetur a mari usq; ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terrarũ? Potissimum ꝙ eodẽ decursu scriptura enarrat alios reges qui exierũt obuiam Abrahæ, uidelicet regem Sodomoꝝ, & regem Gomorreoꝝ: & istis nominatis, & terris in quibus regnabant explicatis, cõtinuò describitur Melchisedech rex Salem, neq; alterũ imperiũ illi tribuit scriptura. Nunqd diuisit imperium terræ Chanaan spiritus sanctus, ut ipse solius Salem rex sit, & alĩ sint

Ge. 14.

*

reges Sodomorꝝ & Gomorreorꝝ? Absit. Sui.n.sunt cæli,& sua est terra,orbem terrarū & plenitudinem eius ipse fundauit. Quòd autē bonus ille author illius.q.cix.proximè citatæ affert ꝙ Salem interpretatur pax,& ita rex Salem iuxta apostolū interpretatur rex pacis:rex aūt pacis non est nisi deus, Mel
Heb.7 chisedech ergo deus:inepta satis collectio est,qm̄ ut in.1.huius operis lib.cap.3.docuimus, nullus sensus sacræ scripturę est efficax ad aliquā assertionem cōfirmandā,nisi solus sensus līralis,nō aūt mystic⁹. At cum docuimus esse oppidum in terra Chanaan quod dicitur Salem,ille erit sensus literalis quo dicetur Melchisedech esse illius oppidi regē. Ad hunc enim modū etiam diceret alius Isaac esse deum,qm̄ Isaac interpretatur gaudium: & Hieremias eadē ratione,qm̄ Hieremias interpretatur altitudo dei. At nullus pōt uere dici gaudiū per essentiā, nisi solus deus,qui est nostrū gaudium,qui est etiam futurus præmium. Apostolus aūt cum factū Melchisedech dixerat præcessisse in figuram Christi,ut ostenderet meritò gessisse Melchisedech figuram Christi,affert nominis interpretationē,quæ optimè cōuenit Christo. Præterea,in eadē litera dicit ꝙ erat sacerdos dei
Heb.11 altissimi. At deus nō est deo sacerdos, non est ergo Melchisedech deus. Omnis nāq; pontifex,ait Paulus, ex hoibus assumptus, pro hoibus cōstituitur. Aut ergo spiritus sanctus nō fuit sacerdos pro hominibus constitutus:aut ex hoibus assumptus est, ut uerè tunc fuerit sacerdos,quēadmodū Christus. Verùm ille bonus author illius sæpe p̄fatæ quæstionis,fatetur spiritū sanctum in forma humana tunc apparuisse,quemadmodum postea filius dei. Vide quantis laqueis quisqs ille est, se implicet ut errorē hunc nobis persuadeat. Veniat nūc qui cōrendit illud opus esse Augustini, & dicat utrū Augustinus sentiat spiritū sanctum fuisse incarnatū. Rursum,Si

ſpiritus ſanctus ſacerdos,& pro hominibus cõſtitnitur,ut de omni ſacerdote ait Paulus, & in forma humana apparuit,ut iſte cõcedit, ergo ſpiritus ſanctus mediator fuit dei & hominum,quia deus cum deo,homo cum hoĩbus,quemadmodũ Chriſtus.Et ſi hoc fatent̃,repugnabunt certe Paulo dicẽti, Vnus mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus.Si ſpirit⁹ ſanctus ſacerdos, iam duo ſunt mediatores, non unus,ut dicit Paulus. Deinde ipſe modus benedictionis qua benedixit Abrahæ,cõuincit nõ eſſe deum Melchiſedech.Sic enim ait,Benedictus Abraham deo excelſo,qui creauit cælum & terrã: & benedictus deus excelſus,quo ꝓtegente hoſtes in manibus tuis ſunt.Si Melchiſedech deus,quare reddidit gratias deo pro uictoria Abrahæ? Nunquid ſic Chriſtus ut deus gratias reddebat pro mirabilibus perpetratis? Cum enim Lazarũ reſuſcitare uoluit, ſic ait,Pater,gratias ago tibi qm̃ audiſti me.Ego autem ſciebã quia ſemper me audis:ſed propter populum qui circũſtat,dixi,ut credant quia tu me miſiſti.Propter populũ circũſtantem Chriſtus gratias dat,alioqui certè nõ erat opus ut deus daret gratias deo. Sed qũo conſulitur populo per illã actionem gratiarũ? Vt uidelicet credant ꝙ Chriſtus ſit miſſus a patre. At cum Abraham tam fidelis fuerit,ut deo monenti crediderit ſtatim ſine ulla hæſitatione,non erat opus ad illum in fide cõfirmandũ tales gratias aut benedictiones deo reddere. Ad hæc, Paulus de hoc Melcheſedech loquens dicit ꝙ aſſimilatus fuerit per oĩa filio dei. At omne quod aſſimilatur alteri,non eſt eiuſdẽ naturæ indiuiduæ cum illo. Spiritus ſanctus eſt eiuſdẽ naturæ cum filio dei, non eſt ergo Melchiſedech ſpiritus ſanctus. Nunquã enim inuenies ꝙ filius dei ſit ſimilis patri,quãuis bene dicatur imago patris, qm̃ imago,ut ſupra docuimus in titulo de Adam & Hęua hæreſi ſecunda, proprie

1.tim.2

Ge.14.

Ioã.11.

Heb.7

pertinet ad naturam, similitudo aũt ad qualitatem, ita ut illa dicãtur similia, quæ cum distinctã habeãt naturã, qualitates tñ aliquas habẽt quę sunt eiusdẽ speciei. Quod ergo idẽ est in natura, non potest dici propriè simile. Paulus aũt dicit de Melchisedech q̃ assimilatus est per oía filio dei, per oía uidelicet illa quæ Paulus cõmemorat: quia sine patre est, & sine matre. At spiritus sanctus in hoc nõ est assimilatus filio dei, quia filius dei iuxta diuinitatẽ non est sine patre. Melchisedech aũt ideo dicit esse sine patre & sine matre, nõ q̃ parentes nõ habuerit, sed quia nec patrem nec matrẽ illius unquã expressit scriptura, nec ullam illius genealogiã manifestauit. Sic etiam Christus secũdum inferiorẽ hanc & humanã sobolem patre caret. A uirgine enim Maria, & sola, secũdum carnẽ est natus. Et secũdum diuinitatẽ matre caret, qm̃ iuxta illã ante oía secula a solo patre genitus est. Et præterea sine genealogia Christus, qm̃ ge
Esa. 53 nealogia eius inenarrabilis est, prout Esaias ppheta ait, Generationẽ eius quis enarrabit? Sed adhuc nobis obꝟciunt, aliam similitudinẽ quã Paulus affert, nullo pacto posse cõuenire Melchisedech, si ille est
Heb. 7 purus homo, qm̃ ait de eo, Neq; initium dierũ, neq; finẽ uitæ habens. Melchisedech aũt si homo fuit, & natus & mortuus est ut cæteri. Hoc aũt eodẽ modo dissoluitur ut p̃cedens. Ideo nãq; dictus est Melchisedech nõ habere initium dierũ, neq; finẽ uitæ, quia c̃uis natus & mortuus fuerit, tñ apud nos non habet initium nec finẽ, quia neq; illius natiuitatẽ neq; mortẽ scriptura expressit. De hac re scripsit beatus Hieronymus epistolã quãdam ad Euagriũ, quæ est in tertio tomo operum eius iuxta illam partitionẽ quæ habetur in secunda editione facta Basileæ.

MENDACIVM.

DE hac re unã solam reperi hæresim, quę docet licitum esse mentiri pro uita hominis saluanda,

aut pro magno beneficio homini impendendo. Nec solum hoc, sed etiã humilitatis causſa, ut uidelicet uirtutes suas mendacio cõtegat. Hunc errorẽ docet Ioannes Cassianus sub nomine abbatis Ioseph. Nã collatione. 17. a cap. 15. usq; ad cap. 20. primã huius erroris partẽ pertractat, & aliquibus scripturę sacrę testimoniis perperã intellectis illã persuadere nitit. A cap. uero. 21. usq; ad. 25. eiusdem collationis secũdam huius erroris partẽ pertinacissime tuetur. Hũc errorem apertissimè sacra dãnat scriptura. Nã propheta regius ait. Perdes oẽs qui loquuntur mendacium. Qui oẽs dixit, noluit excludi illũ qui officiosè mẽtitur. Et in alio psalmo iterũ quærens quis habitaturus sit in dei tabernaculo, aut requiem habiturus in monte dei sancto, hoc est in gloria cælesti, ipsemet respondet dicens, Qui loquitur ueritatẽ in corde suo, qui non egit dolũ in lingua sua. Quibus uerbis apertè a dei monte excludit illũ qui dolum agit in lingua sua. At omnis qui officiosè mentitur, dolum agit. omnis ergo ille a dei mõte excluditur: non quidẽ q̃ in illo peccato decedens non possit ad gloriã peruenire: absit: sed quia oportet illũ priusq̃ ibidẽ locetur, digna satisfactione purgari: ita ut cũ illuc transierit, iam sit oĩno ab illo peccato alienus. Et in libro Sapientiæ dicitur, Os quod mentitur, occidit animã. Verũ hoc testimoniũ parum urget: qm̃ de solo pernicioso mendacio loqui uidetur. Illud tñ est manifestissimũ quod Ecclesiastic⁹ ait, Noli uelle mentiri omne mẽdacium. Qui omne genus mendacij prohibuit, nullũ permisit. Pro nulla ergo re mendacium aliquod dicere licet. Et in hanc sententiam oẽs sacri doctores manibus (ut dicitur) ac pedibus eunt. Augu. super psal. 5. ita ait, Ne quis arbitretur perfectum & spiritualẽ hominẽ pro ista tẽporali uita, in cuius morte nõ occiditur anima, siue sua siue alterius debere mentiri, sed quoniã aliud est mẽtiri,

Io. Cassianus.

Psal. 5.

Psa. 14

Sapi. 1.

Eccl. 7

Augu.

aliud est uerum occultare. siquidē aliud est falsum dicere, aliud est uerum tacere: ut si quis forte uel ad istum uisibilem mortē non uult hominē prodere, paratus esse debet uerum occultare, nō falsum dicere: ut neq; prodat, neq; mentiatur, ne occidat animam suam pro corpore alterius. Hæc Augu. Quæ uerba omnem dubitationē tollere possunt. Nam ex ignorantia huius distinctionis quā nunc Aug. ostendit, processit error Cassiani, aut Ioseph abbatis. Nescierunt enim distinguere inter mentiri, & uerū occultare: inter falsum dicere, & uerū tacere. Primū horū nunq; licet, alterū uerò sine peccato fieri pōt: sicut contigit Abrahæ de Sarra uxore sua dicenti, Soror mea est. Verum quidē dixit, & uerum occultauit. Verum quidē dixit sororē suam esse: qñ sibi sangui ne cōiuncta erat. At oēs qui ex eodē genere sunt (ut beatus Hiero. contra Eluidium docet) fratres in sacra scriptura dicuntur. Soror ergo Abrahæ uerè dicta est Sarra: uxorem tū suam esse nō negauit Abraham, sed subticuit: ac proinde non est mentitus. Et hanc sententiā iterum cōfirmat Augu. alibi dicens, Si quis ad te cōfugerit qui de mēdacio tuo possit a morte liberari, non es mentiturus. Os enim qđ mētitur, occidit animā. Cum ergo mētiendo uita æterna amittatur, nunq; pro cuiuscūq; uita tēporali mētiendum est. Hæc Augu. Quæ uerba ponūtur in uo lumine decretorum. 22. causa quæstione. 2. Beatus Gregorius lib. 18. moraliū exponens illud Iob. Nec lingua mea meditabitur mēdacium: sic ait, Sūmopere cauendū est omne mendacium: cuius nōnunq; fit aliquod mendacij genus culpæ leuioris, si quisquā uitam præstando mentitur: sed quia scriptū est, Os quod mentitur, occidit animā: &, Perdes oēs qui loquuntur mendaciū: hoc quoq; mēdacij genus perfecti uiri summopere fugiunt, ut nec uita cuiuslibet per eos fallaciam defendatur, ne suæ animę noceāt,

Ge. 20

Sap. 1.

Greg. Iob. 27

Sap. 1. Psal. 5.

dum

dum præstare uitam carni nituntur alienę: q̄q̄ hoc ipsum peccati genus facillimè credim⁹ relaxari. Ha ctenus Gregorius. Ex quibus uerbis cōstat menda cium officiosum esse peccatū, quāuis leue. Verùm Cassianus, aut Abbas ille cuius noīe ipse loquitur, non solum putauit nullū esse peccatū mendacium illud, sed peccatū esse censet, urgente magna aliqua necessitate nō mentiri. Isidorus in lib. synonymorū ita ait, Omne genus mendacij summopere fuge, nec casu nec studio loquaris falsum: nec etiā ut prę stes, mētiri studeas: nec qualibet fallacia uitam alicuius defendas. Caue mēdacium in oībus. Hæc Isidorus. Quæ uerba etiā habentur in uolumine decretorum loco proximè citato. Deinde mēdacium quod occa sione humilitatis dicitur ad uirtutes tegendas, beatus Augu. dānat in libro de uerbis Apostoli, sic inquiens, Cum humilitatis caussa mentiris, si nō eras peccator antęq̄ mentiretis, mentiendo efficeris qđ uitaras: ueritas aūt ipsa in te non est, nisi te ita dixeris peccatorē, ut etiam esse cognoscas. Veritas autē ipsa est, ut quod est, dicas. Nam qūo est humilitas, ubi regnat falsitas? Hæc Augu. Sed præter hæc oīa sacræ scripturæ & sanctorū uirorū testimonia, ratio ipsa urget ut nō ita faciendū esse credamus. Id enim quod ex se malū est, nullo quālibet bono fine præsi xo, nec propter ullā aliam quālibet bonā circūstan tiam poterit esse bonū: qm̄ (ut diuus Dionysius lib. de diuinis nominib. ait) bonū est ex caussa integra, malum uerò ex singularibus defectibus. At q̄ men dacium res sit ex se mala, res est tam aperta, ut non egeat ullo testimonio: qm̄ pugnat cum ueritate, quę res est ex se bona. Et hoc nō solum Christianis, uerum etiam Ethnicis fuit notū. Nam Aristo. 4. Ethicorū lib. ait, Mendaciū est ex se prauū, & fugiendū: uerum autē est bonū, & laudabile. Si mendaciū ex se malū est, ergo propter uitam hominis saluādam Isido.

dictum, etiam malum erit. Alioqui eadem ratione bonum esset furtum quod sub ꝓtextu subuētionis pauperum fieret: hoc tñ nullus unq; sanctor̃ cōcess sit. Eadem etiā ratione esset dicendū eos nō peccasse qui Apostolos Christi occiderunt, qm̃ sic facientes (ut Saluator ait) arbitrabātur se obsequium præstare deo. Multo autē melius est obsequium præstare deo, q; hominē a corporis morte eripere. Quo fit ut si uita hominis seruata ualet mēdacium a culpa liberare, obsequium quod se deo ꝓstare credit, ualeat apostolor̃ occisorē a peccato eripere. Demū ut huic liti finem ponamus, aperta est de hac re ecclesiæ definitio. Nam Innocentius papa huius nois. 3. Panormitano Archiepo scribens ita ait, Cum usurarū crimen utriusq; testamēti pagina detestetur, super hoc dispensationem aliquā fieri nō uidemus: quia cum scriptura sacra prohibeat pro alterius uita mentiri, multo magis prohibendus est quis ne etiā pro redimenda uita captiui usurarum crimine inuoluatur. Hæc Innocentius. Quæ uerba habentur in uolumine epistolarū decretalium in tit. de usuris cap. super eo. Sed superest ut obiectiones Cassiani aut abbatis Ioseph refellamus. Nam ut probet licitum esse pro magna aliqua urgēte necessitate mentiri, aliqua exē pla patrum ueteris testamēti affert, quos pro simili aliqua causſa mentitos fuisse cōstat. Quibus oībus obiectionibus simul respōdemus, eos nō fuisse mētitos, qm̃ etsi uerū occultarunt, falsum tñ non dixerunt, sicut de Abrahā superius docuimus, cū dixit Sarram sororē suam esse. Deinde, & si aliqui falsum dixerint, aut simulando fecerint, talem falsitatē scriptura sacra non laudat. Non enim omnia eor̃ gesta quæ ibidē narrantur, propterea q; illic scripta sunt, laudantur: absit: alioqui fieret ut aliqua illor̃ peccata quæ ut homines cōmiserunt, essent etiā laudata. Ad hunc modū scriptura refert mēdacium quod Iu

Ioā. 16.

Innocētius papa.

dith Holoferni, non tñ mẽdacium illius laudat, sed uirilem illius animũ quo inter media hostiũ castra pertranſire nõ metuit, & ducẽ exercitus in lecto cubantem interficere, & caput ducis ſecum in ciuitatem deferre. Hunc animũ, hanc audaciã, hoc plus q̃ muliebre facinus laudat, non mendaciũ quo & ducem & illius milites decepit. Esto etiã aliqua illorũ patrum dicta aut facta ſint quæ in faciem mẽdacia eſſe appareant, & laudenẽ, illa (ut beatus Aug. in li. contra mẽdacium docet) iuxta myſteriũ latens accipienda ſunt, non iuxta literę corticem: quẽadmodũ Iacob dixit ſe eſſe Eſau primogenitũ Iſaac: quod iuxta literæ corticẽ uerum nõ erat: per ſpiritum tamẽ prophetiæ qua uſus eſt, uerũ dixit. Eo enim facto figurauit & prophetauit minorẽ populum, uidelicet gentilium, ſubſtituẽdum fore in locum primogeniti, uidelicet populi Iudæorum. Nam Iacob excuſari a mendacio teſtatur Innocentius papa huius nominis tertius in capi. gaudemus. titu. de diuortñs. Iudith 11. et. 13. Ge. 27.

Pro cõfirmatione alterius partis qua docet cauſſa humilitatis eſſe mentiendũ, ita ut de continentia quã habet quis, interrogatus dicat ſe non habere. cap. 21. præfatę collationis talia adducit teſtimonia, quibus Chriſtus ſic ait, Nõ uidearis hominibus ieiunans, ſed patri tuo qui eſt in abſcondito. & iterũ, Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. & rurſum de ñs qui palàm opera ſua faciunt, ait: Amẽ dico uobis, receperũt mercedẽ ſuam. His aliud reſpõdere non poſſumus, q̃ q beatus Augu. in quadam homilia ait, deum per illa uerba non opus ſed intentionem prohibuiſſe. Prohibuit quidẽ inanis gloriæ appetitum, ita ut etiã ſi opera noſtra ſint publicè facta, non hac intentione fiant ut uideantur. Ipſam tñ operum manifeſtationẽ non prohibuit: alioqui ſibi eſſet cõtrarius, qui alibi dixerat, Luceat lux ueſtra coram hoĩbus, ut uideant opera ueſtra bona, & glo Mat. 6 Mat. 5

rificent patrem uestrũ,qui in cælis est. Qui ergo de uirtute quã habet,interrogatus,se habere fatetur,& propter hoc deo gratias reddit, & illius gloriã deo a quo accepit,tribuit:non cõtra illud præceptũ dei
Mat.5 agit,Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Et de hac re satis.Nec scio aliquẽ qui cõtra hunc errorem ex professo scripserit,præter unũ beatum Aug. qui opus scripsit in quo cõtra omne mendaciũ disputat. Admoneo tñ lectorẽ ne occasione huius erroris Cassianũ inter hæreticos recenseat: qm̃ ut in primo huius operis lib. docuimus,fieri est possibile ut quis hæresim doceat,& hæreticus non sit censendus: qm̃ non adeò pertinaciter illã tuetur,ut ecclesiæ aliter docenti non sit paratus obedire. Forte hac & alia occasione huius Cassiani opa inter apocrypha recẽsentur a Gelasio papa in cap. sancta Romana.15. distinc. in libro Decretorum.

MENDICITAS.

NOn defuere qui mendicitatẽ tanc̃p̃ prẽcipuũ generis humani malũ diuturnis cõuitijs laceraue rint. Nam qui dicũt beatum populũ cui adsunt diuitiæ,dicent etiã miserum & infœlicẽ populum cui illæ sic desunt,ut propter inopiã mẽdicare cogatur.
Ioãnes Vuitcleff. Ioãnes siquidẽ Vuitcleff cũ suor̃ turba discipulor̃ docet non esse licitã mendicitatẽ:quapropter monachos mendicantes execratur,dicens illos debere uiuere per laborem manuũ, & nõ per mendicationẽ.
Luthe. Hunc eundẽ errorẽ hoc nostro seculo suscitauit Lutherus,dicens mendicitatẽ esse ex lege prohibitam. Quapropter cum ipse monachus esset ordinis eremitarum sancti Augustini,& ob hoc mendicauerit (nam talis ordo monachatus est unus ex quatuor mendicãtibus)tñ postea a diabolo cui adhæsit,excęcatus,monachatũ reiecit,& mendicitatẽ dãnauit,& ita tanc̃p̃ canis ad uomitũ reuersus est. Nos autem cum deo adiutore simus memores Frãciscanę men

dicitatis, quã in noſtra adoleſcentia uouimus, pro huius mẽdicitatis aſſertione laboramus. Et qm̃ pro religione pugnamus, cõfidimus in deo quòd de noſtris inimicis triũphabimus: qm̃ oſtendemus ex ſacris literis talem mendicitatẽ non eſſe prohibitam, immo laudatã & meritoriam, ad quã apoſtolos ex Chriſti inſtitutione ſæpe cõfugere oportuit pro uictu habendo. Et q̃uis de ipſo Chriſto non ſic legat aut credat q̃ ipſe aliqñ mẽdicauerit, qa mulieres aliquę probę quę illius doctrinã audiebãt & ſuſcipiebãt illi de facultatibus ſuis citra illius mendicitatẽ miniſtrabãt, non tñ inde ſequitur mendicitatẽ non eſſe licitam ad uitæ ſuſtentationẽ. Nam multa ſunt quæ certum eſt Chriſtũ non feciſſe, quæ tamẽ licita ſunt hoĩbus, ut inde uitæ ſuæ prouideant. Nunquã enim Chriſtus calceos fuit, aut caniſtra ex uiminibus intexẽs fecit, aut ligna lęuigauit, aut lapides poliuit. Nunqd ideo colligere inde licebit, nullã ex illis artibus mechanicis eſſe licitã? Abſit. Eſto ergo ut nunq̃ Chriſtus mendicauerit, non tñ inde ſequit ut alĩs mendicare nõ liceat pro uitę ſuſtentatione. Sed iam oſtendamus mendicitatẽ ex euãgelio. Chriſtus mittens diſcipulos ſuos ad prædicandũ, præcepit illis omniũ rerum defectum & penuriã, ut omnibus reiectis, & in ſolo dño iactantes cogitatũ ſuum, crederent ſe ab illo nutriendos. Nolite (inquit) poſſidere aurũ neq; argentũ, neq; pecuniã in zonis ueſtris. Ecce pecuniã interdictã. Verùm quia pecunia ſeclusa poterãt ſecum aliquid pro itinere deferre, ne hoc facerent ſtatim ſubiunxit dicens, Nõ peram in uia, neq; duas tunicas, neq; calceamenta, neq; uirgã. Ne autẽ quis putaret apoſtolos fuiſſe tunc ſoli fortunę cõmiſſos, oſtendit illis unde habituri eſſent alimenta, dicens, Dignus eſt operarius mercede ſua. Vel ut alius euangeliſta ait, Dignus eſt mercenarius cibo ſuo. Per quę uerba deſignauit illos quibus apoſtoli

mat. 10

Lu. 10. mat. 10

prædicabant, teneri ad præstandũ illis alimenta. Et beatus Paulus in priore ad Corint. epistola hoc expressius docet, sic dicẽs, Quis militat suis stipẽdijs unq̃? Quis plantat uineã, & de fructu eius nõ edit? Quis pascit gregẽ, & de lacte gregis nõ comedit? Et paucis interiectis subdit. Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnũ est si nos carnalia uestra metamus? Ecce uides apostolos ab omni rerũ possessione denudatos, qui de labore suæ p̃dicationis debebant uictum habere. Sed fingamus auditores fuisse adeò ingratos & imisericordes, ut nullus illorũ apostolis alimenta præstiterit, nullusq̃ illorũ apostolos ad domũ suam inuitauerit, nam hoc possibile est cõ
1.co.9. tigisse, cum cõstet Christum in die solẽni palmarũ,
mat.21 etiam postq̃ prædicasset Hierosolymis, a nemine illius oppidi fuisse inuitatum, sed redijsse usq̃ Bethaniam, ut ibidem pranderet, multo ergo melius hoc potuit cõtingere apostolis. Quid ergo tunc facturi fuissent apostoli? Nunqd pati debebãt mortẽ? Absit, cum possent eam euitare prodendo alijs suã egestatem. Si ergo poterant suam egestatẽ alijs reuelare, ergo poterãt mendicare, qm̃ hoc ego mendicitatẽ appello. Sic enim definit Augu. mendicitatẽ. Quid est (inquit) aliud mendicare, nisi ad hominũ misericordiam uiuere, sicut uiuunt Iudæi, supple sub earum gentium regibus, in quas translati sunt? Hæc Aug. exponens uersum illũ Psalmistæ, Nutantes transferantur filij eius, & mendicent. Quòd si hæretici di-
Ps.108. cant illam apostolorũ petitionẽ non esse tunc dicendam mendicitatẽ, cum apostoli tunc peterent illud quòd iure illis debebatur, illis contradicit Ambro. qui in libello de uinea Naboth, ita ait, Audiuimus uocẽ diuitis aliena quærentis, audiamus uocẽ pauperis propria mendicantis. Non fiat (inquit) hoc a deo, ut dem tibi hæreditatẽ patrum meorũ. Hęc Ambrosius. Quibus uerbis expresse ait Naboth ꝓpria

mẽdicasse. Deinde si hoc ita se haberet, oporteret ut qui in extrema necessitate cõstitutus eleemosynam peteret, non esset dicendus mendicare, cum petat id quod sibi iure debeẽ. Apostolis ergo opus erat mendicare, cum iam illis fuisset a Christo interdicta oĩs pecunia. Vnde Theophylactus exponens illud Lu. Lu.10.
cæ, In eadẽ domo manete edentes & bibentes quæ apud eos sunt, sic ait, Vide qualiter discipulos mendicare instituit, & precio eos nutrimentum habere noluit. Hæc Theophylactus iuxta translationẽ antiquã; qua utitur Thomas in cathena aurea. nam in ea traductione quã recens edidit Oecolãpadius, aliter sonant. Et suspicor Oecolãpadium ex industria mutasse uerba, quia ille etiã hoc eodẽ fuit pollutus errore, ut negauerit etiã mendicitatẽ esse licitã. Præterea, ut quis uerè dicatur mẽdicare, parũ refert per se an per alium petat, qm̃ qualitercũq; petat, mendicare dicetur, siue per se petat, siue per aliũ, siue etiã pro se petat, siue pro alio. Et si hoc est mẽdicare, tũc apertè constat Paulum Apostolũ mendicasse. Nam ut patet ex priore epi. ad Corin. in ecclesiis Galatiæ 2.co.16
fiebãt collectæ per unã sabbati pro sanctis qui erãt in Hierusalẽ. Et in posteriore episto. ad Corinth. idẽ Apostolus fatetur se fecisse, & decernit se facturum collectas pro sanctis in ecclesia Macedoniæ, & testatur se idẽ fecisse in ecclesiis Corinthiorũ. Rursum cõcilium Viẽnense quod celebratũ est sub Clemente. 5. decernit modũ uiuendi fratrum minorũ per mẽ dicitatẽ, non solũ esse licitum, uerũetiam meritoriũ. Concilii Viẽnense.
Demum ex. 45. articulis Ioãnis Vuitcleff damnatis in cõcilio Constantiensi sessione octaua, uigesimus quartus sic ait, Fratres tenẽtur per labores manuũ uictum acquirere, & non per mendicitatẽ. De quo articulo cõcilium per hæc uerba profert sentẽtiam. Prima pars (inquit) est scãdalosa, & præsumptuosè asserta, pro quanto sic generaliter & indistinctè lo- Concilii Cõstan.

quitur. Et secunda erronea, pro quãto asserit mendi citatem fratribus non licere. Hæc cõcilium Cõstantiense. Sed opus est ut obiectionibus aduersariorũ respondeamus. Primò enim obijciunt nobis illud
Deu.15 quod scribitur in Deuteronomio· Omnino egẽs & mẽdicus nõ erit inter uos. Ex quo loco inferunt nõ licere alicui mendicare, cum hoc (ut aiunt) fuerit a deo prohibitum. Huic obiectioni respondemus illa uerba nõ esse prohibitoria, sed promissoria. Hoc.n. deus promittit ibi seruanti suam legẽ, ut si uidelicet Iudæi legem seruassent quã deus illis per Moysen dedit, nullus inter eos futurus esset egenus aut mẽdicus. Et quia Iudæi legẽ transgressi sunt, ideo deus non fecit cum illis iuxta suum promissum. Iudæis siquidem tanquã carnalibus in præmium obseruationis legis promisit deus solùm bona temporalia,
Esaię.1 sicut est illud· Si audieritis me, bona terræ comedetis. Ita etiam promissio quędã est cum ait, Omnino non erit egens aut mendicus inter uos. Nã si uerba illa fuissent (ut hęretici isti dicunt) prohibitoria, pec
Lu.16. casset Helias mẽdicans a uidua, & Lazarus plenus ulceribus, cuius mẽdicitas laudata est in euãgelio.
* Hoc modo respondet præfatæ obiectioni Thomas Valden. Potest tñ aliter respõderi, & mea quidẽ sententia multo melius & magis conformiter ad sacrã literam. Fateor quidẽ illa uerba Deutero. explicare prohitionẽ aliquã: tamen prohitio illa non data est pauperi, nec tũc cum paupere deus loquebatur: sed ad diuites de pauperũ subuẽtione (ut ex lr̃ę decursu facile colligi põt) tunc loquebatur deus, pręcipiens illis ut tantã pauperũ curam haberet, ut non sinerent illos propter inopiã mendicare. Hoc aũt uerba quę postea deus addit, aperte indicant. Non deerũt (inquit) pauperes in terra habitationis tuę, idcirco præcipio tibi ut aperias manũ tuam fratri tuo egeno, & pauperi qui tecum uersatur in terra.) Secũdo

obꝫciunt illud Psalmistæ dicentis, Nō uidi iustum derelictum, nec semē eius quærens panē. Ex quo loco inferre uolunt illos non esse iustos qui panē per mendicitatē quęrunt. Cui obiectioni respondemus secundū doctrinā Augustini, illa uerba nō esse intelligenda de pane corporali quem cōstat fuisse à multis iustis q̄situ, qm̄ (ut de alꝫs taceam) Dauid quæsiuit panes propositionis à sacerdote. Sed illa uerba sunt intelligenda de pane spirituali uerbi dei, quem panem nunc̄ꝫ iustis deus denegauit, nec̄ꝫ iustū aliquē sic dereliquit, ut famē uerbi dei pateretur. Circa panē tamē corporalem aut alias etiā res corporales sępenumero deus derelinquit iustos, ut per similes pressuras melius ualeant assequi regnū dei. Cōtra hanc hæresim scribit latissimè Thomas Valden in primo tomo doctrinalis fidei antiquæ lib. 4.

1.re.17. Psal.36

1.re.21.

MERITVM.

INter alios Lutheri errores is unus est quo ait nullum esse hominis meritū ad gloriam assequendā. Tantū enim gratiæ tribuit, ut nullū locū relinquat libero arbitrio. Cum ergo (ut ait) totū ex gratia dei pendeat, & nullo modo cooperetur liberū arbitriū, dicit non posse aliquod hominis opus dici meritū, præsertim cū nostra opera ad gloriā æternā relata, diminuta reperiātur. Si Lutherus accipit meritum pro tali opere quod ex sua natura & ex seipso ęquale est p̄mio, certè illius sententia nō est de errore notanda, qm̄ non est aliquod opus nostrum ex se tale quod ęquari possit gloriæ ęternæ. Nā apostolus ait nō esse condignas passiones huius seculi ad futurā gloriam q̄ reuelabitur in nobis. Verùm non semper sic capitur meritū, ut talem æqualitatē & obligationem naturalem innuat, sed aliam æqualitatem quæ nō consurgit ex natura rerū, sed ex pacto quodam, quo pacto inito, æquale erit opus, quod antè non diceretur æquale: & debitū dicetur, quod aliàs non

Lutherus.

Ro.8.

diceretur. Vt gratia exẽpli, Si in hastiludio quodam quod forte nõ ultra unius horę spatiũ protenditur, rex promitteret cuicunq; melius uibranti hastam duobus occursib⁹, gemmã aut aliquod precioſum iocale ualens ſex millia aureoꝝ, tunc ſi Petrus, aut Ioannes melius cæteris rem geſſerit, dicetur abſq; dubio q̃ meritus eſt gemmam, & q̃ rex eſt debitor illius. Tale autem debitum non eſt ex rei natura, q̃ illi debita ſit gemma, ſed prouenit ex pacto regis, & libera illius promiſſione, qui promittens donare, ſeipſum obligauit. Ita etiam etſi noſtra opera ex ſe ſint indigna gloria, & nos per illa nullum ius habere poteramus ad gloriam æternam, nec gloria unquã fuiſſet nobis debita, tamen quia miſericors deus promiſit ſeruanti mandata ſua ſe daturum illi uitam æternã, poſt talem promiſſionem debet deus dare gloriam ſeruanti ſua mãdata. Quod debitum in deo non oritur ex noſtris operibus, ſed ex benigna eius uoluntate, qui promittens nobis, ſeipſum obligare uoluit. Et iuxta hunc modũ intelligendo rationem meriti, cõſtat nos nihil derogare maieſtati diuinæ cum dicimus opera noſtra eſſe meritoria uitę ęternę, quia hoc modo nõ dicimus deum obligari, aut eſſe debitorẽ noſtris operibus, ſed dicimus eum obligari ex promiſſione ſua, & eſſe debitorem promiſſioni ſuæ. Quòd autẽ ipſe promiſerit, ſimpliciter & abſolute eſt tribuendum gratiæ. Hoc modo negare meritum eſt hæreſis, qm̃ hanc meriti rationẽ ſæpiſſimè ſacræ literæ oſtendunt. Sapiens nãq; Eccleſiaſticus ait, Omnis miſericordia faciet locũ uni cuiq; ſecundum meritum operum ſuoꝝ. Ecce uides ibi nomen meriti ſatis expreſſum. Cur ergo Luthere tantum abhorres meriti nomen, quod Eccleſiaſticus non eſt ueritus proferre? Præterea nihil aliud de ſignat illa Chriſti parabola de patreſamilias mittẽte operarios in ſuam uineam, cũ quibus fecit con-

Ecc.16

mat.20

uentionem ex denario diurno, finito uerò labore dixit paterfamilias procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedē, illam uidelicet ꝙ paterfamilias cū operarios in laborem mitteret, illis promiserat. Hic audis mercedē pro labore, quæ res quasi debitum quoddā designare uidetur. Quod clarius ex presſit paterfamilias cum murmuranti eò ꝙ nō maiori pręmio ꝙ denario fuisset donatus, dixit, Nonne ex denario conueni tecum? Tolle quod tuum est, & uade. Tuum dixit, quo nomine ostēdit talem denarium fuisse illi debitū. Sed unde debitum? Certè ex conuentione. Rursum apud Marcum Christus discipulis suis in hunc modū loquitur: Quisquis potum dederit uobis calicem aquæ frigidæ in nomine meo, quia Christi estis, amen dico uobis, nō perdet mercedem suam. Et Paulus apostolus in prima ad Corinthios epistola sic ait, Vnusquisq; propriā mercedem accipiet secundū suum laborem. Si nullum esset meritum, non distribueretur merces iuxta laboris mensuram, sed iuxta uoluntatem donantis. Et in epistola ad Hebræos clarius nomē meriti expressit dicens, Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci. talibus enim hostijs promeretur deus. Et Sapiens de iustis loquens ait, Tentauit illos deus, & inuenit eos dignos se. Si digni, ergo meritum habentes. Et Paulus ad Thessalonicenses scribens de tribulationibus quas illi patiebantur, ait, Quas sustinetis in exēplum iusti iudicij dei, ut digni habeamini regno dei, pro quo & patimini. Et Colossensibus scribēs ait, Dignos nos fecit in parte sortis sanctorꝝ. Quòd si dicas Paulum nō asserere nos esse ex nobis dignos, sed ꝙ deus nos fecit dignos, & ego hoc ipsum sentio, ꝙ nō sumus sufficientes ex nobis ad gloriam promerendā, sed ꝙ illam mereamur, est ex gratia dei quæ nos & p̄uenit, & euntes comitatur. Itaq; deus per grām quā nobis donat, facit nos

Mar. 9

1. cor. 3

Heb. 13

Sapi. 3.

2. the. 1

Colo. 1

dignos se. Hoc ergo non poterit negare Lutherus, quin iustus sit dignus deo, quanuis à deo ipso fiat dign⁹. Quòd si dignus ergo aliquã habet meriti rationem. Omitto hic sacrorũ doctorũ testimonia, qui omnes tribuunt meritũ homini gratia dei adiuto. nam qui destitutus est gratia diuina, certum est ꝙ nihil mereri potest.

Secunda hæresis est omnino contraria huic proximè narratæ, qm̃ ait hominẽ sine auxilio gratię dei posse, ex sua uirtute naturali promereri uitã ęternã.

Pelagi' Huius hæresis author fuit Pelagius. Sed de hac hæresi non est opus impræsentiarum disputare, quoniam supra in titulo de gratia hęresi prima satis (ut existimo) de illa disseruimus.

MIRACVLVM.

Valdẽses. DE erroribus Valdensiũ Guido Carmelita disserens cap. 15. dicit illos sentire nulla uera miracula fieri ĩ ecclesia. Verùm Aeneas Syluius in lib. de origine Bohemorũ cap. 35. recensens Valdensiũ errores, nunc̃ huius erroris meminit. Et si ita senserũt, ut Guido illis impingit, apertissimè ex hoc errore licebit colligere quanta fuerit illorũ dementia, & sacrarũ literarũ ignorantia, cũ sint tam multa scriptu rę sacrę testimonia ad miraculorũ confirmationem. Sed Valdenses fuerunt homines idiotæ, & prorsus ignorantes: quapropter uerisimile est eos nescisse quid sit miraculum. ideo prius oportet miraculum definire, c̃p de eo disputemus. Miraculũ est res insolita supra naturæ potẽtiam operata. Itac̃ duo oportet inesse ut aliquid possit dici miraculum, ꝙ uideli cet sit supra naturæ potentiam, & ꝙ non sit ex cõmuni consuetudine. Et si alterũ horũ desit, miraculũ minime dicetur. Hac enim de causa creatio animæ cumanæ non est censenda miraculũ, quia etsi illius hreatio excedat potentiam naturæ, nõ est tamen res insolita, cũ deus quotidie nouas creet animas. Eadẽ

ratione si unus homo nasceretur cũ septẽ digitis in qualibet manu, nõ dicetur miraculũ, quia etsi hoc sit insolitum, nõ tamen excedit potentiam naturæ, qm̃ à caussis naturalibus hoc procedere potest. Si tamẽ res est insolita,& uires naturæ exuperans,illa merito miraculũ dicetur. Huiusmodi autẽ q̃ multa fuerint uera miracula, piget recensere, qm̃ utrunq; testamentũ plenũ est miraculis. Ex ueteri instrumẽto satis est ad memoriã reuocare miracula q̃ deus operatus est í Aegypto cũ inde eduxit filios Israel. Et forte Valdenses fuerunt ex illis de quibus dixit propheta, Et obliti sunt benefactorꝝ eius,& mirabi Psa.77
lium eius quæ ostendit eis. Corã patribus eorꝝ fecit mirabilia in terra Aegypti, in cãpo Thaneos. Ecce mirabilia operata in Aegypto. Quòd si cõtendas fa tendo illa fuisse mirabilia,non autẽ miracula,q̃uis ex definitione miraculi assignata possis conuinci,ta men uolo ut ipsa scriptura te conuincat. Cũ diceret Moyses populo Israel ex mandato dñi, quo pacto nocte sequenti moriturũ esset omne primogenitum Aegypti tam ex iumentis q̃ ex hominibus, statim hæc uerba subnectit. Apud omnes autẽ filios Israel Exo.11
nõ mutiet canis,ab homine usq; ad pecus: ut sciatis quanto miraculo diuidat dñs Aegyptios & Israel. Et in libro Numerorꝝ scriptura loquens quomodo terra deuorauit Chore,morientibus plurimis quã-do cõbussit ignis ducentos quinquaginta uiros,sic ait. Et factũ est grãde miraculũ, ut Chore pereunte Nũ.16
filiꝝ illius nõ perirent. Si ad nouũ instrumentũ nos citare uolunt, illic etiã pro nobis dicetur sententia. Illic enim inuenies cæcos uisui restitutos, claudos Ioã.5.
ambulãtes,paralyticos sanatos,ẽ quibus unus fue rat.38.annis infirmus, leprosos plures mundatos, mortuos suscitatos,aliaq; innumera miracula,quæ nullo pacto per naturæ uirtutẽ fieri poterant. Quis ergo erit tam temerarius ut negare audeat illa uere

contigisse,& uera miracula esse? Quòd si Valdenses sua in assertionē restringant ad miracula quæ à sanctis fieri dicuntur,adhuc erit eorū assertio dicēda hæ-
Actu.3 resis. Nā de Petro dicit historia apostolica q̄ ad uocem Petri cōsolidatæ sunt bases cuiusdā claudi petentis eleemosynam ante fores tēpli: & sanatus est Aeneas alius qui fuerat paralyticus iacens in lecto
Act.9. annis octo. Et plurima alia miracula enarrat illa apostolica historia, q̄ non possunt negare fuisse miracula. Verùm nō desunt aliqui latentes (ut existimo) Valdēses, qui hæc miracula à sanctis facta deri-
Psal.71 dent, dicētes illa à solo deo fieri, q̄m (ut ait ꝓpheta) ille est qui facit mirabilia magna solꝰ. Quapropter dolent cū audiunt alios dicentes talē sanctū, aut talem sanctā fecisse aliquod miraculū, quia dicūt illa à deo fieri, & nō debere ullo pacto hominibus tribui. Fateor quidē à deo illa omnia fieri, sed ut deus illa fecerit, sanctorū merita sunt in causla: ad quorū exaltationē deus uult miracula fieri. Et quia ꝓpter merita illius sancti deus hoc facit, dicuntur fieri ab illo sancto. Neq; hic modus loquendi est alienus à
Ioā.14 sacris literis. Nā ipse ueritatis magister apud Ioannem ait, Amen amen dico uobis, qui credit in me, opera quę ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Aduerte quod non dixit, maiora horum propter merita illius ego faciam, sed dixit, & ipse fa-
Marci vlti. ciet, & maiora horum faciet. Et apud Marcum iterum ait, Signa eos qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia ejcient &c. Non dixit, Ad eorum preces ego ejciam, sed dixit, ipsi ejcient, ipsi serpentes tollent, ipsi linguis loquentur nouis. Valeant ergo miraculorū subsannatores, & nolint tot deinceps excitare tragœdias aduersum eos qui dicunt miracula fieri à sanctis, cum dominus dicat de quolibet credente in eum, q̄ faciet illa quæ ipse fecit, & adhuc maiora.

INter multa quæ nobis deus benignitatis suæ testimonia in hoc mundo reliquit, p̃cipuū est illud omniū sacramentoꝝ excellentissimū quod propter affluentē & exuberantē gratiam q̃ in illo cōfertur, uocatū est eucharistia. Et quemadmodū illud est excellentissimū, ita oportuit ut ad illud cōficiendum eminentior institueretur cultus religionis, ut ex cultu exteriori magis alliceretur animus omnium adstantium ad maiorē reuerentiam illi sacramento p̃standam. Nam cū uident homines p̃parationem sacerdotis, cæremonias q̃ p̃cedunt & sequūtur huius sacramenti cōsecrationē, ualde mouentur ut magis illud reuereantur. Huius ergo ineffabilis sacramēti cōsecrationē cū cęremoniis ad illā pertinentib⁹, nos missam uocamus. Qui ergo ipsum sacramentū contemnunt, nō est mirandū si illius sacramenti consecrationi detrahant, missæ dignitatē deprimant, eam nihili faciētes. Quod ut facilius efficiant, hinc exordium sumunt, dicētes Missam nō esse à Christo institutā, sed humanis inuentionib⁹ ecclesiæ illatam. Huius pestiferæ assertionis primus magister fuit Ioānes Vuitcleff, qui dixit nō esse fundatū in euāgelio q̃ Christus missam ordinauerit. Si Ioānes Vuitcleff, hic capit uocabulū missæ ut cōplectitur totū illum cęremoniarū decursum, qui consecrationē eucharistię præcedit & sequitur, utputa q̃ dicitur primo introitus, mox dicatur ter Kyrie eleison, & ter Christe eleison &c. hoc modo capiendo uocabulū missæ, ego nō putarem esse censendā hæresim illius assertionem: q̃n certū est Christū nō instituisse illa omnia, sed partem illoꝝ apostoli instituerunt, alias partes decursu tēporis addidit ecclesia. Nā hymnū illū angelicū, uidelicet, Gloria in excelsis deo, Telesphorus papa & martyr p̃cepit cātari in missa ante sacrificij oblationem. Et Gregorius papa huius no-

Prima hęresis

Ioānes Vuitcl.

minis primus instituit, ut in principio missæ cantetur antiphona q̄ uulgo dicitur introitus. Idē etiam instituit ut post introitū nouies Kyrie eleison, Christe eleison canteť. Et ita alia ab alijs successu tpis addita sunt. Si uerò missa capiatur prout debet, ut uidelicet solū significet illa q̄ sunt substātialia, uidelicet cōsecrationē eucharistiæ sub utraq; specie, oblationē illius deo in memoriā Christi, & eiusdē oblationis sumptionē: sic intelligendo certū est q̄ Christus missam ordinauit, & per cōsequens certum est Ioānis Vuitcleff assertionē esse meritò de hæresi notatam. Nā Christus in illa cœna ultima postq̄ ipse corpus suū discipulis manducandū sub specie panis dedit, dixit, Hoc facite in meam cōmemorationem. Quib⁹ uerbis discipulis p̄cepit ut illud quod ipse fecit, illi facerent in cōmemorationē eius. Christus benedixit, hoc est consecrauit, qm̄ illa benedictione Christus cōsecrauit: & ita à uetustis ecclesiæ doctoribus potissimū Græcis uocatur consecratio eucharistię mystica benedictio. Sic enim eam uocat Gregorius Nazianzenus. eodem nomine ſpissimè appellatur à Cyrillo super sextū Ioannis caput. Sic etiam uocatur in epistola quā misit conciliū Ephesinum Nestorio hęretico. Hinc etiam ortū habet q̄ sacerdos anteq̄ uerba consecrationis dicat, benedicit panē, ut Christū imitetur, qui anteq̄ discipulis daret, benedixit. Verùm etsi nō legatur in euāgelio aliquā aliam pro hoc sacramēto fuisse à Christo institutā cęremoniā, nō tamen ideo contēnendę ueniunt illæ cęremoniæ quib⁹ catholica utitur ecclesia, p̄sertim cū bonā illarū partē legamus fuisse ab apostolis institutā. Nā Hugo de sancto Victore in libro de sacramentis, & Isidorus in libro de officijs cap. 15. & Remigius in libro de officio missæ, testātur eum ordinē orationū quibus deo oblata sacrificia conserantur, primò à sancto Petro fuisse institutū, quem

Luc. 22

primā

primã missam Antiochiæ celebrasse ferunt, in qua tres tantũ orationes initio fidei proferebantur, inci piebatq; tunc sacerdos ab illo loco ubi dicit, Hanc igitur oblationẽ &c. Alia uerò succesſu tẽporis addita sunt. Meritò ergo talis assertio Ioãnis Vuitcleff est uelut hæretica dãnata. Nã ex. 45. articulis eiusdẽ Vuitcleff in concilio Cõstantiensi dãnatis, quintus articulus sic ait, Non est fundatum in euangelio q̃ Christus missam ordinauit. Quæ assertio simul cũ alijs una super omnes lata sententia dãnata est. Cõtra hanc hæresim copiosè disputat Thomas Valdẽ in libro de sacramentalibus, titulo quarto.

Secunda hęresis negat missam esse sacrificiũ, neq; ibi esse aliquam oblationẽ. Huius hęresis author est Lutherus, qui uolens ex toto missam unicũ anima Lutherum solatium, tollere, his gradibus progreditur, ut rus. primo dicat missam non esse sacrificium, qm̃ in ea (ut ait) nulla prorsus oblatio offerr̃. Et qm̃ hoc est primum fundamentũ quod iacit ad suam hæresim de missa abroganda stabiliendam, ideo pro uiribus oportet anniti ut illud euertamus. Primo ergo quæ rendũ est à Luthero, utrum pro statu legis euangelicæ sit aliquod sacrificium ab ipsa lege statutũ, & illi legi peculiare. Nõ est dicendũ nullũ esse sacrificium, qm̃ in omni lege fuerunt semper aliqua sacrificia. Nam in lege naturæ fuerunt sacrificia, qm̃ Iob Iob. 1. qui solum in lege naturę uixit, offerebat holocausta per singulos dies, ne fortè filij eius peccassent. De lege Mosaica non est opus dicere, cum tota illa plena fuerit sacrificijs. Et gentes ipsę diuersa idola colẽtes, diuersa habebant sacrificiorũ genera, ita ut nulla sit gens tam barbara quæ nõ habeat aliquod sacrificij genus quod offerat deo suo, hoc est illi quem putat deum. Et hoc non aliunde uenit, nisi quia à natura est omnibus inditum, ut deum quisq; colat. Multo ergo magis oportet in legẽ euãgelica, in qua clario-

rem dei cognitionē habemus, ut in ea sit aliquod sacrificium multo excellētius omnib⁹ sacrificijs aliarum legū. Tale autē nullū reperiri potest nisi missa sit sacrificium, in qua uerū Christi corpus, & uerus eiusdem sanguis deo offertur. Missa ergo est sacrificium. Et hanc nostrā argumentationē cōfirmat Malachiæ prophetę testimonium, qui enarrans abroga tionē sacrificiorū ueteris legis, sic in persona dei loMal.1. quitur. Non est mihi uoluntas in uobis, dicit dñs exercituū, & munus nō suscipiam de manu uestra. Ab ortu enim solis usq; ad occasum magnū est nomen meū in gentib⁹, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnū est nomē meum in gentib⁹. Ecce uides repudiari sacrificia ueteris legis, cū ait, munus nō suscipiam de manu uestra. Et ne omnino sine sacrificio uideretur populū relinquere, statim aperuit aliud sacrificium loco illius subrogatum multo melius, cū dixit: In omni loco sacrificat & offertur nomini meo oblaEsai.26 tio munda. At nulla alia est oblatio q̄ simpliciter & absolutè dici possit munda, nisi eucharistia quæ in missa deo offertur, qm̄ ut ait ꝓpheta quidā, omnes iustitiæ nostrę quasi pānus mēstruatæ sic sunt corā deo. Et si aliqua est oblatio quę munda dicatur, illa nō est ex se munda corā deo, sed ex mūditia & boni tate ipsius offerentis. Respexit deus (inquit scriptuGen.4. ra) ad Abel, & ad munera eius. Ad Abel primo, deinde ad munera, & ideo respexit ad munera, quia respexerat ad personā. Oblatio autē illa de qua ꝓpheta Malachias loquitur, absolutè dicitur mūda, nulla expressa persona à qua suā caperet munditiā. Ex quo colligitur ꝙ sit ex se munda, est ergo illa eucharistia. Quod si dicas intelligi de illa oblatione qua Christus seipsum in cruce pro nobis omnib⁹ semel deo patri obtulit, obstat id quod ait dñs, dicens ꝙ talis oblatio offertur in omni loco. At illa unica

oblatio in cruce facta à Christo, in sola Iudæa facta est, & nō in omni loco. Nō ergo loquitur propheta de illa. Nec etiam talis oblatio munda de qua dñs per prophetā loquitur, est oratio & eleemosyna, ieiunium, aut aliqua alia similis. Nā si de huiusmodi oblationib⁹ loquamur, nō una in omni loco & ab omnibus offertur, sed diuersæ sunt orationes, distinctæ eleemosynę iuxta diuersitatē personarū eas offerentiū. Et huiusmodi oblationes etiam in lege ueteri offerebantur deo. ista autem de qua dñs per prophetā loquitur, non fuit in ueteri lege, qm̄ dicit eam subrogandā loco alioꝝ sacrificioꝝ quę reprobanda erant. Oblatio ergo q̄ ex se sit munda sine ullo personæ offerentis respectu, & q̄ in omni loco una & eadē ab omnibus offeratur, nulla reperiri potest nisi eucharistia, q̄ quotidie à tota ecclesia per uniuersum mundum dispersa, in missa deo offertur. Ergo missa in qua talis oblatio offertur, est sacrificiū. Prę terea, sacerdotium legis euangelicæ quod à Christo summo sacerdote incepit, p̄cesserat ī figura in sacerdotio Melchisedech, prout apertissimè docet Paul⁹ in epistola ad Hebr. qm̄ ex hoc colligit ibi Paulus melius esse sacerdotium nouæ legis q̄ sacerdotium ueteris, quia uidelicet hoc benedictionē ab illo receperit. Et Christus qui summus est huius sacerdotij sacerdos, dictus est sacerdos secundū ordinem Melchisedech. Iam uideamus in quo sacerdotium Melchisedech simile sit sacerdotio nouæ legis euāgelicę, ut meritò possit dici figura & typus illius. De sacerdotio Melchisedech nihil aliud expressit scriptura, q̄ p panē & uinū obtulit, ita p oblatio Melchisedech quā deo obtulit, fuit panis & uinū. Verū hoc ipm̄ hęretici negāt reperiri in scriptura, sed dicūt scripturā referre Melchisedech obtulisse panē & uinū Abrahæ redeūti de uictoria quinq regū, & nō deo. Sed ut eoꝝ fallaciæ & technæ ꝑdant, citare oportet

Heb. 7.

ꝑſa. 109

Gen.14 scripturã. Sic enim uerba eius habent: At uero Melchisedech rex Salem proferens panem & uinũ, erat enim sacerdos dei altissimi, benedixit ei &c. Quòd panem & uinum obtulerit, apertius dicit scriptura, q̃ ut dubitari possit. Verùm cui obtulerit, ostẽde re oportet. Et certè si sequentia uerba aduertantur, apertè conuincitur q̃ deo obtulit. Nam cũ dixerat panem & uinum protulisse, caussam illius oblatiõnis mox subiunxit dicens, Erat enim sacerdos dei altissimi. Est ne sufficiens caussa sacerdotium dei, ut Abrahæ panẽm & uinum offerre debuisset? Aut fortè sacerdotis officium erat ministrare uictoribꝰ panem & uinum? Absit. Non est enim æquum ut minister mensæ dei ministret mensis hominum. Si coniunctionẽ copulatiuam posuisset sic dicens, At uerò Melchisedech rex Salem proferens panẽ & uinum, & erat sacerdos dei altissimi &c. si sic locutus fuisset, dubitari meritò poterat cui obtulisset panẽ: sed cũ posuerit coniunctionẽ causalem, dicens, erat enim sacerdos dei altissimi, uidẽtur illa uerba posita ut redderet caussam quare obtulerit panẽ & uinum. Nã quia dixerat Melchisedech regẽ Salem obtulisse panẽ & uinũ, mirari quis poterat regẽ oblationes facientem. ideo subdidit dicens, Erat enim sacerdos dei altissimi. Melchisedech ergo panẽ & uinum obtulit deo. Et hæc est nõ solũ recentiũ theologorum sententia (ut quidã existimat) sed uetustorꝫ. Nam beatus Cyprianus in quadã epistola ad Cęciliũ quæ est in secũdo lib. epistolarũ eius, ita sentit. Damascenus in. 4. lib. de fide orthodoxa cap. 14. idẽ docet. Quòd si Melchisedech panẽ & uinũ non obtulit deo, ostẽdant ex sacris literis qui hoc asserunt, quis fuerit ritus aut ordo sacerdotij Melchisedech, ut meritò dicatur gessisse typum sacerdotij nouæ legis? Cũ ergo nihil aliud de eius sacerdotio reperiatur, conuincitur eum panem & uinũ obtulisse: & si

Franciscus Titelmanus sup Psal. 109.

in hoc figurã gessit sacerdotꝝ nouę legis, oportet ueritatẽ ĩ sacerdotio nouæ legis reperiri, cui talis obsatio similis habeat. At nulla alia haberi potest ĩ sacerdotio legis euangelicæ, nisi oblatio illa corporis & sanguinis q̃ sub specieb⁹ panis & uini quotidie in missa fit. In missa ergo aliquid offertur, & p̃ consequens missa est sacrificiũ. Rursus Paulus apostol⁹ in ea q̃ est ad Hebr. epist. sic ait, Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cõstituitur in ꝺ̃s q̃ sunt ad deum, ut offerat dona & sacrificia, p̃ peccatis. Aut ergo nullũ est legis euãgelicæ sacerdotiũ, aut aliquod habebit peculiare sacrificiũ quod offerat pro peccatis. nullũ autem est aliud quod nõ possit à nõ sacerdote offerri, nisi eucharistia quæ in missa offertur, missa ergo est sacrificiũ. Deinde hãc sententiã docuerunt cõcorditer omnes sacri doctores qui ante Lutherum scripserunt. Cõcors autem omnium sacrorꝝ doctorꝝ sententia (ut in lib. huius operis primo cap. 7. docuimus) maximi est momẽti, adeo ut si scriptura aut ecclesiæ definitio deesset, illa sola sufficeret ad fidẽ astruendã. Istorꝝ ãt sacrorꝝ uirorꝝ testimonia caussa prolixitatis uitãdę omitto. Quòd si quis ea uidere desiderat, citabo loca illorꝝ, ut curiosus & diligens lector ex propriꝭ fontibus hauriat si uelit. Dimissis ergo alꝭs recentioribus, à Gregorio exordiar. Gregorius papa in. 4. lib. dialogorꝝ cap. 58. Fulgẽtius lib. 2. ad Monimũ circa principiũ libri sæpe uocat missam sacrificiũ & oblationem. Leo papa huius nominis primus in epistola quadã ad Dioscorꝝ, q̃ est nona in ordine. Augustin⁹ libro decimo de ciui. dei cap. 20. & lib. 17. cap. 20. & sermo. 1. super psal. 33. Ambr. lib. 1. de offic. cap. 48. Chrysostomus in homilia de ꝓditione Iudę, & sup epist. ad Hebr. sępe. Gregorius Nazianzenus in carminib⁹ q̃ ad episcopos scripsit. Verùm qa hic liber nõ ita patet omnib⁹ ut reliqui, eius uerba hic sub- Heb. 5.

iungam. Sic enim ait·O sacrificia mittētes incructa sacerdotes.O animarū custodes glorioſi. O magni figmentū dei ueſtris in manibus ferentes. Hæc ille. Quod autē dicit ſacrificia incruenta, non ideo dicit quia ibi offeratur corpus ſine ſanguine,ſed qa nihil pro tali ſacrificio occiditur, & nulla illata ui effunditur ſanguis, ſicut olim in lege ueteri cū de aliquo animali uictima mactabatur.Irenęus lib.4.cap.32. Alexāder papa huius nominis primus in quodam decreto quod inſcribitur de ſacerdotib⁹ nō uexandis,& habetur in uolumine concilior⁹ generalium. Ignātius martyr in epiſtola ad Smyrnenſes. Ecce quāta ſit Lutheri audacia, qui nō eſt ueritus ſententiæ tantor⁹ patrū repugnare, & uelut alter Goliath ſolus totā ſacror⁹ uiror⁹ phalangē ad bellū prouocare.Poſtremo hęc peſtifera Lutheri ſententia dānatur in plurib⁹ concilijs.Plurima enim ſunt concilia q̄ cenſent miſſam eſſe uerū ſacrificiū. Primo concilium Lateranēſe ſub Innocētio tertio celebratū,cuius definitio habetur in uolumine epiſtolar⁹ decretaliū in titulo de ſumma trinitate & fide catholica, cap. firmiter credimus.Sic enim ibidē habetur·Vna eſt fidelium uniuerſalis eccleſia,extra quā nullus omnino ſaluatur,in qua idē ipſe ſacerdos eſt ſacrificiū Ieſus Chriſtus,cuius corpus & ſanguis in ſacramēto altaris ſub ſpecieb⁹ panis & uini ueraciter continentur,trāſſubſtantiatis pane in corpus, & uino in ſanguinē poteſtate diuina, ut ad perficiendū myſteriū unitatis accipiam⁹ ipſi de ſuo quod ipſe accepit de noſtro. Hæc concilium Lateranēſe.Et concilium Toletanum primum cap.5.uocat miſſam ſacrificium.Et cōcilium Toletanū duodecimum cap.5. eodē nomine miſſam appellat.Et concilium Epheſinū in epiſtola quæ nomine concilij ad Neſtorium directa fuit, ſic miſſam appellat. Sed opus eſt ut Lutheri obiectionibus reſpondeamus. Sic enim obijcit, In cœna nō

Concilium Lateranēſe.

Concilium Toletanum.

Concilium Epheſinum.

se obtulit deo patri, sed in morte. ergo sacerdos qui memoriã agit illius cœnæ dominicæ, nõ offert corpus Christi deo. Huius argumẽti debilitas inde patebit, si aduertat quisq; missam nõ solum esse in memoriam cœnæ, sed etiam in memoriã passionis & mortis Christi. Hoc autẽ Paulus cõfirmat dicens, 1.cor.2
Quotiescunq; mãducabitis panẽ hunc, & calicem bibetis, mortẽ dñi annunciabitis donec ueniat. Cũ ergo nullus dubitet Christũ in morte seipsum obtulisse deo patri, oportet etiã ut nullus dubitet quin sacerdos in missa quæ in mortis Christi cõmemorationẽ agitur, offerat Christũ in oblationẽ deo. Secundo obiiciunt nobis Lutherani Paulũ dicentem, Heb.10
Vna oblatione cõsummauit in sempiternũ sanctificatos. Et iterum, In qua uolũtate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. Quam sententiam sæpe Paulus repetit in epistola ad Hebræos, pĩsertim capitibus. 7. & .9. Huic obiectioni respondemus, fatentes Christi corpus semel dũtaxat fuisse oblatũ in cruce uisibiliter & sensibiliter, ita ut ipse in tali oblatione mortẽ subiret, & sic moriens à toto populo conspiceretur. Talis inq; oblatio semel facta est, nec opus est ut iterum fiat, cũ illa pro totius mundi redẽptione sufficiat. Et de hac loquitur Apostol9. Sed est alia oblatio multo delicatior, quę nullũ habet doloris aut angustię rigorẽ, & propterea uocauit Gregorius Nazianzenus sacrificia incruẽta, oblationẽ eucharistiæ ĩ missa, ut diximus, quia in illa oblatione etsi Christus sit oblatus, non tamẽ in illa moritur, prout mortuus est cũ fuit oblatus in ara crucis. In prima oblatione ipsemet Christus seipsum obtulit deo, ita ut esset sacerdos & sacrificium. In hac autẽ oblatione quę fit in missa, etsi ipse offeratur, & sit sacrificium, non tamen ipse se offert deo, sed sacerdos in persona ecclesiæ pĩsentat deo patri oblationem factam per filium in ara cru-

cis. Et ex hoc discrimine inter offerentes, oritur ut diuersum fuerit meritū in istis duab⁹ oblationib⁹. Nā prima q̄ à Christo facta est, fuit meriti infiniti. Secūda autē q̄ fit à sacerdote in missa, est meriti limitati & finiti. In prima uerè mortuus est Christus: in oblatione uerò q̄ fit in missa, nō moritur, sed fit quędam illius mortis memoria. De hac secunda oblatione non loquitur ibi Paulus, ut patet ex litera: & de hac dicimus eam sæpissime iterari, cuius prima oblatio nō fuerit iteratò facta. Hoc autē ut nō appareat Luthero nouū, testimonio Chrysostomi cōprobemus, qui super epistolā ad Hebræos sic ait, Et qa semel oblata est illa hostia, oblata est in sancta sanctorū. hoc autem sacrificium exemplar est illius, idipsum semper offerimus. Nec nunc quidem alium agnū, crastina alium, sed semper id ipsum. Proinde unum est hoc sacrificiū. Hæc Chrysostomus. Ecce qualiter ait nos offerre eandē hostiā quā Christus semel obtulit in cruce, uidelicet corpus & sanguinē suū. Tertio Lutherus suā sententiam hoc argumento probare nititur. Quomodo (inquit) fieri potest ut sacerdos offerat deo quod ipse sumit? Repugnat enim (ut ipse ait) missam esse oblationē, quū illā recipiamus. Idē simul recipi & offerri nō potest. Mirum est q̄ sophismate tam nugaci Lutherus in re tam sacra se firmet, quū ipse aliàs nō semel aut iterum omnes argumentationes & dialecticas rationicinationes à rebus sacris abigat, insimuletq; recentes theologos q̄ eas sacrę theologię miscuerint. Sed hęc missa faciamus, & redeamus ad huius rei primum caput. Nōne plurima sacrificia legis Mosaicę sumebant ꝟ qui offerebant? Nūquid edebat deus ea quæ illi offerebātur? Audi ipsum deum exprobrantē Iu-
Psa. 49 daicā dementiam, & futurā Lutheri insaniam, Non accipiam de domo tua uitulos, neq; de gregib⁹ tuis hircos, qm̄ meæ sunt omnes feræ syluarum, iumen-

ta in montibus, & boues. Cognoui omnia uolatilia cæli, & pulchritudo agri mecum est. Si esuriero, non dicã tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes taurorũ? aut sanguinem hircorũ potabo? Cum ergo deus non comedebat carnes quæ illi offerebantur, nũquid peribant? Non certè, sed multæ ex dñi præcepto manebant penes sacerdotes. Si sacerdotes capiebãt, & nõ est dubiũ quin sacerdotes etiã offerebant, colligitur optime nullam esse repugnantiã, ut idem simul offerat & accipiat. Hæ sunt præcipuę obiectiones: alias autem, qm̃ debilissimæ sunt, causſa prolixitatis uitandæ prętermꝰ. Si quis uerò plura de hac re nosse cupit, legat Iodocũ Clichthoueũ in prima parte Propugnaculi ecclesię cõtra Lutheranos, & Gasparem Sagerũ, * & Albertũ Pighium Campensem in libro * controuersiarũ Ratisponæ habitarum, cõtrouersia quinta,) & Ioãnem Eccium, qui librum integrum) de hac re edidit, in quo exactissime rem pertractat, quanuis prolixius iusto.

Tertia hæresis est, quę ait missam nõ posse offerri pro peccatis, nec posse prodesse uiuis aut defunctis, sed soli sacerdoti. Huius erroris author est etiã Lutherus, dicens impium esse si missa canatur pro peccatis. Ecce quibus gradibus progreditur diabolus ut hoies ad tartara ducat. Primùm ad peccatũ allicit & impellit: deinde a remedio auocat, ne peccatorum cicatricꝫ subueniatur. Sed claudamus aures ad uocem aut sibilum serpentis uenenosi, & audiamus Paulum dicentẽ, Omnis nãq; pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cõstituitur in his quæ sunt ad deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. At cum euangelicũ sacerdotium (ut in præfata hæresi ostendimus) nullum aliud habeat sacrificium q̃ eucharistiam, cõuincitur inde ut illam sacerdos offerre possit pro peccatis, non tantũ suis, Luthe. Heb. 5.

sed etiam pro peccatis populi. Nam post illa uerba adducta Paulus de eodē sacerdote sermonē faciens subiungit, Qui cōdolere possit his qui ignorant & errant, quoniā & ipse circūdatus est infirmitate: & propterea debet quemadmodū pro populo, ita etiā pro semetipso offerre p peccatis. Ecce qualiter Pauli testimonio omnis sacerdos offert sacrificia nō solum pro suis, sed etiā pro populi peccatis. Et cū sacerdotium euangelicū nullum aliud habeat quod possit offerre sacrificium, sequitur q illud potest offerre sacerdos pro peccatis populi, & suis. Prēterea hoc ipsum cōfirmat inueterata ecclesiæ cōsuetudo, quæ non ex permissione ecclesiæ tolerata est, sed ex præcepto & decreto eiusdē hucusq seruatur. Nam iuxta illum celebrandi ritum quē catholica ecclesia obseruandū tradidit, sacerdos ante eucharistiæ cōsecrationem sub silentio orat pro uiuis, ut illis proficiat ad salutē animæ & corporis illa sacrorū mysteriorū oblatio. Post consecrationē uerò sacerdos supplex deum orat pro defunctis, ut per uirtutē illius sacratissimæ oblationis deus dignet illis defunctis indulgere locum refrigerij, lucis & pacis. Et hæc cōsuetudo, quā hodie ecclesia tenet, non est recens, ut hac occasione eam cōtemnere audeat Lutherus. Nā beatus Chrysosto. homilia. 69. Bernardo Brixiano interprete, testatur eam cōsuetudinem emanasse ab apostolis. Sic enim ait, Nō temere ab apostolis hæc sancita fuerunt, ut in tremēdis mysterijs defunctorū agatur cōmemoratio. Sciunt enim illis inde multū posse cōtingere lucrum, utilitatē multā. Cum enim totus cōstiterit populus extensis manibus, sacerdotalis plenitudo, & tremēdum proponat sacrificiū, quomodo deū nō exorabimus pro his deprecātes? * Hæc ille. *Et beatus Ambrosius in quadā epistola cōsolatoria ad Faustinū de morte sororis, apertūm de hac re perhibet testimoniū, quū ait. Ego nō tam

deplorandam,ꝙ orationibus prosequendam reor, non mœstificandā lachrymis,sed magis oblationibus animā eius dño cōmendandā.Hæc ille.Beatus Aug.lib.9.confessionū suarum,matrē suam,catholicam & sanctā mulierem cōmendat,ꝙ instante resolutionis suæ die,non de sepulchri honore,sed solū de hoc uno esset solicita, ut frequēs illius memoria in altaris sacrificio fieret,in quo sciebat offerri uicti mam illam sanctā qua deletū est peccati chirographū.Cyprianus martyr his oībus multo uetustior lib.1.epistolarū suarū,epistola.9.de Victore quodā scribens,qui contra decretū episcoporꝫ,presbyterū quēdam rerum suarū authorē cōstituerat:& ipsius decreti tenorē subiiciens dicit,antecessores suos episcopos salubriter instituisse, ne quis frater excedēs de seculo,ad tutelā,aut curam bonorꝫ suorꝫ,clericū nominaret.Quia si quis hoc fecerit,non offeraꝫ pro illo,nec sacrificium pro dormitiōe eius celebretur. Necꝫ enim ad altare dei meretur nominari in sacerdotum prece,qui sacerdotē ab altari uoluerit auocare.Hæc decretū episcoporꝫ ante Cypriānū,ex cuius uerbis apertissime cōuincitur, eo tēpore sacrificium altaris ꝓ defunctis offerri. Sed audiamus qd de illo Victore,Cyprianus iuxta prꝫfatū episcoporꝫ decretum,faciendū esse censeat. Et ideo(inquit Cyprianus)Victor,cum contra formā nuper a sacerdotibus datam, Geminiū Faustum presbyterū,ausus sit authorē cōstituere,non est quod pro dormitione eius apud uos fiat oblatio,aut deprecatio aliqua in ecclesia eius nomine frequētetur:ut sacerdotū decretum religiose & necessitate factū, seruetur a nobis: simul & cęteris fratribus detur exēplum,nequis sacerdotem dei ad seculares molestias deuocet.Hactenus Cyprianus. Sed & Tertullianus uno fere integro seculo Cypriano uetustior,huius cōsuetudinis in ecclesia seruatæ meminit, qui in libro de corona

militis, inter illas antiquas ecclesiæ consuetudines quibus tribuit apostolicã authoritatẽ, quanuis sint nobis sine scripto cõmendatę, hanc etiã de sacrificij oblatione cõnumerat. Quid igitur Lutherus cõtra tam antiquã ecclesiæ consuetudinẽ, tot sanctorũ uirorum testimonijs cõprobatã, præsumit? Melius est igitur ut tam certã ecclesiæ consuetudinẽ imitemur quã præsumptuosam Lutheri nouitatẽ. Demum, cõ cilij Cabilonensis decretũ de hac re sic definit: Antiquitus hunc morẽ sancta tenet ecclesia, ut & missarum solẽnibus, & alijs precibus, dño spiritus quiescentium cõmendẽtur: dicente Augustino, Nõ sunt prætermittendę supplicationes quas faciendas pro omnibus in christiana & catholica societate laudamus. Hæc cõcilium Cabilonẽse. Sed ut uerũ fatear, huiusmodi cõcilij decreta non habentur in eo uolumine in quo sunt omniũ conciliorũ decreta cõgesta: sed illud fragmentũ habui ex Gratiano, qui in uolumine decretorũ de conse. dist. 1. in capite, Visum est, citat illud concilij decretũ. Sed Lutheri obiectionibus respondere oportet. Sic enim argumẽtatur: Cõmunio unius laici alteri laico prodesse nõ põt: ergo sacerdotis missa nõ potest populo prodesse. Hoc loco miserè cæcutit Lutherus, nõ uidens hoc inter sacerdotẽ & laicos interesse, quod olim interfuit inter apostolos è manu Christi recipientes eucharistiã, & ipsum Christum Apostolis porrigentẽ. Sicut enim laicus nũc recipit è manu sacerdotis, ita & tũc apostoli è manu Christi. Sacerdos autẽ facit quod tunc fecit Christus: quoniã idem corpus cõficit ex pane, quod tunc fecit Christus. Idem corpus offert deo, quod postea in ara crucis obtulit Christus. Quis aũt non uidet ineptissimũ esse argumentũ quo quis probare uellet Christi cõsecrationẽ nullo modo nobis prodesse, eò q̃ Apostoli recipientes nihil nobis profuerunt? Si hoc esse inualidũ argumẽtum nemo

Concilũ Cabilonẽse.

est qui non uideat, cur etiã simillimi argumenti ineptia non erit aperta, quũ argumẽtatur unũ sacerdotem nõ posse pro alijs offerre, propterea q̃ unus laicus non põt pro alio cõmunicare? q̃m (ut diximus) sacerdos Christi locũ tenet, laicus uerõ cõmunicãs personã agit apostolorũ. Secundo quasi ad eundẽ lapidem offendens, sic obijcit Lutherus, Vnus homo non põt pro alio baptizari, nec pro alio uxorẽ ducere, ergo nec unus homo poterit pro alio offerre. Huic obiectioni respõdemus q̃ non sunt oĩa sacramenta ad eundẽ gnomonem examinãda, quum nõ sit omnium illorũ æqua uis & potestas. Cum ergo hoc eucharistiæ sacramentum longo interuallo reliqua oĩa antecedat, non uenit eadẽ mensura metiendum qua reliqua. Et si hoc gratis daremus Luthero, ut hoc sacramentũ reliquis sit æquale, non tamẽ inde colligere liceret tam exactam istius sacramẽti ad alia similitudinẽ. Nam eodẽ argumẽto etiam cõuinceretur sacerdotẽ non posse eucharistiã a se cõsecratam suscipere, sed oportere illã recipere a manu alterius sacerdotis, quia sacerdos etsi claues habeat quibus absoluere põt alium pœnitentẽ, non tamen perinde potest seipsum absoluere. ergo eodẽ modo oporteret fateri q̃ licet possit conficere, & alteri cõmunicare, non tamẽ sibijpsi. Verùm hæc non ita se habent, quoniã non oportet sacramenta esse sibi inuicem adeò similia, ut nullũ sit inter illa discrimen. De hac re amplius dicetur infra cum de suffragijs defunctorum disputabimus.

Alij sunt plures errores qui ad missæ celebrationem pertinere uidentur. Sed illos iam supra in titu. de eucharistia recensuimus.

MONACHATVS.

ILle humani generis antiquus hostis, ad hũc usq; diem quacũq; potest tentat ut homini noceat, & impediat illum a cõsecutione beatitudinis æternæ,

ad quã creatus a deo fuerat. Cum ergo uiderit dæmon plures per monachatus fuſceptionem ſuos laqueos euaſiſſe, & æternam cõſecutos fuiſſe gloriã: ne alĩ illoꝝ exẽplo ſimiliter eius laqueos euadant, hoc unum curauit, monachatui detrahere, ut uel ſic ab illius ſuſceptione hoĩes auerteret. Neqꝫ ut hoc faceret defuerunt illi miniſtri, quos calliditate ſua ſerpentina decepit, ut illi in eandem dãnationẽ poſtea inducerent alios. Primi ergo dæmonis miniſtri fuerunt Valdenſes, qui in tantã proruperũt inſaniam, ut dicerent mendicantiũ religiones fuiſſe malorum dæmonũ inuentionẽ. Hoc.n. illis impingit Æneas Syluius lib. de origine Bohemoꝝ cap. 35. Guido tñ huius erroris nõ meminit etiã cum Valdenſium errores recẽſet. Eodem ferè tẽpore quo Valdenſes, aut parum poſtea quidã Vuilhelmus de ſancto Amore ſcripſit librũ, in quo perſuadere conatus eſt hominem non poſſe ſaluari in ordine mendicãtium. Sed hunc librũ Alexander papa. 4. dãnauit ut hęreticũ, & pcepit ſub excõmunicationis pœna ut quicũqꝫ illum haberet, cõbureret. Poſt iſtos hunc eundẽ errorem ſuſcitauit Io. Vuitcleff, qui nõ ſolum monachos mendicãtes, ſed omnem monachatũ atrociter eſt inſectatus. Hic enim dixit neminẽ poſſe ſaluari in religione priuata, imo dicit omnẽ qui in priuata religione exiſtit, eſſe ineptum & inhabilẽ ad obſeruantiã mandatoꝝ dei. Quapropter addidit, eos qui religiones inſtituerunt, uidelicet Benedictũ, Franciſcum, Dominicũ, &c. fuiſſe dãnatos, eò qꝫ religiões inſtituerũt, niſi fortè de hoc pœnituerint. Hũc Vuitcleffi inſanũ & impium errorẽ iam ſepultũ, ab inferis ſuſcitauit hoc noſtro ſeculo Martinus Luthe. dicens non eſſe licitum hominẽ obligari ad aliqd agẽdum ultra id quod dñs nobis pręcepit, ſed libere uiuendum eſſe cuilibet, & non ſub lege humana. Qua propter liberã tribuit monachis poteſtatẽ exeundi

Valdẽſes.

Vuilhel. de ſancto amore

Ioãnes Vuitcleff.

Luthe.

a monasterijs,& uxoris ducendi si uolunt.immo in multis Germaniæ oppidis coacti sunt monachi relinquere propria monasteria, quia non permittitur eis in illis habitare nisi cucullam exuant,& uxores ducant. Contra horũ omnium errorẽ decreui nihil in hoc opere scribere, ne forte dicaẽ de me, eò ꝙ sim ipse etiã monachus ex instituto Frãciscano, ꝙ meã ago causſam,& quęro quę mea sunt,& nõ quę Iesu Christi. Et uidetur mihi rem cessurã in maiorẽ monachatus gloriã,si causſa illius ab alijs agatur ꝙ ab ipsismet. Et cũ non defuerint qui strenuè pro nobis in hac parte pugnauerint,non est cur nos arma sumere debeamus. Ioannes epus Roffensis in eo opere quod cõtra Lutheri captiuitatẽ Babylonicã edidit, pro monachis de Luthero triumphat. Iodocus Clichthoueus uir non minus pius ꝙ doctus librũ unũ in fauorẽ monachatus edidit, & alibi sæpe pro uotis monasticis causſam agit, præsertim in eo opere quod fecit pro assertione ueritatũ definitarũ in concilio Senonensi. Olim scripsit beatus Chryso.aduersus uituperatores uitæ monasticæ libros tres. Et si quis nostros nõ dedignatur,beatus Thomas in fauorem monachatus scripsit contra prędictũ Vuilhelmum de sancto Amore librũ unum. Albertus Magnus defensoriũ mendicantium cõposuit. Thomas Vualden carmelita in primo tomo doctrinalis fidei antiquæ circa finẽ longum de hac re facit tractatũ, qui mea sententia oẽs aduersarioꝝ calũnias nullius esse momenti apertissimè ostendit. Verũ ne quis me incuset ꝙ istoꝝ hæreticoꝝ sententiam inter hæreses collocauerim,nulla adducta ratione propter quam censeatur meritò fuisse damnata,ecclesiæ catholicæ definitionem proferã,quę sola maioris est ponderis ꝙ mille ratiocinationes aut syllogisticæ collectiones. Ex.45.articulis Ioãnis Vuitcleff in cõcilio Cõstantiensi sessione.8.dãnatis,multi sunt ad hãc rem

pertinẽtes. Nam uicesimus articulus sic ait·Si quis ingreditur religionẽ priuatam qualẽcunq; tam pos sessionatorũ q̃ mendicantium, redditur ineptior & inhabilior ad obseruationes mandatorũ dei. Vicesimus primus articulus sic ait, Sancti instituentes religiones priuatas, sic instituentes peccauerũt. Vicesimus secũdus articulus sic dicit, Religiosi uiuẽtes in religionibus priuatis, nõ sunt de religione Christiana. Ad idem pertinent articulus. 33. &. 34. &. 44. Hi aũt articuli oẽs dãnati sunt in cõcilio Cõstantiensi sessione. 8. Cum ergo sit tam expressa ecclesiæ definitio, non est opus ut monachi pro se pugnent, aut caussam itcrũ ad litem reuocẽt. Et si quis nos ad cõtentionem uocauerit, melius est non cõtendere, sed caussam pro nobis dictã ostendere. Cæterũ de una sola re hic uolo admonere lectorem, ut aduertat qui sunt ꝯ qui monachatui detrahunt, qm̃ nullus unq̃ monachatui detraxit nisi homo uoluptuosus, illecebris deditus, quales ego sæpe notaui. Et ita sunt tãquã canes in præsepi, prout dicitur in ꝓuerbio: qm̃ nec ipsi uiam uirtutis capessere uolunt, & capessentibus siqui sunt, latratibus & morsib⁹ obstãt. Hoc autẽ ideo faciunt, ut uidelicet sua occultent scelera. Nam qui prauã uitam duxerit, alios ut nequiter uiuant hortabitur, quoniã latere existimat suã flagitia, si alios habuerit suorũ scelerum imitatores, & tanto minus notari credit, quanto plures habuerit in crimine socios. Et tanto contrà magis timet pudore confundi, quãto plures fuerint uirtutis cultores. Vitium nãq̃ ex comparatione uirtutis uilescit. Quædam alia quę ad monachatũ pertinent, iam superius pertractata sunt cũ de mendicitate agerẽt, & inferius ampli⁹ dicemus, cũ de uotis disputabim⁹.

MVLIER.

EST quædã hæresis asserẽs mulieres iustè posse ad sacerdotiũ promoueri. Huius hæresis authores sunt

sunt Pepusiani, sic dicti (ut ait Aug. lib. de hæresibus cap. 27.) a quodã oppido quod uocabatur Pepusa, ex quo loco dicunt fuisse oriundũ Montanum hæreticum. Pepusiani.

Hunc errorẽ ante mille & trecentos annos sepultum, Lutherus suscitare conatus est, qui ad nihil aliud natus esse uidetur, q̃ ad reuocandũ & reducendum in ecclesiam pestilentes errores ab eadẽ iam olim explosos atq; eiectos. Luthe.

Hæc hæresis facilè conuincitur si cõsideremus quæ sint sacerdotis partes, aut quod illoꝝ sit munus & officiũ. Sacerdotis partes sunt tres, iuxta quas sacerdos a nõ sacerdote secernitur. Nam sacerdoti soli cõpetit corpus Christi ex pane conficere. eiusdẽ sacerdotis munus proprium est peccata in cõfessione audire, & illis auditis peccatorẽ ab illis absoluere. Ad sacerdotẽ etiam pertinet ex officio docere. At cum nullũ istoꝝ cõpetere possit mulieri, cõuincitur mulierẽ nõ posse ullo modo ad sacerdotium promoueri. Quòd enim mulier non habeat potestatẽ consecrãdi eucharistiam, inde colligitur, q̃ talis potestas fuit a Christo sacerdotibus uiris collata in cœna ultima, cum apostolis dixit, Hoc facite in meam cõmemorationem. At cum Christus hæc uerba dixit, nulla ibi aderat mulier ad quã illa uerba possent referri. non fuit ergo tũc a deo talis potestas mulieri collata. Quòd si cõsecrare non possunt, ergo nec pœnitẽtes absoluere, q̃m hæc potestas quę circa corpus Christi mysticũ exercetur, innititur alteri potestati, quę est circa corpus Christi uerum, sicut umbra pendet ex corpore, quia primam potestatẽ Christus cõtulit sacerdotibus in cœna ultima ante mortẽ: secũdam uerò non nisi postq̃ a mortuis resurrexerat, cũ uidelicet existens in medio apostoloꝝ dixit eis, Quoꝝ remiseritis peccata, remissa erunt &c. Si a muliere ergo primam aufers potestatẽ, fit ut necessariò etiã auferas secũdam. Præterea, cum hanc absoluẽdi potestatem Lu. 22. Ioã. 20

Apostolis tribuit, nulla aderat mulier, sed soli uiri,
Ibidē. puta decē apostoli, prout Ioānes euangelista refert,
ergo (ut de consecratione colligimus) talis potestas
absoluendi non fuit à deo mulieribus collata. Rur-
sum si non esset aliquod scripturæ testimonium ad
probandū mulieres nō posse cōfessiones peccatorū
audire, hoc solū sufficeret, & mulieres male audiunt
de taciturnitate, nec īmerito, cū hoc sit illis natiuū
& genuinū, ut parū probè taceant si quid audierint
secretius. Sunt enim natura garrulę. Quo fit ut quo
eam magis secreto astrinxeris, eo libentius postmo
dum effundat. Cōsultius ergo deū egisse credimus,
& Lutherus docet. Nam minime expediebat ut oīa
in eius aurē effunderemus, quæ peruiā & patulā ha
bet uiam ab auribus ad linguā. Tertium quod sa-
cerdoti cōuenit ex officio, est doctrina. Illis. n. incū-
Mal.2 bit alios docere, secūdum quod dīs per Malachiā
prophetā ait, Labia sacerdotis custodiunt scientiā,
& regē sequirent de ore eius, quia angelus dīi exer-
cituū est. Hoc autē munus nō posse ullo pacto mu
lieribus pmitti, apostolus Paulus testatur, qui aper
tissimè mulieribus interdicit ne docere præsumant,
1.tim.2 dicens, Mulier in silentio discat cū omni subiectio-
ne. Docere autē mulieri nō permirto, neq; dominari
in uirum, sed esse in silentio. Si ergo mulier non pōt
docere, neq; eucharistiā cōficere, neq; absoluere: cō-
uincitur ut etiā sacerdos esse non possit. Accedit ad
hæc, totius catholicæ ecclesiæ perpetuus usus, quæ
nunq; permisit mulierē sacerdotis officio fungi. Et
certè si quisq; aduertat quāta sit sacerdotij dignitas,
& quantū reliquas oēs dignitates excedat, illico co
gnoscet meritò fuisse talē dignitatē mulieribus dene
gatā. Nam mulieres oportet esse subditas uiris, qa
Ephe.5 (ut ait Paulus) caput mulieris uir. Mulieres patiū-
tur prudētię defectū, & ideo faciles sunt ut decipiā-
tur. Prima est. n. seducta mulier in præuaricationē.

Mulieres sunt natura incõstantes & mobiles: sicut Sapiens ait, Virum de mille unũ reperi, mulierẽ ex omnibus non inueni. Et iterũ alibi, Mulierẽ fortem quis inueniet? Procul & de ultimis finibus precium eius. Mulieres natura sunt fragiles, & ideo beatus Petrus uocat mulierẽ fragilius uasculũ. * Theophylactus interpretans illud Pauli, Mulier seducta in præuaricatione fuit, sic ait. Quia semel mulier uirũ edocuit, & cuncta peruertit, idcirco nequaq; hęc habeat uelim docẽdi de cætero potestatẽ. Est nãq; mulier natura leuior, & facile fallitur. Aduerte aũt quẽ admodũ non Euam dixerit deceptã esse, sed mulierem, tanq; de ipso muliebri genere disseruisset. Nam quemadmodũ natura omnis humana in Adã perdita est. sic & per Euam in omne fœmineũ genus delapsa est leuitas, qua & præuaricatio ipsa primum Euam inuasit. Hęc Theophylactus. Cum ergo mulieres tot naturales patiantur defectus, non est credendũ fuisse illis cõmissum tale officium, ad cuius debitam executionẽ maxime exigitur ut illis oĩbus defectibus careat qui illud exercere debet.

Ecc. 7. Pro. vl 1. Pe. 3.

* 1. tim. 2

MVNDVS.

Hic apertissimè cõperimus uerũ esse quod in primo huius operis libro docuimus, bonam hæresum partẽ a Gentilium librorũ lectione ortũ habuisse. Nam cum plures fuerint de natura mũdi & illi? qualitate hæreses ortæ, ferè omnes ex philosophorũ officina prodierunt. Est enim quædã hæresis docẽs materiam elementorũ ex qua factus est mũdus, nõ esse fsctã a deo, sed esse deo coæternã. Huius erroris authores fuerũt Seleucus a quo Seleuciani, & Hermias a quo Hermiani. Sic enim de illis refert beat? Aug. in lib. de hæresibus cap. 59. Eundẽ errorẽ post multa tẽpora docuerunt Albanenses. Eidẽ adhæsit quidam Hermanus Kissuuich Holãdrinus, de quo iam supra habitus est sermo. Hic aũt & Albanẽses

Seleucus. Hermias. Albanenses. Hermanus. Kissuuich.

absolute dixerunt mundum fuisse ab æterno. Quis non uidet hunc errorem ex Aristotelis schola prodijsse? Si contra Aristotelē esset nobis pugnandū, durum certè & laboriosum esset futurum certamen, quoniam cōtra illum parum agerent scripturæ sacræ testimonia. Verùm cum aduersus eos sit nobis designata pugna, qui Christo nomina in baptismo dederunt, facillimè de illis triūphabimus. Apertissima certè & notissima sunt ea quæ in primo capite
Ioan.1 Geneseos de mūdi creatione disseruntur. Et Ioānes euangelista de filio dei loquens ait, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et iterum ibidem, In mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Nullus ergo dicere audeat mundum fuisse ab æterno, cum beatus Ioannes tam apertè dicat mundum esse factum à deo.

Secunda hæresis docet mūdum non finiendum. Hic etiā error ab Aristotele docetur. Post Aristotelē
Albanenses autem, ex ijs qui se Christianos iactant, Albanēses eundē tutantur errorem, dicentes mūdum nunquā finiendū, sed semper in hoc statu mansurū. Quòd si capiant mūdum pro sola elementorū & cælorū substantia, certè eorum sententia nō est hæresis censenda, quoniā etiam peracto iudicio uniuersali cælum manebit, & elemēta manebunt iuxta eorū substantiam, imo puriora q̄ nunc sunt. Si uerò capiant mūdum pro habitatoribus mundi, prout capit Ioānes
Ioan.1 Ioan.3 cum dicit, Mundus eum nō cognouit: & iterū, Sic deus dilexit mūdum, ut filium suum unigenitū daret: iuxta hanc mūdi significationē error est apertus dicere mūdum non esse finiendū, ita ut nunq̄ desint generationes hominū in eo habitātium: quoniā (ut supra contra eosdē Albanenses probauimus) iudicium uniuersale est futurū: in quo omnes cōparebunt ut recipiat unusquisq; mercedē suā, siue bonū siue malū, prout in corpore gessit. At si mūdus non

finietur,non poterit generale iudicium fieri;quoniã quod infinitum est, nunq; poterit in unum cõprehendi. Cum ergo cõstet iudicium uniuersale esse futurum,oportet ut mundus aliquando finiatur.

Tertia hæresis docet mũdum esse creatum non a deo,sed ab angelis. Hic error etiã uidetur prodijsse ex officina Aristotelica.Nam quãuis Aristoteles ne gauerit mũdum creatum,dixit tamẽ omnia quæ in istis inferioribus fiunt,fieri ab intelligẽtijs, quoniã quæ à deo imediate fiunt, dixit Aristoteles fieri necessariò, quapropter dicebat res contingentes fieri ab intelligentijs.Ex quo errore hausisse uidẽtur hæretici dicentes mũdum esse factum ab angelis. Huius hæresis primus author fuit Simon Magus,quẽ secuti sunt plures alij, uidelicet Menander eiusdem Simonis discipulus,& Saturninus,a quo Saturniani,Nicolaitæ,Carpocratiani,Cerinthus,& Archontici,qui sic appellati sunt a principibus q̃bus mũdi creationẽ tribuunt. Istorũ omnium cõmunis error iam supra prostratus est in titu. de creaturis, hæresi prima. illo enim loco probauimus ex sacris literis omnia esse creata à deo,& à nullo alio.

Simon magus
Menãder.
Saturninus.
Nicolaitæ.
Carpocratiãi
Cerinthus.
Archõtici.

Quarta hæresis fuit quorũdam dicentium mundum esse factum à deo : sed hi ponunt plures deos, quorũ uni tribuunt huius mundi facturã, alterum autem nihil q̃produxisse dicũt. Et hic error etiam ex fabulosa gentilitate deductus esse uidetur. Nam gẽtiles fermè omnes credebant deorum multitudinẽ. De hoc errore iam supra disseruimus in tit. de deo, hæresi prima. Ibi enim ostendimus ex sacris literis solum unum esse deum, eumq; esse creatorẽ cæli & terræ. Qui ergo authores erroris huius nosse cupit, ex illo loco discat.

Quinta de hac re hæresis est quæ asserit hunc mũdum etiam post resurrectionẽ mortuorũ in eodem statu in quo nunc est,esse mansurũ:neq; ita esse mu

tandum ut sit cælum nouum, & terra noua. Hanc hæresim inter alias recensęt Philaster Brixiensis in suo libello de hæresibus, nullum tamen illius declarat authorē. Beatus Augustinus etiam in suo opusculo de hæresibus cap. 67. huius hæresis post Philastrum meminit, neq; ullum etiā illius indicat patronum. Hanc hæresim aperta sacræ scripturæ testimonia condemnant. Nam in psalmo. 101. propheta ait, Initio tu dñe terram fundasti: & opera manuū tuarū sunt cęli. Ipsi peribunt, tu autē idem in æternum permanes: & omnes sicut uestimētum ueterascent: & uelut amictū mutabis eos, & mutabūtur. Vide quoties cælorum mutationem indicat. Nam dicit illos perituros, & uelut amictum mutandos: quod haud dubie idem est. Non enim cæli omnino peribunt: sed in melius mutabuntur. Nam beatus Hieronymus in cōmentarijs super. 65. Esaiæ caput, postquā hæc uerba quæ nunc ex Dauide protulimus, citauit: hæc uerba subiungit. In quo perspicue demonstratur, perditionem & interitum, non abolitionem in nihili, sed cōmutationē sonare in melius.
Esa. 30 Neq; enim illud quod in alio loco scriptū est, Luna fulgebit ut sol, & sol septuplū lumen accipiet: interitum significat pristinorum, sed cōmutationem in melius. Quod ut possit intelligi, nostræ conditionis ponamus exempla. Infans cum in puerū creuerit, & puer in iuuenē, & iuuenis in uirum, & uir in senem, nequaquā per singulas ætates perijt. Idē enim est qui prius fuit: sed paulatim immutatur, & ætati pristinæ perisse dicitur. Quod intelligens & Paulus apostolus loquebatur. Præterit enim figura huius
1. Co. 7 mundi:. Consideremus quid dixerit, figura præterit, non substātia. Hactenus Hieronymus. In cuius uerbis aperta satis est ueritatis intelligentia. Præterea
ma. 24 Saluator noster apud Matthæū ait, Cælum & terra transibunt. Quæ Saluatoris uerba (ut beatus Hiero

nymus in cõmentarijs super psalmos docet) idem docẽt quod propheta Dauid in psalmo. 101. docuit. Deinde beatus Petrus apertissimè hanc sententiã docet, sic inquiẽs, Aduenietautem dies domini ut fur, in quo cæli magno impetu transient: elementa uerò calore soluentur: terra autẽ, & quæ in ipsa sunt opera exurentur. Cum igitur hæc omnia dissoluenda sint: quales oportet nos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentum diei domini, per quem cæli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent? Nouos enim cælos & nouam terrã & promissa ipsius expectamus. Hęc beatus Petrus apostolus. Quę illius uerba tam apertè hanc hæresim oppugnant, ut non sit opus pluribus testimonijs ad illam reuincẽdam. Verùm aliqua indigent interpretatione hac uerba, præsertim ab eo loco ubi ait: Cæli ardentes soluentur. Quæ uerba non de illis cælis in quibus sol & luna & reliqua astra sunt fixa, qui a nobis remotissimi sunt, debent intelligi: sed de cælo isto inferiori, quæ aeris regio dicitur, sunt accipienda. Nam de illis superioribus cælis, an sint calore soluẽdi, Augustinus dubitat, qui super psalmum. 101. pertractans hæc beati Petri uerba, ita ait, Iam ergo dixit periisse cælos per diluuium: periisse autem nouimus cælos secundum quãtitatem & spatia aeris huius. Excreuit enim aqua, & totam istam capacitatẽ ubi aues uolitant, occupauit: ac sic utiq; cæli perierunt propinqui terris: cæli, secundũ quod dicũtur aues cæli. Sunt autem & cæli cælorũ superiores in firmamento: sed utrũ ipsi perituri sint igne, an hi soli cæli qui etiam diluuio perierũt, disceptatio est aliquãto scrupulosior inter doctos, nec facilè (maximè in angustia tẽporis) explicari potest. Dimittamus ergo eã, uel differamus: nouerimus tamen perire ista, deum manere. Hactenus Augustinus. Iuxta cuius senten- 2. Pe. 3.

tiam constat cælos pro aere sumi eo loco quo beatus Petrus dixit, Cæli ardentes soluentur. Cum tamen infra Petrus subiungit: Nouos uero cælos & nouam terram & promissa ipsius expectamus: ibi cælos pro illis etiam qui sursum sunt a nobis remotissimi, intelligere possumus, quoniam illi etiam iuEsa.30 xta uaticinium Esaiæ mutabũtur in melius. Et erit (inquit ille) lux lunę sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter, sicut lux septem dierum, in die qua alligauerit dominus uulnus populi sui, & percussuram plagæ sanauerit. Et iuxta hanc cælorũ significationem beatus Hieronymꝰ interpretatur aliud
Esa.65 Esaiæ uaticinium quo ait, Ecce enim ego creo cęlos nouos, & terram nouam: & non erunt in memoria priora. & iuxta eandem significationem accipiendũ
Ap.21. est quod in Apocalypsi dicitur, Vidi cælum nouũ, & terram nouam. Noua omnia dicit, nõ quòd alia sint, sed quia in melius omnia mutata: quemadmodum ex Hiero. sententia supra docuimus. Et quidẽ pro hac re abunde me dixisse arbitror. Non. n. opus est in re apertissima testimoniorũ multitudine grauare lectorem, præsertim cum nullum huius hęresis agnoscamus patronũ quem deuincere oporteat.

PRAEFATIO XI. LIBRI.

HOc loco eadem lege oportebit nos uti, qua supra libro septimo usi sumus, quoniam hæc litera adeo sterilis est, ut uix duæ sint dictiones ab illa initium sumentes, quæ talem rem significẽt, de qua aliqua sit hęresis orta: quapropter cum dictiões ab hac litera incipientes non sufficiant ad unũ uel mediocris quãtitatis librum absoluendum, cõiungemus illis dictiones a sequenti litera incipientes.

NVDITAS.

Vit hæreſis quorundam dicentium nuditatem eſſe bonã, & honeſtam. Hunc errorẽ tenuerunt quidã dicti Adamiani, ſic dicti quia nuditatem quã Adam in paradiſo habuit ante peccatũ, imitari uolebãt, & ita ſem per mares & fœminæ nudi obambulabant, nudi le ctiones audiebant, nudi orabant, nudi celebrabant ſacramenta: & propter hoc ſuam eccleſiam, hoc eſt ſuam cõgregationẽ, appellabant paradiſum. *Quis autem fuerit huius hæreſis primus author, & quo tempore cœperit, apud neminem inuenire potui. Hi hæretici effrontes & inuerecundi, etſi Adæ nuditatem in paradiſo imitentur, illius tamen innocentiam nõ ſeruant, imo peccatũ illius augent: qm̃ licet ante peccatũ Adã & Heua fuiſſent nudi, poſt peccatum tamẽ, ut ait ſcriptura, fecerunt ſibi perizomata, & deus fecit illis tunicas pelliceas. Et longo tempore poſtea ſtatuit populo Iſrael quoddã genus ueſtimenti per quod ab alijs nationibus diſtingueren tur. Et ſacerdos ex dei præcepto peculiare habebat ueſtimentum cum offerre debebat, & intrare in ſancta ſanctorum. Demum ipſe ueritatis magiſter, qui uiam dei in ueritate docuit uerbo & exemplo, ueſtimenta habuit, quor̃ unum fuit tunica inconſutilis deſuper contexta per totum.

Adamiani. *

Gene.3

Deu.22

Exo.39

Ioã.19.

NVPTIAE.

PRima hæreſis quæ de hac re orta eſt, docet nuptias eſſe illicitas, omneſq; illos peccare dicunt qui nuptiarum fœdera inter ſe iungunt. Huius erroris primus author fuit Tatianus, à quo, ut ſupra diximus, Encratitæ originẽ ſumpſere. Sed ſi uera ſunt

Tatianus. Encratitæ.

quæ catalogus hæreticorꝫ de Heracleonitis refert, Heracleon illorꝫ princeps erit primus huius erroris inuentor qm̃ Heracleon qui discipulus fuit Valentini hæretici, uetustior est quã Tatianus, qui fuit (ut alias diximus) discipulus Iustini martyris. Verùm ut ingenuè fatear, parũ fido in hac parte illis q̃ catalogus refert, quia Augustinus in libro de hæresibus cap. 16. de Heracleone loquens, nihil tale illi impingit, ut uidelicet nuptias dãnauerit. Et Philastrí suo libro de hęresibus huius Heracleonis errores recensens, nunc̃ꝫ huius erroris meminit. Quapropter nisi aliud obstaret, ego crederem Tatianũ fuisse huius erroris primũ authorem, & ita solet cõmuniter ab omnibus uocari hic error Encratitarũ, quorꝫ princeps fuit Tatianus. Verùm beatus Hieronymus lib. 1. contra Iouinianũ prope initium libri testatur hunc fuisse errorẽ Marcionis, ita dicens, Necꝫ uerò nos Marcionis & Manichæi dogma sectantes nuptijs detrahimus. Hęc ille. Et ideo iuxta Hieronymi sententiam oportet ut huius erroris principatũ tribuamus Marcioni, cũ hic fuerit Tatiano uetustior. Eundẽ errorem tutati sunt Adamiani, dicentes ꝙ si Adã nõ peccassẽt, nullæ fuissent futurꝫ nuptiꝫ: quapropter illi Adam in paradiso imirari uolentes, nuptias fugiunt. De fundamento cui isti Adamiani innituntur, non est opus nunc disputare, quia supra lib. 2. sub titulo de Adam & Heua hęresi tertia hoc fundamentũ funditus euertimus. In eodẽ errore fuerunt Aeriani, qui (ut Augustinus ex relatu aliorꝫ refert) nõ admittunt ad cõmunionem suam nisi continentes. De Priscillianistis refert Augustinus in libro de hęresibus, ꝙ coniugia separauerint, & qbus hoc persuadere poterant, fœminas à nolentibus uiris, & uiros à nolentibus fœminis disiungebant. Quare autem hoc fecerint, an quia nuptias dãnauerint, aut forte quia putauerint nuptiarũ fœdera se-

Heracleon.

Marcion. Manichæus.

Adamiani.

Aeriani.

Priscillianistę

mel iuncta posse ad alterius coniugis arbitrium rescindi, Augustinus nō expressit. Hos hęreticos prę-
uidens spiritu prophetico beatus Paulus, in prima
ad Timotheum epistola sic de illis ait, Spiritus au- 1.Ti.4
tem manifestè dicit quia in nouissimis temporibus
discedent quidā à fide, attendentes spiritibus erro-
ris, & doctrinis dæmoniorū, in hypocrisi loquentiū
mendaciū, & cauteriatā habentium suam conscien
tiam, prohibentium nubere. Encratitæ ergo & alij
prohibentes nubere, iuxta Pauli censurā sunt dicen
di mendaces attēdentes spiritibus erroris, & doctri
nis dæmoniorū. Præterea, si nuptiæ fuissent illicitæ,
Christus nō decorasset illas sua præsentia. At cum Ioā.2.
Christus nuptijs interfuerit, & in illis primū om-
nium signorū fecerit, conuincitur nuptias nō esse il-
licitas. Rursum, si nuptiæ sunt malæ, oportebit fate
ri deum esse malorū authorem, qm̄ deus ipse est nu-
ptiarū institutor, qui creatis primis hominibus di-
xit, Crescite & multiplicamini, & replete terrā. Et Gene.1
ne hoc ad solū illum innocentiæ statū quis referre
possit, Christus eandē nuptiarum institutionē pro-
bat, qui Pharisæis quærentibus an liceret dimittere
uxorē propter aliquam caussam, respondit dicens,
Nō legistis quia qui fecit hominē ab initio, masculum mat.19
& fœminā fecit eos, & dixit, propter hoc ergo
relinquet homo patrē & matrē, & adhærebit uxori
suæ, & erunt duo in carne una? itaq; iam non sunt
duo, sed una caro. Quod ergo deus coniunxit, ho-
mo non separet. Quid ergo impij hæretici separare
tentant quod deus coniunxit? Et Paulus in priore
epistola ad Corinthios ait, His autē qui matrimo- 1.cor.7
nio iuncti sunt, p̄cipio, nō ego. sed dñs, uxorē à ui-
ro nō discedere. Et iterum, Solutus es ab uxore, no- Ibidē.
li quærere uxorem. Si autem acceperis uxorem, nō
peccasti: & si nupserit uirgo, non peccat. *Et in epi- *
stola ad Hebræos iterū ait, Honorabile cōnubium

) omnibus & thorus imaculatus.) Et beatus Petrus
.Pet.) p̃cipit mulieribus ut sint subditę uiris suis: & uiris
p̃cipit ut p̃stent honorē mulieribus tanq̃ cohæredi
bus gratiæ. Si autē nuptię essent illicitæ, beatus Pe-
trus nō doceret coniuges modū secundū quē uiue-
re debent. * Præterea, Qui hanc hæresim tuentur, se-
ipsos per illam dānant. Nam illi ex nuptijs existūt,
& à muliere generati sunt, & ex semine uiri, quo fit
ut necessario seipsos condemnent, aut nuptias pro-
bent. Si enim se saluari putant, necessariū est, ut nu-
ptias unde illi exierunt bonas esse dicāt. Si uero nu
ptias abominabiles esse dicunt, necesse est ut quid-
) quid ex illis prodierit, sit etiam abominabile.) De
hac re scripsit beatus Augustinus pluries. Contra
hanc hęresim extant aliquor̃ concilior̃ decreta. Nā
Concilij Gāgrense. concilium Gāgrense cap. 14. suor̃ decretor̃ sic ait,
Siqua mulier derelicto uiro discedere uoluerit solu
to uinculo coniugali, nuptias dānando, anathema
Concilij Bra carēse. sit. Et idem definit concilium Braccarense primum
capite vndecimo.

Secunda hæresis est q̃ primas nuptias admittit,
Cataphryges. Mōtanus. Tertullianus. secundas tamen dānat. Huius hęresis authores sunt
Cataphryges, quor̃ princeps fuit Montanus. Eun-
dem errorē postea docuit Tertullianus, qui etsi pri⁹
contra Cataphryges pro hac re pugnauerat, postea
tamen ad Cathaphryges rediit, eor̃ defendens erro
rem. Extat usq; hodie liber quē pro huius erroris de
fensione fecerat, q̃ inscribitur de Monogamia. Post
Nouatus. istos succesit in eodē errore Nouatus quidā p̃sby-
ter Romanus tēpore Cornelij papæ & martyris, à
quo Nouato appellati sunt Nouatiani, qui alio no-
Cathari. mine uocati sunt Cathari, id est mundi, sic appella-
ti propter munditiam quā superbissimè & odiosis-
simè iactabant. Guido Carmelita in sua summa de
Græci. hęresibus dicit hunc esse unū ex erroribus Græcor̃.
Hęc hęresis facilè conuincitur per id quod habetur

in Deuteronomio, Quando habitauerint fratres simul, & unus ex eis absque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti nō nubet alteri, sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semē fratris sui, & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit. Ecce hic uides secundas nuptias nō solum permissas, sed p̄cepto mādatas. Quòd si hoc licuisse illis dicas tunc tēpore legis ueteris, nō autē nunc tēpore legis gratiæ: obstat id quod ait Paulus in ea q̄ est ad Romanos epistola, Mulier uiuente uiro uocabitur adultera si fuerit cū alio uiro. Si autem mortuus fuerit uir eius, liberata est à lege uiri, ut nō sit adultera si fuerit cū alio uiro. Et in priore epistola ad Corinthios expressius hanc cōfirmat sententiā, dicens· Mulier alligata est legi quāto tēpore uir eius uiuit. Quòd si dormierit uir eius, liberata est à lege. Cui autē uult, nubat, tantum in dño. Nihil expressius dici poterat ad hui⁹ erroris expugnationē. Sed impij & blasphemi Cataphryges uidentes tam apertū scripturæ testimonium, ut nullū illis pateret effugium, Paulum nō recipiunt, dicentes illū nō plenè recepisse spiritū sanctū, sed solū ex parte prophetasse, ac proinde asserunt nō esse illi credendū, sed magis credendū esse Montano hæretico eorum principi & magistro, in quē dicunt spiritū sanctum plene descendisse. Istor̄ error nō est rationibus conuincendus, sed ultricib⁹ pœnis coercendus. Præterea multi sancti homines quorum nomina sunt scripta in libro uitæ, secūdas contraxerunt nuptias. Si ergo secundę nuptię damnantur, & illos dānare oportet qui in illis uitam finierunt. Abraham post mortē Sarræ primæ uxoris duxit secundā uxorem quandā Cethurā. Ruth mulier scripturę testimonio sancta, mortuo suo primo uiro filio Noemi nupsit secūdo uiro, qui dictus est Booz. Sarra uxor Thobiæ iunioris, mulier etiam scripturę testimonio probata, post septē uiros quos

Deu.25

Ro.7.

1.co.7

Gen.25 Ruth.

Tob.6 &.8. &.14.

habuerat,& dęmon occiderat,nupſit Thobię iunio ri,in quo matrimonio permanſerunt domino famu lantes, ita ut accepti eſſent tam deo q̄ hominibus, Ioā. 4. & cunctis habitantibus in terra. Mulier Samarita-na quæ quinq; uiros habuerat,non propter hoc re-prehenſa eſt à domino, ſed quia ille quem tunc ha-bebat,non erat ſuus uir. Nam ex eo q̄ illos quinq; appellauit uiros eius, uidetur approbaſſe illoꝝ ma trimonium. nam ſi nō fuiſſet uerum matrimonium cū ſecundo,aut tertio,aut quarto, aut quinto,null? illoꝝ fuiſſet uir eius, qm̄ per matrimoniū fit ut uir dominetur corporis muliebris, & mulier domine-tur corporis uiri. Si ergo quinq; uiros habuit,ergo quinquies uerum matrimonium contraxit: de qua re cum nō fuerit à Chriſto reprehenſa, conuincitur ſecundas & tertias & omnes ſequentes poſſibiles nuptias nō eſſe illicitas. Demū aduerſus hanc hære ſim extat concilij Niceni definitio,q̄ habetur cap. 8. decretoꝝ eiuſdē concilij. Ibi enim concilium p̄cipit, ut qui ex Nouatianis ad eccleſiam catholicā redire uoluerit,nō recipiatur niſi prius per ſcripturam fa-teatur ſe cōmunicaturum cum ijs qui ſecundas nu Conci- ptias forte experti fuerint. Et cōcilium Florentinū, lium Flo quod pro unione Gręcoꝝ ſub Eugenio quarto hu- rētinū. ius nominis pontifice celebratum eſt, de hac re per ſequentia uerba definit. Quoniam nōnullos aſſeri-tur quartas nuptias tanq; condēnatas reſpuere: ne peccatum ubi nō eſt,eſſe putetur, cū ſecundū Apo-ſtolum mortuo uiro mulier ſit ab eius lege ſoluta, ut nubendi cui uult in dño habeat facultatē,nec di-ſtinguat mortuo ſecundo uel tertio,declaramus nō ſolum ſecundas, at tertias & quartas atq; ulterio-res,ſi aliquod canonicū impedimentum nō obſtet, licitè contrahi poſſe. Cōmendatiores tamē dicimus ſi ulterius à coniugio abſtinētes in caſtitate permā-ſerint. Hactenus concilium Florentinum.

Tertia hęresis negat in nuptijs aliquod esse sacramentū, dicens illam maris & fœminę indissolubilē coniunctionē non esse sacramentum, neq; per illam conferri aliquā gratiam. Huius hęresis primi authores sunt Armeni, q de omnibus sacramentis dicunt ea nullā gratiam conferre. Armeni. Post istos primus ex his qui nuptias probant, huius erroris magister est Lutherus, qui cum alia sacramenta sic pertractet, ut ex illis aliquod neget esse institutū in signū, in alio neget promissam gratiam, in matrimonio uero negat utrunq;. Lutherus. Sed quanuis Lutherus hoc neget, nos deo adiutore utrunq; ostēdemus ex sacris literis. Quòd matrimonium sit sacramentū institutū in signum, Paulus Apostolus apertissimè docet in ea quæ est ad Ephesios epistola, dicēs, Mulieres uiris suis sub ditę sint sicut domino, qm̄ uir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ, ipse saluator corporis eius. Ephes. 5 Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres uiris suis in omnib⁹. Viri, diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, nō habentem maculā aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & imaculata. ita & uiri debēt diligere uxores suas, ut corpora sua. qui suā uxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim unq; carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam, sicut Christus ecclesiam, quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrē & matrem suam, & adhęrebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnū est. Ego autem dico ī Christo & ecclesia. Hucusq; beatus Paulus. Ecce hic apertissimè Paulus docet matrimoniū uiri & uxoris, sacramentum esse quod repræsentat coniunctionem Christi cum ecclesia: atque ideo

uirum cõparat Christo, uxorem ecclesiæ. Virum caput esse dicit illius corporis quod unũ facit cũ fœmina, Christum uerò caput esse dicit eius corporis quod unũ facit cum ecclesia. Neque aliam causſam affert cur uir debeat diligere uxorẽ ſuam, q̃ ne dissimile ſignum ſit Christo quẽ repræſentat, qui adeo ſponſam dilexit eccleſiam, ut pro ea mortem ſubire dignatus ſit. Mulierem uerò docet ut uirum timeat ac reuereatur: quod ut rectius & facilius perſuadeat, allicit eam exemplo eccleſiæ cuius imaginem gerit, q̃ Chriſto ſponſo ſuo per omnia obedit. Nihil ergo aliud Apoſtolus loco illo differit, q̃ ut moneat coniuges ad mutuam inter ſe charitatẽ exẽplo Chriſti & eccleſiæ quos repræſentant, ne uidelicet fallacia ſint ſigna, ſed uerè reddant ea quorũ imaginem referunt. Et tandẽ poſt multas adductas ſimilitudines claudit ſententiam, dicens, Sacramentum hoc magnũ eſt. Præterea, eccleſia quæ (ut iam ſæpe oſtendimus) errare nõ poteſt, cenſet ſeptẽ eſſe ſacramenta: qm̃ inter plures articulos Ioãnis Huſſ, quos Concilium Conſtantienſe ſeſſione quintadecima dãnauit, unus eorũ ſic ait, Sacerdotes quomodolibet criminoſè uiuentes, ſacerdotiq̃ polluunt poteſtatẽ, & ſicut filiq̃ infideles ſentiunt infideliter de ſeptẽ ſacramentis eccleſiæ. Hęc autem aſſertio Ioãnis Huſs cum ibidem damnetur, inde colligimus eccleſiam ſentire ſeptem eſſe ſacramenta. At ſacramenta eſſe non poſſunt ſeptem, niſi inter illa numeretur matrimonium. Matrimonium ergo eſt ſacramentũ. Rurſum, matrimonium eſſe ſacramentũ, non ſolum docent q̃ quos per contemptum Lutherus ſententiarios appellat, ſed illud etiam ſentiunt ueteres eccleſiæ doctores. Ambroſius exponens illũ locũ Pauli quem proximè citauimus, ait, Myſteriq̃ ſacramentũ grande in unitate uiri ac fœminæ eſſe ſignificat. Nec hoc prodit, ſed aliam cauſſam quæ non diſcordet

à memorato

à memorato mysterio flagitat, quã scit ad profectũ humani generis pertinere, hoc est ecclesiæ & saluatoris, ut sicut relictis parentibus homo uxori suæ adhærer, ita relicto omni errore ecclesia adhęrear & subñciatur capiti suo quod est Christus. Hæc Ambrosius. Augustinus idẽ sentit, sic dicens, Nõ tantũ fœcunditas, cuius fructus in prole est: neq; tantum pudicitia, cuius uinculũ est fides: uerùm etiã sacramentũ nuptiarũ cõmendatur fidelibus coniugatis: unde dicit Apostolus, Viri, diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiã. Hæc Augustinus. Sed hic Lutherus nobis obiñcit q̃ in illo Pauli loco proximè citato nõ habetur grẽce sacramentum, sed mysterium: nõ debet ergo appellari sacramentũ, sed mysterium. O indissolubilem nodũ. Si res constat, quid moratur uim in una uocula facere? Si coniugium illud maris & fœminæ repręsentat coniugiũ Christi cũ ecclesia, ergo signũ est alterius rei, modo id concedat, cũ nos illud tale appellemus sacramẽtum. si ipse appellare uult mysterium, parũ interest, qm̃ omnia sacramenta sunt mysteria quædã. Quapropter beatus Ambrosius illũ Pauli locũ pertractans, uocat matrimonium utroq; nomine, uidelicet nomine mysteriñ, & nomine sacramenti, put patuit ex uerbis illius ꝓximè citatis. Probauimus matrimonium esse sacramentũ. superest ut probemus gratiam in eius cõtractu infundi, qm̃ hoc etiam negat Lutherus. Vt autẽ hoc apertius ostẽdamus, cõuertamus oculos nostros, & aspiciamus huius sacramenti initiũ, unde uidelicet sumpsit exordiũ, & quale. Deus enim huius sacramẽti institutor cũ primos parentes coniugio innecteret, coniugium bene dictione sacrauit. Sic enim ait scriptura, Benedixit illis deus, ac dixit, Crescite & multiplicamini. Non est autem uero simile, ut cum deus homini benedictionem dedit, corporis p̃cise habuerit respectum, Gen. 1.

quemadmodū in cæteris animantibus, animā autē rationis capacē benedictionis suæ reliquerit expertem. Quod si concedat benedictionē illam pertingere usq; ad animā, oportet ut cōcedat etiā gratiā esse tunc animæ collatā, qm̄ non alio modo nostræ animæ benedicuntur ab illo, q̄ per gratiæ suæ infusionē. Sic enim benedicti sunt ab illo qui ad regni æterni gloriam percipiendā uocantur. Hanc etiam benedictionem petebat Propheta dicens, Benedicat nos deus deus noster, benedicat nos deus. Si uerò Lutherus concedat ex illa benedictione diuina impertitam esse à deo primis parentibus gratiam, in alijs tamē neget ita fieri, hoc facilè reuincitur: qm̄ qui primos parētes copulauit, ipse idē est qui reliquos omnes matrimonio copulat: nec aliquis est coniugio ligatus, qui nō à deo ligatus sit. Quos deus (inquit Christus) coniunxit, homo nō seperet. Si ipse cōiungit omnes, credendū est ut etiam omnes benedicat. Nō est enim uero simile ut semper coniungat, & semel dūtaxat benedicat, sed q̄ totics benedicendi repetat gratiam, quoties iungendi officium resumit. Præterea Apostolus Paulus in epistola ad Hebrēos de nuptijs loquens sic ait, Honorabile cōnubium, & thorus imaculatus. Thorus macula carere non posset, si coniugium careret gratia. Coniugiū enim nō haberet thorū imaculatū, si gratia quæ in coniugio infunditur, nō uerteret illud i bonū, quod alias esset peccatū. Quā rem miraculum in nuptijs operatum nos docet. Quid enim est aquā in nuptijs conuerti in uinum, nisi insipidā concupiscentię carnalis aquā per occultā dei gratiam in optimi saporis uinum esse conuersam? Rursum, Post peccatum primorū parentū datū est matrimonium in remedium carnalis concupiscentiæ, quod prius fuerat institutum in officiū: ut uidelicet qui incontinens est, matrimoniū contrahat, quo mediante exercere possit

mat. 25
Psa. 66
mat. 19
Heb. 13
Ioā. 2.

sine peccato, quod aliàs sine peccato facere nõ posset. Hoc ita esse Apostolus nos docet, qui male cõtinenti consulit ut nubat, ne peccet, dicens, Melius est nubere q̃ uri. Si ergo matrimonium datũ est in remedium, quo pacto posset esse remedium carnalis concupiscentiæ, si in eo non daretur gratia per quam minueretur illud carnalis concupiscentiæ incendium? Certè per exercitiũ & usum coniugij magis arderet flamma illa libidinis q̃ extingueretur, qm̃ etsi ad tempus sit sopitus ardor ex impotentia uirtutis corporeæ, cum tamẽ uires resumit corpus, tunc intensior ardor apparet, uelut prunę quę intra cineres latent. Est ergo necessariũ fateri uirtute huius sacramenti cõferri gratiam ijs qui recto animo nuptiarũ fœdera iungunt, ut per gratiam in illo sacramento collatã melius cõtineant qui aliàs uix cõtinere possent. Nã aliàs nõ esset in remedium, sed potius ad incendium carnalis cõcupiscentiæ. Accedit ad hęc usus ecclesię, quo suscepturi hoc sacramentũ p̃cipiuntur quatenus animas suas mundent p peccatorũ confessionẽ, ut sic mundati parati sint ad gratiam recipiendã quæ in illo sacramento infunditur. Nã aliàs si nulla ibi gratia infunderet, nõ erat opus ullam peccatorũ cõfessionem facere. Satis de hac re me dixisse arbitror pro breuitate quã promisimus, & opus ipsum exigit. Qui plura nosse cupit, legat assertionem sacramentorũ quæ sub titulo regis Angliæ circũfertur, & defensionẽ eiusdẽ tractatus quã fecit Ioannes Roffensis episcopus. 1. cor. 7

Quarta hæresis est quæ docet nuptiarum fœdus & uinculum posse pro coniugũ arbitrio dissolui. Huius hęresis author fuit Mõtanus, à quo orti Cataphryges: quanq̃ Augustinus de Cataphrygibus loquens, quo loco de hoc Montano differit, nihil tale illi impingit: nec Philaster hunc errorem tribuit Montano, sed Eusebius in. 5. lib. historiæ Ecclesia- Mõtanus.

sticæ cap.18.refert Montanũ ita sensisse. Hunc eun-
Græci. dem errorem tuentur Græci,& Armeni,si Guidoni
Armeni. Carmelitæ credimus, qui in suo libro de hæresibus
hunc inter illoꝝ errores recenset. Eundẽ errorẽ uide
Prisci- tur docuisse Prisscillianus,qm̃ ad hunc sensum pro-
lianus. pius accedunt quæ de illo refert beatus Augustin9
in libro de hæresibus Pseudoapostoli docuerunt ui
ros,ut relictis uxoribus,& uxores relictis uiris ad
ipsorum sectam & ordinẽ transirent,dicẽtes coniu-
gia posse dissolui pro illoꝝ secta susscipienda & tuẽ
Pseudo da. Ita enim de Pseudoapostolis scribit Nicolaus
apostoli Eimerici. Guido tamen huius erroris non meminit
etiam cũ Pseudoapostoloꝝ errores recenset. Hunc
errorẽ ipse ueritatis magister proprio ore dãnauit
Mat.5. dicens,Dictũ est autem, Quicunq; dimiserit uxorẽ
suam,det ei libellum repudij.Ego autẽ dico uobis,
quia omnis qui dimiserit uxorẽ suam, excepta for-
nicationis caussa,facit eam mœchari: & qui dimis-
sam duxerit,adulterat.Et Pharisæis q̃rentibus an li
ceret dimittere uxorẽ aliqua ex caussa,respõdit ipsa
ueritas,Quos deus coniunxit,homo nõ separet. Et
Pharisæis iterum obĵcientibus quare Moyses mã-
dauit dari libellũ repudij, & dimittere eam? sic ait,
mat.19 Quoniam Moyses ad duritiam cordis uestri permi
sit uobis dimittere uxores uestras: ab initio autem
non sic. Dico autem uobis, quia quicunq; dimise-
rit uxorem suam,nisi ob fornicationẽ, & aliam du-
xerit,mœchatur: & qui dimissam duxerit,mœcha-
tur.Et Paulus Apostolus huius præcepti dominici
1.co.7 memoriam recolens ait, His autem qui matrimo-
nio iuncti sunt,præcipio,nõ ego,sed dominus, uxo
rem à uiro non discedere.q; si discesserit, manere in-
nuptam, aut uiro suo reconciliari. Et uir uxorem
non dimittat.Taceant ergo præsumptuosi hæretici,
& desinant iam separare,quos deus fatetur se nodo
plusquã herculeo sic colligasse, ut nisi morte inter-

ueniente diſiungi non poſſint.

Quinta hæreſis ſic extollit nuptias, ut eas nõ ueretur ꝙuare uirginitati. Sed de hac hęreſi infra diſſeremus in titulo de uirginitate. Ibi enim aptior erit pro huiuſmodi certamine locus.

OBEDIENTIA.

OMnes ſcelerati ac facinoroſi homines quò facilius & liberius quæ uoluerint ſcelera cõmittere poſſint, libertatẽ optant, uel ut uerius dicã, libertatem ſeruitutem, quoniam iuxta illam quã cupiunt libertatem miſerrimæ ſeruituti ſe addicunt Saluatore noſtro dicente, Qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. Hæretici aliqui timentes ne propter ſua ſcelera & uenenoſas doctrinas à prælatis eccleſię punirentur iuxta poteſtatem à deo illis collatam, ad hoc aſylum confugerunt, ut eorum plures negauerint obedientiam eſſe pręſtandam pręlatis eccleſiæ. Huius erroris primi authores fuere Valdẽſes, impĩ ac ſceleratiſſimi homines, qui more uiperarum, uiſcera matris eccleſiæ, à qua per baptiſmum fuerant geniti, rodere conati ſunt. Hi enim omnem eccleſię poteſtatem & ordinem tollere uolebant, dicentes non eſſe obediendum Romano pontifici, aut alĩs eccleſiæ prælatis. Eundem errorem docuerunt Pſeudoapoſtoli, Vuitclefitæ, Huſſitæ: & nunc Lutherani dicunt non eſſe obediendum prælatis eccleſiæ niſi in illis ſolum quæ in ſacra ſcriptura ſunt apertiſſimè expreſſa. Begardi & Beguinæ dixerunt eos qui ad perfectionis ſtatum peruenerint, non eſſe alicui humanæ poteſtati ſubiectos. De his omnibus hæreticis, & de errore illis omnibus communi iam ſupra ſatis (ut opinor) diximus in titulo de eccleſia, hęreſi tertia: quo loco oſtendimus eccleſiam poſſe condere leges & ſtatuta quę non ſint expreſſa in ſacris literis: cuius conſtitutionibus quilibet tenetur obedire. Non eſt ergo opus illa iterum repetere.

Ioã. 8.

Valdẽſes.

Pſeudo apoſtoli. Lutherus.

Begardi. Beguinæ.

Valdē-ſes. INter alios Valdenſium errores quos Guido recē ſet, hic unus eſt quo docent nullū hominē poſſe occidi iuſtè, etiam ſi id fiat ex iudicis p̄cepto. Eun-

Nicolaus Ga-lecus. dem errorē poſtea docuit quidā Nicolaus Galecus nomine, ex Bohemia oriundus, qui fuit unus de legatis à Bohemia ad cōcilium Baſilienſe miſſis. Hic error apertè conuincitur, quia per illum tollitur humanus conuictus, & omnis honeſta politia peruertitur: quoniam per hanc doctrinam nulla erit pax: at pace ſublata, nulla reſpublica poteſt ſalua conſiſtere, nec homines in ea quietè uiuere. Cū ergo pax ſit nobis tam neceſſaria, ut eam nobis Chriſtus ex maximo affectu cōmendauerit, & quaſi teſtamēto eā nobis prope mortē legauerit, conuincitur illā doctrinā eſſe erroneā p quā pax totius reipublicæ turbatur. Turbatur autē pax niſi ſceleratī & malefici occidātur. Hæreſis eſt ergo aſſerere nō poſſe occidi. Omnis enim reſpublica eſt uelut corpus quoddam humanū, cuius caput eſt dñs & rector: alij autē ho-

Ro.12. mines ſunt inuicē mēbra. Apoſtolus Paulus totā rē publicā Chriſtianā, hoc eſt eccleſiā, uocat unū corpus, cuius caput eſt Chriſtus: ſinguli autē homines alter alterius mēbra. Si autē in corpore humano ali quod particulare membrū laborauerit aliquo morbo, homo cuius membrū male habet, procurat omnibus modis quib⁹ poteſt illud reſtituere in priſtinā ſanitatē, omnē adhibet medicinā, admouet fomenta q̄ poteſt. quod ſi nulla uia poteſt illi mēbro ſubueniri, libēter patitur inciſionē, qm̄ p̄ſtat perdere unū membrū, q̄ꝑ perdere totū corpus. Ad hunc modum fit in republica, cū quilibet homo ſit tanq̄ꝑ particulare membrū in corpore quod eſt reſpublica. Si talis homo cōmiſerit aliquod graue crimen, laborandū eſt ad eius emendationē. Quod ſi nulla eſt ſpes de emendatione illius, oportet illum perdere uſque

Digitized by Google

ad mortē,& separare à toto corpore,ne reliqua mē-
bra inficiat. Vnum enim pecus inficit omne pecus.
Quod si nunq̄ esset mors infligenda,terra esset ple-
na latronib⁹,mare piratis, nullæ essent res tutæ. Vt
ergo sit debita in populo quies & tranquillitas,ex-
pedit ut sceleratus homo occidatur,ne tota gens pe
reat. Præterea supra cū de bello ageremus, ostendi-
mus bellū posse iuste geri ab homine habēte pote-
statē,si ea adsunt q̄ ad iustū bellū exigunt. At cū nō
possint homines in bello cōgredi,quin sæpe multæ
in eo fiant hominū occisiones,cōuincitur inde,ut si
bellare licet,liceat etiā occidere. Rursum,beatus Pe Actu.5
trus apostolus puniuit morte Ananiā & Sapphirā,
qa uēdito agro fraudauerunt de p̄cio, nō portantes
corā apostolis totū preciū, sed aliquid sibi reseruan
tes. Et hoc solū exemplū sufficit ad ꝓsternendū ho-
rū hæreticoꝝ hæresim,qm̄ hoc in tēpore nouæ legis
actū est,quo tēpore ꝓpter legis benignitatē dicunt
nō esse licitū quacūq; ex causa hominē occidere. Pe
trus tamē hanc benignitatē agnoscēs, nō dubitauit
morte punire Ananiā & Sapphirā, qm̄ sciebat uerā
misericordiā habere semper i suo comitatu iustitiā,
q̄ non patitur maleficos uiuere super terrā. Sed hoc
loco obijciunt nobis hæretici p̄ceptum diuinū quo
prohibet occisionē,dicens,Nō occides. Huic autem Mat.5.
obiectioni respōdemus,ꝑ illa uerba nō esse prohibi
tam omnē occisionē,sed illā q̄ à persona priuata fit,
nō autem illam q̄ à iudice ex iusta causa decernitur
infligenda. Hoc autem ita esse ex eo conuincitur,q̄ Exo.20
in lege ueteri erat illud idem p̄ceptū, & sub eisdem
uerbis,uidelicet,nō occides: & tamē cū illo p̄cepto
fuerunt multæ aliæ leges quibus p̄cipiebatur homi
nis occisio propter peccata aliqua, ut patet de puni
tione blasphemi, & de punitione furis nocturni.
Quod si ꝑ illa uerba,uidelicet,nō occides,esset phi- Le.24.
bita q̄libet hominis occisio: esset tunc necessarium

fateri deum p̄cepisse contraria, q̄ nullo modo fieri poterant. Absit autē ut dicamus deum p̄cepisse aliquid impossibile. Vt ergo nō sit repugnātia in mādatis dei, oportet fateri in illo p̄cepto, nō occides, non esse prohibitā omnē occisionē, qm̄ in lege euāgelica ipsemet saluator cōfirmasse uidetur legē de occisione hominis qui aliū occiderit, cū dixit, Omnis qui
mat.26 occiderit gladio, gladio peribit. Ita enim Christianus Druthmarus super Matthæū interpretatur locum illū. Et beatus Hieronym⁹ super.22. Hieremię ait, Homicidas & sacrilegos & uenenarios punire, nō est effusio sanguinis, sed legū ministerium.

Alia est hæresis quæ cū hac proxime narrata uelut ex diametro pugnat, docens homines seipsos occidere ut palmam martyrij assequi mereantur.
Circun cellio- nes. Circuncelliones nāq; dixerunt eos qui seipsos occidunt, esse martyres censendos, eo q̄ mortem ultronei patiuntur. Sed de hoc errore iam supra disseruimus in titulo Martyrium.

Tertia hęresis est quę asserit licere cuilibet homini occidere tyrannū, etiam per insidias, nō obstante quacunq; confœderatione inter eos facta, etiam si fuisset iuramento firmata. Sed de hoc errore infra in titulo de Tyranno disputabimus.

OPERA.

Luthe- rus. NOn satis se fecisse arbitratur Lutherus, q̄ opera humana reiecerit, dicens ea non esse necessaria, nisi illa etiā dānaret, asserens omnia opera cuius libet hominis, quantumlibet etiam recte facta, esse peccata. Iustū enim hominem dicit peccare in omni bono opere. Hunc autē errorem ex alio non minus pernicioso deducit. Nam Lutherus arbitratur per illud primum & maximū legis mandatū quod est de dilectione dei, obligari homines ad consummatam charitatis perfectionem: ad quam cum nullus in hac uita pertingere possit, quoniam illa expecta-

tur in prẽmium, ideo dicit Lutherus toties homines peccare, quoties aliquid ex charitate faciendũ deficit ab illa ſumma charitatis perfectione. Exiſtimat etiam Lutherus per illud præceptũ, Non concupiſces, eſſe prohibitũ carnis appetitum, quem nullus homo a ſe poteſt abiẽcere, quãuis poſſit reprimere, quoniã caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ, & ſpiritus aduerſus carnem. Quia ergo hęc duo ſibi aduerſantur, ut non quęcũq; uelimus faciamus, ideo dicit iuſtum in omni bono opere peccare, & omnia opera noſtra quantũlibet bona eſſe cẽſenda peccata, quia uidelicet in omni tali opere caro reluctatur & repugnat ſpiritui: quapropter tale opus dicit eſſe peccatum, quia eſt opus cum concupiſcentia factũ, & ita contra prẽceptũ illud, Non cõcupiſces. Ecce Luther fundamẽtum, ſuper quod huius prẽſentis erroris fabricam ædificare conatur. Hoc fundamẽtum nos deo duce poſtea ſubuertemus, cum de p̃ceptis diſſeremus. Ibi enim oſtendemus ex ſacris literis, & ex doctrina ſacrorũ doctorũ, illa duo prẽcepta non eſſe ita intelligenda prout Lutherus illa intelligit. Hanc ergo cauſſam uſq; ad illum locũ differentes, de errore quẽ primo ꝓpoſuimus, diſputare oportet, ut doceamus cõtra Lutherum, neq; oĩa opera noſtra eſſe peccata, neq; iuſtum in omni bono opere peccare. Primo ergo ꝓducamus in teſtimoniũ noſtrũ, illud magnificũ Abrahę opus cum filium ſuũ unigenitũ quem diligebat Iſaac ĩmolare uoluit obediens deo prẽcipienti. In cuius remunerationẽ promiſit deus illi, ſe carnem ex illius ſemine ſuſcepturũ. Sic enim ait, Benedicentur in ſemine tuo omnes gẽtes terrę, quia obediſti uoci meę. Quę uerba iuxta Paulũ de Chriſto intelligenda ſunt. Non enim dixit, in ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in uno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Si obedientia Abrahę fuiſſet peccatum, nõ fuiſſet illi á deo tantũ & tam honori-

Gala. 5

Gen. 22

Gala. 3

cum prẽmium promissum. Prẽterea postẽq; Iob passus fuerat tot tribulationes, & locutus fuisset uerba illa patiẽtiam suam maximã testantia, scriptura statim illum laudat, dicens, In omnibus his nõ peccauit Iob, neq; stultũ quid cõtra deum locutus est.
Iob.1. Si in oĩbus illis nõ peccauit Iob, non est ergo quod libet hominis opus peccatũ. Rursum beatus Paulus de his qui matrimonio iunguntur differens ait, Solutus es ab uxore, noli quẽrere uxorẽ. Si aũt acce
1.co.7. peris uxorẽ, non peccasti: & si nupserit uirgo, non peccauit. Paulus dicit nõ peccare eũ qui capit uxorem, & nõ ueretur Lutherus dicere omne opus nostrum esse peccatũ. Si ergo actus nubẽdi, iuxta Paulum, non est peccatũ: quid putas de alĩs operibus
2.Pe.1. eum dicturũ, quę idem Paulus cẽset esse meliora cẽq; actus nubendi? Et beatus Petrus postẽq; aliquot uirtutes ad gloriã assequendã necessarias enumerauerat, statim subiunxit. Hęc enim facientes, non peccabitis aliqñ. Et beatus Ioãnes in sua prima canonica epistola ait, Omnis qui in deo manet, nõ peccat.
1.Ioã.3 Ne autẽ disputaremus quęrentes quisnã sit ille qui manet in deo, ipse in eadẽ epistola declarauit dicẽs,
1.Io.4. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Attende ergo Luthere, & uide cẽq; aperte tuam dãnet Ioãnes sentẽtiam. Omnis qui manet in charitate, in deo manet. Omnis qui in deo manet, non peccat. Omnis ergo qui manet in charitate, nõ peccat. Aut ergo oportet te negare iustos eẽ in charitate, aut cogeris fateri iustum in bono opere nõ peccare: qm̃ omnis qui manet in charitate, nõ peccat. Perspice lector obsecro & considera quibus cancellis sit cõclusus Lutherus, ut nulla illi pateat fuga. Quod si fortè elabi uelut anguis conatur, dicens opus esse charitate perfecta ad hoc ut maneamus in deo, & deus in nobis: talis autẽ charitas (ut Lutherus ait) in uia nõ habetur: erit ergo iuxta hãc

responsionē dicendum q̄ deus in nullo homine habitat pro statu huius miserię, eò q̄ nō habet aliquis homo illā perfectā quā Lutherus exigit charitatē. Sed ne aliqua uia Luthero pateret exitus, hanc etiā rimulā obstruxit beatus Ioānes, cum in eadē epistola declarauit quæ esset perfecta charitas. Sic enī ait, Qui seruat uerbū eius, uere in hoc charitas dei perfecta est. Quid ergo dicet Lutherus? Nunqd progredietur ulteri⁹ ut neget aliquē seruasse uerba, hoc est mandata dei? Si hoc negare nō erubescit, audiat diuinum psaltē dicentē, Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea uehementer. Seruaui mandata tua & testimonia tua, quia oēs uiæ meę in cōspectu tuo. Et si hoc prophetæ dictū nō recipit Lutherus, eò q̄ propheta de seipso testimoniū proferat, audiat deum pro eodē propheta testimoniū proferentē. Nā ad Hieroboam loquens ait, Non fuisti sicut seruus meus Dauid qui custodiuit mādata mea, & ambulauit post me in toto corde suo. Deinde multæ sunt persuasiones in sacra scriptura quibus admonemur ne unq̄ peccemus. At si iustus in omni opere quantūlibet bono peccat, frustra admonemur de eo qd̄ non est nobis liberū euitare. Irascimini (inquit propheta) & nolite peccare. Possibile est ergo hominē irasci, & nō peccare. unde colligitur nō omne opus esse peccatū, qm̄ non oīs ira. Et dñs illi quē post. 30. & octo annos in infirmitate trasactos pristinę incolumitati restituit, dixit, Ecce sanus factus es, iā noli peccare, ne deterius tibi aliquid cōtingat. Si oīa opera nostra sunt peccata, idē erit dicere, nolite peccare, & dicere, nolite operari: qm̄ nō est possibile operari sine peccato. At cū multa opera p̄ceperit deus qui peccatū prohibuit, conuincitur inde, ut illa opera q̄ fieri nobis deus p̄cepit aut cōsuluit, non sint censenda peccata. Nam alioqui oportebit fateri deū prę cepisse nobis cōtraria, secumq́ pugnātia, cum opera

1. Ioā. 2

Psa. 118

3. Re. 14

Psal. 4

Ioan. 5

prȩcepit,& peccatum prohibuit. Absit aũt ut talem iniustitiam deo impingamus,ut dicamus illũ præcepisse nobis ea quę fieri nullo modo poterãt. Qua propter dicamus cum catholicis oĩbus doctoribus multa esse bona opera quæ ex gratia & charitate facta merentur iuxta legẽ diuinã iam promulgatã,ui tam æternã:quæ opera nullo modo peccata dicẽda sunt. Verũ superest ut Lutheri obiectionibus respõ
Ecc.7. deamus. Primo obȷ̃cit nobis illud Sapientis, Non est homo iustus in terra,qui faciat bonũ, & nõ peccet. Fatemur quidẽ nullũ esse sine dei gratia iustũ, neq; iustũ sine dei adiutorio posse uitare omne peccatũ. Nam sicut gratia exigitur ad initiũ boni operis,ita etiã requiritur ad prosecutionẽ. Quapropter quilibet homo quantũlibet iustus si à deo nõ fuerit adiutus,in posterũ peccabit. Et cp hunc sensum habeant illa uerba Ecclesiastę, colligitur ex præcedẽtibus uerbis,quibus sic dicit, Sapientia cõfortauit sapientẽ super decẽ principes ciuitatis, hoc est,gratia dei magis cõfortat hominẽ cp omne auxiliũ humanum, & caussam huius reddens, statim subiungit. Non est enim homo iustus in terra qui faciat bonũ, & non peccet. Ac si diceret,Inde conuincitur gratiã dei magis cõfortare hominẽ cp oẽs principes mundi,quia adiutus gratia dei põt uincere omne peccatum: destitutus tñ dei gratia etiã si auxilium oĩum principũ mundi habeat,non poterit peccatũ omne
Ecc.7. euadere. Ex qua interpretatione patet Ecclesiasten nullo pacto aduersari nostræ sentẽtiæ. Secũdo obȷ̃cit nobis illud beati Ioãnis in eius prima canonica.
1.Ioã.1 Si dixerimus quia peccatũ non habemus, nosipsos seducimus,& ueritas in nobis nõ est. Cui obiectioni respõdemus multa esse peccata uenialia, a quib⁹ nullus quantũuis iustus liberatur,quin in multa illorũ labatur: qm̃, ut ait beatus Iacobus, in multis offendimus oẽs. non dixit,in oĩbus offendimus,sed

in multis: non tamē inde sequitur ut omne opus nostrum sit peccatū. Ecce Lutherum qui scholasticos theologos uocare solet sophistas, nunc uno nugacissimo sophismate nos decipere credit. Quis nō uidet huius collectionis fallaciam? Omnis homo iustus habet aliquod peccatū, ergo omne opus eius est peccatū. Sic Lutherus iuxta suam dialecticā didicit ex particulari inferre uniuersalē. Sic etiā accipiendum est illud Psal. Nō intres in iudicium cum seruo tuo dñe, quia non iustificabitur in conspectu tuo oīs uiuens. Verum est certè nullum hominē si iuxta rigorē iustitiæ diuinæ examinetur, inueniri iustum, qm̄ (ut ex Iacobo Apostolo iam diximus) in multis offendimus oēs. nullus ergo iustus inueniaretur, si deus strictissime uellet examinare. At qualis est ista collectio, Nullus homo reperietur iustus districte examinatus, ergo uullū opus hominis est bonū? Omnis enim homo etsi habeat aliquod opus propter quod iustus dici nō deberet, non tamē inde oportet colligere ut omne opus hoīs sit peccatum. Sic etiam intelligendū est quod Aug. lib. 9. Confessionum ait, Væ (inquit) hominū uitæ quantūcunq; laudabili, si remota misericordia iudicetur. Væ uitę hominū dixit: & non dixit, uæ oībus hominū operibus: qm̄ etsi nullius hoīs uita sit adeo perfecta, ut non habeat admixta plura uenialia peccata, tm̄ multa sunt opera quę Augu. peccato carere nō dubitat: qm̄ in eodē loco beatus Aug. de matre sua loquēs, dicit illā multa bona opera fecisse, propter quę ipse reddit gratias deo. Alia etiā opera illā fecisse fatetur quæ egent misericordia diuina, pro quibus se deum precari dicit. Tertio nobis obiicit Lutherus Esaiā prophetā dicentē, Et facti sumus ut īmundi omnes nos, & quasi pānus mēstruatæ uniuersæ iustitiæ nostræ. Hoc Esaiæ testimonio se triūphasse credit Lutherus, qm̄ in uniuersum opera nostra damnare ui-

Psal. 142

Esa. 64

detur propheta,cũ omnes noſtras iuſtitias cõparat pãno menſtruatę,qui multis maculis reſperſus eſt. Verum etſi illud Eſaiæ teſtimoniũ in faciẽ Luthero fauere uideatur:tñ ſi litera bene & prout decet inſpiciat,apertiſſimè cognoſcitur nihil pro Luthero dicere. Nam illic propheta non ſuo noĩe loquitur,ſed noĩe populi:nec etiã totius populi,ſed ſolũ nomine populi Iſraelitici. Nec eo nomine ſic loquitur,ut ad omne tẽpus ſua uerba referat,ſed ſolũ ad illud tempus quo propheta illa dicebat:quo tẽpore abundabat peccatũ in populo Iſrael: propter quod deꝰ permiſſurus erat ut in captiuitatẽ duceretur. Hoc ergo præuidẽs propheta,præcatur deũ pro populo,& de illo tẽpore loquens ait, facti ſumus imundi oẽs, & quaſi pannus menſtruatæ uniuerſæ iuſtitię noſtrę. Quę uerba noĩe populi ſui ꝓtulit. Alioqui ſi ad oẽs referenda ſunt uerba illa,qũo uera erunt quę ſequũ
Ibidẽ. tur?Et cecidimus (inquit) quaſi folium uniuerſi,& iniquitates noſtrę quaſi uentus abſtulerũt nos. Nõ eſt qui inuocet nomen tuũ,qui conſurgat & teneat te. Nunqd Eſaias nõ inuocauit nomen dei?Abſit ut quis hoc dicere audeat. Si ergo hęc uerba ad Eſaiã, & ad alios qui deũ coluerunt,& nomẽ eius inuocauerunt,referri non poſſunt:nec etiã alia quę Lutherus obĳcit,referri ad eos poterunt,cum oĩa illa uerba uno orationis decurſu de eiſdẽ perſonis dicãtur. Et ꝙ illa uerba ſint referenda ad ſolũ illud tẽpus captiuitatis, conĳci facilè põt ex uerbis quę parũ infra ſubiũgit propeta dicens, Ne iraſcaris dñe ſatis, & ne ultra memineris iniquitatis noſtrę. Ecce reſpice,populus tuus omnes nos. Ciuitas ſancti tui facta eſt deſerta. Sion deſerta facta eſt,Hieruſalẽ deſolata eſt:domus ſanctificationis noſtrę,& glorię noſtrę,ubi laudauerũt te patres noſtri, facta eſt in exuſtionem ignis, & oĩa deſiderabilia noſtra uerſa ſunt in ruinas. Hęc aũt uerba apertiſſimè dicuntur de ca

priuitate populi Israelitici, ad quod tempus reliqua uerba illius capitis referuntur. At ex hoc ꝙ illo tẽpore oẽs iustitiæ fuerint sicut pānus menstruatę, nõ licet colligere ita esse omni tẽpore. Adde ꝙ beatus Hierony. refert illa uerba esse interpretanda de operibus factis ante Christi incarnationẽ, sub tempore uidelicet legis Mosaicæ, & non de operibus factis sub lege euangelica, ita ut si quis nunc sub lege euãgelica ceremonias legis ueteris seruare uellet, oẽs iustitiæ eius erunt sicut pānus mẽstruatæ. Et iustitias legis ueteris, si ad iustitias nouæ legis cõparentur, dicit eas debere dici īmunditias. Ex quibus oĩbus cõuincimus, illud Esaiæ testimoniũ nullo pacto fauere Luthero. Aduersus hũc Lutheri errorẽ scripsit egregiè Ioānes Roffensis ep̃s in sua assertione cõfutationis Lutheranę articulis duobus, uidelicet tricesimoprimo, & tricesimosecũdo. Scripsit etiã Iodocꝰ Clichthoueus in suo Antiluthero, & Gaspar Sagerus Minorita in suo Scrutinio diuinę scripturę, Conatu tertio. Et nos etiã adhuc aliquid dicemus infra in tit. de peccato, & in tit. de præcepto.

Secunda hæresis docet nullũ opus esse bonũ, nisi fiat ex puro & sincero amore, quacunq; ex caussa fiat, etiã spe mercedis æternæ. Huius erroris author primus fuit quidam Bugaurius de monte Falcone, qui hoc docens in partibus Cataloniæ, damnatus fuit cum suo errore per Sancium Tarraconẽsem archiep̃m. Hæc referũtur a fratre Bernardo de Lutzẽburgo in suo catalogo hęreticorꝫ. Hic error dãnatur testimonio prophetę dicentis, Inclinaui cor meũ ad faciendas iustificationes tuas in æternũ propter retributionẽ. Et dñs eleemosynã persuadens ait, Facite uobis amicos de māmona iniquitatis, ut cũ defeceritis, recipiãt uos in æterna tabernacula. Quibus uerbis docet nos facere eleemosynã propter uitam æternã habendã. Et alibi sæpe postꝫ aliquid præce

Bugaurius. Psa.118 Lu.16.

perat,ſtatim ſubiunxit promiſſionē uitę ęternę cuicunq; facienti illud,ut per ſpem præmij alliceret ho
mat. 4 minē ad opus præceptū. Agite (inquit)pœnitentiā, appropinquabit regnum cælorū. At ſi opus factum ſpe uitæ æternæ,eſſet malum, Chriſtus nō alliceret nos per ſpem præmij ad illud faciendum. Præterea
1.co.6. Paulus Apoſtolus ait· Quoniam debet in ſpe, qui arat,arare: & qui triturat,in ſpe fructus percipiēdi.

* Denicq; beatus Paulus Moſen laudans de fide per quā res oēs huius mūdi contēpſit, cauſamq; huius cōtemptus reddens,nullā aliam expreſſit,niſi ſpem
Heb.11 mercedis æternæ. Sic enim ait. Fide Moyſes grādis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo dei q̄ tēporalis peccati habere iucunditatē,maiores diuitias æſtimans thesauro Ægyptiorū improperium Chriſti. Aſpiciebat enim in remunerationē. Cum negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis ,regiam dignitatē contēpſit,ac proinde honores huius ſeculi ſe pro nihilo habere,oſtē dit. Eligens affligi cum populo dei,qui in luto & latere ſeruiebat,magis q̄ tēporalis peccati habere iucunditatē, apertiſſime declarauit quātum mūdi huius delitias æſtimauerit. Cum uero improperium Chriſti,hoc eſt,iniurias uel pro Chriſto uel ad Chriſti ſimilitudinē patienter toleratas,maiores eſtimauit theſauro Ægyptiorū,manifeſte oſtendit,quid de huius ſeculi diuitijs ſenſerit. Cauſam autē a qua totus iſte rerū tēporalium cōtemptus proceſſerit, Paulus expreſſit dicens. Aſpiciebat enim in remunerationem. Credidit ſiquidē Moyſes alia multo maiora bona in poſterū manere, quæ deus humilibus, & huius mundi cōtemptoribus daturus erat, & ppter hanc remunerationē quā credidit futurā,uoluit huius ſeculi diuitias,honores,& delitias contēnere,ut in alia uita diuitias & delitias nunq; defuturas haberet. Non eſt ergo malū opus q̄d ſit ſpe mercedis

æternæ,

æternæ, q̃ q̃ ego non crediderim tale opus esse meritorium, nisi a charitate procedat, quoniã charitas est radix a qua tota uis meriti oritur. Verũ etsi tale opus quod pręcise in spe pręmij fit, non sit meritorium, non tñ est malum: qm̃ sicut nec omne bonũ opus est meritoriũ, ita nec omne quod a ratione meriti deficit, est malũ. Potest etiã aliquod opus a charitate oriri, & q̃ agens illud, alliciatur ad illud operandum per spem pręmij: ita tñ q̃ licet pręmio esset frustrandus, non cessaret ab opere, quoniã operatur ex charitate, quãuis allicitur ab spe pręmij. Tale ergo opus sic factum erit bonum & meritorium, & factum spe mercedis æternæ.

Tertia hæresis docet esse hoís imperfecti exercere se in operibus uirtuosis: quapropter ait hoíem cum ad ultimũ statum perfectionis uenerit, nulla bona opera debere facere. Huius tam demẽtis erroris authores fuere Begardi & Beguinæ. Lutherus tñ truculentior bestia, istor̃ hæreticor̃ errorẽ auget, dicẽs nõ solũ homini perfecto, sed nulli alteri homini esse necessaria opera ad uitã ęternã consequendã, qm̃ (ut ait) sola fides sine operibus sufficit. Verũ hunc eius errorẽ iam supra expugnauimus in titu. de fide hęresi. 2. ubi ex sacris literis ostẽdimus opera esse cuicunq; homini necessaria ut uitã æternã assequi possit. Contra Begardos & Beguinas cõcedentes opera esse necessaria hoíbus imperfectis, non aũt perfectis, est testimonium quod Christus dedit de Ioãne baptista, dicens, Inter natos mulierum non surrexit maior Ioãne baptista. Quibus uerbis apertè docuit Ioãnem baptistã ad eum uirtutis gradũ peruenisse, ultra quẽ nullus inter natos mulierum progressus est. At de eodẽ Ioãne baptista euangelista refert q̃ se exercuerit in operibus abstinentiæ, & Christus illũ laudauit corã Iudæis de admirabili illius tẽperãtia & fortitudine, ita ut nec aduersis deprimeretur, nec

Begardi. Beguinæ. Luthe. mat. 11

prosperis erigeretur. Non est ergo hominis imperfecti exercere se in operibus studiosis. Præterea Paulus apostolus ait, Qui aũt sunt Christi, carnẽ suam
Gala.5 crucifixerũt cũ uitijs & cõcupiscentijs. Homo ergo quantũlibet perfectus oportet ut crucifigat carnem cũ uitijs, alioqui nõ erit Christi. Quod si forte uim facere uolũt in uerbo præteriti tẽporis, ita ut eos dicat Paulus ad Christũ pertinere, qui iam crucifixerunt carnẽ suam: non autẽ eos qui eam crucifigunt: qm̃ tunc cũ operatur, est dispositio ad perfectionẽ: quæ tunc habetur cum fuerint opera facta, nõ cum fiunt: hoc reꝯcitur eiusdẽ Pauli testimonio, qui de se
1.co.6. ipso ait, Castigo corpus meũ, & in seruitutẽ redigo, ne fortè cũ aliꝯ p̃dicauerim, ipse reprobus efficiar. Et hoc dicit homo ad tertium cœlũ raptus, qui uidit
2.co.12 arcana dei quæ nõ licet homini loqui, homo inquã electus a dño ut esset uas in quod deus infunderet oleũ gratiæ suæ. Iste castigat corpus suũ, & non uerentur impij Begardi asserere esse hominis imperfecti exercere se in operibus studiosis. Rursum, ipse Christus fons & origo totius perfectionis, ieiunauit, & alia uirtutis opera fecit: nullus tamẽ citra impietatẽ erit tam demens, ut Christo aliquã imperfectionẽ impingat. Demũ hic error dãnatus est in cõcilio Viennense sub Clemẽte. 5. celebrato: in quo dãnati sunt octo Begardorum & Beguinarũ errores, quorum unus est is de quo modo loquuti sumus. Huius autem cõcilij definitio habetur in libro Clementinarum epistolarũ titulo de hęreticis, capitulo cuius initium est, Ad nostram &c.

ORATIO.

QVidam adeo tribuerunt orationi, ut dicerent eam solã sufficere ad uitã æternã habendam, etiã si reliqua oia deessent, & baptismus etiã. Huius pestiferæ hæresis author fuit quidam Adelphius ex hæresi Psallianoꝝ, aut Messalianoꝝ, quod idem est.

Hic Adelphius(ut hiſtoria tripartita narrat capi.11. ſeptimi libri)dicebat nullam utilitatē ex ſancto baptiſmate baptizatis accedere,ſed ſolā orationē ſtudioſam inhabitantē dæmonem effugare,quo electo per illā orationē ſtudioſam, ſpiritus ſanctus aduenie bat,& ſenſibiliter & uiſibiliter ſuam deſignabat præſentiā: & corpus tunc liberari dicebat ab omni motu paſſionis,& animā a mala uolūtate,ita ut ne quaquā de cætero egeat neq; ieiunio macerante corpus,neq; doctrina refrenante. Dicebat etiā eum qui hæc impetraſſet,non ſolū liberari a paſſionibus corporis,ſed etiā futura præuidere,& futura oculis cernere. An autē hic error fuerit oībus Meſſalianis cōmunis,mihi nō eſt certū,ſed ſuſpicor ita eſſe. Nam hiſtoria tripartita in illo.7.lib.cap.11.de hęreſi Meſſalianoꝝ diſſerens, ſolū hoc dicit,q; Flauianus Antiochenus eps de hac hæreſi inquirens, acceſſit ad quēdam Adelphiū ſenem, quē hæreſi Meſſalianorū infectum eſſe credebat,ut ab eo ſciret quid eorū doctrina cōtineret. Ab hoc aūt Adelphio præfatus eps per blanditias & fictiones quaſdā extorſit ea quæ nūc proximè narrauimus. Vnde conn̄cio hāc fuiſſe omniū Meſſalianoꝝ ſententiā. Aduerſus hanc hęreſim non eſt opus diſputare, qn̄ etſi oratio bona ſit & meritoria ſi debite fiat,conſtat tn̄ ex ſacris literis eam ſolā non ſufficere: cū alia multa præter orationem dn̄s in lege præceperit tanq; neceſſaria. Et nos ſupra in tit.de baptiſmo hæreſi.4.contra hos Meſſalianos, ſiue Pſallianos, probauimus baptiſmum eſſe neceſſarium. Et in titulo de ieiunio oſtendimus ieiunij uirtutes,& eiuſdem neceſſitatem. Ex quibus aperte colligitur orationē ſolam non eſſe ſufficientem ad uitam æternam conſequendam.

Adelphius.

Meſſalani.

Secunda hęreſis docet nunq; eſſe ceſſandū ab oratione. Hanc hæreſim conſtat eſſe Meſſalianoꝝ, ſiue Pſallianoꝝ. Nam Augu. in lib.de hæreſibus cap.57.

Meſſalani. Pſallani.

dicit illos tantum orare, ut eis qui hoc de illis audiunt, incredibile uidetur. quapropter græce appellantur εὐχῖται, id est orantes. Huius hæresis nō meminit Guido in sua summa de hæresibus, imo nec de Messalianis in toto illo opere ullā fecit mentionem. Vt aūt hanc hæresim cōuincamus, nō oportet multū sudare, qm̄ apertissimū est non esse possibile ut homo semper oret. Nam necessariū est dormire: quo tēpore uullus orare potest, quia tūc nullus est mentis usus, qui maxime in oratione exigitur. Nullus est enim nisi solus Christus salualor noster, qui uere possit dicere illud quod in Canticis habetur, Ego dormio, & cor meū uigilat. Oportet etiā come dere & bibere, & pro his acquirēdis laborē aliquē moderatū quāuis non solicitudinē adhibere. Oportet etiā curam rei familiaris habere, quoniā beatus Paulus de uiduis loquēs ait, Siqua uidua filios aut nepotes habet, discat primū domū suam regere, & mutuā uicem reddere parētibus: hoc enim acceptū est coram deo. Et paucis interiectis subiungit, Si qs aūt suoꝝ & maxime domesticoꝝ curam nō habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Et nō solū hoc in laicis hoibus est necessariū, sed etiā in ecclesiasticis. Nsm inter alia quæ Apostolus enumerat tanq̄ necessaria ut quis debitè possit fungi munere episcopatus, hoc quoque addit, ut uidelicet sit domui suæ bene præpositus. Siquis autē (inquit) domui suę bene præesse nescit, quomodo ecclesię dei diligentiam habebit? At quis nō uidet quātum impediat ab oratione, illa rei familiaris cura? Taceo de cibo & potu, quoniā cum hi percipiūtur, nullus patet orationi locus, præsertim uocali, de qua hi Messaliani (ut conñcere possum) loquuntur. Nam alia ratione quę intra cordis latebras formatur, etiā comedens & bibens quisq; orare potest. Sic enim orabat Moyses, cui tacenti dixit dñs, Quid clamas ad me? Clama-

Euchitæ.

Cant. 5

1. tim. 5

1. tim. 3

Ex 14

bat enim corde, cuius tacebat ore. Cum ergo quis comedēs aut bibens, aut quoduis aliud opus agēs, deū cogitat pro cuius amore illa operatur, tūc uerè orat. Quapropter beatus Paulus monebat Corinthios, dicens, Siue ergo manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis, oīa in glorīā dei facite. Et ad Colosſ. ſcribens iterum ait, Omnia quæcūq; facitis in uerbo aut in ope, oīa in noīe dñi noſtri Ieſu Chriſti, gratias agētes deo & patri per ipſum. Et hoc modo intelligendū eſt id qđ Paulus alibi dicit, Sine interміſſione orate. Ita ut is dicatur ſine intermiſſione orare, qui omnia quæ facit, in glorīā dei facit. Aliàs enim nō eſſet poſſibile ſine intermiſſione orare. Nūquid ſine intermiſſione poſſumus genu flectere. corpus proſternere, manus leuare, uoces formare, ut de hoc dixerit Paulus, ſine intermiſſione orate? Verū aliud nobis obꝺiciunt teſtimonium Meſſaliani, quo nos urgere putant. Nam Saluator noſter apud Lucam ait, Oportet ſemp orare, & nō deficere. Ex quo loco Meſſaliani colligunt nunquā eſſe ceſſandū ab oratione. Hæc tñ Chriſti uerba nihil illis ſuffragantur, qm̄ non ita ut putant, ſunt accipienda. Aug. in lib. de hæreſib. ad Quoduultdeum cap. 57. dicit illa uerba ſic eſſe intelligēda, ut nulla dies abſq; oratione intermittatur: ita q̄ Auguſtino idem eſt ſemper orare, & ſine ītermiſſione orare, & qualibet die orare. Eodem modo illa Chriſti uerba & ſimiliter illa Pauli ex prima ad Theſſalo. epiſt. interpretatur beatus Anſelmus in cōmentarijs ſuper epi. Pauli. Beda tñ in expoſitione ſuper euangeliū Lucæ, duplicem expoſitionē tribuit illis uerbis, ſic dicens, Quis aūt poteſt ita ſemper orare, & ſine defectu & ſine intermiſſione precibus inſiſtere, ut nec alimentū ſumēdi aut dormiendi tēpus habeat? Aut ergo dicēdum eſt eum ſemper orare, & ſine defectu uel intermiſſione, qui horis canonicis iuxta ritum eccleſiaſticæ tradi-

1. co. 10 Colo. 3

1. Th. 5.

Luc. 18

tionis psalmodijs & precibus continuis dñm roga re & laudare nõ desistit. Et hoc est quod Psal. dice-
Psal.33 bat, Benedicã dñm in omni tẽpore: semper laus eius in ore meo. Aut certe oĩa quæ iustus secũdum dñm gerit & dicit, id orationẽ esse reputandũ. Hęc Beda. Verũm etsi horum clarissimorũ uirorũ expositiones mihi placeant: aliter tñ & (mea quidẽ sententia) melius forte uidẽtur illa uerba posse intelligi, q̃ uideli cet Christus & eius apostolus in illis uerbis usi fue rint quadam hyperbole ad rem exaggerandã, sicut & alias sæpe in sacris literis illa figura reperiẽ: q̃m (ut ait beatus Augu. in lib. de doctrina Christiana) sacra scriptura quæ instar cõmunis locutionis scri pta est, eisdẽ utimur tropis & figuris quibus cõmu nis modus loquendi utiẽ. Et ut res sit apertior, unũ & alterum exẽplum proferã ex sacris literis, in qui-
Actu.2 bus hæc hyperbole reperitur. In Actis Apostolorũ describẽs illa historia aduentũ spiritus sancti, & uo lens innuere multitudinẽ gentium & nationũ quæ tunc erat Hierosolymæ, ait, Erant autẽ in Hierusalẽ habitantes Iudæi uiri religiosi ex omni natione quę sub cælo est. Quòd nisi hic admittatur hyperbole, erit necessariũ fateri tunc fuisse Hierosolymæ Hispa nos, Gallos, Anglos, Scotos, Æthyopes, Siculos, Balearicos, Sauromatas, aliasq; innumeras natio-
nes, quas uix Niniue q̃ ciuitas erat magna itinere dierũ triũ, capere potuisset, nedũ Hierosolyma, quę paruũ aut mediocre oppidũ erat. Similiter christus
Mat.6 uolens nobis suadere ut q̃ secretè & absq; omni ia-
ctãtia fieri posset, eleemosyna daretur, dixit, Te aũt faciente eleemosynã, nesciat sinistra tua faciat dexte ra tua. At cum eadẽ in utraq; manu sit anima, fieri nõ potest ut sinistra nesciat quod dextera facit. Sed est ibi quędã hyperbole, siue quidã excessus ad rem magis cõmendandã. Ita etiã Christus ut nobis fre-
quentiã orationis cõmendaret, dixit, Oportet semp

orare, hyperbole quadā usus semper pro frequenter accipiens. Eadē hyperbole usus est Paulus dicens, Sine intermissione orate. Aliàs enim fieri nō posset ut semper & sine intermissione oraremus, qbus necesse est comedere, & bibere, & dormire, curā rei familiaris habere, aliaq; multa facere sine qbus in hac misera uita esse nō possumus, quoꝝ aliqua oratiōis attētionē minuūt, alia in uniuersum tollūt. Nec est quod amplius aduersus hāc hęresim disputemus. 1.tim.5

Tertia hęresis est q̄ cum his duabus p̄cedentibus ex diametro pugnat: qm̄ docet orationē esse prorsus inutilē, nulliusq; uirtutis. Hæc hęresis plures habet fautores: qui quāuis non eadē uia incedant, oēs tm̄ ad hunc tendunt scopū, ut orationis uirtutē minuant, & prorsus eneruent. Pelagius enim teste Augustino lib. de hęresibus, dixit orationes quas facit ecclesia pro infidelibus & alijs peccatoribus ut cōuertantur, siue pro fidelibus ut perseuerent, frustra fieri, quoniā ad illa oīa sufficere dicebat nostri arbitrij liberam potestatē, & ita non esse opus a deo petere, quæ nosipsi cōsequi possumus. Sed huius hęresis fundamentū iam supra omnino euertimus in titulo de gratia hæresi. 1. ideo nō est opus ut Pelagiū iterū in hanc cōtentionē uocemus. Hoc solū de Pelagianis dicere decreui, q̄ isti sunt sicut antiqui gigantes (ut Ecclesiasticus ait) non exorauerūt deum pro peccatis suis: ideo destructi sunt cōfidentes suę uirtuti. Sunt alij qui aliud non minus pernicioſum iecere fundamentū, super quod hāc pestilentē fabricam ædificare conantur. Petrus enim Abailardus, & Ioānes Vuitcleff, & Ioannes Huss, & Martinus Lutherus, dicunt oīa necessitate absoluta fieri, neq; posse aliter fieri q̄ fiunt. Ex quo putrido fonte hic non minus uitiatus riuulus scaturit: superfluas uidelicet & inanes esse orationes quę ad deū mittuntur: quoniā si omnia necessitate absoluta fiunt, fru- Pelagius. Ecc.16 Petrus Abailardus Ioānes Vuitcleff. Ioānes Huss. Luthe.

ſtra quis deum orat pro ea re, quæ ſi futura eſt, etiã ſi nõ oret, eueniet: & ſi futura nõ erat, etiam ſi oret, nunq̃ eueniet. Hac ergo ratione multi ex Lutheranis è caſtris ſuis prorſus eiecerũt orationẽ tanq̃ penitus inutilẽ. Lutherus tñ orationẽ probat: qua in re minime ſibi cõſtat, cũ aliàs dicat oía ex neceſſitate abſoluta euenire. Aduerſus hanc hæreſim tot ſunt ſacræ ſcripturę teſtimonia, tamq̃ aperta, ut mirũ ſit hominẽ in ſacris literis uel mediocriter uerſatũ, in eam fuiſſe prolapſum, niſi talis ſit qui ſacris literis detrahere uelit. Illud in primis eſt apertiſſimum, q̃ ipſe ueritatis magiſter docuit nos orare. Nam cũ diceret nõ eſſe opus multiloquio in oratione, poſtea ſubiũxit modũ quo orare debeam⁹, dicẽs: Sic ergo
Mat. 6 uos orabitis, Pater noſter, qui es in cęlis, ſanctificet nomẽ tuum, adueniat regnũ tuũ &c. Si res inutilis eſſet oratio, fruſtra nos docuiſſet Chriſtus modum quo orare debemus. Nec ſolũ nos orare docuit uerbo, ſed etiã opere: qm̃ ipſemet ſæpenumero orauit, imo ut uerius dicã, tota eius uita fuit quædã perpe-
Luc. 9 tua oratio. Nã aſſumptis Petro, Iacobo & Ioãne fratre eius, aſcẽdit in montẽ ut oraret, & facta eſt dum oraret, ſpecies uultus eius altera. Et cũ mors ei⁹ inſtaret, acerbitatẽ illius reformidãs, procidit in faciẽ
mat. 26 ſuã orans & dicẽs· Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat
Actu. 1 a me calix iſte. Et illi qui aduentum ſpiritus ſancti expectabãt, oẽs erãt unanimiter pſeuerantes in oratione. Quõ ergo inutilis cenſebit oratio, q̃ uiã parat ſpiritui ſancto, ut ad nos uenire dignetur? Cũ Chriſtus Saluator noſter eieciſſet de corpore cuiuſdã hominis dęmoniũ quod diſcipuli eius prius nõ potue
mat. 17 rant eñcere, dixit diſcipulis ſuis, Hoc genus nõ eñcitur niſi per orationẽ & ieiuniũ. Magna certè eſt uirtus quæ dęmonia eñcere ualet. Prętera cum Paulus & Silas in carcere adorãtes laudarẽt deum, ſubi
Actu. 6 tò terræmotus factus eſt magnus, ita ut mouerẽtur

fundamenta carceris. Rursum, Beatus Iacobus in sua canonica epistola plures orationis uirtutes enumerat. Tristat aliquis uestrū (inquit ille) oret æquo animo, & psallat. Ecce ad depellendā animæ tristitiam. Postea subdit, Infirmatur quis in uobis: inducat p̄sbyteros eccleſiæ, & orent super eum, ungētes eum oleo in nomine dñi, & oratio fidei saluabit infirmū. Ecce qualiter oratio prodest ad salutē corporis acquirendam. Sed audi iam quid dicat de salute animę. Cōfitemini (inquit) alterutrū peccata uestra, & orate pro inuicē, ut saluemini. Multū enim ualet deprecatio iusti assidua. Erubescant iam impudētes hæretici detrahere orationi, dicentes eam nihil ualere, quā Iacobus Apostolus multū ualere asserit. Et quo sententiam suam astruat, testimonio & exēplo Heliæ prophetę eam cōfirmat dicens· Helias homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit ut nō plueret super terrā, & nō pluit annos tres, & mēses sex. Et rursum orauit, & cælū dedit pluuiam, & terra dedit fructū suū. Vides iam quanta sit orationis uirtus, q̄ intra cęlum pluuias continere, & inde eas deducere ualet. Demū ut paucis uirtutē orationis cōcludamus, Christus saluator noster ait, Quæcunq; petieritis ī oratione credētes, accipietis. Christus tanti facit orationē, ut si comitē habuerit fidē, eam sufficere dicat ad impetrāda omnia q̄ petiuerimus: & hæretici nō uerentur dicere illā nullius esse momenti. Post hæc tam aperta testimonia extat de hac re eccleſiæ definitio. Nam concilium Toletanū quartū capite nono suoꝝ decretoꝝ de oratione dominica differens, postq̄ p̄ceperat ut singulis diebꝰ à quolibet sacerdote dicatur, uirtutem illius orationis explicans ait, Delet ergo hæc quotidiana oratio minima quotidiana peccata: delet illa à quibꝰ uita fidelium etiam sceleratè gesta, pœnitendo in melius discedit mutata. Ergo sicut Christus p̄cepit, sic apo

Iaco. 5.

Ibidē.

3. reg. 17

mat. 21

Concilīū Toletanū.

stolus monuit. Et quemadmodū doctores Ecclesiastici instituerunt, quia quotidie uel cogitatione uel uerbo delinquimus, quotidie & hanc orationē effundere in cōspectu dei debemus. Quisquis ergo sacerdotū uel subiacentium clericorū hanc orationē dominicam quotidie, aut in publico, aut in priuato officio p̄terierit, propter superbiam iudicatus ordinis sui honore priuetur. Hæc concilium Toletanū.

Concilii Milevitanum.

Et conciliū Mileuitanū cap. 8. suorū decretorū cōtra Pelagium sic ait, Itē placuit ut quicunq; uerba ipsa dominicæ orationis ubi dicimus, Dimitte nobis debita nostra, ita uolunt à sanctis dici, ut humiliter & nō ueraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantē, & nō hominibus sed ipsi dño mentientem, qui labijs sibi dicit dimitti uelle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur debita nō habere? Hæc concilium Mileuitanū. Ex cuius definitione hęc duo colligimus, Vnum est q̄ omnes quādiu in hac uita sumus, subiacemus peccatis. Alterum, q̄ ad hoc ut illa dimittantur, dominica oratio prodest, in qua dicitur, Dimitte nobis debita nostra.

Quarta hęresis asserit orationes quę uni personæ specialiter applicantur, nō plus prodesse illi q̄m si generaliter pro omnib⁹ fierent. Huius hæresis author est Ioannes Vuitcleff, dicens nō esse orandū pro aliqua particulari persona, quia (ut dicit) oratio q̄ pro uno solo fit, nō plus prodest illi q̄m alijs. Hanc hæresim ipse deus ore suo dānat, qui p̄cepit Eliphat Themanitæ ut rogaret Iob quatenus ille rogaret deum pro ipso, & pro alijs duobus amicis suis, qui deum offenderant eò q̄ sic acriter reprehenderant Iob. Et dñs (ut scriptura testatur) cōuersus est ad pœnitentiam Iob cū oraret ille pro amicis suis. Præterea, cū Petrus Apostolus esset in carcere, oratio fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo, & tandē oratio ecclesiæ profuit Petro, q̄m misit dñs angelū

Ioānes Vuitcl.

Iob. 42.

Act. 12.

suum, & liberauit eum de carcere, & de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorꝝ. Nec tamen illa oratio sic profuit omnibus alijs qui fuerant carceri mancipati. Aliquid ergo plus prodest specialis oratio illi ꝓ quo fit, cꝫ alijs. Rursum, Beatus Paulus Thessalonicensib⁹ scribens dicit se pro illis orationem fecisse. Gratias (inquit) agimus deo 1.the.1. semper pro omnibus uobis, memoriã uestri facientes in orationibus nostris sine intermissione. Si æcꝫ omnibus ꝓsunt orationes, quo fine Paulus sic apertè iactauit se fecisse memoriam Thessalonicensium in suis orationibus? Deinde ipsemet Paulus sæpe exhortatur, rogat, præcipit fieri orationes speciales tum pro se, tum pro alijs. Obsecro ergo uos fratres Ro.15. (inquit ille) per dñm nostrum Iesum Christum, & per charitatẽ sancti spiritus, ut adiuuetis in me orationibus uestris pro me ad deum. Et alibi. Quoniã 2.cor.1 & adhuc eripiet de periculis, adiuuantibus uobis in oratione pro nobis. Et rursum, Orationi instate Col.4. uigilantes in ea in gratiarũ actione, orantes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi. Et in alio loco, Orate pro nobis, ut sermo dei currat, & clarificetur. Et ex istis duobus ultimis testimonijs sumpta 1.the.5 est in tota catholica ecclesia cõsuetudo illa inuocandi uirginem deiparam in initio cuiuslibet p̃dicationis uerbi dei, quatenus ipsa dignetur rogare deum ut aperiat prædicatori ostium ad loquendũ, & alijs ad audiendũ mysterium Christi. Frustra Paulus toties ꝓ se petit orari, si omniũ oꝝones æcꝫ illi prodesse poterant. Et ꝓ alijs etiã speciales monet fieri oꝝones, dicens, Obsecro primũ omniũ fieri obsecratio- 1.tim.2 nes, postulationes, gratiarũ actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnib⁹ qui in sublimitate constituti sunt, ut quietam & tranquillam uitã agamus in omni pietate. Ideo prædicatores uerbi

dei Paulum in hac parte imitantes, in suis p̄dicatio nibus hortantur populū ut speciales deo offerant orationes pro rege alīsq; principibus & p̄latis ecclesiasticis, ut nauiculā q̄ in hoc mari magno & spatioso iactatur fluctib⁹, ad optatū portū perducant.

Concilii Cōstātiēsis

Demū ex. 45. articulis Ioānis Vuitcleff in concilio Cōstantiensi sessione octaua dānatis decimusnon⁹ hic est, quo sic ait, Speciales orationes applicatę uni personæ per p̄latos uel religiosos, nō plus prosunt eidem q̄ generales, cæteris paribus. Qui articulus simul cū alīs eiusdē Vuitcleff una super omnes lata sententia ibidem damnatus est.

ORDO SACRAMENTVM.

Lutherus.

VIx unum aut alterū est sacramentū cui Lutherus nō detraxerit. q̄dam illoq; negat esse sacramenta: alia dicit nō conferre gratiā: alia insuper uili pendit. Ordinem autē sic tractat, ut illū ab ecclesia procul reīcere conetur. Dicit enim ordinē neq; esse sacramentū, neq; gratiā conferre, neq; in eo esse aliquam imparitatē, ut unus ordo sit alio & dignitate & potestate maior, sed omnes christianos dicit esse in eodē ordinis gradu. Hæc ergo tria successiue expugnare oportet. Primo ergo Lutherus dicit ecclesiam Christi ignorare sacramentū ordinis. Nā iuxta eum, sacramentū ordinis nihil aliud est q̄ ritus quidam eligendi concionatorē in ecclesia: quapropter asserit eū qui nō p̄dicat, nō esse sacerdotē, nisi æquiuoce, quemadmodū homo pictus est homo. Ordinem deniq; ipsum dicit esse figmentū ex hominib⁹ natū, nihil de re ecclesiastica & de sacramēto intelligentib⁹. Primo ergo ostēdere uolo, in collatione ordinis gratiā cōferri: deinde ostendā ex sacris literis huius rei esse aliquod signū sensibile. ex quib⁹ duobus cōcludetur ordinē esse sacramentū. Gratiā conferri suscipienti sacrū ordinē, aperte ostēdit id quod

1. Ti. 4

Paulus Timotheo scribens ait, Noli (inquit) negli-

gere gratiam q̄ data est tibi per prophetiā cū impositione manuū p̄sbyteri. Quib⁹ uerbis Paulus satis apertè ostendit Timotheū suscepisse gratiā cū promotus fuerat ad ordinē sacerdotij. Et in posteriore epistola quā eidē Timotheo scripsit, iterū pro hac re testimoniū dicit in hunc modū, Admoneo te, ut resuscites gratiā dei q̄ in te est per impositionē manuū mearū. Prēterea ex uetustissimo ecclesię ritu ab apostolis orto semper obseruatum est, ut tam ordinans q̄ ordinatus, p̄sertim in sacris ordinibus, ieiunus ad ordines accedat. Et hoc scriptura ipsa testatur, q̄ refert apostolos ieiunantes & orantes imposuisse manus Paulo & Barnabæ, quos ex præcepto spiritus sancti mittebant ad p̄dicandū euāgelium. Si in collatione ordinis nulla infunderetur gratia, nō esset opus tanta p̄paratione. Sed quia certò credebant apostoli gratiā spirit⁹ sancti cōferri ijs quos ad ordines sacros promouebāt, ideo ieiunabant & orabant, ut uel sic pararentur ad gratiā spiritus sancti recipiendā: quemadmodū olim cū aduentū spiritus sancti expectabant, perseuerabant unanimes in oratione. Et hanc ieiunij causam assignat Leo papa huius nominis primus: cuius uerba q̄m alteri proposito etiam deseruiunt, infra citabimus. Et beatus Augustinus in libro q̄sti. ueteris & noui testamēti, q̄stione. 93. (modo is liber sit Augustini) hoc etiam apertissimè docet. Verùm qa supra in titulo de Melchisedech apertissimè conuincimus illud opus nō esse Augustini, ideo illa uerba citare contēpsi. Si qs tamen sibi fidē facit librū illum esse Augustini, locū illi signaui in quo illā sententiā inueniat. Ecce ergo ostendimus in collatione ordinis gratiam conferri: nunc opus est ut ostendamus in tali collatione esse aliquod signū exterius sensibile. Hoc autem clarissimè ostendunt illa Pauli uerba ex epistolis eius ad Timotheum nūc proximè citatis, q̄m ex illis patet

2. tim. 1

Act. 13.

Act. 14

eum qui alium ordinabat, manus illis imponere, p quã manuũ impositionem ordinẽ alteri cõferebat. Quod ex alijs pluribus scripturę locis etiã colligi-
1.tim.5 tur. Paulus enim admonens Timotheũ ne leuiter aliquẽ ad sacerdotiũ promoueret, quin prius diligẽter personæ meritũ examinaret, sic ait, Manus citò nemini imposueris. Et cũ apostoli septem uiros ex multitudine discipulorũ electos, fecerunt diaconos, orantes (ut dicit historia apostolica) imposuerunt il
Actu.6 lis manus. Ecce iterũ cũ ad diaconatũ promouent Apostoli, faciunt orantes, quemadmodũ cum Paulo & Barnabę imponunt manus, quia uidelicet gra
Concilij Carthaginẽse. tia in tali promotione erat cõferenda. Cõcilij Carthaginẽse quartũ capitib⁹.1.2.3.&.4. decernit episcopũ, p̃sbyterũ, & diaconũ debere ordinari p manuũ impositionẽ. Et ex hoc signo quo Apostoli usi sunt, etiã persuaderi potest gratiam cõferri in susceptione ordinis: qm̃ nõ est uero simile, manus fuisse ordinatis impositas ab Apostolis, ut corpus inani contactu attrectarent, & nulla spirituali gratia prodessent animæ. Parũ enim proderat corpori manus imponere, si ex hac manus impositione nihil anima proficere debebat. Si ergo in ordinis susceptione cõfertur gratia, & sub aliquo signo sensibili, conuincitur inde ordinẽ esse sacramentum. Et ut ostẽdamus hoc non esse recens scholasticorũ theologorũ inuentum, aliquot uetustorũ doctorũ citabo testimonia.
Leo papa. Leo papa in epistola nona q̃ est ad Dioscorũ Alexãdrinũ episcopũ, dicens ordinẽ debere cõferri & suscipi à ieiunis, sic ait. Nam p̃ter authoritatẽ cõsuetudinis quã ex apostolica nouimus uenire doctrina, etiã sacra scriptura manifestat, q̃ cũ apostolũ Paulum & Barnabã ex p̃cepto spiritus sancti ad euangelium mitterent p̃dicandum, ieiunantes & orãtes imposuerunt eis manus: ut intelligamus quãta dantium & accipientium deuotione curandum sit, ne

tantæ benedictionis sacramentū negligenter uideatur impletū. Hęc Leo papa huius nominis primus, uir sanctitate perinde ac doctrina illustris. Ex qbus uerbis duo colligimus, uidelicet q̄ ordo sit sacramentum, & q̄ in eius collatione conferatur gratia, qm̄ ideo dicit ieiunium & orationem præcessisse, ut digne recipiatur benedictio quæ in tali sacramento confertur. Augustinus de baptismo contra Donatistas, de eodem baptismo & ordine loquens sic ait, Augustinus.

Vtrunq; enim sacramentū est, & quadam consecratione homini datum. illud quum baptizatur, istud quum ordinatur: ideo non licet in ecclesia catholica utrunq; iterari. Et paulò pòst, Neutri sacramento facienda est iniuria. Et addit de sacramēto ordinis, Sicut nō rectè habet qui ab unitate recedit, sed tamē habet: sic etiam nō rectè dat qui ab unitate recedit, & tamē dat. Et rursum ad utrunq; reuersus subiungit, Non ergo ideo non sunt sacramenta Christi & ecclesiæ, quia eis illicitè utuntur nō modò hæretici, sed etiam omnes impij: sed illi corrigēdi sunt, & puniendi: illa autē sunt agnoscenda, & ueneranda. Hęc Augustinus. Quibus uerbis non semel fatetur ordinem esse sacramentum. Iam credo quisq; uidet q̄ effronti audacia iactauerit Lutherus ecclesiā Christi ignorare sacramētum ordinis, nouamq; esse eius inuentionem, cū ex Augustino & Leone papa clarè constet ordinem esse sacramentum. Neque Augustinum aut Leonem ab ecclesia Christi abigere potest, quos eadem ecclesia uelut sanctos censuit esse uenerandos: neq; eos dicet recentes theologos, prout solet, nisi talem se existimet, ut ei mille anni sint tanquam dies hesterna quæ præterijt. Hoc solum ergo supererit nobis probandum, ut uidelicet ostendamus non omnes ordines esse pares inter se, sed esse diuersos intra hoc sacramentum gradus, ita ut unus ordo sit alio dignitate & potestate maior.

* Et certe quisquis debita attentione cōsideraueritea quæ in uetere illa lege Mosaica ordinata sunt, de tabernaculo,& altari,& de sacerdotibus & alijs ministris altari seruientib⁹,facile inde cognoscet quasi ex umbra corpus, uarios oportere dari in ecclesia ordines qui diuersis in ministerio altaris fungātur officijs. Nam lex(ut ait Paulus)umbrā habebat fu-
Heb.10 turor⁹ bonor⁹. Et idē ait,omnia in figura contigisse patribus illis, Ab umbra igitur ad suū corpus,à figura ad correspondentē sibi rei ueritatē, optimū & efficacissimū erit argumentū. Nam hoc argumentationis loco Paulus usus est,uolens probare licitum esse his qui euangeliū annunciant, de euāgelio uiuere:quia qui in ueteri illo tabernaculo operabantur, uiuebant de tabernaculo,& qui altari deseruiebant
1.Cor.11 participabant de altari. Itaq; argumentatur Paulus ibi,ab umbra & figura ad corpus & ueritatē. Cum igitur tam efficax sit,iuxta Paulū,hic argumētationis modus,manifeste per illum cōuincemus plures esse in ecclesia catholica ordines,uariosq; esse grad⁹ eor⁹ qui in altari ministrant. Nam ad ministeriū illius tabernaculi ueteris uarij ordines diuersiq; gradus fuerunt à deo instituti, ita ut unus esset Pōtifex aut sacerdos summus, alij sacerdotes minores, alij leuitę qui etsi sacerdotes nō essent, altari tamē ministrabant. Quæ ad sacerdotē pertinent summum,&
Ex.27. quæ ad inferiores attinent, describuntur in Exodo, ubi alia officia aliaq; uestimenta summo sacerdoti, alia inferioribus sacerdotibus tribuuntur,Supra caput Aaron & cuiuslibet alterius summi sacerdotis fusum est sanctæ unctionis oleum. Filios Aaron minores sacerdotes & illor⁹ successores nō sunt in capite,sed solū in manibus oleo sancto uncti. Tunicę istorum erant lineę,summi uero sacerdotis ornatus erat ex auro,hyacintho,purpura, gēmisq; preciosis cōfectus. De ritu cōsecrationis Leuitici ordinis habetur

betur in Leuitico libro, in quo etsi unus omniū Leuitarū cōsecrationis ritus describitur, diuersa tamē illis distribuūtur officia. Nā in tres classes sub suis capitibus & principibus distribuūtur, & suū cuiq; locū in excubijs & ministerio assignatur, iuxta sacerdotū imperium. Si tantus fuit ordo tamq; distinctus in illa ueteri figura, opus est ut cōcedamus uarium esse ordinē clareq; distinctū, eorū qui in altari ubi nunc Eucharistia cōsecratur ministrare debēt. Nisi forte ecclesiam catholicā confusissimā quandā Babylonem in qua nullus sit ordo, facere uelimus, cū tamen synogogam illam ueterē quę huius typū tenet, uelut nobilissimā quandā ciuitatē ordinatissime cōstitutā fuisse, apertissime cōstet. Quod si quis tam impius & tam effrons est, ut id fateri nō uerea tur, is certe aut sapientiam, aut potentiā, aut deniq; bonitatem cogetur minuere diuinā: quia uidelicet fateri cogetur deum aut nescisse, aut non potuisse, aut denique noluisse talem formare ecclesiam suam qualem prius adumbrarat & deliniarat in illo ueteri populo. Certe quū multo pstantius sit sacrificium quod nunc a sacerdotibus ecclesię offertur cp̄ sacrificia omnia ueteris legis, oportebat ut maior honor illi pstaretur, & maior etiā ordo in illius ministerio seruaretur, & ministrorū ordines ad illius administrationē plures deputarentur. Omitto hic minores ordines, qm̄ etsi de illis apud uetustos authores nō parua fiat mentio, tamen plures theologi nō admittunt minores ordines intra sacramentorū numerū: quapropter nec etiā uocant ordines sacri: īmo de subdiaconatu Hugo de sancto Victore cēset nō esse sacramentū, q̄uis alij intra sacramēti limites eū collocent. De hac re nōnihil supra tetigimus i titulo de epis: quo loco ostēdimus epm ex Christi institutione esse dignitate & potestate maiorē simplici pbytero. Diaconos aplica historia narrat fuisse Actu. 6

ab apłis ordinatos. Immo de alijs oĩbus ordinib⁹, cõstat fuisse in ecclesia eor̃ officia & nomina tẽpore apłor̃. Nã beatus Ignatius discipulus sancti Ioãnis Euãgelistæ in epła ad Trallianos extollit dignitatem epor̃, p̃sbyteror̃, & diaconor̃. Et in epła ad Antiochẽses hæc uerba refert: Saluto sanctũ p̃sbyter̃ uestrũ, saluto sanctos diaconos, saluto subdiaconos, lectores, cãtores, ostiarios, laborãtes, exorcistas, atq; cõfessores. Hæc ille. Canones apłor̃ uidẽtur etiã innuere discrimẽ inter ep̃m & p̃sbyterum, diaconũ, subdiaconum, lectorẽ, & cantorẽ. Hoc patet canone. 42. & 43. At apłor̃ canones p̃ Clementẽ traducti, tãtæ sunt authoritatis, ut beatus Damascenus illos inserat catalogo libror̃ canonicor̃ sacræ scripturę. Vt ergo iam finẽ huic negocio ĩponamus, producere oportebit testimonium concilij Carthaginensis quarti, quod omnes ordinis gradus describit, & modum quo illor̃ ordinatio facienda sit, decernit. Nã capitibus primo & secundo suor̃ decretor̃ assignat modũ quo ordinãdus sit ep̃us, cap. 3. agit de ordinatione p̃sbyteri, cap. 4. de ordinatione diaconi, cap. 5. de ordinatione subdiaconi, cap. 6. de ordinatione acolythi, cap. 7. de ordinatione exorcistæ, cap. 8. de ordinatione lectoris, cap. 9. de ordinatione ostiarij. Quor̃ omnium decretor̃ uerba citare omisi causa prolixitatis uitãdæ, satis existimans ostẽdisse locum lectori. Qui de hac re amplius nosse cupit, legat Hugonẽ de sancto Victore lib. 2. de sacramentis, parte tertia: quo loco doctor ille nõ sper nẽdę authoritatis de singulis ordinibus pertractat, eor̃ omnium potestatẽ & ordinationẽ declarans. Ex his q̃ diximus, conuictus remanet Græcor̃ & Valdẽsium error. Valdẽses enim (ut Guido illis impingit) dixerunt esse tantum tres ordines ĩ ecclesia, diaconũ uidelicet, p̃sbyter̃, & ep̃m. Verùm Aeneas Siluius lib. de origine Bohemorum cap. 35. errores

Ignati'

Concilĩ Carthaginẽse.

Valdẽses.

Valdēsium recēsens, nunc̄ huius erroris meminit, imo aliū illis tribuit q cū hoc uelut ex diametro pugnare uidet. Ait enim illos sensisse, eōum nō esse dignitate aut potestate superiorē alio quocūq; p̄sbytero. de qua re supra in titulo de eō disputauim⁹.

Græci iuxta eundem Guidonē post ordines sacros nullū ex minoribus ordinib⁹ admittunt p̄ter lectorem: alios autē, uidelicet ostiariū, exorcistā, & acolythum dicunt non debere inter ordines numerari. Nos tamen iam ostendimus eor̄ nomina & officia fuisse à tēpore ap̄lor̄ in ecclesia, & modū ordinationis eor̄ fuisse in concilio statutū: quapropter nō est quod amplius de hac re disputemus. Græci.

F. ALFONSI DE CASTRO ADuersus hęreses, Liber Duodecimus.

PAPA.

Vtherus, qui toties à nobis, pstratus est, solo papę nomine audito recuperat uires, ut denuo possit nobiscum de hac re congredi. Adeo nāq; papæ odium ībibit, ut etiā si in cineres redactus fuerit, ad papā insectandum reuiuiscat. Omnium enim suor̄ scriptor̄ scopus is unus est, papā uidelicet à sua sede deīcere, omnē potestatē quā à deo in terris recepit, illi adimere: & ut hoc consequeretur, nihil intentatum reliquit: nullū non mouit lapidē. Nam pro hac sola re tuenda totā ecclesiæ domū euertere curauit. Quòd autē ex odio papæ, & nō ex zelo id fecerit, inde conīciet quisq;, si rerum ab eo gestarum ordinē plene nouerit. Cum enim is Lutherus aliqua à uera fide aliena docere tentasset, fuit de hāc re à Leone decimo, q tunc uniuersali ecclesiæ præsidebat, admonitus: cui admonitioni cum idem Lutherus obedire contempsisset, Lutherus.

Digitized by Google

Leo decimus uelut bonus pastor hunc Lutherū ex cōmunicauit,& uelut putridā ouem ab ecclesię ouili eiecit, ne reliquas attactu suo inficeret oues. Qua de re factū est ut Lutherus qui antea primatum Petri & successoris eius ꝓbauerat,& libris editis docuerat: pòst hanc in eum latam excōmunicationem usqueadeo papatui detrahat, ut nō sit contentus illius potestatē minuere,sed etiam illum acerbissimis conuitijs afficiat, & cōtumelijs atrocib⁹ insectetur. Dicit enim pontificū nomen inane prorsus esse,nec re quicq̄ aliud esse q̄ regnū Babylonis,& potentiā Nemroth robusti uenatoris: qm̄ mera tyrānide factum esse ait, ut papa super alios eꝓs fuerit exaltatus. Hinc ergo conijcere licet quo spiritu Lutherus ducatur,qui i tractāda fide catholica magis affectu q̄ ratione regitur. Huius tamen erroris primus author nō est Lutherus. Primo enim ille serpens antiquus hunc errorē persualit Græcis, qui ab ecclesiæ unitate separati sunt propter errores Nestorij, Dioscori,Euticetis: qm̄ Nestorius in Ephesina synodo, Dioscorus uerò & Eutices in Chalcedonensi dānati sunt. Eadem ratione Armeni ab ecclesię unitate se subtraxerunt, ꝙ uidelicet concilij Chalcedonensis decreta recipere contēpserunt, & ab hoc tēpore obedientiam Romano pontifici negare cœperunt usq; ad tempus Eugenij quarti,quo tēpore celebratū est concilium Florentiæ, ad quod cōfluentes Græci & Armeni,post longam de hac re cum Latinis habitā disputationem, tandem ueritatem plene cognoscentes,ecclesiæ Romanæ se subdiderunt. Post Græcos & Armenos uenere impij & idiotæ Valdenses nihilo minus omnibus episcopis inimici, q̄ Græci & Armeni fuerant Romano pontifici. Hi enim Valdenses docent omnes presbyteros esse pares,neque unum esse alio potestate superiorem. Valdensibus in hac parte consentit quidā Marsilius Paduanus.

Armeni.

Valdēses.

Marsilius Paduanus

De Ioanne Vuitcleff,& Ioanne Huss non est opus dicere,qm̃ ille in uerba Valdensium, & hic in uerba Vuitcleffi iurasse uidentur. Istorum ergo omnium cõmunem errorem iam diu sepultũ Lutherus hoc nostro seculo ab inferis reuocauit, ut faciliori modo quas conceperat hęreses docere posset.Nulla est enim alia uia apertior ad hæreses introducendas, q̃p si primatum Petri ab ecclesia subtraxeris. Quapropter omnes oportet adhibere huic operæ uires, ut apertè primatum summi pontificis ostendamus,ne uia pateat hæreticis ad suas hæreses introducẽdas. Pro hac re apertũ testimonium est id quod dñs dicit Petro,Tu es Petrus,& super hanc petrã ædificabo ecclesiã meam,& portæ inferi nõ p̃ualebunt aduersus eã. Et tibi dabo claues regni cælorꝝ:& quod cunq; ligaueris super terrã,erit ligatũ & in cælis,& quodcunq; solueris super terrã,erit solutũ & in cęlis.In quibus uerbis multa sunt q̃ primatum Petri manifestè docere uidentur.Primo q̃ mutato nomine Simonis eum nomine Petri uocauit,quę res sine grandi mysterio contingere nõ potuit. Nunq; enim deus nomẽ nouũ alicui homini indidit,quẽ nõ magnis donasset beneficijs, & ad altam quandã extulisset dignitatẽ.Sic enim in ueteri testamẽto Abrahę & Sarræ,quos facturus erat in gentẽ magnã, & ex quibus Christus secundum carnem propagandus erat, nomen à deo tribuitur nouũ. Sic etiam Iacob quoniam fortis fuerat contra deum,mutato nomine Iacob uocatus est Israel.Et ut ad nouũ testamentum accedamus: Iacobũ Zebedei & Ioannẽ fratrẽ eius uocauit Christus Boanerges,hoc est filios tonitrui. Hos autẽ duos fratres quantum præ cæteris Apostolis post Petrũ extulerit, ipsa euãgelica historia apertissimè docet. Nã hos duos simul cũ Petro assumpsit in testes suæ glorioſæ transfigurationis. Hos solos permisit intrare domũ Iairi archisynago

Ioãnes Vuitcl. Ioãnes Huss.

mat.16

Gen.17

Gen.32

Mar.3.

mat.17

Luc.8.

mat.26 gi cum illius filiam ſuſcitare uoluit. Et quũ paſſione ſua inſtãte oraret, hos etiam aſſumpſit ſecum: ut uel inde conꝫcere poſſimus nõ ſine cauſſa iſtis noua illum tribuiſſe nomina. Cũ ergo Petro nouum à deo imponatur nomẽ, grãde in eo futurũ myſteriũ deſignat: pſertim ſi bene quiſq; aduertat quale fuerit nomẽ illi tributũ. Nomen ſiquidẽ Petrus à petra
1.co.10 deriuatũ eſſe uidetur. At cũ Chriſtus iuxta Paulũ uocetur petra, conuincitur inde Petro tale nomen fuiſſe datũ, quod nomini Chriſti ſimillimũ foret, & quod à Chriſti nomine deriuationem acceperit: ut uel hac ratione nominis edoceremur Petrũ Chriſti uicem in terris habiturũ, cuius nomẽ tunc accepiſſe cognoſcimus. Secũdò in illo Matthęi loco prius citato aduertere oportet quod ſequitur. Nã eundẽ Petrum uocauit poſtea petram ſuper quã fundãda erat eccleſia. Tu es (inquit) Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam. Cõſidera ergo qualis ſit futurus Petrus, ſuper quẽ eccleſia ædificanda promittitur. Sic enim Theophylactus illa Chriſti uerba exponens ait, Remunerat Petrum dñs, merce dem illi dans magnã, quod ſupra eum ædificauit eccleſiam. Hæc ille. Quibus uerbis ſatis apertè declarat Petrũ eſſe petram ſupra quam deus ſuam eccleſiam fundare decreuerat. Eodem modo etiam expo nit Hieronymus ſuper Matthæũ. 16. cap. Eodẽ modo interpretat Hilarius canone. 16. ſuper Matthæũ. quanꝫ huius uerba Eraſmus detorquere conatus, adiecit in margine hæc uerba, Eccleſiæ fundamentũ eſt fides. Quib⁹ uerbis interpretari uoluit Hilariũ, quaſi Hilarius ſentiret fidẽ eſſe fundamentũ & petram, non autẽ Petrũ. Hilarius tamẽ apertiſſimè de Petro loquitur, ut facile eſt uidere. Idẽ ſentit Chryſoſtomus ſuper Matthæum. Simili modo illũ locũ exponit Auguſtinus ſæpe, pręſertim in libro contra epiſtolã Donati, & ſermo. 26. de ſanctis. Eodẽ mo-

Theophylactus.

do etiã exponit Leo papa huius nominis tertius in sermone tertio de anniuersario die suæ assumptionis. Istis omnibus subscribit beatus Gregorius libro.6. sui registri epistola.36. Quorũ omniũ sanctorum uirorũ uerba, causſa prolixitatis uitandę omisi citare. Tertullianus etiam idẽ sentit in libro de prę scriptionibus hæreticorũ: cuius uerba infra subiũcie mus. Tertiũ quod in illis Christi uerbis Petro dictis est cõsideratione dignũ, est, q̃ soli Petro nominatim Christus promisit claues regni cælorũ: quoniam etsi alijs apostolis datæ sint claues, nõ tamen cælorũ omnium, sed cæli. Petro enim dicitur: Quod cunq; solueris super terrã, erit solutũ & in cęlis. Cũ uero omnibus apostolis simul dantur claues, sic dicitur, Amen dico uobis, q̃cunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & q̃cunq; solueritis super terrã, erunt soluta & in cælo. Ecce uides hic dictũ, in cælo, singulari numero: quum tamẽ Petro claues promittuntur, claues cælorũ promittuntur: & in cælis dicitur esse ligãdum quod ille ligauerit, nõ in uno cælo: ut uidelicet ex hoc diuerso locutionis modo intelligas fortiores & potentiores claues fuisse datas Petro q̃ cęteris apostolis. Et hoc ipsum annotauit Origenes in expositione Matthæi, & ante Origenẽ hoc idẽ innuere uidetur Tertullianus. Is enim in libro de præscriptionibus hæreticorum disputans contra eos qui dicebant apostolos non omnia ad fidẽ necessaria sciuisse, sic ait, Quis enim integrę mentis credere potest aliquid eos ignorasse, quos magistros dominus dedit? in diuiduos habitos in comitatu, in disciplinatu, in conuictu? quib? obscura quæq; seorsum ediſſerebat, illis dicens datum esse cognoscere arcana q̃ populo intelligere nõ liceret? Latuit aliquid Petrum ædificandæ ecclesiæ petram dictum? claues regni cælorũ consecutum, & soluendi & alligandi in cælis & in terris potestatẽ?

mat.18

Latuit & Ioannem aliquid, dilectissimum dño, pectori eius incubantem, cui soli dñs Iudam traditorem demonstrauit? quem loco sui filium Mariæ demandauit? Quid ergo eos ignorasse uoluit, quibus etiam gloriam suã exhibuit, & Moysem & Heliã, & insuper de cælo patris uocem? nõ quasi cæteros reprobans, sed qm̃ in tribus testibus stabit omne uerbũ. Hactenus Tertullian⁹. Quib⁹ uerbis postq̃ omnib⁹ apostolis tribuerat arcana cognoscere quę populo intelligere non licebat: postea distribuens cuiq; apl̃or̃ quæ illi fuerant propria, Ioãni dedit supra pectus dñi in cœna recubuisse: eidem & Iacobo atq; Petro tribuit uidisse dñm in gloriæ maiestatem transfiguratũ. Petro autẽ dedit ecclesiæ petrã esse, claues regni cælor̃ consecutũ, & soluendi & ligãdi in cęlis & in terris potestatẽ. Quæ omnia si soli Petro dicuntur, ex illis apertè conuincitur Petrũ fuisse cæteris apostolis p̃latum. Nam ille solus ex apostolis instituitur petra supra quam fundetur ecclesia: illi soli promittuntur claues regni cælorum: ille solus accipit soluendi & ligandi in cęlis & in terris potestatem. Quapropter non possum silentio prætereire quæ beatus Rhenanus de hac re loquens ait. Is enim in quodam argumento quod p̃fixit libro Tertulliani de prę̃scriptionibus hæreticorum, innuit se sentire Romanum pontificem nõ esse à deo institutum superiorem cęteris episcopis, & hanc dicit esse sententiam Tertulliani in illo libro, & alibi. Vt autem ostẽdat Tertullianum illud sentire, sic colligit. Tertullianus nominans ecclesiam Romanã, inter apostolicas ecclesias illam nominat, nec tamen illã præfert alĩs: inter summates illam recensęt, nunq̃ tamẽ illam dicit summam. At si eam credidisset esse summam ecclesiarum, eam uocasset aliquando supremam ecclesiam. Nunquam uocauit eam summã, non ergo credidit eam esse summam. O fortem

Rhenanus.

argumentatorẽ. O alterum Aristotelẽ. Hæccine est illa dialectica, colligere aliquid negatiue per locum ab authoritate? Quis hanc collectionẽ ignorat esse nullam, Talis aut talis doctor nõ dicit hoc, ergo nõ ita est, aut ille credidit nõ ita esse? Si enim tali modo semper colligere liceret, multa inde incõmoda sequerentur. Sequeretur patrẽ non esse ingenitũ: Mariam non fuisse perpetuò uirginẽ: qm̃ nullũ istorũ expressserunt sacræ literæ etiã cum de his rebus mẽtionem fecerũt. Abeat ergo Rhenanus nõ beatus sed miser: & si suam sententiã uoluerit cõfirmare, ueris testimoniis hoc faciat, & nõ meris calũniis & impostu ris, prout nunc eũ feciſſe cõuicimus. Nam cum ipse impingat Tertulliano illũ sentire ecclesiã Romanã nõ esse summã: nos ostẽdimus Tertullianũ senſiſſe Petrum fuiſſe cæteris Apostolis prælatũ, & hoc ostẽ dimus illũ apertè docuiſſe in eodẽ libro cui Rhenanus tale põfixerat argumentũ. Præterea Christus do cens Apostolos quis illorũ futurus esset maior, dixit Petro, Simon, ecce Satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticũ: Ego aũt rogaui pro te, ut nõ defi ciat fides tua. Et tu aliqñ conuersus cõfirma fratres tuos. Quibus uerbis apertè docuit Christus Petrũ esse futurũ cæteris Apostolis maiorẽ per hoc q̃ illi iniungebat onus cõfirmandi alios apostolos quos diabolus expetiuerat ut cribraret sicut triticum. Vt aũt Petrus rectius posset officiũ sibi cõmissum exer cere: Christus promittit illi se rogaturũ patrẽ ut nõ permittat fidẽ illius perire. Quę Christi uerba expo nens Theophylactus super Lucã sic ait, Tu uero cõ uersus confirma fratres tuos. Planus huius intellectus is est. Quia te habeo ut principem discipulorũ, postq̃ me negato fleueris, & ad pœnitentiã ueneris, cõfirma cæteros. Hoc enim te decet, qui post me ec clesiæ petra es fundamẽtum. Hæc Theophylactus. Petrus ergo declaratus est a Christo cæteris aposto Lu. 22.

lis maior, quia illi iniungitur onus reliquos apostolos cõfirmandi. Rursum Christus cõmisit Petro curam suarũ ouiũ, cũ bis illi dixit, Pasce agnos meos. Ioã. vl. & tertio iterũ dixit, Pasce oues meas. Quibus uerbis apertissimè declarauit Christus totũ ouile tam ouium q̃ agnorũ, hoc est ecclesiam uniuersalem esse Ps. 94. Petro cõmissam. Nam (ut ait propheta) nos sumus populus eius, & oues pascuæ eius. Harũ ouium curam cõmisit deus Petro. Verũ Lutherus cum suis, qm̃ nõ sunt ex ouibus his, sed ex numero illorũ hœdorũ quos deus cõstituet ad sinistrã, ideo nõ uolunt esse sub cura huius pastoris, uidelicet Romani pontificis. Deinde, illa q̃ Petrus operatus est, ostendunt apertissimè illum fuisse reliquis apostolis prælatũ. Pro se enĩ Petrus & pro Christo didrachma soluit. Cum enim exactores didrachmatis percontarentur a Petro, num magister eius didrachma soluisset, dixit mat. 17 Christus Petro: Vade ad mare, & mitte hamũ, & eũ piscem qui primus ascẽderit, tolle, & aperto ore eius inuenies stater̃: illum sumens da eis pro me & pro te. Vt aũt ex hoc loco apertius nostrũ propositũ doceamus, prius oportet scire qualisnam fuerit huius didrachmatis exactio. Pro cuius rei cognitione audiamus quid beatus Hiero. de hac re loquatur. Sic enim in cõmentarijs super Matthæũ hunc locũ pertractans ait, Post Augustum Cęsarẽ Iudæa facta est tributaria, & oẽs censi capite ferebãtur. Vnde & Ioseph cũ Maria coniuge sua professus est in Bethleẽ. Rursum qm̃ nutritus erat in Nazareth, quod est oppidũ Galilęæ Capharnaũ urbi subiacens, ex more poscunt tributa, & pro signorũ magnitudine hi qui exigebãt, non audent ipsum repetere, sed discipulũ cõueniunt. Hæc Hieronym⁹. Si ergo tributa (ut Hieronymus ait) per capita soluunt̃: quid est q̃ Petrus iubetur stater̃, hoc est duplex didrachma pro se & pro Christo soluere, nisi quia iam Christus medita

batur Petrũ post se caput ecclesię relinquere? Quod si hac ratione tributũ fuisse solutum negatur: quare magis pro Petro ꝙ pro alijs Apostolis didrachma soluitur, cũ talis census non nisi pro capite familiæ soluebat? Cuius rei cũ alia nequeat inueniri causa, nisi quia Petrus erat cæteris pferendus: fateri oportet ut Petrus qui pro se tributũ, quod nõ nisi pro capite exigebatur, soluere iubetur, sit hac ratione declaratus caput familiæ. Quod aũt cum Christo iunctus fuerit in solutione didrachmatis, ita ut unica moneta uidelicet uno statere pro se & Christo soluerit, declarat Petrum eiusdẽ familiæ uidelicet ecclesiæ futurũ caput, cuius est Christus. Nec tñ inde sequitur ecclesiæ corpus esse monstrũ biceps (ut Lutherus nobis obijcit) qm̃ Petrũ non dicimus esse caput æquale Christo, sed caput sub Christo. Christũ enim dicimus esse primum & supremũ ecclesiæ caput: Petrum autẽ non dicimus esse primũ caput totius corporis quod est ecclesia, sed uicarium caput, hoc est caput Christi loco subrogatũ, & caput secũdum post Christũ, id est caput alioꝝ oĩum a Christo. Quapropter sicut Petrus nõ est dicendus prior oĩbus simpliciter, sed prior in cõparatione aliorũ a Christo, ita nec dicẽdus est caput simpliciter & absolute respectu omnium, sed solũ est caput respectu alioꝝ a Christo. Christus uerò est absolute & simpliciter caput totius ecclesiæ, qui est principium. Et hoc modo cõstat non esse duo capita eiusdẽ corporis totalis, qm̃ illius totalis corporis solus christus est caput, & huius corporis Petrus est unum mẽbrum, cæteris tñ pstantius. Corporis uero mystici, quod ex alijs hoĩbus a Christo coalescit, Petrus est caput: & ita non est caput totius corporis integri: qm̃ non est caput Christi qui ad hanc ecclesiã pertinet. Simillimũ est huic quod in alijs rebus publicis uidemus. Nã Procõsul caput est illius puinciæ quã

administrat, cuius Cōsul sit illo superior, & primū omnium prouinciarū caput. Prorex caput est illius regni cuius curā gerit: rex tñ est illo superior, & primum omniū suorū regnorū caput. Prorex enim aut Proconsul est caput partialis corporis, uidelicet talis regni, aut talis prouinciæ: Imperator autē est caput primum totius integri corporis. Sic Petrus & Christus. Ad hunc modū etiā oportet intelligere id quod supra diximus, Petrum uidelicet esse petrā & fundamētum ecclesiæ: fundamētum inquā non primum, cui. s. totius ecclesiæ structura innititur, qm̄ tale fundamentū est solus Christus: de quo Paulus
1.cor.3 ait, Fundamētum aliud nemo pōt ponere præter id quod positū est, uidelicet Christus deus noster. Et in cōparatione ad hoc fundamētum Petrus est tanquā unus ex alijs lapidibus qui fundamēto innitū tur. Verùm post primum lapidē pro fundamēto iactum, sunt alij lapides in ipsa structura, qui licet sustentantur a primo, tñ sustentant oēs reliquos qui supra illos sunt in ædificio cōstituti. Et istorū quilibet pōt dici fundamētum, nō simpliciter & absolute respectu oium, sed respectu illorū lapidū quos sustentat. Et iuxta hunc modum plura sunt ecclesiæ fundamenta. Nam de oibus apostolis dicit beatus Ioānes eos esse fundamēta ecclesię. Sic enim in Apo
Ap.21. calypsi loquens de noua ciuitate descēdente de cęlo quæ est ecclesia, ait, Et murus ciuitatis habens fundamēta duodecim, & in ipsis duodecim, noīa duodecim apostolorū. Ecce audis omnes apostolos dici fundamēta ciuitatis, quia eorū doctrina sustentatur hucusq; ecclesia. quid ergo miratur Luther? si nos dicimus Petrū esse fundamētum ecclesiæ? Sed licet oēs sint & dicantur fundamenta, Petrus tñ cæteris oibus pōstat: quia etsi non sit lapis primarius in fundamēto iactus, est tñ primus post Christum: & ita erit fundamētum nō quidē oium lapidum qui sunt

in ſpirituali ędificio, qm̃ non eſt fundamẽtum Chriſti qui ad hoc ædificium pertinet, ſed eſt fundamẽtum oĩum alioꝝ lapidum ſpiritualiũ, & ita eſt fundamẽtum ſecũdum poſt Chriſtũ, quia prima petra poſt Chriſtum petrã. Et ita ſuper hanc petrã quę eſt Chriſtus, fundatur tota eccleſiæ ſtructura: ſup aliã uero petrã quæ eſt Petrus, fundatur reliqua eccleſia a Chriſto, hoc eſt tota eccleſia dempto capite Chriſto. Hæc autẽ unico uerbo deſignauit Theophylactus in illis uerbis quæ ex cõmentarijs illius ſuper Lucã nunc paulo ſupra citauimus. Sic enim exponens Chriſti uerba ait, Quia te habeo ut principem diſcipulorꝝ, poſtq̃ me negato fleueris, & ad pœnitẽtiam ueneris, confirma cæteros. Hoc enim te decet, qui poſt me eccleſię petra es fundamẽtũ. Hęc Theophylactus. Ex cuius uerbis cõſtat Petrum dici fundamẽtum eccleſiæ, non quidẽ abſolute & reſpectu oĩum, ſed fundamẽtum poſt Chriſtũ, hoc eſt fundamentum oĩum alioꝝ a Chriſto. Et ita non ſunt duo lapides primarij: qm̃ ſolus Chriſtus eſt primarius lapis: Petrus uero nõ primus ſimpliciter, ſed primꝰ poſt Chriſtũ. De hac re adeo diffuſe & ultra metas breuitatis ſtatutæ diſſeruimus: qm̃ hoc eſt fortiſſimum telũ quod nobis obĵcit Lutherus, & quo ſe tueri conatur: de quo cũ iam pluſq̃ ſatis dictũ ſit, oportet ut reliqua Petri opera breuiter pcurramus. Mariæ Magdalenæ & alijs eius cõſortibus uiſitantibus Chriſti ſepulcrũ apparens angelus, ait illis, Ieſum quæritis Nazarenũ crucifixũ. ſurrexit. non eſt hic. ecce locus ubi poſuerunt eũ. Sed ite dicite diſcipulis eius & Petro, quia præcedet uos in Galilæã. Quid eſt q̃ ſolius Petri nomen exprimitur tacitis oĩbus alioꝝ noĩbus, niſi q̃ Petrus cęteris omnibus præeminet? Si enim Petrus nõ fuiſſet cæteris p̃ſtantior, ſat erat dixiſſe: ite, dicite diſcipulis eius. Sed cũ addidit, & Petro, innuit aliqd eſſe in Petro ſingulare Mar. vltu.

propter quod esset proprio designandus noie, tanq; Ioā.20 alioꝝ princeps. Deinde cum uenirent ad monumētum Petrus & Ioānes, licet Ioānes præcurrit citius Petro, & prior peruenit ad monumētum, non tamē intrare ausus est ante Petrum, honorē per hoc exhibens Petro tanq; superiori. Poterat quidem Ioānes monumētū intrare, q supra pectus dñi recubuerat. qui enim dignus fuit supra corpus uiuū recūbere, multo dignior erat monumētum in quo iacuit corpus mortuū, intrare. Verū etsi ad hoc dignus esset, intrare tñ recusauit, hunc uolens deferre Petroh onorem, ut qm̄ Petrus erat dignitate prior, sic etiā prius monumentū intraret. Et cum Christus iam ascendisset ad cælos, existente duodenario apostoloꝝ numero incōpleto propter mortē Iudæ traditoris: Petrus alijs discipulis sermonē facit persuadēs illis ut Actu.1 in locum Iudæ alius subrogetur. Nisi Petrus fuisset alijs superior a deo institutus, non fuisset adeo arrogans, & gloriæ cupidus, ut ab alijs non rogatus in medio illoꝝ surgeret, & cunctis sermonem faceret. Quod si hoc ante receptū spiritū fuisse factum causeris: quid post aduentū spiritus sancti egerit, uidea Actu.2 mus. In illo nāq; die quo spirit⁹ sanctus in linguis igneis descēdit: cū apli oibus linguis loquerent, & ois multitudo rei nouitatē miraret, & cuidā ebrietati tribueret, Petrus oium ipsoꝝ cōdiscipuloꝝ cām agēs, sermonē ad populū habuit, docēs illū discipulos nō esse ebrios, ut putabat: quo sermone audito cōuersi sunt circiter tria milia ex ipsis auditoribus. Quare Petrus unus p oibus rūdet: nisi qa un⁹ oib⁹ pelit? Pastoris nāq; officiū est suas oues a lupoꝝ infestatione defendere. Ideo Petrus uelut bonus pastor uolēs suas oues defendere, sermonē pro eis ad popu Actu.3 lū fecit. Post hęc cū Petrus & Ioānes ascendissent in tēplū ad horā orationis nonā, cuidā claudo ad portas tēpli petenti eleemosynā ait Petrus·Argentū &

aurum nō est mihi, quod aūt habeo, hoc tibi do. In noie Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Et sta tim cōsolidatæ sunt baſes eius. Hoc aūt est primū miraculū quod a quouis apostolo factum esse legi mus, ut uidelicet qui prior cæteris erat dignitate & potestate, prior etiā uirtutē dei sui miracula faciendo ostenderet. Nec mysterio caret q̄ Ioāne existēte in comitatu Petri, Ioānes tacet, & Petrus solus clau dum sanat. Qui enim Drusianam mortuā postea su scitauit: bene poterat tunc claudi pedes cōsolidare. Verùm quia Ioānes Petrū agnoscebat superiorē, no luit quicq̄ in eius p̄sentia tentare, ne illius uideret minuere honorē. Dñs etiā post suam in cælos ascen sionē uolens docere ecclesiam suā, illum cibo⁹ dele ctum qui in lege Moysi fuerat p̄ceptus, nō esse iam necessario faciendū, soli Petro de hoc reuelationē fa- Act. 10
cit. Petro enim existenti in mentis excessu ostēditur linteum magnū submissum de cælo in terrā, in quo erant oīa quadrupedia & serpentia terræ, & uolatilia cæli, & postea facta est uox ad eum, Surge Petre, occide & manduca. Quæ res etsi oēs tangebat, soli Act. 15
tñ Petro reuelatur: quia Petrus persona erat cōmunis oīum curam gerens. Cum etiā orta esset quęstio de cessatione legitimorū, quibusdā dicentibus illa esse necessaria, alı̄s aūt cōtrà, & pro huius quæstionis definitione cōcilium Hierosolymis cōgregaret: surgens Petrus in medio illo⁹ primus loquitur, & illius sententiæ oēs cōsenserunt. Primus loqtur Petrus, cū tñ in illa esset dioceſi in qua alius erat eps, uidelicet Iacobus. Hoc autē non feciſſet Petrus niſi ipse superior fuisset Iacobo in sua etiā dioceſi existē te. Ex his ergo oībus quæ Petrus fecit, conı̄cimus illū fuisse a deo cæteris apostolis prælatū. Pręterea, quotiescūq⁹ apostolo⁹ catalogus in euāgelio texitur, semper Petrus primo loco recensetur: quod nō factum fuisset si Petrus nō fuisset cæteris superior:

præsertim cum in alijs recensendis non idē seruetur
mat.10 ordo ab oībus euangelistis. Nam Andreā, quē Mat
Mar.3 thæus posuit secūdo loco, Marcus posuit quarto.
Luc.6 Thomā Matthæus ponit septimū, quē Marcus &
Actu.1 Lucas noīant octauū. E Lucas ipse non eundē ser-
uat semper ordinē: qm̄ in euangelio Andreā posuit
secūdum, quē in Actis apostolor̄ ponit quartū. In
euāgelio Bartholomæū ponit sextum: in actis uero
apostolicis eundē scripsit septimū. At Petrum ordi-
ne nunc̄ uariato oēs ubiq; scribunt primum. Neq;
ideo factum esse dici pōt ut primus semper scribat,
qm̄ primus ad apostolatū uocatus fuit, qm̄ constat
Andreā fuisse prius illo uocatum, & Petrū per An-
dream fuisse ad Christū adductum. Petrus ergo qui
posterior uocatus, prior oībus ubiq; scribitur, hac
ratione declarat̄ esse cæteris oībus superior. Et certe
nisi ita a deo fuisset institutum, ut unus in ecclesia
esset summus sacerdos, eueniret necessario in eccle-
.ud.vl. sia id quod in libro Iudicum dicitur, In illis diebus
non erat rex in Israel, sed unusquisq; quod sibi uide
batur bonum faciebat. Et hac sola de caussa (ut exi-
stimo) hæretici conantur primatū Petri & eius suc-
cessoris minuere, ut uidelicet liberius quas uolue-
rint possint docere hæreses. Ex hac enim radice pu-
tat Cyprianus hæreses in ecclesia oriri, qui in. 1. lib.
epistolarū suarum epistola. 3. quæ est ad Cornelīū
papam, sic ait, Neque enim aliunde hæreses abortæ
sunt, aut nata sunt schismata, q̄ inde, q̄ sacerdoti
dei non obtēperatur, nec unus in ecclesia ad tēpus
sacerdos, & ad tēpus iudex uice Christi cogitatur:
cui si secundum magisteria diuina obtēperaret fra-
ternitas uniuersa, nemo aduersum sacerdotū colle-
gium quicq̄ moueret, nemo post diuinū iudicium,
post populi suffragium, post coepiscoporū consen-
sum, iudicē se non iam ep̄i sed dei faceret. Nemo dis
sidio unitatis Christi ecclesiam scinderet, nemo sibi

placens

placens ac tumẽs seorsum foris nouam hæresim cõ deret. Hęc Cyprianus. Quapropter si aliquis est cõ iecturis in hac parte locus, iustè cõẽcere possumus hæreticos hac sola ratione motos ad primatũ Petri deẽciendũ, ut facilius quas cõceperant hæreses euo mere possent. Post hæc tam aperta sacrę scripturę te stimonia, extat etiã oĩum sacroꝝ doctorũ de hac re cõcors sententia: quoꝝ uerba citare omittã, ne promissam breuitatẽ transgrediar. Verũ si curiosus lector ea uidere desiderat, illi designabo loca in qbus hoc sacri doctores asseuerãt. Et (ut recentiores omit tam) beatus Gregorius in lib. 40. homiliarũ, homilia. 21. Theophylactus super Matth. 16. & super Lucam. 22. Leo papa huius noĩs. 1. in epistola ad Dioscoꝝ Alexãdrinũ epm, quę est in ordine epistolarũ eius. 9. Leo papa huius noĩs. 3. in sermone. 3. de anniuersario suæ pontificiæ assumptionis. Aug. sępissime, præsertim tractatu. 56. super Ioã. lib. 2. contra Donatistas, sermone. 124. de tẽpore, & sermone. 26. de sanctis. Hiero. etiã sæpissime, & apertissime, præcipue tũ in plurimis epistolis ad Damasum papã. Ambrosius super. 1. cap. epistolæ Pauli ad Gala. & in quodã sermone de pœnitẽtia Petri. Chryso. homilia. 56. super Matth. Athanasius in quadã epistola. ad Liberium papã. Eusebius Cæsarienſis lib. 2. eccleſi. hist. cap. 14. Hilarius super Matth. & lib. 6. de trini. Cyprianus in pluribus epistolis, pẽsertim lib. 1. epistolarũ, epist. 3. & lib. 4. epistola. 8. quo loco apertissimè fatetur ecclesiam Romanã esse oĩum ecclesiarũ matricẽ. Origenes homilia. 6. super Matth. Irenęus lib. 3. aduersus hęreses, ca. 3. Anacletus papa & martyr, qui quartus a Petro põtificatũ obtinuit, in epistola. 3. quæ est de patriarchis & primatibus, & reliquis epis. Attendat ergo lector, & bene consideret num iustius sit uni Luthero credere, cm̃ tot sacris doctorib9 sanctitate perinde ac doctrina claris, quoꝝ

aliqui martyrio coronati sunt? Istorũ oium concors sententia sufficit ad captiuãdum nostrũ intellectũ, etiã si scripturę sacrę testimoniũ deesset: qm̃ etsi hos oẽs aliquis sequẽs erraret (qđ fieri posse nõ credo) certo scio talem errorẽ nemini fore imputãdum ad culpam, si ex humilitate maluit aliorũ iudicio credere, q̃ propriã sentẽtiam tueri. Sed post tot apertissima testimonia uel hoc unum sufficere posset, q̃ post pacatũ orbem oẽs Christiani paruerũt Romano põtifici. Omnes eṗi illũ tanq̃ superiorẽ reueriti sunt. Omnia cõcilia quæ aliqđ ualuerunt, illius authoritate sunt cõfirmata. In cõcilio Niceno p̃sedit Osius
* Cordubensis eṗs tanq̃ legatus papę Iulij. *In cõcilio Ephesino legatus sedis apostolicæ fuit Cæcilius Alexandrinus eṗs qui noíe papæ in illo cõcilio p̃sedit.) In cõcilio Chalcedonensi fuerũt legati Leonis
* papæ primi. *Paschasinus Lilibetanus eṗs, & Lucentius eṗs Esculanus, & Bonifacius presbyter Romanus. In quinta synodo legati Agapeti papæ fuerunt quinq̃ eṗi, ut aperte cõstat ex actione secunda eiusdẽ concilij. In sexta synodo p̃sederũt legati Agathonis papę, Theodorus & Georgius presbyteri & Ioãnes diaconus. Denicq̃ nullũ fuit hactenus generale cõcilium, in quo si papa fuit absens, legati illi?
) non p̃siderent.) Cõcilium Mileuitanũ in quo dãnatus est Pelagius, confirmatũ est per Innocẽtium papam, qm̃ oẽs ex concilio petierunt a papa ut uellet illius concilij decreta ꝓbare, & rata habere: quod & papa fecit, ut patet ex epistola. Augu. 90. & 91. Concilia Carthaginensia tertiũ & quartũ fuerunt cõfirmata per Zozimũ papã. Cõcilium Thelense quod etiam Africanũ fuit, in qũo dãnatus est Iouinianus, petijt cõfirmationẽ suæ sententię a Siricio papa, qui eiusdẽ concilij decreta firmauit, ut patet ex decretis eiusdẽ Siricij papæ, quę habentur in uolumine cõciliorũ generalium. Reliqua cõcilia Africana fuerunt

confirmata per authoritatē Bonifacij, qui ad illa mi
sit quēdam Faustinū epm tanq; legatū suum. Cōci
lium Braccarense primū authoritate prius a Roma
no pontifice petita celebratum est, ut patet ex actis
eiusdem cōcilij. *Hunc aūt honorē non solū cōcilia *
prouincialia exhibuerunt summo pontifici, sed etiā
generalia, qm̄ oia illa petierunt a Romano epo suo-
rum decretoꝝ confirmationē. Nicænum siquidē cō
cilium petijt a Siluestro tunc Romano pontifice ut
quæ in cōcilio gesta fuerant cōfirmare dignaretur:
quod ille fecit ut cōstat ex actis eiusdē concilij. Hoc
idem fecit cōcilium Calcedonense cū Leone, ut cō-
stat ex tertia actione eiusdē concilij in fine. Leo ter-
tius huius nominis papa sextæ synodi cōfirmatio-
nem dedit, petente Cōstantino imperatore, quæ ha-
betur in fine eiusdē synodi. Et non solū in concilijs
hunc exercuit primatū Romanus pontifex, sed etiā
in litibus sedandis: qm̄ ad illum tanq; ad supremū
iudicem semper sunt caussæ deuolutæ ex omni ter-
rarū orbe. Cum enim in ipsis fermè nascentis eccle
siæ primordijs orta esset quæstio inter orientales &
occidentales de paschæ celebratione, uenit hac de
caussa Romā Polycarpus Smyrnæ eps, & Ioannis
euangelistę discipulus, ut Anicetū tunc Romanum
pontificē de hac re cōsuleret. Cum postea orienta-
les uellent semper pascha. 14. luna more Iudaico ce
lebrare, & Victori papæ oppositū præcipienti obe-
dire nollent, Victor papa uoluit eos excōmunicare:
uerū Irenęus qui ex Lugduno ad Victorem hac de
caussa uenerat, ueritus ne propter hoc ecclesia tur-
baretur, & diuidiū perpetuū inter orientales & oc-
cidentales maneret, consuluit Victori ne id faceret:
cuius cōsilio Victor cessit. Cum Athanasius fuisset
ab Arrianis expulsus a sua sede Alexādrina, fuit idē
restitutus per Iulium Papā huius nominis primū.
Chrysostomus cum fuisset electus a sua sede Con-

stantinopolitana procurãte hoc Theophilo Alexandrino eṗo, fuit postea restitutus per Innocẽtium papam: & tñ uterq; græcus Athanasius uidelicet, & Chrysostomus. Taceo de Hispania & Gallia, quia harum prouinciarũ eṗi semper obedierũt Romano pontifici, neq; unc̃q; ab illo recesserunt, nisi forte un⁹ aut alter hæreticus. Hoc enim facile est nosse ex epistolis summoꝝ pontificũ ad eṗos istaꝝ nationum, præsertim ex epistolis Innocentij primi, & Leonis & Gregorij etiã primi. Ergo si tantã ac tam late fusam potestatẽ, non dei iussu Romanus pontifex, sed sua ui (ut Lutherus ait) acquisiuit, ostendat obsecro Lutherus qñ primũ tam latam possessionẽ adept⁹ est, quibus suffragñs, quo milite hanc tyrãnidẽ usurpauit. Non est enim uero simile, ut tam imensæ potentiæ obscurũ sit initium. ex historñs nobis rei initium deducat. Illud sanè coget ut huic fabulę nulla præstetur fides si aduertat quisq; minime fieri posse, sacerdotẽ inermẽ, solũ, nullo milite stipatũ (qualem fuisse necesse est prius c̃q; hac tyrãnide potirẽ) nullo iure fultum, nullo fretũ titulo, in tot ubiq; pares eṗos, apud tam uarias tãq; diuisas nationes, tantum obtinere imperiũ, ut nõ solum eṗi, sed reges & imperatores qui extra illius diœcesim uitã degunt, illi obediant. Quis etiã tam stupidus est, ut credat populos oẽs, regna, prouincias fuisse sui iuris ac libertatis tam prodigos, ut externo sacerdoti, cui nulla subiectionis causa tenerẽtur obnoxñ, tantũ in se potestatis darent, quãtum ipse forte uix ausus esset optare, aut saltẽ petere? Abeant ergo hæretici, & nos fidem ecclesiæ catholicæ tenẽtes, fateamur unũ esse in illa summũ sacerdotẽ, ut sicut ipsa unũ est ouile, ita sit unus illius pastor. De hac re extat cõcilñ Cõstantiense definitio. Nam prędictũ cõcilium sessione octaua damnauit. 45. articulos Ioãnis Vuitcleff, ex quibus triceſimus sestus est iste. Ecclesia Roma-

Concilũ Cõstantiẽ.

na est synagoga Satanæ, nec papa est immediatus & proximus uicarius Christi. Quæ assertio simul cũ alijs eiusdẽ ibidem dãnata est. Et sessione. 15. dãnantur in eodẽ concilio plures assertiones Ioãnis Huss, quarum aliquæ sunt ad hanc rem pertinẽtes. Et cõcilium Florẽtinum sub Eugenio. 4. pro Græcorum unione celebratũ, expressiorẽ de hac re protulit definitionem. Sic enim ait, Item definimus sanctã apostolicã sedem & Romanũ põtificem in uniuersum orbem tenere primatũ: & ipsum Romanũ pontificem successorẽ esse beati Petri principis Apostolorum, & uerũ Christi uicarium: totiusq; ecclesiæ caput, & omnium Christianorũ patrẽ ac doctorẽ existere: & ipsi in beato Petro pascendi, regendi, ac gubernandi uniuersalem ecclesiam, a dño nostro Iesu Christo plenam potestatẽ traditam esse: quẽadmodum etiã in gestis hycumenicorũ conciliorũ, & in sacris canonibus cõtinetur. Hæc cõcilium Florentinum, cui Græci præsentes subscripserũt. Obiectiones Lutheri impræsentiarũ non attuli, quoniã omnes friuolæ sunt, & earũ præcipuis iam cum aduersus illum nos ageremus, respondimus. Contra hãc hæresim scripsit egregium & grande uolumen Ioãnes Eccius, quod inscribitur de primatu Petri: scripsit etiam Ioannes faber in magno opere quod fecit contra Lutherum. Rem eandem optimè pertractat Ioãnes Roffensis articulo. 25. assertionis quam fecit pro Lutheri damnatione.

Concilij Florentini

Secunda hæresis est quę etsi non tollat papę potestatem, illam tñ asserit pendere ex sanctitate, ita ut si papa bonus nõ sit, nullã prorsus habeat potestatẽ. Huius pestiferę sectę authores fuerũt quidam dicti pseudoapostoli, qui docuerunt papã non posse aliquẽ absoluere nisi ea esset prędituς sanctitate, qua polluit beatus Petrus. Quapropter asserebant isti omnẽ potestatẽ quã Christus Romano pontifici &

pseudo apostoli

Petri succeſſori cōceſſit, eſſe iam inanem redditam, & omnino perīſſe propter malitiā Romanorū pontificū. His pſeudoapoſtolis in hac parte aſſentit Ioānes Vuitcleff: hunc autē ſemper imitatus eſt Ioānes Huſſ: qui in uniuerſum de omni poteſtate tā laicali q̄ eccleſiaſtica dicūt eam per peccatū mortale amitti. Quapropter huius erroris expugnationē uſq; ad illum locū differimus, quo de poteſtate in genere loquemur. Illo. n. loco deo adiutore, pbabimus nullā poteſtatē amitti propter ſolum peccatum mortale.

Alīj ſunt errores qui ad hanc materiā ſpectāt, de quibus iam alīs locis pro noſtris uiribus diſſeruimus. Nā q̄ papa poſſit facere cōſtitutiones, & per illas oēs Chriſtianos obligare, ſupra in tit. de eccleſia hęreſi. 3. probauimus cōtra Valdēſes, Begardos, Vuitclefitas &c. De poteſtate cōcedēdi īdulgētias, ſupra in tit. de indulgentīs nōnihil diximus.

PASCHA.

FVit quōdam inter Aſiaticos eōs talis error, ut quartadecima luna dominicū paſcha inuiolabiliter celebrarent, & ita eſſe neceſſariò faciendū docerent. Qua de re fuit orta diſſenſio inter orientales & occidentales eōs, illis dicentibus paſcha eſſe neceſſario celebrādū. 14. luna, quacūq; die ueniſſet: qm̄ eo die ex lege ueteri paſcha erat: his autē. ſ. occidentalibus cōtrà aſſerētibus debere celebrari dīnico die in memoriā reſurrectionis dīnicæ. Et hæc quæſtio orta eſt in eccleſia tēpore Aniceti papæ, & durauit uſq; ad tēpus Victoris papę huius noīs primi, qui orientales Romanæ cōſuetudini & eius in hac parte decretis obedire nolētes excōmunicare tentauit, & feciſſet niſi illū Irenęus ob hoc redarguiſſet. Poſt Victorem etiā aliq̄ hæc quæſtio ſuſcitata eſt, ſed tandem in cōcilio Niceno omnino finita eſt. Nā in illo cōcilio decretū eſt ut ab oībus paſcha celebraretur die dīnico in memoriā dīnicæ reſurrectionis quę illo

Concilū Nicenū.

die facta est, qm̃ hoc maior ecclesiæ pars semper ser uauerat ut dominico die semp pascha celebrauerit. Huiusmodi decretũ non reperitur inter decreta Niceni cõcilij quæ modo extãt, sed illud habetur in.2. lib. histo. tripar. cap.12. Cæterũ hic admonere oportet lectorẽ ne putet huius erroris rutores ideo dici hæreticos, quia.14. luna pascha celebrabãt, sed quia ita esse necessario faciendũ credebant. Poterat. n. impune ipsum pascha.14. luna celebrari si ecclesia id statuisset, & tũc si ita celebrarẽt, non male agerent. Verũ ecclesia in memoriã dñicę resurrectionis q̃ die dñico facta esse creditur, decreuit ut pascha semper die dñico celebretur. Nũc ergo post ecclesiæ statutũ non licet alio die pascha celebrare. Qui aũt.14. luna quocunq; die ueniat, pascha celebrat, quãuis male agat, non tñ est hæreticus censendus, nisi ita esse necessario faciendũ crediderit. Nã si credit pascha esse necessario celebrandũ.14. luna, quocũq; die illa occurrat, tũc uere hæreticus est. Et sic cedẽtes uocant Tessarescędecatitæ, hoc est quartadecimani, sic appellati a.14. luna, qua putant pascha esse necessario celebrandũ. Huius hæresis authorẽ & primũ inuentorẽ non exp̃ssit Augu. in lib. de hæresib. cuius hanc hæresim inter alias recẽseat.29. sed solum dicit illos uocari Tessarescędecatitas. Tertullianus tñ in libel. suo de hæresib. noiat quẽdam Blastũ quẽ dicit fuisse huius hæresis authorẽ. Huic errori (teste Augu.) adhæserũt Anthropomorphitæ. Istorũ ergo sentẽtia inde cõuincitur hæreseos, q̃ supra in tit. de lege ostẽdimus esse hæresim asserere cæremonias & iudicia legis ueteris obligare tẽpore legis euãgelicę. At quo tẽpore sit pascha celebrandũ, ad cęremonias ptinet, ideo oportet ut tale p̃ceptũ de celebratione paschatis.14. luna, sit etiã per mortẽ Christi inane redditũ. Nã Paulus reprehendens Galatas eò q̃ cęremonias legis obseruãdas putarent, inter alia dicit, Dies ob-

Tessarescędecatitæ.

Blastus.

anthropomorphitæ.

Gal.4.

seruatis & menses & tēpora & annos. Quibus uer bis apertè docuit dierū obseruationē qui in lege ueteri præcipiebantur, iam esse malā: tantū abest ut eā esse sub p̄cepto crediderit. Qui rem gestā plene nosse cupit, legat Eusebiū in historia ecclesiastica cap. 24. lib. 5. quoniā ibi narrat quo pacto hæc quæstio fuerit olim uentilata. Historia etiā tripartita lib. 9. cap. 37. & 38. aliquid ultra narrat.

PAVPERTAS.

DE hac re est unus error quo docetur neminem posse ad uitam æternā peruenire nisi taliter fuerit pauper, cp nihil propriū habeat: quoniā (ut illius tutores aiunt) talis fuerit Apostolorꝝ uita. Huius erroris authores teste Augu. in lib. de hæresib. cap. 40.

Apostolici. uocati sunt Apostolici, qui arrogantissimè sibi p̄lis tale indidere nomen, dicentes se Apostolorū uitam sequi. Hæc sententia apertissimè cōuincitur esse hæretica, quoniā nihil est uitæ æternæ repugnans, nisi tale sit expressa prohibitione interdictū. Nam quod nunquā est prohibitū, intelligitur esse cōcessum, & per cōsequens non potest, cum factum fuerit, ab ingressu glorię aliquē impedire. At proprium habere, nunquā fuit a deo omnibus sine discrimine prohibitum: erit ergo licitū. Quod si quis dicat Christū interdixisse omnib⁹ rerum proprietatē per id quod

Lu. 14 habetur apud Lucā, Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus: falsum est: qm̄ illis uerbis solū prohibuit Christus affectum rerum tēporalium, non autē proprietatē. Ille enim usus est Christo omnibus renūciasse, qui quāuis diuitias habeat, paratus est omnes perdere anteq̄ deum propter illas offendat. Et si quis cōtenderit illa uerba esse intelligēda de renūciatione quāum ad opus, & nō de renūciatione in affectu, dicat tunc quo pacto intelligēdum erit illud quod apud

Lu. 18. eundē Lucā habetur, Amē dico uobis, nemo est qui

reliquit domũ aut parẽtes,aut fratres,aut uxorem, aut filios propter regnum dei, & nõ recipiat multo plura in hoc tẽpore,& in seculo futuro uitã ẽternã. Ecce qualiter p̃cipit relinquere domũ: q̃m eodẽ modo iubet illã relinqui, quomodo iubet relinqui parẽtes,& fratres,& uxorẽ,& filios. At hęc omnia nõ ita uult à nobis relinqui,ut illis careamꝰ, sed ne in illis cor nostrũ taliter figamus, ꝙ illarũ rerũ amor nos ab amore dei separet. Nã qui parẽtes habet,nõ potest illos relinquere sic ut illis careat,nisi parẽtes moriantur,q̃m quocunꝙ se uertat,dum uiuunt,parentes erunt illius.Parẽtes autem interficere est impium.nõ ergo sic p̃cipitur parẽtes relinquere,ut parentes sui esse desinant: & p consequens nec sic etiã p̃cipitur domũ aut aliam possessionẽ relinquere,ut sua esse desinat, sed sic præcipitur, ut similia relinquat, ne uidelicet illarũ rerũ affectus nos quoquo pacto ad dei amorẽ, aut omnino frigidos, aut tepidos efficiat. Sic ergo eas possidere oportet, ut fiat iuxta prophetę cõsilium dicẽtis,Diuitię si affluant, nolite cor apponere. Et si quis obĵciat illud quod Psal.61
Christus dixit discipulis suis cũ eos ad p̃dicandũ misit,Nolite possidere aurum,nęcꝙ argentũ,necꝙ pe mat.10
cuniam in zonis uestris: huic respõdemus,illa uerba nõ pertinere ad omnes Christianos,sed ad solos apostolos: necꝙ ad illos pro omni tẽpore,sed solum pro eo tẽpore quo ad p̃dicandũ mittebãtur. Verũm de hac re superius in titulo de Apostolis hæresi.2. lõgius disputauimus. Præterea cũ iuuenis quidam à Christo q̃siuisset quid boni faceret, ut posset uitã æternã habere, respõdit illi Christus dicens, Si uis, mat.19
ad uitã ingredi,serua mãdata.Exprimens autẽ quæ essent hæc mãdata, nullũ de abdicanda rerũ ꝓprietate explicuit: nõ est ergo necessarium rerũ abdicationẽ facere,q̃uis sit maioris perfectionis:quod ipse ordo uerborꝫ Christi apertissimè ostẽdit.Nã postꝙ

dixit obseruationē mādatorū esse sufficientē ad uitā æternā cōsequendā, postea exprimere uolens maioris perfectionis statū, dixit, Si uis pfectus esse, uade & uende omnia q̄ habes, & da pauperib⁹, & seque re me. Hoc inq̄t perfectionis maioris est opus, non necessitatis. Rursum, Si nihil licet habere propriū, quomodo beatus Paulus iubet reddi omnib⁹ debi ta? cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal? Si enim nō licet habere propriū, nullū erit debitū prin cipi triburū aut uectigal. At tributa debētur princi pib⁹, ergo licet habere propriū. Valeant ergo supercilioſi apostolici, & renuncient rerū proprietati, ſi ipſi uolunt: & bene facient ſi uiam ſalutis nō pclu-dant aliis qui proprium aliquid ſibi retinent.

Secunda hæresis est q̄ adeo paupertatē extollit, ut dicat omnia peccata cōsumi sola paupertate. Hui⁹ erroris author fuit quidā Guilielmus Antuerpiensis, ut testatur catalogus hæreticorū. Quo autē tēpore hic Guilielmus fuerit, cū catalog⁹ subticuerit, ab alio discere nō potui. Hunc tamē Guilielmum dicit fuisse hominē delicijs carnis deditū, & postea reb⁹ suis renunciasse, dicentē paupertate omnia peccata deleri, & meliorē esse publicā meretricē pauperē, q̄t sit quicunq; castus aliquid possidens. Et certè ſi de paupertate ſpiritus loqueretur, nō moueremus arma contra eum, qm̄ hæc paupertas ſpiritus, quę est omnium rerū terrenarū cōtemptus, cū habeat secū tanq̄t illi annexā charitatē, nō patitur peccatū mortale secū, quemadmodū nec charitas. Ideo Christus ait, Beati pauperes ſpiritu, qm̄ ipsorū est regnum cęlorū. Verum constat hunc hæreticum non loqui de hac paupertate, ſed de illa paupertate q̄ alio nomine dicitur inopia, quę est defectus quidā, & ſola diuitiarum priuatio. Cōtra hanc ſententiam est illud quod dñs ait. Pauperis nō miſereberis in iudicio. Si pauperem dñs damnari pręcepit in iudicio, ergo ſi-

Guilielmus Antuerpiensis.

Mat. 5.

Exo. 23

gnum est posse fieri ut pauper sit, & reus. Præterea ex tribus quę odit sapiens, unum est pauper superbus. Tres(inquit)species odiuit anima mea,& aggrauor ualde animæ illorꝫ,pauperem superbum,& diuitem mendacē, & senem fatuum.& insensatum. Ecce uides pauperē superbum. Si superbum, ergo peccatorem: & per cōsequens oportet ut nō omnia peccata cōsumat paupertas,cum secum patiatur superbiam. Rursum ipse ueritatis magister ait, Si uis perfectus esse,uade & uēde omnia quę habes,& da pauperibus : & sequere me. Si paupertas sufficeret cōsumere omnia peccata,postꝙ Christus p̄ceperat iuueni ut uēderet omnia q̄ habebat,& daret pauperibus, non erat opus postea addere, & sequere me. Verùm qm̄ possibile erat omnia uendere, & in eleemosynas pauperum distribuere, & cum his peccare:ideo Christus post illa subiunxit, & sequere me. Quod Paulus apertius exprimere uolens , dixit· Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum,charitatē autē nō habuero,nihil mihi prodest. Ecce paupertatē nec solā,sed coniunctam eleemosynæ, nō ualentem cōsumere peccatum, qm̄ illā dicit Paulus posse haberi sine charitate,& nihil ꝓdesse.

Ecc.23

mat.19

1.cor.13

Tertia hæresis cum secunda ꝓximè narrata hæresi uelut ex diametro pugnat. dicit enim paupertatē nō solum esse inutilem,sed etiam noxiā.Huius erroris auctor fuit quidā Desiderius Lōgobardus tempore Alexādri papæ huius nominis quarti, dicens nō esse licitum oía ꝓ Christo relinquere,nisi talem religionem intret q̄ possessiones habeat, uel nisi talis sit q de labore manuum suarꝫ uiuere possit. Eodem tempore fuit alius Guilielmus de sancto amore,qui tractatum quendā scripsit contra monachos mendicantes p̄sertim cōtra Minores & Prędicatores,in quo libro hoc ꝓsuadere conatus est paupertatem uidelicet habitualē esse licitā,non autē actualē,

Desiderius lō gobardus.

Guilielmus de sancto amore.

hoc est, licitā esse animi promptitudinē ad relinquē dum omnia pro Christo cū necessitas urgeret: hac tamē necessitate secluſa illicitā esse dicit paupertatē per quā aliquis renūciat omnibus q̄ possidet, ut liberius deo seruire liceat. Et licet diuersa sint istor̄ duor̄ uerba, inter eos tamē de eadē re conuenit, qm̄ ambo dānant paupertatem secundum quā aliquis omnia pro Christo relinquit. De alia uero re certare uidentur, qm̄ Desiderius eam paupertatē se probare innuit, q̄ habetur in religionibus possessiones habentibus: dānat tamē illā paupertatē cui est annexa mendicitas. At Guilielmus de sancto amore omnē paupertatē actualem dānat. Mendicitatē esse licitā & meritoriam, superius in titulo de mendicitate satis apertè (ut existimo) ostendimus. Ad paupertatē uero extollendā sufficit illud quod ueritatis magister dixit iuueni q̄renti quid boni faceret, ut uitam æternā possideret. Nā postq̄ dixerat illi mandator̄ obseruationē esse ad id p̄standū satis efficacē, maioris perfectionis uiam ostēdere illi uolens, subdidit,
mat. 19 Si uis perfectus esse, uade & uende omnia q̄ habes, & da pauperibus, & sequere me. Quod si quis fortè diçat illud esse intelligendū de affectu, ut uidelicet omnia contēnat, nō autē ut opere relinquat: hoc apertè conuincitur per id quod ibidem dicitur, da pauperib⁹. eo enim animo debet uēdere, ut det pauperibus. At qui dat pauperibus, non solum affectu relinquit, sed etiam opere. Sed forte dices ut illa bonor̄ in pauperes erogatio, sit etiā illi iuueni p̄cepta quantū ad solū affectū. Ad hunc modū posset quilibet interpretari omnia p̄cepta esse intelligenda de solo affectu, & ita nullū opus erit in p̄cepto. Praeterea, si solū p̄cipiebatur affectus, & non opus, quare iuuenis audito Christi cōsilio abijt tristis? Nō enim fuisset tristitia affectus si nihil fuisset illi dictum de bonor̄ suor̄ renunciatione, & pauperū subuentio-

ne exercenda. Cũ audisset(inquit Euãgelista)adolescens uerbũ hoc,abijt tristis. Erat enim habens multas possessiones,Ecce causſam quare abijt tristis,qa uidelicet multas habebat possessiones quas dñs illi præcipiebat ut pauperibus distribueret.Sic enim Theophylactus sup decimumoctauũ Lucæ caput ait,Vt enim Christus auaro iuueni promisit cęlestẽ thesaurũ,nõ attendit ille:seruus enim erat pecuniarum: ideo ut audiuit,abijt tristis, eò qp possessionis priuatio esset ei dicta.Hæc Theophylactus.Quo loco multa alia in laudẽ paupertatis dicit, declarans apertè illa Christi uerba de renũciatione,opere exercenda ad acquirendã illam perfectionem quã deus iuueni consulebat.Sed hæc omnia breuitatis causſa omitto. Rursum, Apostoli reliquerunt omnia pro Christo : nã relictis omnibus sequuti sunt eum. Et Petrus omniũ nomine dicit Christo omnium magistro, Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te,quid ergo erit nobis ? Deinde ecclesia cuius iudiciũ in rebus fidei est infallibile, probauit monachoꝝ mendicantiũ paupertatẽ nõ solum esse licitã, uerũ & meritoriã.Magis ergo oportet credere ecclesiæ paupertatẽ laudanti qꝫ hæreticis illã uituperantibus.Cõtra hanc hæresim Alexander quartus duo decreta edidit. Cõtra illã scripsit bis beatus Bonauentura. scripsit enim apologiam de paupertate, & aliũ tractatũ de paupertate Christi, contra pfatum Guillermũ, qui duo tractatus habentur inter opuscula beati Bonauenturæ quę uulgo circũferuntur. Beatus Thomas scripsit contra eandẽ hæresim unũ tractatũ,cuius titulus est,cõtra impugnãtes religionem,qui habetur in uolumine opusculoꝝ eius. Ibidẽ. mat.19

Quarta hæresis est quæ de ecclesiasticoꝝ paupertate differit,asserens ecclesiasticos uiros debere esse pauperes,sola cõtentos eleemosyna. Verùm de hac hęresi iam supra disputauimus in titulo de ecclesia,

hæresi quarta. Illo enim loco ostendimus licitū esse uiris ecclesiasticis habere possessiones & redditus.

PECCATVM.

CIrca ea q̄ de peccato fides catholica nobis credenda proponit, multifarie hæretici hucusque peccauerunt. Primo quidē errauerunt aliqui dicentes nullū esse peccatū originale: quā ob causſam dicunt paruulos nullū peccatū originale habere. Huius erroris magister fuit Pelagius monachus dicēs paruulos non ideo baptizari quia peccatū habeant quod per baptismū sit remittendū, sed quia nō sint recepti in gratiā adoptionis filiorū Dei, ad quā dicit eos per baptismū recipi, ut in regnū cælorū admittā tur. Nā paruulos qui sine baptismo decedunt, dicit eos habere uitā quandā beatā & æternā, extra tamē regnū dei. Hęc omnia incōmoda Pelagius admittit, eò q̄ negat originale peccatū, quod intelligere non ualet. Hunc eundē errorē tutantur Armeni, quanq̄ aliter, qm̄ etsi dicant originale peccatū nullū esse, tamen tentur tamē baptismū esse necessariū ad uitā æternā cōsequendā. Paruulos uerò qui sine baptismo decedunt, negant habere uitā æternā, sed dicunt eos ire ad paradisum terrestrē si filij sint fidelium: q̄ si fuerint infideliū filij, dicunt illos descendere in infernū cū parentibus suis. Omissis ergo alijs erroribꝰ qui huic proposito minime conueniunt, cōstat hunc esse cōmunem istorū errorē, q̄ Armeni cōsentiunt Pelagio in hoc q̄ peccatū originale negant. Eidē errori fauent Albanenses. Cōtra hanc hæresim est illud quod in tertio Regū habetur, Non est homo qui nō peccet. At cū paruuli sint homines sicut uiri, cōuincitur inde illos etiā aliquod peccatū habere. Nō autem habent peccatū actuale, cū nō adhuc habeant usum liberi arbitrij, qui maximè exigitur ut peccatum possit alicui imputari: ergo oportet ut paruuli peccatum originale habeant, cum non sit aliud pec-

Pelagi⁹

Armeni.

Albanēses.

3. Re. 8.

catum quo infici possunt, nisi originale aut actuale. Alias enim non esset uerum, omnem hominem aliquando esse peccato obnoxium, quod iuxta scripturam diuinam de omni homine illud est uerum, quoniam etsi paruulus baptizatus, tunc omni peccato careat, tamen aliquando sub peccato fuit, uidelicet ante baptismum. Si tamen nullum est peccatum originale, multi erunt homines, uidelicet paruuli, qui nunquã peccauerunt. Præterea, regius Propheta suam miseriam rectius q̃ Pelagius agnoscens, ait, Ecce enim in iniquitatib⁹ cõceptus sum, Psal.50
& in peccatis cõcepit me mater mea. Petens enim à deo misericordiã, quò facilius eam impetret, allegat suam miserã inclinationẽ, & in peccatũ pronitatẽ, quã à parentibus cõtraxerat. Ac si diceret, Ideo misereri mei debes, quia non ex malitia, sed ex infirmitate peccaui: hanc autem infirmitatẽ in ipso matris utero conceptus, passus sum. Si nullum est peccatũ originale, ostendat Pelagius & eius imitatores quænã lit illa iniquitas, & quod est illud peccatũ quod infans in utero matris habet. Cum ergo aliud non possit esse peccatũ p̃ter originale, conuincitur inde ut aliquod sit originale peccatũ. Rursum, Sapiens in Ecclesiastico ait: Graue iugũ super filios Adam à Eccl.40
die exitus de uẽtre matris eorũ usq; in diẽ sepulturę in matre omniũ. Quod est aliud iugũ super omnes filios Adã, nisi peccatum originale, quod ab Adam descendens in omnes homines pertransiit? Iugum autẽ dicitur peccatum originale, quia iugum ex cõiunctione duorũ oritur, & illud cui imponitur, quo dãmodo p̃mit. Sic etiã peccatum originale cõtrahit omnis homo qui ex cõiunctione maris & fœminæ concipitur. Quapropter Christus redẽptor noster, etsi uerus fuerit homo & filius Adæ secundum corpulentam substantiam, nunq; tamẽ iugum originalis peccati sucepit, qa operante altissimi uirtute in-

carnatus est de spiritu sancto, & nō ex coniunctione duorꝫ, uidelicet maris & fœminæ. Quod autem dixit Ecclesiasticus hoc iugum esse super omnes filios Adam usq; in diē sepulturę, ideo dixit, quia etsi peccatum originale p baptismum deleatur, manent tamē toto tēpore huius p̄sentis uitæ multæ calamitates & miseriæ, q̄ ex peccato originali tanq; ex fonte ortum habuerunt. Deinde beatus Paulus in ea q̄
Rom. 5 est ad Romanos epistola, ait, Omnes peccauerunt, & egent gratia dei. Si omnes peccauerunt, ergo paruuli peccauerunt. Non autem peccauerunt peccato actuali, qui ad usum liberi arbitrij nondum peruenerunt: ergo peccauerunt peccato originali. Et in ea
Rom. 5 dem epistola iterum ait, Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Si per peccatum mors intrauit ī omnes homines, ergo iniuste paruuli moriuntur, qm̄ illi anteq; ad annos discretionis perueniant, nullum iuxta istorꝫ hęreticorꝫ doctrinam peccatum habent. Similiter potest ab istis hęreticis peti quare paruuli sustineant dolores, patiantur famem & sitim, uexentur sæpissime à dæmonib⁹, si nullum habent peccatum, ex quo hæc omnia processerunt? Cum ergo omnia hæc paruuli patiantur, cōstat eos aliquod peccatum habuisse, ppter quod sic puniuntur: alioqui iniustus esset deus, qui prius aliquē puniret q̄ ille esset peccator. At impium est crimē iniustitiæ deo impingere: impium est ergo asserere nullum esse peccatum originale. Quod si aliquod est peccatum originale, oportet ut illud p baptismum tollatur: qm̄ paruulus si baptizatus decedit, saluaMarci 16. tur, iuxta illud Saluatoris, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salu⁹ erit. At si post susceptum baptismum peccatum maneret, nō saluaretur: quia in illam supernam ciuitatem sanctam Hierusalem nihil

inquinatum

inquinatum intrat: quapropter oportet ut baptismi lauacro peccati originalis maculam deleat, qui in gloriam intrare uult. Sic enim Saluator ait, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest introire in regnum dei. Ioan. 3.

De hac re extat concilij Mileuitani definitio, quod in secundo capite decretorum eius de hac re aduersus Pelagium sub uerbis sequentibus definit. Item placuit ut quicunque paruulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit quidē in remissionem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur, unde sit consequens ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum, non uera, sed falsa intelligatur, anathema sit. Contra hanc hæresim scribit Augustinus in illo opere quod dicitur Hypognosticō, lib. 5. Fecit & alium tractatum qui inscribitur de baptismo paruulorum, & hic habetur in uolumine epistolarum eius, epist. 23. Cæterum quod Armeni dicunt paruulos infidelium sine baptismo decedentes, descendere ad infernum cum suis parentibus, hoc ex proxime sequenti hæresi patebit esse falsum, quoniam ibi ostendemus neminem damnari nisi propter peccatum proprium. Concilii Mileuitani. Armeni.

Secunda hæresis docet omnes homines ante passionem Christi fuisse damnatos propter peccatum primorum parentum. Huius hæresis authores Guidō asserit esse Armenos. Dicit enim Armenos sentire primorum parentum peccatum fuisse adeo noxium, ut toti posteritati usq; ad passionem Christi nocuerit, & eam in infernum traxerit, non quidem propter originale peccatum, quod à primis parentibus deduxerunt nascentes, quia illud (ut proxime præcedenti hæresi patuit) nullum esse dicunt, sed dicunt omnes, fuisse damnatos propter proprium primorum parentū peccatum, etiam si ipsi in se nullum

habuerint peccatū. Hæc hęresis adeo est demens & fatua, ut sola narratio sufficeret ad illam exterminā dam. Verū quia contra homines effrontes & duræ ceruicis agimus: ideo oportet ut aliquod in illos ia ciamus telū, quo illos transfigamus. Primo ergo id cōstat esse falsum, omnes uidelicet homines usq; ad Christi passionē fuisse dānatos. Abraham siquidē Isaac & Iacob ante Christi passionē per multas an noꝝ cēturias fuerunt, & tamē hos fuisse saluos aper
Mat.8. tè ipsa scriptura docet. Multi (inquit Christus) uenient ab oriente & occidēte, & recūbent cū Abrahā Isaac & Iacob in regno cęloꝝ. Ecce Christus apertè docet hos tres patriarchas pertinere ad regnū cęlorum: ergo nunq; fuerunt in inferno dānati: qm̄ alias nunq; inde exiuissent, quū in inferno nulla sit redē-
Luc.16 ptio. Præterea Christus oſtēdens q̄s latū sit inter diuitem & pauperē discrimen, dixit diuitē epulonem post mortem esse sepultū in inferno, cū tamē Lazarus mendicus fuisset deportatus ab angelis in sinū Abrahæ. Si utercq; dānatus, quod ergo discrimen inter istos? Vnus ab angelis deportatur, alter autem à dæmonibus sepelitur. Si Lazarus dānatus est, cur diues auxilium illius ab Abraham petit? Si Lazarus damnatus erat, quomodo poterat digito suo intingens linguā diuitis, illius ardorē tēperare? Rursum, qui iusti fuerunt, non est possibile ut damnati sint in iustitia decedētes: qm̄ non est deus iniustus,
Heb.11 ut simul iustum cum impio damnet. At de multis scriptura testat eos fuisse iustos, ut de Abel, Enoch, Abraham, Moyse, Dauide: nullus ergo istoꝝ dānatus est. Verùm esto damnati sint omnes (ut Armeni asserunt) impossibile est illos fuisse damnatos propter solum primorum parētum peccatum, nisi ipsi etiam aliquod proprium habuissent peccatum. Iniustus enim esset deus si aliquē sine culpa sua damnaret: quoniam etsi deus aliquando temporariam

& tranſitoriã infligat pœnã alicui propter peccatũ alterius, nunq̃ tamen aliquem propter peccatum alterius æternaliter dãnat. Nam cũ aliquẽ deus propter alterius peccatũ pœna tẽporali punit, ut uidelicet cõ filium propter peccatũ patris, & contrá, aut principẽ propter ſubditos, & ecõuerſo: tunc ipſum met peccantẽ in re propria punit, uidelicet patrẽ in filij morte. Filiũ uerò qui nihil mali egit, nõ proprie punit, cũ propter maius bonũ eius deus illi talem pœnã inferat. Et ſic ad patrem cõparata illa pœna eſt punitio: ad ipſum uerò patientem, uidelicet filiũ, illa pœna nõ eſt dicenda punitio, quia nunq̃ deus illã infligit niſi ut ad maius ipſius patientis cõmodum cedat. At qui æternaliter damnatus eſt, ex hoc nullum maius bonum cõſequi poteſt: quapropter nunq̃ talem damnationem deus alicui infligit, niſi propriĳs eam exigentibus demeritis. Deus enim pu- 2. Re. 12
nire uolens Dauid ob adulterium cum Berſabe cõmiſſum, filium ex illo adulterio natum mori fecit, qua morte Dauid puniuit, auferens illi rem ppriã, & quã maxime diligebat, uidelicet filium ſuum. Filius autẽ non poteſt dici punitus, cum nullam habuiſſet culpam, quoniã etſi mortuus eſt, hæc tamen mors in maius illi bonum ceſſit, qm̃ raptus eſt, ne malitia mutaret animam eius, & ſimilia patri cõmitteret. At ſi in æternum periſſet filius, quod quę- Sap. 4.
ſo illi poterat euenire cõmodum ex illa damnatione? Nunquã ergo deus aliquem æterna morte damnat, niſi propter propria demerita. Nam & ipſemet ſic ſe facturũ pollicetur per Ezechielem prophetã, Ezc. 18
dicens, Ecce omnes animæ meæ ſunt. Vt anima patris, ita & anima filĳ mea eſt. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Et parũ infra de filio bono habente patrem peccatorem loquens, hæc ſubiungit, Hic nõ morietur in iniquitate patris ſui, ſed uita uiuet. Pater eius quia calumniatus eſt, & uim fecit fratri,

& malũ operatus est in medio populi sui, ecce mortuus est in iniquitate sua. Et dicitis, Quare non portabit filius iniquitatem patris? uidelicet quia filius iudicium & iustitiam operatus est, oĩa p̃cepta mea custodiuit, & fecit illa, uiuet uita. Anima q̃ peccauerit, ipsa morietur. Filius nõ portabit iniquitatẽ patris, & pater nõ portabit iniquitatem filĩ. Hucusq; deus per Ezechielẽ prophetã. Vereantur ergo impĩ Armeni cõtra tam expressum scripturæ testimoniũ aliquid dicere, p̃sertim cũ sua sententia maximam deo impingat iniustitiã, ut hominẽ uidelicet iustũ, qui nullum unq; peccatum cõmisit, propter culpã alterius dãnet. Contra hunc errorẽ militant etiã illa quæ supra contra errorem Donatistarum protulimus in titulo de Ecclesia hæresi prima: quo loco ostendimus malitiam unius personæ nullo pacto obesse alteri ad uitam æternam.

Valentinus. Manichæus. Armeni.

Tertia hęresis asserit peccatum nõ esse à libero arbitrio, sed à dæmone. Huius hæresis author fuit Valentinus, cui postea adhęsit impius Manichęus. Eãdem hæresim postea suscitarunt Armeni, dicentes (prout Guido illis impingit) nullum fuisse futurũ peccatum si dæmones nõ fuissent, qui homines tentatione sua ad peccandum impellerent: quapropter dicunt peccatum esse simpliciter à dæmone, & nullo modo à libero arbitrio. Armenis in hac parte cõsentiunt Albanẽses. Hęc hæresis conuincitur per id quod Sapiens Ecclesiasticus ait, Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilĩ sui. Adiecit mandata & p̃cepta sua. Si uolueris mãdata conseruare, cõseruabunt te, & in perpetuũ fidẽ placitam seruare. Appositi tibi aquã & ignem: ad quod uolueris, porrige manum tuam. Ante hominem uita & mors, bonũ & malum. Quod placuerit ei, dabitur illi. Hæc sapiens. Ex cuius uerbis constat peccatum etiam esse à libero arbitrio, sicut &

Albanẽses.

Eccl. 15

bonū opus, qm̄ potest manum suam porrigere ad aquam & ad ignē, ad uitā & ad mortē, ad bonū & ad malum. Præterea si arbitrium hominis est liberum, ergo potest se ad utrāq; partē flectere & reflectere, qm̄ alioquī nō esset liberum. Cū ergo ad malum iuxta hanc libertatem se flectit, tunc malū erit ab ipso, & nō à dæmone, cum dæmon nō eligat, sed ipsum hominis arbitrium. Rursum, si peccatū dicis esse à dæmone, aut ergo à dæmone cogente nostram uoluntatem ad peccādum, & tunc uoluntas nostra non erit libera, cum possit cogi. At uoluntatem esse liberam, supra ostendimus in titulo de Libero arbitrio. Aut peccatum dicis esse à dæmone persuadente, eò q̄ solum persuadet sine coactione: & tunc necessarium est ut peccatum sit à libero arbitrio, cui dæmon suadet ut malum eligat. Deinde quod Armeni dicunt nullum futurum fuisse peccatū, si dæmones non fuissent qui homines tentarent: hoc conuincitur esse falsum: quoniam etsi primum hominis peccatum processit à tentatione dæmonis, tamē homo potuit tunc peccare etiam si dæmon non tentaret, quia homo fuerat liber creatus à Deo, quapropter bene & male agere poterat. Accedit ad hoc, q̄ malorum angelorum peccatum à nullo alio dæmone processit, sed à suo libero arbitrio. Si ergo primū dæmonis peccatum cōmissum est absque ulla alterius dæmonis tentatione: ergo etiam homo potuisset peccare etiam si nulla dæmonis tentatio præcessisset: quoniam multo maior est uis angelorum q̄ hominum. Ergo si in angelis suis reperit deus prauitatem, quanto magis homines qui habitant domos luteas corporum suorū? Præterea unusquisq; tentatur (ut ait Apostolus Iacobus) à concupiscentia sua abstractus & illectus. nō est ergo opus tentatione dæmonis, ut peccatū cōmitti possit. Demū si peccatum esset à dæmone, & non à libero arbi- Iob. 4. Iaco. 1.

trio, frustra suaderetur hominibus ut non peccent. Sed hoc si possibile foret, esse persuadendū dęmoni, à quo est peccatum. Christus tamen cuidam quem ipse à lāguore sanauerat, ait, Ecce iam sanus factus
Ioā.5. es, iam amplius noli peccare. Et Paulus ait, Euigila
1.co.15 te iusti, & nolite peccare. Si peccatū à dæmone est, & nō à nostro libero arbitrio, frustra nos monet ut caueamus à peccatis. Aduersus tam apertū errorē hæc paucula sufficiant. Cōtra hanc hęresim neminē scio qui ex professo scripserit: cui Augustinus sæpe cōtra eum disputet, pīsertim in libris de libero arbitrio, & in libro secundo de moribus ecclesiæ.

Quarta hæresis docet omne opus quantūlibet re ctè factum esse peccatum. Huius erroris author est
Luthe- Lutherus, dicens iustum in omni opere bono pecca
rus. re. Ex quo putrido fonte alium errorem deducit, dicens neminē esse certum se nō semper peccare mortaliter. Verùm de hoc errore iā supra disputauimus in titulo de operib⁹. Ibi enim ostēdimus ex scripturis, multa esse opera bona q̄ nullam prorsus habēt mixtam malitiam, & in illis certum est multos nō peccasse mortaliter cum illa operati fuerint. Sed si quis ultra illa quæ nos in titulo de operibus diximus, aliquid uidere desiderat, legat Ioannē Roffensem episcopum in suo opere quod fecit pro assertio ne confutationis Lutheri, articulo. 35.

Aetius Quintam hæresim docet Aetius, dicens nullum peccatum quantūlibet graue imputari homini habenti fidem. Hunc eundē errorem tandiu sepultum
Luthe- suscitauit hoc nostro seculo Lutherus, dicens solā
rus. fidem absq; ullo alio opere esse satis ad uitam æternam consequendā. Sed hunc errorem iam supra ex sacris scripturis conuicimus. Nam in titulo de fide hæresi. 2. ostendimus apertissimis scripturæ sacrę testimonijs fidē solam minime sufficere ad ęternā gloriam adipiscendā, sed esse etiam necessaria alia ope-

ra,illa uidelicet quæ p̄ceptis expressis nobis iuncta sunt. Quod si opera etiam exiguntur, & sola fides non sufficit, apertissime colligitur posse fieri ut aliquòd peccatum imputetur habenti fidem.

Sextam hæresim inuenerunt Armeni, dicētes esse aliqua peccata prorsus irremissibilia, quæ à nullo unq̄ sacerdote remitti possunt. Cōtra hoc est illud quod Christus dixit Petro, Quodcunque ligaueris super terrā,erit ligatū & in cælis: & quodcunq̄ solueris super terrā,erit solutū & in cælis. Qui totum dicit,nihil excludit. At Christus non dixit,Si solueris hoc,aut illud,erit solutū in cęlis:sed,quodcunq̄ (inquit) solueris super terrā, erit solutū & in cælis. Non est ergo aliquod peccatū quod à Petro remitti non possit. Præterea, omnibus Apostolis dicitur, Quæcunq̄ solueritis super terrā, erunt soluta & in cælo. Et iterum, Quor̄ remiseritis peccata, remissa erunt.Ecce uides nō solum Petro,sed omnib⁹ Apostolis datam esse potestatem soluendi non hoc aut illud peccatum, sed omne. Quæcunq̄ (inquit) solueritis super terram,erunt soluta & in cælo.Verùm Armeni obȷ̄cere nobis possunt illud Saluatoris dicentis, Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus:spiritus autem blasphemiæ nō remittetur.Et quicunq̄ dixerit uerbū contra filium hominis,remittetur ei: qui autē dixerit contra spiritū sanctum,nō remittetur ei neq̄ in hoc seculo, neq̄ in futuro.Ex quo loco uidentur colligere peccatū in spiritum sanctum, non posse ab aliquo sacerdote dimitti. Sed hoc non ita se habet, quoniam Christus non est locutus in uniuersum de omni peccato in spiritum sanctum, sed de aliquo. Non enim dixit nullum peccatum in spiritum sanctū remittendū, sed dixit spiritū blasphemiæ non remittendum. Et qui dixerit(inquit ille)contra spiritum sanctum,nō remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro.

Armeni. mat.16 mat.18 Ioā.20 mat.12

Et hoc nos fatemur esse aliquod peccatū quod nun quā remissum est, neq; remittetur. Hoc autē est duritia cordis, qua homo renuit usq; ad finem uitę remissionē peccati per pœnitentiā accipere. tale inq; peccatū nunq; remittetur, non q̄ irremissibile fuerit, sed quia nunq; de illo peccator pœnituit, ideo nunq; in hac uita remittetur. post mortē uero etiam si pœniteat, non remittetur: qm̄ à mortuo uelut qui non est, perit cōfessio. Quādiu autē peccator uiuit,
Rom.2 illum (sicut dicit Apostolus) patientia dei ad pœnitentiam expectat: & si pœnitentiam egerit, & à sacerdote absolutionē recipere nō contempserit, eius peccatum quantūlibet graue fuerit, absq; dubio in hoc seculo remittetur. Si uero perseuerans in iniquitate, sicut ibidē subiunxit Apostolus, secundum duritiam cordis sui, & cor impœnitens, thesaurizat sibi iram in die iusti iudicij dei: huic tali non remittitur in hoc seculo, neq; in futuro. Et hoc modo interpretatur beatus Augustinus illum Matthęi locum in quadam epistola ad Bonifacium comitem, quæ est quinquagesima in ordine epistolarum eius. Aliter tamen hunc locum interpretatur Richardus de sancto Victore, qui illa Christi uerba dicit esse intelligenda nō de remissione culpæ, sed pœnæ: nam dicit mitius fore agendum cum eo qui peccauerit in filium, q̄ cum eo qui peccauerit ī spiritum sanctū: quoniam is qui peccauit in filium, habet excusationem, eò q̄ egit per ignorantiam, & ita dignus est uenia, qua uidelicet aliquid de pœna peccato debita illi remittatur. Qui autem peccauit in spiritum sanctum, nullam habet excusationem, eò q̄ egit ex pura malitia, & ita nō est dignus uenia, qua uidelicet illi remittat aliquid de pœna peccato debita. Itaq; hanc dicit esse differentiā inter eum qui peccat ī patrē aut filium, & eum qui peccat ī spiritū sanctū, q̄ is qui peccat ī patrē aut filiū, peccat ex infirmitate,

aut ex ignorantia: & ideo dignus est ut aliquid ei remittatur de pœna debita, pœniteat uel nō pœniteat. Is aūt qui peccat in spiritum sanctū, peccat ex pura malitia: quapropter nihil prorsus remittetur illi de pœna peccato debita, eò q̄ nullā habeat excusationem, cum peccauerit ex pura malitia: quia etsi peccatum eius remittatur per pœnitentiā, omnē tñ pœnam peccato debitā soluet: & ita si pœnitentiā egerit pro peccato, erit solutus a culpa, sed nullo pacto a pœna. Hęc oīa differit Richardus de sancto Victore in quodam libello suo qui inscribitur de spiritu blasphemiæ. Eodem ferè modo interpretatur Theophylactus super Matthæū, q̄q̄ hic uidetur sentire, eū qui peccauerit ex infirmitate, aut ignorantia, siue in patrē, siue in filiū, quod idē est, esse dignū uenia: ita ut etiā si non pœniteat, remittatur illi, eò q̄ infirmitas aut ignorantia illū excusat nō solum a parte pœnæ, sed etiā a culpa. Richardus aūt non uult illū excusari a culpa, sed a parte pœnæ. & hoc dicit ille intelligēdum esse per remissionē, ut ad solam pœnā referenda sit. Cæterū de peccato in spiritū sanctum cōuenit inter eos, qm̄ uterq; sentit ideo illud non remitti, quia nullā habet excusationē, propter quā aliquid de pœna illi debita remittatur, ita ut q̄uis pœnitentia facta, culpa remittatur, oportet tñ ut omnē pœnam peccato debitā soluat. Et hoc est apud istos peccatū illud nō remitti. Lege illos, & forte uidebit tibi eorū expositio esse literæ germanior q̄ Augustini, q̄uis huius interpretatio non sit aspernanda.

Septima hæresis asserit nullū capitale peccatum esse tolerādum, etiā si permittatur gratia uitādi quā tumuis maioris mali. Huius hæresis authores sunt Valdenses, q̄q̄ Guido Carmelita in sua summa de hæresibus Valdensium errores recensens, nunc̄ huius erroris meminit. Sed Æneas Syluius, qui postea papa Pius. 2. est uocatus, in libro de origine Bohe- Valdē ses.

mor.,cap.35.hunc inter errores Valdenſium recenſet. Cõtra hunc errorẽ eſt illud quod Chriſtus redẽ
mat.19 ptor noſter Iudęis loquens apud Matth. ait, Moyſes ad duritiã cordis ueſtri permiſit uobis dimittere uxores ueſtras, ab initio aũt non fuit ſic. Ecce diuortium uiri & uxoris pmiſſum a Moyſe. At tale diuortiũ eſſe malũ Chriſtus oſtendit, dicens, Quod deus coniunxit, homo non ſeparet. Et in his uerbis (ut teſtatur ibidẽ Hiero.) non dedit nouũ pręceptũ, ſed antiquum nouauit, & inſtaurauit. Et Chriſtus ipſe ſatis aperte expreſſit, dicens, Ab initio aũt non fuit ſic. Quo uerbo docuit matrimoniũ ex ſua inſtitutione ſuiſſe indiſſolubile. Quod ſi matrimonium ex ſua inſtitutione fuit a deo ſtatutũ indiſſolubile, malũ eſt illud diſſoluere. Verũ Moyſes conſpiciens gentem ſuã ad illecebras pronã, & timens ne cũ aliqua uiro ſuo non placeret, occideretur a uiro, ut ille aliam habere poſſet pulchriorẽ, permiſit illis ut poſſent uxores ſuas repudiare cum uellent, ut uxoricidiũ uitarent. Permiſit (inquit Chriſtus) uobis Moyſes ad duritiam cordis ueſtri dimittere uxores ueſtras. Si permiſit, ergo nunc̃ tale facinus probauit: qm̃ (ut ibidẽ admonet Chryſo.) illa permittimus, quæ non probamus. Præterea, minus malũ maiori malo cõparatum habet aliquã rationẽ boni, uidelicet defectũ illius gradus malitię, per quẽ maius malum excedit minus. Omnis autẽ declinatio a malo bona eſt. Et iuxta illam rationẽ boni põt quodãmodo acceptari a uoluntate. Rurſum, ea quæ fiunt per metum, ſæpiſſime excuſantur, quæ ſecluſo metu nõ eſſent excuſanda. Non autẽ excuſantur niſi ratione maioris mali proximè urgẽtis, ergo minus malum poteſt licite quiſq; ſumere tanc̃q; mediũ quo poſſit euitare maius malũ quod iminet. Malũ eſt enim ſi aliquis in mare proꝟciat merces, quas ſine ullo dãno poterat ſeruare, ut in bonos uſus cõuerteret. At

si tempestas urgeat, iuste illas mergit, timens ne si illas seruare uoluerit, ipse mergat. Et si hoc licet particulari personę & priuatæ: cur non etiã licebit personæ publicæ? Si de castitate omniũ uiroꝝ firmiter confiditur, malũ est ꝓmittere meretrices in populo. Sed si his de populo electis, uiolanda est fides cõiugũ, ita ut, sicut quidã Propheta ait, Vnusquisq; ad uxorem proximi sui hinniat, & imutãdus est usus naturæ in eũ usum qui est cõtra naturã, ut (sicut ait Apostolus) masculi in masculos turpitudinẽ suam operentur, & si hæc uere timentur euentura, expedit tolerare meretrices magis q̃ eas expellere. Accedit ad hæc præceptũ patrisfamilias, qui seruis suis uolentib⁹ tollere zizania de agro in quo erat seminatũ triticũ, ꝓcepit ut sinerent ea usq; ad messem, ne forte colligentes zizania, eradicarent simul & triticũ. Qui zizania permittit in agro, timẽs ne eradicetur triticum, minus malũ permittit, ut euitet maius. Hier. 5 Rom. 1 mat. 13

Octaua hæresis asserit oía peccata esse paria, quẽ admodũ habent Stoicoꝝ paradoxa. Hanc hæresim tribuit beatus Augu. Iouiniano monacho. Beatus tñ Hiero. qui duobus libris cõtra errores huius Iouiniani disputat, nunq; huius erroris meminit, neq; illum Iouiniano unq; impingit: ex quo tñ non licet colligere Iouinianũ non ita sensisse. Potuit enim fieri ut ad Hieronymi notitiã hic error non deuenerit, & propterea non scripserit aduersus eũ, quãuis aduersus oẽs Iouiniani errores scribere decreuisset. Verum esto nõ sit hoc a Iouiniano assertũ: cum iam sit de hoc errore notatus, oportet ut aliqua aduersus illum proferamus. Christus enim redẽptor noster apertissime docet esse aliquã peccatoꝝ inæqualitatem. sic enim apud Matth. ait, Ego dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit cõcilio: qui aũt dixerit, fatue, reus erit gehẽnæ ignis. His uerbis Iouinianus.

aperte ostenditur peccatorũ differentia, ex differẽtia reatus. Peius est enim esse reum gehẽnę ignis, q̃ esse reum iudicio, aut esse reũ cõcilio. ergo peius est etiã dicere fatue, q̃ dicere racha. Præterea loquens Christus discipulis suis de illis qui noluissent eos hospitio recipere, ait, Amen dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomorũ & Gomorreorũ in die iudicij, q̃ illi ciuitati. Si tolerabilius, ergo minus erit eorũ peccatum reputandũ, qm̃ iuxta mensurã peccati erit plagarum modus. Rursum, peccatũ in spiritũ sanctum grauius est, q̃ peccatũ in patrẽ aut filium: quod ex eo cõuincitur, q̃ illud non remittitur neq; in hoc seculo, neq; in futuro, hoc aũt remittitur. Deinde, idẽ ueritatis magister Pilato loquens ait, Qui me tradidit tibi, maius peccatũ habet. Ecce apertissimũ testimoniũ quo cõuincitur peccatorũ inæqualitas. Qua propter nõ opus est ut lõgius de hac re disputem?. Neq; opus est argumẽta ex philosophorũ officina in mediũ afferre, qm̃ nõ hic disputamus aduersus Stoicos, sed aduersus Iouinianũ, aut quẽlibet alium huius erroris patronũ, qui se Christianũ iactauerit.

mat.10

Deu.25

Ioã.19.

Nona hæresis docet hominẽ qui semel per gratiã fuerit iustificatus, nõ posse amplius peccare. Hanc hæresim impingit beatus Hiero. Iouiniano, libro. 2. aduersus eundẽ. Augu. in lib. de hæresib. tribuit illã Pelagio, quẽadmodũ & Iouiniano. Hanc eandẽ hęresim post multa tẽpora susciterũt Beguardi & Beguinæ, quibus nõ ita in uniuersum de omni iusto suã assertionem firmauerint, prout Iouinianus & Pelagius fecere, sed cõtractius loquentes dixerunt posse hominẽ tantã uirtutis perfectionẽ in hac misera uita acquirere, ut reddatur prorsus impotens ad peccatum. Et certe si Beguardi & Beguinæ hoc dicerẽt posse fieri ex quodam particulari priuilegio, & specialissimo dei adiutorio alicui cõcesso, nullus illos propter hoc de hæresi notasset. Potest enim deus ex

Iouinianus.

Pelagius.

Beguardi.

Beguinæ.

quodam insigni priuilegio sic assistere uolũtati alicuius hois, ut nunq̃ illã permittat in peccatũ labi. Nam multi & illustres theologi fatentur hoc fuisse cõcessum deiparæ uirgini postq̃ unigenitũ dei filiũ in utero cõcepit: è quibus unũ proferã Richardũ de sancto Victore, qui lib. 2. de Emanuele, cap. ulti. ita dicit, Quod de exterminio peccati in beata uirgine Maria factum creditur, futurũ in oĩbus sanctis speratur. Futurũ inquã, sed non in corpore eor̃ adhuc mortali, sed in corpore eor̃ iam facto ímortali. Pri⁹ siquidẽ oportebit corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc ímortalitatẽ. Sed hoc fuit in beata uirgine supra modũ mirabile, & præ cæteris sanctis oĩbus singulare, q̃ in ea simul cõuenire potuit tanta corruptibilitas cũ tanta incorruptibilitate, tanta incorruptibilitas cum tanta corruptibilitate. Corruptibilitas in his quę pertinent ad pœnam, incorruptibilitas in his quæ pertinent ad culpam. Hæc Richardus. Ex cuius uerbis cõstat tale priuilegium fuisse deiparę uirgini cõcessum, ut prorsus im peccabilis fuerit: quod priuilegiũ nulli alĩ hominũ asserit fuisse cõcessum. Sed hoc dicit nos sperare ut habeamus in alia uita, quod beata uirgo habuit in ista. Verùm impĩ Beguardi & Beguinæ docẽt hoc posse quẽlibet hominẽ in hac uita acquirere, si per profectũ uirtutũ deuenerit ad illũ perfectionis gradum, quẽ illi assignãt. Et propter hoc merito dãnati sunt, q̃m omni homini existenti in hac uita dicitur, Qui stat, uideat ne cadat. Et dñs docẽs nos omnes orare, p̃cipit ut dicamus, Dimitte nobis debita nostra. Quã orationẽ oẽs usq̃ ad finem uitæ dicere ueraciter possunt. Et beatus Ioãnes in sua prima canonica ait, Si dixerimus quia peccatum nõ habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis nõ est. Nõ est ergo ueritas in his hæreticis dicentibus hominẽ esse talem in hac uita, qui peccare nõ possit. Contra

1.co.10
Mat. 6

1.Ioã.1

hunc Iouiniani & Pelagij errorem supra largius di sputauimus in tit. de gratia, hæresi. 2. Et oía quę ibidem cõtra illos ptulimus, etiã pugnant cõtra errorem Beguardorũ & Beguinarũ. Verum contra Beguardos & Beguinas extat cõcilij uniuersalis definitio, in quo octo istorũ errores dãnati sunt, quorũ iste de quo modo agimus, est primus. Huius autẽ concilij decretũ habetur in uolumine Constitutionum Clementinarũ, in titulo de hæreticis, in capite cuius initium est, Ad nostram.

Concilũ Viẽnense.

Alius est etiam error, qui huic proposito conuenit, & præsentẽ materiam quodãmodo respicit. Sed de illo in titulo de potestate dispurabimus, quoniã ibi commodius & aptius locatus est.

PEREGRINVS.

DE hac re unã solùm reperi hæresim, & quidẽ nimis crudelẽ, & ab omni humana ratione prorsus alienã: quæ docet nõ esse impendendã humanitatis curã peregrinis. Huius erroris pestiferi author (ut Bernardus de Lutzẽburgo in suo catalogo hęreticorũ ait) fuit Diotrephes quidam Apostolis coæuus, de quo beatus Ioãnes Apostolus & euãgelista in sua. 3. catho. epistola. ita ait, Scripsissem forsitan ecclesiæ, sed is qui amat primatũ gerere in eis, Diotrephes, non recipit nos. Propter hoc si uenero, cõmonebo eius opera quę facit, uerbis malignis garriens in nos. Et quasi ei ista non sufficiant, neq; ipse suscipit fratres, & eos qui suscipiunt, prohibet, & de ecclesia ejicit. Hucusq; ex beato Ioãne. Quæ uerba exponens uenerabilis Beda in cõmentarijs sup epistolas canonicas ita ait: Diotrephes (ut uidet) erat hęresiarcha tẽporis illius, superbus & insolens, malens noua docendo primatũ usurpare scientiæ, cẽ antiqs sanctæ ecclesiæ quæ Ioãnes p̃dicabat, humiliter auscultare mandatis. Vnde bene Diotrephes insulsus, siue decor insanus dicitur, ut perfidiã cordis etiam

Diotrephes.

noſe ſignificet. Hæc Beda. Sed neq; ex uerbis beati Ioānis euangeliſtæ, neq; Bedæ illius interpretis, cōſtat Diotrephem tale aliqd ſenſiſſe quale illi tribuit Bernardus de Lutzēburgo in ſuo catalogo. Cōſtat quidē illum fuiſſe hæreticū, non tñ illius hęreſis indicatur. Nam propter hoc q̄ beatus Ioānes de illo dixit, Neq; ipſe ſuſcipit fratres, & eos qui ſuſcipiūt prohibet, ſuſpicari non licet illū ſenſiſſe peregrinos oēs non eſſe ſuſcipiendos, ſed ſolos fideles catholicos, qm̄ hos appellat ibi fratres beatus Ioannes. Et quidē hoc ſemper fuit ſolēne hęreticis, ut ueris fidelibus eſſent infeſti. Hoc enim apud Lutheranos modo contingit, qui ueros fideles apud ſe recipere nolunt, & ſiquos forte permittunt, malè tractant, non tñ docent peregrinis alīs non eſſe impendendā humanitatē. Idem potuit contingere in Diotrephe, ita ut cū ab eccleſia ob aliā cauſſam fuiſſet diuiſus, fratres, hoc eſt ueros fideles recipere noluerit, & alios ne id facerent prohibuerit. Eſto tñ ita ille ſenſerit ut Bernardus de Lutzemburgo illi tribuit: aduerſus hanc hæreſim non eſt operoſum diſputare, eò quòd apertiſſima ſint ſacræ ſcripturæ teſtimonia quæ illā oppugnant. Nam ipſemet deus curā peregrinorum egiſſe uidetur cum moleſtiā ullam illis inferri prohibuit, ſic inquiens, Peregrino moleſtus nō eris. Nec ſolum moleſtiā uetuit, ſed miſericordiæ opera p̄cepit alibi, dicens· Poſtq̄ meſſueritis ſegetem terræ ueſtræ, non ſecabitis eam uſq; ad ſolū, nec remanētes ſpicas colligetis: ſed pauperib⁹ & peregrinis dimittetis eas. Et iterum in alio loco· Peregrino qui intra portas tuas eſt, da ut comedat. Præterea ſi peccatū nō eſſet peregrinis humanitatē negare, nō illud Iob a ſe excuteret dicens· Foris non manſit peregrinus: oſtium meū uiatori patuit. Deinde, q̄ graue hoc ſit peccatū, ipſe Saluator oſtendit cū apud Matth. dicit ſe hoc peccatum in die iudicij aliquibus expro-

Ex. 23. Leu. 23

De. 24

Iob. 31

mat. 25

mat.25 braturum. Hospes fui(inquit ille)& non recepistis me. Ac post subdit,dicens illis qui huiusmodi peccatum cõmiserunt· Ite maledicti in ignem æternũ, qui parat⁹ est diabolo, & angelis eius. Cõstat ergo non minimũ esse peccatum pro quo author æterna punitione dãnatur: contrà aũt ꝯs qui peregrinos & aduenas induxerunt in domũ suam, dicet, Hospes

Ibidẽ. fui,& recepistis me. Et postea·Venite benedicti patris mei. percipite regnũ quod uobis paratũ est ab origine mundi. Non parua est uirtus quę regnũ meretur accipere cœlorꝝ. Rursum,(ut Origenes anno-

Ge.19. tauit homilia.5.sup Genesim)Loth ab incendio Sodomorꝝ & Gomorræorꝝ propter solã hospitalitatẽ liberatus est. Nullũ enim pręclarũ illius gestũ sacra narrat historia,pręter humanitatẽ quam peregrinis impendit,propter quã ab incendio liberari meruit. Demum,ut undiq; hæc hæresis profligetur,ostendã illam non solum Christianis sed etiã Ethnicis fuisse exosam,& ab illis dãnatã. Nam Aristo.lib.9.de historia animaliũ cap.32.de aquila loquens ait,Senescentibus aquilis rostrum superius accrescit,incuruaturq; subinde magis magisq;, ut demũ fame intereant. Cui rei data est fabula, ut hoc ita accidat aquilę,qm̃ cum olim homo esset,hospiti iniuriã intulerit. Hęc ille. Vide quãtũ fuerit etiã ethnicis abominabilis hospitis iniuria,ut ꝓpter hanc solã hominem in aquilã transformatũ fabulẽtur. Et de re tam manifesta plusquã forte erat necessarium dixi.

POENITENTIA.

Luthe. DE hac re unus est error Lutheri, quo docet non esse tres partes pœnitẽtiæ,sed optimã pœnitentiam dicit esse nouã uitam. Quem errorẽ ex suo cerebro fabricauit,nec ex alterius uetustioris hęretici officina deprõpsit,quod raro Luthero cõtigisse agnoscimus. Nam cum plures q; centũ hucusq; ꝓdiderit errores, uix tres aut quatuor reperiunt quos nõ

hauserit

hauserit ex putridis lacubus hæreticorꝝ iam diu ab ecclesia electorꝝ: uerũ hoc loco neminẽ (quod sciã) habuit huius erroris magistrũ. Et q̃uis ille in quodam libro quẽ fecit pro assertione articulorꝝ a Leone papa huius nois. x. dãnatorꝝ, uideatur hanc assertionẽ uelut nõ suam reꝟjcere, dicens eum nõ negare oẽs tres partes pœnitentiæ, sed solam satisfactionẽ, qm̃ contritionẽ & confessionẽ dicit inueniri & probari: satisfactionẽ aũt negat haberi ex sacris libris: quapropter dicit satisfactionẽ nullam debere fieri pro delictis perpetratis, sed q̃ dimissa culpa, simul etiam remissa sit oĩs pœna peccato debita. Quãuis tñ Lutherus dicat se admittere contritionẽ & cõfessionem, factis tamẽ negat. Nam contritionẽ quæ fit per examinationẽ peccatorꝝ, & eorũdem detestationem, irridet, dicens illam esse merã hypocrisim. Cõfessionem auriculariã esse necessariã negat. Satisfactionẽ in uniuersum tollit. Ex quibus satis constat Lutherum nõ admittere tres pœnitentię partes, put a catholicis uiris admittũtur. De cõtritione & confessione in suis titulis aduersus Lutherum disputauimus. Quapropter solum superest ut ex sacris literis ostendamus satisfactionẽ esse necessariã. Vt aũt id apertius conuincamus, prius oportet ostendere post dimissam per contritionẽ culpam manere aliquã pœnam soluendã iuxta mensurã & pœnæ & tẽporis a deo decretam. Hoc aũt satis colligitur ex eo quod Moysi pro populo Israel deũ oranti deus respondit. Nam cum Moyses orasset dñm dicens, Dimitte obsecro peccatũ populi huius: respondit dñs, Dimisi: attñ oẽs hoies qui tentauerunt me, nõ uidebunt terrã pro qua iuraui patribus eorũ. Ecce post dimissam culpã, reseruatã adhuc pœnã. Præterea non est dubitandum Moysem & Aaron statim do luisse & resipuisse de peccato incredulitatis & diffidentiæ quod apud aquas cõtradictionis cõmiserãt: Nu. 14 Nu. 20

pœna tñ ob hoc illis a dño definita non fuit illis relaxata, qm̃ nunquã intrauerunt terrã promissionis,
2.re.13. prout illis dñs minatus fuerat. Rursum, Dauid rex cognoscens enormitatẽ & grauitatẽ culpę quam in adulterio & homicidio commiserat, statim dimissa est illi culpa sua, qm̃ sic illi denunciatũ est per prophetam Nathan· Trãstulit quoq; dñs peccatũ tuũ. & tñ post dictam remissionẽ culpæ idem propheta prædixit illi multas calamitates & pœnas eum passurum propter peccatũ cõmissum, quas oẽs postea passus est, ut secundus liber Regũ testatur. Ecce hic Dauid peccatũ est dimissum, pro quo tñ multæ fue
2.Reg. 24. runt pœnæ postea tolerandę. Deinde idẽ rex Dauid uidens angelũ dñi interficientẽ populũ eius pestilẽtissimo morbo propter peccatũ quod ipse prius cõmiserat in eiusdẽ populi numeratione, peccatũ suũ fatetur dicens, Ego sum qui peccaui, ego inique egi: isti qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me, & cõtra domum patris mei. Post quã humilẽ confessionẽ non est dubitandum quin statim illi fuerit dimissum peccatũ, sicut aliàs factũ esse narrauimus. Et tñ culpa iam dimissa præcipitur illi per Gad prophetã ut extruat altare dño in area Areunę Hiebusei, & super illud offerat holocaustũ ad placandã dei irã. At hęc oblatio non esset illi iuncta nisi post dimissum peccatũ restaret aliqua pœna soluẽda, in cuius satisfactionẽ talis oblatio fieri deberet. Et hæc mihi sufficere uidentur ad ostendendũ post dimissam culpã restare aliquã pœnam temporalẽ soluendã. Quòd si aliqua pœna soluenda restat post dimissam culpã, in illius ergo pœnæ cõpensationẽ potest homo aliquã pœnam ultro tolerare, & hæc pœnæ uolũtaria & libera tolerãtia est alterius pœnæ debitæ satisfactio. Hoc autẽ scripturæ sacræ expressis testimoniis ostendemus esse
Dan.4 uerum. Propheta Daniel regẽ Babylonis hortatur

ut huiusmodi satisfactionē pro peccatis suis faciat, sic dicens, Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. At peccata iuxta reatum culpæ non redimuntur eleemosynis, quoniam potest quis eleemosynas facere, & esse in peccato. Ergo pœna peccato debita est quæ redimitur eleemosynarū largitione. Et hanc peccati redemptionem sacri doctores nō solum recentes, sed etiā uetustissimi appellarunt satisfactionē pro peccato. Quod ideo dixi, quia Lutherus abominatur nomē satisfactionis. Vbi autē res constat, non expedit de nudis uerbis cōtendere. Verùm quātum ego suspicor, Lutherus magis odit ipsam satisfactionem, q̄ nomen satisfactionis. Ex unguibus enim (ut est in prouerbio) licet æstimare Leonem. Præterea, eleemosynam satisfacere pro peccato, testatur ipse ueritatis magister, qui postquā reprehenderat Pharisæos de rapina & iniquitate, dixit illis, Quod superest, Luc. 11.
date eleemosynā, & ecce omnia munda sunt uobis. Et cōstat eū loqui de satisfactione pro pœna, & nō de reatu culpæ: nam alioqui existēti in peccato sola eleemosyna nō faciet ut omnia sint mūda. Rursum de oratione quòd pro peccato satisfaciat, testatur sapiens cū ait, Fili peccasti, ne adijcias iterū, & de præ Eccl. 21.
teritis deprecare ut dimittātur tibi. Attēdat hic Lutherus, & uideat non esse satis ad uerā pœnitētiam uitæ innouationē. Nam postquā Sapiens præceperat uitæ emendationē dicens, ne adijcias iterū: tanq̄ hoc non satis esset, addidit, & de præteritis deprecare ut dimittantur tibi. Deinde ad ostendendā omnē satisfactionē in genere, efficacissimū est illud quod Ioānes Baptista prędicās ait, Facite fructus dignos Mat. 3
pœnitētiæ. Quem locū pertractans Chrysostomus super Matthæū ait, Quomodo fructificare poterimus? Si utiq̄ peccatis aduersa faciamus. Aliena rapuisti, incipe donare iam propria. Longo es tēpore

fornicatus,a legitimo quoq; usu suspendere coniugñ,ac perpetuã continentiã sæpius paucorũ dierum castitate meditare.Iniuriã uel opere cuiquã uel sermone feciſti,refer benedictionis uerba conuitijs: & percutientes te,nũc officijs,nunc etiã beneficijs placare cõtende.Hæc Chryſoſtomus. Ex quibus uerbis patet quæ ſint pro peccati cõpenſatione facienda. Beatus Gregorius homilia.20.ad eundẽ modũ illum locũ interpretatur. Beatus Paulus in ea quæ
Ro.6. eſt ad Rom.epiſtola.pro hac re teſtimoniũ reddit dicens,Sicut exhibuiſtis mẽbra ueſtra ſeruire immũditiæ & iniquitati ad iniquitatẽ,ita exhibete mẽbra ueſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationẽ. Quę uerba exponens Theophylactus ait,Necq; enim cum facinus aliquod unũ admittebatis,illo cõtenti reliquis per uos finis imponebatur,ſed ſcelus unũ aliud ſuccendebat, ut ueſtra nequitia in maius excreſceret. Pari ergo mẽſura exhibentes mẽbra hæc ueſtra pro priſtina illa ímunditia,quod reliquũ uobis eſt uitæ degatis.Hæc Theophylactus.Ex quibus uerbis cõſtat locũ illum Pauli eſſe intelligendũ de compẽſatione aut ſatisfactione pro peccatis facienda prout menſura delicti exigit, ita ut iuxta mẽſuram delicti ſit plagarũ modus nõ ſolum in alia uita,ſed etiã in iſta. Accedit ad hæc, q̃ omnes ſacri doctores cõcorditer ſentiunt eſſe aliquã ſatisfactionẽ pro peccatis faciendam,etiam poſtquã peccata per cõtritionem dimiſſa ſunt.E quibus aliquorũ dicta ſubñciã,quò res clarius pateat. Iſichius nãq; lib.4.ſuper Leuiticum ita ait,Emũdatio lepræ eſt pœnitentia.hæc aũt opera neceſſaria habet, quæ uirtutibus & actionis ſtudio ualeant delere peccata.Propter quod Ioãnes
Mat.3 Baptiſta populo Iudæorũ dicebat, Facite fructũ dignum pœnitentiæ.Conſiderauit enim ſicut ſubtilis legislator eos qui nõ omnia poſſint quæ pertinent ad diſtrictam rationẽ pœnitentiæ, exhibere. Opus

enim habet pœnitentia orationē intentam, eleemosynā̄m, uigilias, sacrum ieiunium, postremo etiā illa quæ Dauid dicit, Factę sunt mihi lachrymę meę panes die ac nocte, & lauabo per singulas noctes lectum meū, lachrymis meis stratum meum rigabo. Pſa. 41 Pſal. 6 Pſ. 101. Sed & cinerem tanquā panem manducabā, & potū meū cum fletu miscebā. Hæc Isichius. Beatus Fulgentius in epistola ad Venantiā de recta pœnitētia, circa finē epistolæ sic ait, Cōuersi de remissione peccatorū nullatenus desperemus, tenentes dñi fidele promissum quo ait, Cum conuersus fueris, & ingemueris, saluus eris. Pressuras tribulationesq; præsentis tēporis longanimiter toleremus, & a timore dei nullatenꝰ recedamus. Prȩcipit. n. nos apostolus esse in tribulatione patientes, qui etiā correptionem præsentis tēporis ad euitandam futuri iudiciꝫ pœnā multum nobis prodesse testatur, dicens, Cum iudicamur autē, a dño corripimur, ut nō cum hoc mūdo dānemur. Hæc Fulgentius. Quibus uerbis aperte docet per pœnas huius uitæ euitari pœnas alterius: & non ex proprio cerebro (ut Lutherus facit) hæc docuit, sed testimonio Pauli idem dicentis. Eucherius Lugdunensis epꝰ super libros Regū sic ait, Si peccatum Dauid tam detestabile dñs transtulit, quid est quod omnia quæ de eodē peccato per prophetam ei a dño dicta sunt, postmodum tolerauit? Sed proculdubio dñs delet illud, sed sine ultione non deserit. Aut enim ipse hoc homo in se pœnitens punit, aut hoc deus cum homine uindicans percutit. Nequaquā igitur peccato parcit, quod nullatenus sine uindicta dimittit. Sic enim Dauid audire post conuersionē meruit· Dñs transtulit peccatum tuum. & tamē multis pòst cruciatibus afflictus ac fugiens, reatū culpæ quā perpetrauerat, exoluit. Sic nos salutis unda a culpa primi parētis absoluit: sed tamē reatum eiusdē culpæ diluentes, absolui quoq; 1. Co. 11

adhuc carnaliter obimus, qa delicta nostra siue per nos seu per seipsum resecat etiã cum relaxat. Ab elctis enim suis iniquitatũ maculas studet temporali afflictione tergere, quas in eis in perpetuũ non uult uindicare. Hæc Eucherius. Nihil poterat apertius dici pro ea satisfactione peccatorũ quã conamur asserere. Christianus Druthmarus eidẽ sententiæ subscribit, qui in expositione super Matth. ita ait, Fructũ dignũ pœnitentiæ facere est præterita mala fletibus punire, & bona è cõtrario agere: ut sicut exhibuim⁹ mẽbra nostra seruire iniustitiç, ita exhibeamus eadẽ seruire iustitiç in sanctificationẽ. uel fructus dignos pœnitentiæ, bona agere, & male cõmissa eleemosynis redimere. Hæc ille. Plura certe pro huius ueritatis defensione possem citare sacrorũ uirorũ testimonia: sed causa uitãdæ prolixitatis omisi: & si quis ea uidere cupit, inueniet ea citata a Ioãne Roffensi epõ in articulo. 5. illius magni operis quod fecit contra Lutherum, & in Iacobo Latomo in eo opere quod fecit pro assertione determinationis Louaniẽsis aduersum Lutherũ. Vterq; enim istorũ multa pro hac re coaceruauit sacrorũ uirorũ testimonia. Mihi autẽ placuit ex meo labore hæc pauca, pferre, qm̃ a nullo istorũ uirorũ aliquis eorũ testimoniũ petiuit. Illorum ergo testimonia ideo citaui, ut rem ab illis plene confirmatam, firmiorem ostenderemus.

Secunda hęresis ait pœnitentiã quæ ex timore gehẽnæ oritur, esse nõ solum inanẽ, uerum etiã nɔxiã.

Luthe. Huius hæresis author est etiã Lutherus, qui ad hũc scopũ suã doctrinã uisus est dirigere, ut peccatores a pœnitentia auerteret, & ad peccãdum impelleret. Hic enim ait pestiferã esse pœnitentiã quæ a timore gehẽnę ortũ habet. Quapropter ait malum esse talẽ timorẽ peccatorib⁹ incutere, ut inde ad pœnitẽtiã cõ surgãt. Verũ de hoc errore iã supra disseruim⁹ in ti. de cõtritione: quapropter nõ erit opus nũc ea repetere.

Tertia hæresis omnem pœnitentiæ uirtutem tollit, dicens eos qui semel lapsi sunt, nunc̄ postea cō sequi remissionē quantūlibet postea pœniteant. Huius hæresis author fuit Nouatus quidā Romanę ecclesiæ p̄sbyter, a quo Nouatiani appellati sunt. Vocantur etiā alio nomine Cathari, id est mundi, propter munditiā quā superbissime de seipsis prædicabant. Et hoc nomen illi sibi ipsis arrogantissime indiderūt. Qui huius rei historiā plene nosse cupit, legat Eusebium Cæsariensem lib. 6. historię ecclesiast. cap. 38. Verūm etsi oēs qui de hæresibus scripserūt, hunc errorē tribuant huic Nouato tanquā primo illius inuentori, tamē beatus Hieronymus lib. 2. aduersus Iouinianū dicit etiā hunc fuisse errorē Montani quē constat esse Nouato uetustiorē, quoniā ille sub Cōmodo imperatore, & Sothero papa fuit: hic autē sub Decio & sub Cornelio. Quicūq; ergo fuerit huius hæresis primus inuentor, ille certe duram satis inuenit sententiā, & a misericordia diuina nimis alienā. Quapropter credo eos non fuisse misericordiam cōsecutos qui hanc hæresim docuerūt: qm̄ (ut ait Iacobus apostolus) iudicium sine misericordia fiet ei qui nō fecerit misericordiā: p̄sertim cum non sit alia res pluries & apertius in sacris codicibus, p̄dita, q̄ misericordia quā deus erga peccatores maxime pœnitentes exercet, illis peccatorq; suorum indulgentiā tribuens. Si pœnitentia nō promeretur indulgentiā peccatorq;, frustra ille qui pœnitētiam agebat in fauilla & cinere, deum pro suis peccatis deprecabatur dicens, Tu quidē gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis. Frustra petit, qui certus est se non posse impetrare quod petit. Verūm sanctus Iob melius de misericordia diuina q̄ Nouatus sentiēs, id petit quod se obtinere posse credit. Et Dauid adulterij a se cōmissi pœnitens, dominum precatur dicens, Miserere mei deus secūdum

Nouatus. Nouatiani. Cathari. Montanus. Iacob. 2 Iob. 42 Iob. 14 Psal. 50

magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Dauid magnã agnoscit esse misericordiã diuinam, & multitudinẽ miserationũ illius scit: ideo cum confidentia a deo misericordiã petit, tanquam ab eo qui illam donare poterat. Tanta est enim benignitas omnipotentiæ, & omnipotentia benignitatis in deo, ut nullum sit peccatũ quod nolit aut quod non possit remittere peccatori pœnitenti. Si enim aliquod esset peccatum quod remittere non posset, non esset omnipotens: aut si cũ posset remittere non uult, iam non est plene misericors, cum ad plenam misericordiã id exigatur, ut totũ quod pos-
Mat.8 sit uelit, si malitia petentis nõ obstet. Rex ille euãgelicus, cui se dominus per parabolã similauit, omne debitum dimisit seruo suo, quoniã rogauit eum: & quia ille cum alio cõseruo nõ exercuerat eandẽ misericordiã, coniectus est in uincula & carcerẽ. Præ-
Sapi.7 terea Salomon in libro Sapientiæ ait, Malitia sapiẽtiam non uincit. At si aliquod peccatum esset quod non posset aut nollet benignitas remittere, sapiẽtia esset uicta a malitia: aut superata illius potentia, si non potest: aut superata misericordia, si nõ uult. In
Sap.11 eodem libro iterũ dicitur, Dissimulat deus peccata hominum propter pœnitentiã. Quid est dissimulare, nisi non punire cum posset? Non autem punit,
Ro.2. quia patientia dei (ut ait Apostolus) expectat peccatorem ad pœnitentiam. Si autem peccatori nihil esset profutura pœnitentia, frustra illum deus expectat, cum ex tali expectatione peccator nullum cõmodum habere potest. Verùm quia per talem pœnitentiam peccator assequitur suorum peccatorũ remissionem, & postea uitam æternã, ideo deus peccatorem non statim post peccatum cõmissum punit, sed expectat ut pœnitentiam agat, dicens, Nolo mortẽ peccatoris, sed magis ut cõuertatur & uiuat.

Qui ergo conuersionē peccatoris optat, propter ipsius peccatoris cōmodū optat, & non propter suū, qm̄ deus bonorū nostrorū nō indiget. Ecclesiasticus etiā hanc eandē docet sententiā dicens, Fili peccasti, ne adiicias iterū: & de ꝓteritis deprecare ut tibi dimittantur. Si peccatū per pœnitentiā nō dimitteretur, frustra ecclesiasticus moneret peccatorē ut peteret à deo peccatorū suorū dimissionē. Rursum Esaias propheta promittit peccatori si pœnituerit peccatorū indulgentiā, dicens, Derelinquat impius uiā suā, & uir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dñm, & miserebitur eius: & ad deum nostrum, qm̄ multus est ad ignoscendū. Et per Hieremiā prophetā dñs ait, Si pœnitentiā egerit gens illa à malo suo quod locutus sum aduersus illam, agā & ego pœnitentiā super malo quod cogitaui ut facerē ei. Hoc idē per Ezechielē prophetā dñs promittit dicens, Si impius egerit pœnitentiā ab omnibus peccatis suis q̄ operatus est, & custodierit omnia p̄cepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, uita uiuet, & nō morietur. Omniū iniquitatū eius quas operatus est, nō recordabor. In iustitia sua quā operatus est, uiuet. Quid ergo crudelissimi Nouatiani aduersus tot tamq; aperta testimonia docere præsumunt? Deus promittit peccatori pœnitenti se remissurum & condonaturū peccata, & isti contra diuinas promissiones nō uerentur remissionem negare pœnitenti. Sed uidete quemadmodū suam impiam doctrinā exponant, credentes illā facilius posse defendi. Fatentur enim peccata ante baptismū cōmissa posse per baptismū deleri, illa autē quæ post baptismū sunt perpetrata, negant posse per pœnitentiam dimitti. Sed tunc oportebit eos percontari, an baptismus dei potentiā, aut misericordiā minuat, aut forte malitiā peccati adiuuet, ut cōtra dei misericordiā uictoriā parere ualeat? Absit ut in tantam

Ezec.18
Psal.15
Eccl.21
Esa.55.
Hier.18.
Ezec.18

blasphemiam quis incidat, ut dicat malitiam nostram unq̃ posse uincere diuinã misericordiã & sapientiam. At sapientia uictam se fateatur oportet, si peccatum post baptismũ cõmissum nõ potest, aut nõ uult remittere. Nõ enim solum credendũ est malitiam aliquando nõ uincere sapientiam, sed nunq̃.

Mat. 9 Præterea ipsemet dñs ait, Nõ est opus bene ualentibus medico, sed male habentib⁹. Euntes discite qd est, misericordiã uolo, & nõ sacrificiũ. nõ enim ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã. Mirũ est q̃ deus de cælo ad terras uenerit ut uocaret peccatores ad rem prorsus inutilem, uidelicet ad pœnitentiam, q̃ iuxta hor̃ hæreticor̃ sententiam res est peccatori baptizato prorsus inanis. Rursum in eisdem ipsis uerbis saluator dicit se uenisse tanq̃ medicum ad infirmũ. Si ergo ille peritus est medicus, omnes potest infirmitates sanare. Nõ enim est perfecta medicina, cui morbus aliquis incurabilis inuenitur. Quod si omnes curare potest & nõ uult, tunc crudelis est medicus, & nõ misericors dicẽdus, qui nõ cõpatitur infirmo, quia nõ illũ iuuat cũ potest. At deus misericors est, cuius misericordiæ non est numerus: & ideo uult omnes saluos fieri, si ipsimet suæ ipsor̃ saluti nõ repugnent. Quapropter oportet ut cũ propheta regio propter hanc immensam

Psa. 102 eius misericordiam illũ laudemus dicẽtes, Benedic anima mea dño, & omnia quę intra me sunt, nomini sancto eius. Benedic anima mea dño, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiat̃ omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu uitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus. Quid ergo esse poterit in nobis quod irremissibile sit, si dñs propitiat̃ omnibus iniquitatibus nostris? Aut quomodo dicet̃ aliquod peccati uulnus insanabile, si dñs sanat omnes languores nostros? Vel qualiter

non potitur iam plenę remissionis beneficio, qui in misericordia & miserationibus coronat? Deus ergo qui omnes infirmitates nostras sanat, oportet ut peccata etiam post baptismum cōmissa peccatori pœnitenti remittat. Deinde, multę parabolæ sunt in euangelio, quibus Christus docuit nos ut crederemus peccatorū remissionē fore dandam peccatori pœnitenti. Filius enim prodigus qui acceptam sub Luc.15
stantiam q̄ illi hęreditario iure cōpetebat, abiens in regionē longinquā, uiuendo luxuriosę dissipauerat, cū ad se reuersus male actorū pœnituit, ad patrē redijt, & ab eodē receptus est, nec tamē aspere & dure, quin potius benigne, & cū lętitia magna, quia filius qui perierat, inuētus est. Nec alius est filius prodigus q̄ peccator, nec alius eius pater q̄ deus, qui ex nimia benignitate sua peccatorē ad se cōuersum recipit, & hoc cū gaudio: q̄m maius gaudium fit in cælo super uno peccatore pœnitentiā agente, q̄ super nonagintanouē iustis qui nō indigent pœnitentia. Hominē uulneratū à latronibus, descendentem
à Hierusalē in Hiericho Samaritanus perduxit ad Luc.10
stabulū, uinū & oleum in uulnera infudit, duos denarios stabulario dedit expendendos in uulnerati medelam, promittens se postea soluturū quicquid stabularius cū infirmo ultra expendisset. Vulneratus hic peccatorē designat. Samaritanus tam anxiā illius curā habens, est Christus redēptor noster. Si autē salus huius infirmi desperata iam esset, non tā solicitus esset Samaritanꝰ de eius salute. Verùm qa sperabat infirmū posse in pristinā incolumitatē restitui, si debita illi applicetur medicina: ideo omnē quā potest adhibet curam ut sanitatē recuperet. De mum, aduersus hanc hęresim celebratum est Romę
à Cornelio papa concilio quinquaginta episcoporum, & totidē p̄sbyterorū, & multo plurium diaconorū, in quo hęc pestifera hęresis dānata est. Et q̄uis Concilio Romanū.

huius cõcilij decreta nõ extent, tamẽ Eusebius Cęsarienſis lib. 6. hiſtorię Eccleſiaſticę cap. 34. de hac re teſtimonium perhibet. Quod ſi quis pertinax Euſebio nõ credit, audiat concilium Nicenũ, quod prohibet ne aliquis ex Nouatianis ad eccleſię cõmunionẽ recipiatur, niſi prius hanc abiurauerit hæreſim. Nã in octauo capite ſuorũ decretorũ concilium pfatum ſic ait, Si qui uoluerint uenire ad eccleſiã catholicã ex Nouatianis, placuit ſancto concilio ut ordinentur, & ſic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeant confeſſionem, quã per ſcripturã exigi oportet, ut fateantur ſe cõmuni conſenſu catholicæ eccleſię ſtatuta obſeruaturos, id eſt cõmunicaturos ſe & his qui forte ſecũdas nuptias experti ſunt, uel his qui perſecutionis tempore lapſi ſunt, quibus tamen lapſis pœnitentiæ modus & tẽpus aſſcriptum eſt, ut in omnibus ſequantur ea q̃ in eccleſia catholica obſeruantur. Hæc cõcilium Nicenũ. Aduerſus hanc hæreſim ſcripſit beatus Cyprianus librũ unũ in modũ ſermonis, qui inſcribitur de lapſis. Beatus Ambroſius ſcripſit opus de pœnitentia duob⁹ partitum libris, in quorũ primo aduerſus Nouatianũ pugnat. Beatus Chryſoſtomus fecit alium librum qui inſcribitur de reparatione lapſi. Alios nõ uidi.

Concilũ Nicenũ.

POTESTAS.

DE hac re eſt una hæreſis q̃ aſſerit omnẽ poteſtatem tam laicalem q̃ eccleſiaſticã amitti p peccatũ mortale. Huius hæreſis authores fuerunt Valdenſes, dicentes nõ eſſe parendum illi qui mortalis culpæ reus ſit, qm̃ talem dicunt nõ poſſe eccleſiaſtica neq; ſeculari dignitate potiri. Beatus Bernardus qui Valdẽſibus eſt uetuſtior, ſermone. 66. ſuper cantica, hunc errorẽ tribuit quibuſdã ſui tẽporis hæreticis, quorũ nomina nõ exprimit, ſed ſolũ dicit illos iactare ſe eſſe apoſtolorũ ſucceſſores, & uitã apoſtolicam gerere. Quę res anſam ſuſpicionis mihi pbet,

Valdẽſes.

illos de quibus Bernardus loquitur, esse quos uocamus Pseudoapostolos: quoniã & hic error, & alij quos ibidẽ Bernardus enumerat, à Pseudoapostolis defenduntur. Verùm huic nostræ suspicioni obstare potest, ꝙ Gerardus Sagarellus, & Dulcinus Nouarienſis, qui principes Pseudoapostolorꝫ dicũtur, multo posteriores fuere Bernardo. Et certe quicunq; illi fuerint, eosdem prorsus tutantur errores quos Valdenses. Ioannes Vuitcleff post aliquot annos hanc ut cæteras Valdensium hęreses suscitauit. Ioannem Vuitcleff imitatus est in hac parte Ioãnes Huss. Hi duo dicunt eũ qui culpę mortalis est reus, nõ esse regẽ, nec comitẽ, nec ducẽ, nec papã, nec episcopũ, nec aliquid huiusmodi. Et si aliquid horꝫ dicitur, aut uocatur, asserunt æquiuoca denominatione uocari, sicut homo pictus dicitur homo, cẽꝫuis nihil uere humanũ habeat. Ad hoc autẽ asserendũ tali argumẽto se firmant. Omnis potestas à dño deo est: Deus autẽ dona sua nõ pstat hominibus peccatoribus & sceleratis, ergo homo peccati reus nullã habet potestatem. Sed hæc argumentatio inanis est prorsus, & nullã uim habens, eò ꝙ falsum assumit cũ ait deum non concedere dona sua peccatoribus. hoc autẽ esse falsum uel ex eo cõuincitur, quod dñs per Hieremiam prophetã quibusdã barbaris gentibus loquens ait, Et nunc itaq; ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei. Insuper & bestias agri dedi ei, ut seruiant illi. Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius, donec ueniat tempus terræ eius, & ipsius. Et seruient ei gentes multæ, & reges magni. Ecce Nabuchodonosor malus, & dicit rex: nec potest dicere Vuitcleff eum uocari regẽ æquiuoce, qm̃ sicut dicitur ita est rex. nã deus cuius est regna donare, illi dedit regnũ. Ego (inquit deus) dedi omnes terras istas ĩ manu Nabuchonosor regis. Deus er-

Ioãnes Vuitcl.

Ioãnes Huss.

Hie. 27

go dat regna etiã peccatoribus, ſicut & iuſtis: qm̃
Iob.34 (ut eſt apud Iob) regnare facit deus hominẽ hypocritã propter peccata populi. Ecce hypocritã regnãtem deo non ſolum permittente, ſed faciente. At hypocritam eſſe malũ quis dubitare poterit? Præterea Chriſtus loquens de obedientia p̃ſtanda ſuperioribus, ait, Super cathedrã Moyſi ſederunt Scribæ &
mat.23 Phariſæi: q̃cunq; dixerint uobis, facite: ſecundũ opera uerò eorum nolite facere. Dicunt enim, & nõ faciunt. Ex quibus uerbis apertiſſime conuincitur fieri poſſe ut ſuper cathedram ſedeant ꝺ̃ quos oportet non imitari, qui dicunt & non faciunt: qui alligant onera importabilia ſuper humeros alioꝝ, ipſi uero
1.Pet.2 nec digito ea mouere uolunt. Rurſum beatus Petrus in ſua prima canonica epiſtola ait, Serui ſubditi ſint in omni timore dñis, non tantũ bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis. Ecce beatus Petrus uocat dyſcolos dños, & nõ uerentur hæretici negare hoc eſſe poſſibile, ut peccator ſit, & poteſtatẽ aliquã & dominium habeat. Et ne ſubterfugiant ad nominis ęquiuocationem, dicentes illos fuiſſe uocatos dños æquiuoce, ſicut homo pictus dicitur homo, p̃cepit ut talibus dyſcolis ſubiecti eſſent. Ex quo apertè cõſtat illos nõ ſolo nomine dici dños, ſed re, cum illis debeat obedientia & timor. Deinde aliqui fuerunt peccatores de quibus euãgelium teſtatur eos tunc aliquã habuiſſe poteſtatis dignitatẽ. Iudas apoſtolus erat, & peccator tunc erat: & ſi hoc Ioãnes Vuitcleff negare nõ erubeſcit, ipſamet ueritas ore ꝓprio illũ redarguit & confundit. Sic enim ait, Nõne duo decim uos elegi? & unus ex uobis diabolus eſt. Ec-
Ioan.6 ce peccator eſt Iudas, & tamen apoſtolus eſt, qm̃ à dño electus eſt. niſi fortè quẽ deus elegit, Vuitcleff
Ioã.11. uult illũ ab electione fruſtrari. Caiphas etiam cum eſſet pontifex anni illius, prophetauit. Põtifex erat, & ſententiam mortis aduerſus Chriſtum dicebat.

Possibile est ergo ut quis sit peccator, & sit papa, aut episcopus, aut rex, aut aliquid huiusmodi. Nã qui solem suum facit oriri super bonos & malos, etiam donat regna iustis & peccatoribus. Merito ergo hæc sententia dãnata fuit in cõcilio Constantiensi. Nam ex quadragintaquinq; articulis Ioãnis Vuitcleff in illo concilio sessione octaua damnatis quartus sic ait, Si episcopus uel sacerdos est in peccato mortali, nõ ordinat, nõ cõficit, nõ cõsecrat, nõ baptizat. Et quintusdecimus articulus illi⁹ est iste, Nullus est dñs ciuilis, nullus est p̃latus, nullus est episcopus dum est in peccato mortali. Qui duo articuli simul cũ alijs una super omnes lata sententia dãnati sunt. Et in eodẽ concilio sessione quintadecima dãnati sunt aliqui articuli Ioannis Huss, quoꝝ ultimus eandẽ habet sententiam, & sub eisdẽ uerbis quibus prolatus est quintusdecimus Ioãnis Vuitcleff. Contra hunc errorẽ Ioannis Vuitcleff scripsit Thomas Vualden in suo primo tomo doctrinalis fidei antiquæ libro tertio per tria capita eiusdem libri, uidelicet 81. 82. & 83.

Mat. 5

Concilij Cõstãtiẽsis

PRAECEPTVM.

VNus è multis Lutheri erroribus est, quo docet deum p̃cepisse nobis ea q̃ impossibilia sunt ut a nobis seruentur: & dat exemplũ de duobus p̃ceptis decalogi, uidelicet de p̃cepto dilectionis dei, & de p̃cepto, Nõ concupisces. Hæc enim duo dicit nõ posse in hac uita seruari: & causam huius impossibilitatis reddit in præcepto dilectionis, quia necesse est, ut in hac uita existentes aliqua p̃ter deum amemus: quod quũ facimus, deum iam (ut ipse ait) non ex toto corde amamus. quapropter colligit nõ esse possibile deum in hac uita ex toto corde diligere: quod tamen (ut ille ait) nobis in primo p̃cepto mãdatum est. De impossibilitate uerò obseruationis alterius præcepti, uidelicet, Non concupisces, talem

Lutherus.

assignat causam, ꝙ dicit cõcupiscentiam q̃ in baptizato relinquitur, esse peccatum proprie dictum, & trãsgressionẽ huius p̃cepti, Nõ cõcupisces. Et quia caro tali cõcupiscentia infecta ad omne opus liberi arbitrij concurrit, inde esse ait ꝙ omne opus humanum peccatũ efficitur. Verùm hoc ultimũ superius in titulo de operibus ostendimus esse falsum. illo enim loco ex sacra scriptura docuimus cõtra hunc eundẽ Lutherũ, nõ omne opus humanũ esse peccatum. nunc ergo supereſt ut ostendamus obseruationem omnium præceptoꝝ dei esse nobis possibilem cũ ipsius dei adiutorio, quod tamẽ ipse paratus est semper nobis p̃stare, si nos eo uti uolumus. Postq̃ dñs p̃cepta dederat filijs Israel, ostẽdere uoluit omnia q̃ illis p̃ceperat, esse possibilia, ne forte cũ ea in posterũ omississent, causarentur ea fuisse impossibilia. Sic enim in Deuteronomio dicitur. Mandatum hoc quod ego p̃cipio tibi hodie, nõ supra te est, neq; procul positũ, nec in cęlo sitũ, ut possis dicere, Quis nostrũ ualet ad cælum ascendere, ut deferat illud ad nos, ut audiam⁹, atq; opere cõpleamus? Neq; trans mare positũ, ut causeris & dicas, Quis è nobis potuerit transfretare mare, & illud ad nos usq; deferre, ut possimus audire & facere quod præceptum est? Sed iuxta te est sermo ualde in ore tuo & in corde tuo, ut facias illũ. Hæc ibi. Quibus uerbis nihil poterat expressius dici ut ostenderet obseruationẽ mandatoꝝ dei esse possibilem, p̃sertim ꝙ in proxime p̃cedentibus uerbis sermonẽ fecerat de p̃cepto dilectionis dei ex toto corde, & in sequentib⁹ uerbis iterũ idem p̃ceptũ replicat: ex quo colligitur aperte illud p̃ceptũ esse nobis possibile, cũ dei tamẽ adiutorio, quod ille paratus est nobis præstare: & esse illud de quo specialiter dicit, Mandatũ hoc quod ego p̃cipio tibi hodie, non supra te est. Præterea dñs apud Matthæũ ait, Iugũ meum suaue est, & onus meum leue.

Deut. 30

mat. 11

leue. Præcepta sua dñs appellat iugum & onus, & hæc dicit esse leuia: nõ sunt ergo impossibilia, ut ait Lutherus. Nam si impossibile esset illa seruare, nõ iam leuia sed grauissima essent dicẽda. Rursum beatus Ioannes in sua prima canonica epistola de mãdatis dei dicit, Mandata eius grauia non sunt. Ecce Ioannes dicit mandata dei nõ esse grauia, & Luthe- 1. Ioã. 5
rus nõ uereretur dicere illa esse ipossibilia. Nihil enim grauius esse potest alicui, q̃ id quod nullo modo potest portare. Si ergo mãdata dei grauia non sunt, oportet ut impossibilia nõ sint. Deinde maxima est demẽtia, dicere deum p̃cepisse impossibile, qm̃ tunc deus iuiuste ageret. Lege enim naturali docemur ne minem obligari ad impossibile. Tritissimũ est illud Augustini, Nemo peccat in eo quod uitare non potest. Et in quodã sermone ait, Dñs seruũ pigrum nõ dãnaret, si ea q̃ fieri nullo modo poterant, imperaret. & beatus Ambrosius libro primo de Iacob & uita beata capite tertio, Nemo tenetur ad culpam, nisi uolũtate propria deflexerit. Beatus Basilius in regula monachor̃ capite octogesimotertio, de dilectione inimicor̃ loquens ait, Nunq̃ autẽ p̃ciperet hoc iustus & clemens deus, nisi utiq; etiam possibilitatem nobis donasset. Hęc ille. Et Hieronymus ad Damasum ait, Execramur etiam eor̃ blasphemiam qui dicunt impossibile aliquid homini p̃ceptũ esse, & mãdata nõ a singulis posse seruari. Hoc idẽ testatur Chrysostomus dicẽs, Possibile est enim dei iussa perficere, si modo uelimus omnem naturæ trepidationem alacriter superare: nihilq; impossibile est eorum quæ à Christo hominibus imperantur. Hæc Chrysostomus. Præterire hic non oportet q̃ Luthe- rus sibi ipsi non constat, quia hoc uitio sępissime laborat. Cum enim de peccatorum confessione loquitur, dicit non oportere confiteri uenialia, sed nec etiam omnia mortalia; quia impossibile est omnia

mortalia cognoscere: ad impossibile autē, ut ibidē ait, nemo obligat. Volens etiā ꝓbare Petrū apostolum nō fuisse cęteris omnibus à deo ꝓlatū, sic argumentat, Primatus iste ne una quidē hora impletus est unq̄. Impossibile autē fuisset eum nō impleri, si uel p̄ceptus uel promissus fuisset. Et paulò pòst, Et oía quę deus p̄cepit, sunt ab aliquib⁹ saltē impleta. Hęc Lutherus: quæ oía cū p̄senti doctrina uelut ex diametro pugnant. Sed iam opus est ut examinem⁹ an illa duo p̄cepta Decalogi quæ ab eo in exemplū eius assertionis cuiq; ꝓposita sunt, recte ab illo intelligant. De p̄cepto dilectionis dei cōstat Lutherū male sentire, qm̄ non sic p̄cipitur nobis ut deum ex toto corde diligamus, ꝙ nihil p̄ter deum diligam⁹, aut ꝙ omnes uires nr̄ę uoluntatis tali dilectioni applicemus: sed sic iubemur diligere deum, ut nihil repugnans p̄ceptis dei amemus. Quapropter ille dicendus est diligere deū ex toto corde, qui deum diligens, reliqua oía mandata eius seruat. Hoc autē expresse idē dñs nos docuit, qui dilectionē suā nobis cōmendans, nihil aliud uidetur à nobis exigere, q̄ꝫ
Ioā.3. suoꝝ mandatoꝝ obseruationē. Sic enim ait, Si quis diligit me, sermones meos seruabit. Quæ uerba exponens beatus Grego. homilia. 30. sic ait, Vere enim diligimus, si ad mādata eius à nostris nos uoluptatibus coarctamus. Ecce qualiter testimonio Gregorij ex mādatoꝝ dei obseruatione colligitur perfecta dei dilectio, ita ut ille dicat impleſſe p̄ceptū de dilectione dei, qui reliqua dei mādata seruauit. Prętereą
1.Ioā.4 beatus Ioannes in sua prima canonica ait, Hæc est charitas dei, ut mandata eius custodiamus. In hoc ergo charitas custoditur, in quo mādata eius seruamus. Rursum beatus Paulus dicit totā legē in uno
Ro.13. mādato impleri, in hoc uidelicet, Diliges proximū tuū sicut teipsum. Qui ergo uere & prout debet ꝓximū diligit, is totā legē impleuit. At cū dñs p̄cepit

nobis proximū diligere, ad opera nos misit, inuens per hoc nō tam in affectu q̄ in operib⁹ esse implendum p̄ceptū de dilectione proximi. Cū enim iussisset diligere inimicos nostros, cōtinuo subiunxit dicēs, Benefacite his qui oderunt uos. Prę ceptū ergo de dilectione proximi implemus diligentes proximos nostros sicut nosipsos, cum p̄ceptū illud legis naturæ seruamus, Quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, hæc & facite illis. Nec tamē hęc oīa sic intelligēda sunt, ut charitatis p̄ceptū quis putet impleri per operū exercitium sine ulla actuali dilectione. nā & hęc potissimū requiritur, qm̄ inter multa hominum mala q̄ apostolus enumerat in secunda epīa ad Timotheū, hoc quoq; addit, Sine affectione. Oportet ergo affici deo: & si cū hoc reliqua oīa illius mādata quispiam seruauerit, ille dicendus est diligere deū ex toto corde iuxta illū modū secundū quem dilectio dei nobis in hac uita p̄cipitur. Nā dilectio dei ad quā producendam anima omnes adhibet uires suas, & omnē admouet conatū suum, talis inq̄ nō potest in hac uita haberi: nec illa nobis in hac uita p̄cipitur, sed illa est q̄ expectatur in p̄mium. Beatus Paulus de cognitione dei loquens ait, Nunc cognosco ex parte, tunc cognoscā sicut & cognitus sum. Sicut ergo ille de cognitione ait, idē sentire oportet de dilectione q̄ sequitur cognitionē, ut uidelicet hic diligamus ex parte, & in posterū diligere speremus ex toto. Hæc autē interpretatio p̄cepti de dilectione dei probatur testimonio beati Bernardi, qui sermone quinquagesimo super cātica ita ait, Est charitas in actu, est & in affectu. Et de illa quidē quæ operis est, puto dari esse legē hominibus, mādatumq; formatum. Nā in affectu quis ita habeat ut mādatur? Ergo illa mādatur ad meritū, ista in p̄mium datur. Cuius initium quidem profectumq;, uitam quoq; p̄sentem experiri diuina posse gratia nō negamus,

Mat. 5

Mat. 7

2. Ti. 3.

1. co. 13

sed plane cõsummationẽ defendimus futuræ felicitati. Hęc Bernardus. Et beatus Augustinus lib. 3. cõtra duas epistolas Pelagianorũ ad Bonifacium, cap. 7. eandẽ docet sententiã, sic dicens, Sapientiã quoq; & cognitionẽ dei tunc perfici in nobis, & in dño tantam exultationem, ut ea sit plena & uera securitas, quis negabit, nisi tam auersus sit à uero, ut ob hoc ad eam peruenire nõ possit? Verùm hæc nõ erunt in p̃ceptis, sed in eorum q̃ hic obseruanda sunt p̃mio p̃ceptorũ. Et paucis interpositis addit, Hic ergo p̃ceptum est, ut nõ peccemus: ibi p̃mium nõ posse peccare. Hic p̃ceptum est, ut desideriis peccati nõ obediamus: ibi p̃mium, ut desideria peccati nõ habeamus. Hic p̃ceptum est, Intelligite ergo qui insipientes estis in populo, & stulti aliquando sapite. Ibi p̃mium est plena sapientia, & perfecta cognitio. Videmus enim nunc p speculũ in ænigmate, ait apostolus, tunc autẽ facie ad faciẽ. Nunc scio ex parte, tũc autẽ cognoscã sicut & cognitus sum. Hic p̃ceptum est, Exultate deo adiutori nostro. &, Exultate iusti ĩ dño, ibi p̃mium est, exultate perfecto & ineffabili gaudio. Hęc Augustinus, qui multa alia illo loco dicit, quo docet ĩ hac misera uita nõ esse p̃ceptam nobis iustitię perfectionem, sed illã expectari in p̃mio. Ex quibus aperte satis colligitur Lutherũ male intellexisse p̃ceptũ de dilectione dei. Deinde si p̃ceptũ illud esset ut Lutherus docet intelligendum, nullus inueniretur, ímo nec inueniri posset, qui illud ĩ hac uita seruauerit. At multi sunt de quibus scriptura sacra testatur illos aut dilexisse deum, aut q̃liuisse illum, aut seruisse illi in toto corde suo. Nam de Da

Ibidẽ.

2. Re. 14. uid deus ad Hieroboam loquens ait, Nõ fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit mãdata mea, & ambulauit post me in toto corde suo. Ecce Dauid ambulauit post deũ in toto corde suo, & custodiuit mãdata dei, & tamẽ Dauid fomitẽ carnis habebat,

qui ut in ceteris omnibus cõtingit hominibus, uoluntati renitebat. Conuincitur ergo ex hoc loco nec cõcupiscentiã carnis esse peccatũ cõtra dei p̃ceptũ, nec etiam illã obstare quo minus quis diligat deũ ex toto corde, prout à nobis in hac uita diligi mãdabatur. Et idẽ Dauid non ueretur ad deum dicere, In toto corde meo exquisiui te. Et iterum, Deprecatus sum faciẽ tuam in toto corde meo. Et rursum, In toto corde scrutabor mãdata tua. Et iterũ, Ad omnia mãdata tua dirigebar, omnẽ uiam iniquã odio habui. Si ad omnia mandata dirigitur Dauid, ergo ad mandatũ de dilectione dei. Et ad aliud, Nõ concupisces, oportet certe alterũ istor̃ fateri, aut q̃ illa non sunt mãdata prout Lutherus illa interpretatur: aut q̃ Dauid nõ ad omnia mandata fuerit directus. At Dauid testatur se ad omnia dei mandata fuisse directum: nõ sunt ergo illa dei mãdata intelligenda pro ut Lutherus illa interpretatur. Hoc idẽ etiam se fecisse testatur Ezechias rex cum dñm deum orat dicens, Obsecro dñe, memento quomodo ambulauerim in cõspectu tuo in ueritate & corde perfecto, & quod placitũ est coram te, fecerim. Num forte iste non habebat fomitem resistentem? Habebat certe. Qualiter ergo ambulare potuit coram deo in corde perfecto, si talis dilectio dei qualẽ Lutherus docet, à nobis in hac uita exigitur, aut si cõcupiscentia carnis est peccatũ contra dei p̃ceptum? Præterea in Deuteronomio dicitur, Inuenies deum, si tamẽ toto corde & tota tribulatione animæ tuæ q̃sieris eum. Percontemur ergo Lutherũ an aliquis unq̃ deum inuenerit? Si abnuit, obstat illud quod dicit sp̃õsa in Cãticis, Inueni quẽ diligit anima mea. Et de illis qui in regno Iuda fuerunt tẽpore regis Asa, dicit̃, In omni enim corde suo iurauerunt, & in tota uolũtate q̃sierunt eum, & inuenerunt. Si autẽ fatetur, ut oportet, omnem iustum inuenire deum, necesse est etiam ut

Psa. nõ

4. re. 20

Deu. 4

Cant. 3

2. pa. 15

fateatur omnem talem quęsiisse deum in toto corde suo: alioqui nō inuenisset deum: quia ut hoc perage re possit, talis exigitur ab illo diligentia, ut uidelicet deum toto corde suo quęrat. Ex his ergo omnibus apertissime conuincitur p̄ceptū de dilectione dei nō esse intelligendum ut Lutherus illud interpretatur, sed iuxta illā interpretationē est p̄mium quod expectamus, & nō p̄ceptum quod mandatur. Hoc autē
4. re. 11 apertissime colligitur ex quarto libro Regum quo loco de Iehu rege ita dicitur, Porro Iehu nō custodiuit ut ambularet in lege dñi dei Israel in toto corde suo. Et huius rei causam subdens ait, Non enim recessit à peccatis Hieroboam qui peccaū fecit Israel. Quia enim unum aut alterū mandatū transgressus est, dictus est nō ambulasse in toto corde. Vnde cōuincitur eum ambulare i toto corde, qui omnia mā data implet. De alio p̄cepto, uidelicet, Nō concupisces, etiam patet Lutherum errasse. Ex p̄dictis nāq; satis cōstat per illud nō, phiberi carnis cōcupiscentiam, qm̄ cū talis concupiscentia in omnibus homi nibus p̄ter Christū & forte uirginē eius matrem reperta fuerit, nullus esset qui tale seruasset p̄ceptum. At Dauid custodiuit omnia mandata dñi, ergo & hoc mandatū. Nō autem custodisset illud si carnis cōcupiscentia fuisset per illud prohibita. Conuinci mus ergo ut per illud p̄ceptum nō prohibeatur cōcupiscentia carnis, sed interior uoluntatis affectus. Ad quod clarius ostendendū aliqua proferā sacrorum uiroꝝ testimonia. Sed anteq̄ illa in mediū pro ducam, hoc unū admonere decreui, uidelicet hanc dictionē peccatum ęquiuocam esse in sacris literis. aliquando enim capitur pro hostia q̄ offertur pro
2. cor. 5 peccato. sic capitur à Paulo apostolo in secūda epla ad Corinthios cū ait, Eum qui nō nouerat peccatū, pro nobis peccatum fecit. ac si diceret, Christū, qui etiam ut homo nullam admiserat culpā, pater ęle-

stis eum pro nobis mortem subire fecit: qua morte pro nostris peccatis susceptа, factus est ipse Christus peccatū, hoc est hostia pro peccato. Sed ab hac peccati significatione nunq̄ aliquis dicit̄ peccator. Et ita Paulus de Christo loquens nō dixit q̄ pater fecerit eum peccatorē, sed q̄ fecit eum peccatū. Aliquādo etiā uocatur peccatū, causa alliciens aut impellens ad peccatū, uel pœna peccati: & hoc modo appellauit Paulus peccatum cū dixit, Si autē quod nolo malum hoc facio, iam nō ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū. Peccatū hoc loco Paulus uocat carnis cōcupiscentiā, quia semper ad malum impellit, uel quia in pœnā primi peccati data est. Hoc autē patet ex sequentibus. Nā postq̄ dixerat, peccatū quod in illo habitat, operari malū, statim subiunxit, Scio enim q̄ nō inhabitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Et ab hac peccati significatione nullus unq̄ dicit̄ peccator. Vnde beatus Augustinus in cōmentarijs super epīam ad Galatas, ait, Aliud est peccatū habere, & aliud peccare. Alio modo sumitur hæc uox peccatū pro culpa, & Dei offensa, quā uoluntas nostra trāsgrediendo Dei præceptū cōmittit, & propter quā uolūtas sic peccans rea efficitur alicuius pœnæ infligendæ. Et hęc est solēnissima illius uocis significatio, qua etiā frequentius sacræ literæ utuntur. Et ab hac sola peccati significatione dicitur aliquis peccator. De hac ergo peccati significatione loquentes dicimus concupiscentiam carnis aut fomitem non esse peccatum, & per consequens nō esse prohibitam per p̄ceptum illud, Nō concupisces. Richardus de sancto Victore libro secundo de Emanuele, capite ultimo, ostēdens excellentiam beatæ Virginis Mariæ super omnes alios sanctos, ait, Cæteris sanctis in cōmune p̄cipitur, ut in mortali eorū corpore peccatum nō regnet: soli isti singulariter datur, ut mortale corpus eius Ro. 7.

Ro.6. peccatum nō inhabitet. Nō regnet(inquit Apostolus) peccatū in uestro mortali corpore. Ecce p̄cipit ut nō regnet, sed nunquid ut nō inhabitet? Attende
Ro.7. super hoc quid alibi dicat, Si enim quod nolo malū id ago, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū. Hæc Richardus. In quibus uerbis id aduertendū est quod ait esse nobis p̄ceptum ut peccatū nō regnet in nostro mortali corpore: nō autem esse p̄ceptum, ut peccatū non inhabitet. ex quo patet concupiscentiam carnis non esse interdictā, q̄m hæc est peccatum illud quod habitat in corpore no
Augustinus. stro. Beatus Augustinus hanc sententiam sępissime docet, uidelicet in primo lib. de ciuitate dei, cap. 24. & lib. 14. cap. 10. sed expressius & diffusius in libro primo ad Bonifacium contra duas epistolas Pelagianorū cap. 13. Sic enim ibidem ait, Dicunt etiam baptisma non dare omnem indulgentiam peccatorum, nec̄ auferre crimina, sed radere, ut omnium peccatorum radices in mala carne teneantur. Quis hoc cū Pelagianis nisi infidelis affirmet? Dicimus enim baptisma dare omnium indulgentiam peccatorū, & auferre crimina, non radere, nec ut omnium peccatorū radices in mala carne teneantur, quasi rasorum in capite capillorum, unde crescant resecanda peccata. Nam & istam similitudinem comperi suæ illos adhibere calumniæ, tanc̄ nos hoc sentiamus atc̄ dicamus. Sed de ista concupiscentia carnis falli eos credo uel fallere, cum qua necesse est ut etiam baptizatus, & hoc si diligentissime proficit, & spiritu dei agitur, pia mente confligat. Sed hæc etiam si uocatur peccatum, non utic̄ quia peccatum est, sed quia peccato facta est, sic uocatur: sicut scriptura, manus cuiusc̄ dicitur, q̄ manus eam fecerit. Peccata autem sunt quę secundum carnis cōcupiscentiam, uel ignorantiam illicite fiunt, dicuntur, cogitantur: quæ transacta etiam reos tenent

si non remittantur, Et ista ipsa carnis cōcupiscentia in baptismo sic dimittitur, ut ꝯꝯ tracta sit a nascētibus, nihil noceat renascentibus. Hęc Augustinus, qui multo plura illo loco pro hac re dicit. Et lib. 1. de nuptiis & cōcupiscentiis ad Valerium permulta capita hanc eandē docet sententiā. Quæ oia curioso lectori legenda committo, satis illi me fecisse existimans, cum ostenderim locū ubi quæ uoluerit reperire ualeat. Aduersus hanc hæresim iuxta utrāq; illius partē scripsit largissime Iacobus Latomus in eo opere quod fecit pro defensione determinationis Louanien sis contra Lutherū. Ioānes Roffensis ēps scripsit disertissime, ut solet, cōtra huius hęresis partem secūdam, eam uidelicet quæ est de cōcupiscentia, in articulo secūdo illius operis quod fecit cōtra 41. Lutheri articulos a Leone. 10. prius dānatos.

PRAEDESTINATIO.

SIgibertus monachus in suis chronicis refert, sub Honorio imperatore & Zozimo papa fuisse quādam hæresim ortā, quæ docebat, pie uiuentibus nō prodesse bonorū operum laborē, si a deo ad mortem ordinati fuissent: & impijs & peccatoribus non obesse quæcūq; scelera & flagitia ab illis commissa, si deus illos ad uitā æternā prædestinasset. Huius hæresis authores Sigibertus ait uocari prædestinatos, nomen a sua doctrina suscipientes. Quis aūt fuerit huius hęresis princeps, Sigibertus subticuit, nec ego apud aliquē alium reperi, qm̄ nullus ex his qui de hæresibus scripserunt, huius hæresis meminit præter Bernardū de Lutzemburgo in suo catalogo hęreticorū, qui nihil aliud dicit ꝯ id quod in chronicis Sigiberti inuenit. Hunc errorē ferè per mille annos iam sepultū suscitauit ab inferis Ioannes Huss Bohemus, dicens cum qui a deo prædestinatus est ad uitam, etiā si mala opera agat, nunquā posse esse membrū diaboli: & illū qui est a deo ordinatus ad

Prędestinati.

Ioānes Huss.

Ro.6. peccatum nō inhabitet. Nō regnet(inquit Apostolus) peccatū in uestro mortali corpore. Ecce p̄cipit ut nō regnet, sed nunquid ut nō inhabitet? Attende
Ro.7. super hoc quid alibi dicat, Si enim quod nolo malū id ago, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū. Hæc Richardus. In quibus uerbis id aduertendū est quod ait esse nobis p̄ceptum ut peccatū nō regnet in nostro mortali corpore: nō autem esse p̄ceptum, ut peccatū non inhabitet. ex quo patet concupiscentiam carnis non esse interdictā, q̄m hæc est peccatum illud quod habitat in corpore nostro. Beatus Augustinus hanc sententiam sępissime docet, uidelicet in primo lib. de ciuitate dei, cap. 24. & lib. 14. cap. 10. sed expressius & diffusius in libro primo ad Bonifacium contra duas epistolas Pelagianorū cap. 13. Sic enim ibidem ait, Dicunt etiam baptisma non dare omnem indulgentiam peccatorum, nec̄ auferre crimina, sed radere, ut omnium peccatorum radices in mala carne teneantur. Quis hoc cū Pelagianis nisi infidelis affirmet? Dicimus enim baptisma dare omnium indulgentiam peccatorū, & auferre crimina, non radere, nec ut omnium peccatorū radices in mala carne teneantur, quasi rasorum in capite capillorum, unde crescant resecanda peccata. Nam & istam similitudinem comperi suæ illos adhibere calumniæ, tanc̄ nos hoc sentiamus atc̄ dicamus. Sed de ista concupiscentia carnis falli eos credo uel fallere, cum qua necesse est ut etiam baptizatus, & hoc si diligentissime proficit, & spiritu dei agitur, pia mente confligat. Sed hæc etiam si uocatur peccatum, non utic̄ quia peccatum est, sed quia peccato facta est, sic uocatur: sicut scriptura, manus cuiusc̄ dicitur, q̄ manus eam fecerit. Peccata autem sunt quę secundum carnis cōcupiscentiam, uel ignorantiam illicite fiunt, dicuntur, cogitantur: quæ transacta etiam reos tenent

Augustinus.

si non remittantur, Et ista ipsa carnis cõcupiscentia in baptismo sic dimittitur, ut cõpũcta sit a nascẽtibus, nihil noceat renascentibus. Hęc Augustinus, qui multo plura illo loco pro hac re dicit. Et lib. 1. de nuptijs & cõcupiscentijs ad Valerium permulta capita hanc eandẽ docet sententiã. Quæ oĩa curioso lectori legenda committo, satis illi me feciſſe existimans, cum ostenderim locũ ubi quæ uoluerit reperire ualeat. Aduersus hanc hæresim iuxta utrãq; illius partẽ scripsit largissime Iacobus Latomus in eo opere quod fecit pro defensione determinationis Louanien sis contra Lutherũ. Ioãnes Roffensis eps scripsit disertissime, ut solet, cõtra huius hęresis partem secũdam, eam uidelicet quæ est de cõcupiscentia, in articulo secũdo illius operis quod fecit cõtra 41. Lutheri articulos a Leone. 10. prius dãnatos.

PRAEDESTINATIO.

SIgibertus monachus in suis chronicis refert, sub Honorio imperatore & Zozimo papa fuisse quãdam hæresim ortã, quæ docebat, pie uiuentibus nõ prodesse bonorũ operum laborẽ, si a deo ad mortem ordinati fuissent: & impijs & peccatoribus non obesse quæcũq; scelera & flagitia ab illis commissa, si deus illos ad uitã æternã prædestinasset. Huius hæresis authores Sigibertus ait uocari prædestinatos, nomen a sua doctrina suscipientes. Quis aũt fuerit huius hęresis princeps, Sigibertus subticuit, nec ego apud aliquẽ alium reperi, qm̃ nullus ex his qui de hæresibus scripserunt, huius hæresis meminit præter Bernardũ de Lutzemburgo in suo catalogo hęreticorũ, qui nihil aliud dicit cũ id quod in chronicis Sigiberti inuenit. Hunc errorẽ ferè per mille annos tam sepultũ suscitauit ab inferis Ioannes Huss Bohemus, dicens cum qui a deo prædestinatus est ad uitam, etiã si mala opera agat, nunquã posse esse membrũ diaboli: & illũ qui est a deo ordinatus ad

Prędestinati.

Ioãnes Huss.

mortem, quantũcũq; bene uiuat, nunquã posse esse membrũ dei. Hanc pestilentissimã hæresim hoc anno, uidelicet M.d.xxxiiij. amplexati sunt aliqui utul gares & idiotæ homines in Hollandria & Phrisia, dicentes nulli homini bonũ opus prodesse, aut malum obesse, sed oĩa pendere ex sola prædestinatione & præscientia diuina. Quæ doctrina iustos uiros a bonorũ operum exercitio auocat, & peccatores ad quæcũq; scelera perpetranda impellit. Scripturæ ergo sacræ testimoniis apertissimis huius falsitatem ostendamus, ne ex hac doctrina ansam male agẽdi peccatores accipiãt. Nullus dubitat Cain fuisse dãnatũ, qui de misericordia diuina desperauit, dicens,
Gen. 4 Maior est iniquitas mea, q̃ ut ueniã merear. At cũ dñs ad munera eius nõ respexisset, & ob hoc Cain esset iratus, concidisset q; uultus eius, dixit illi dñs,
Ibidẽ. Quare iratus es? & cur cõcidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies? Ecce deus ꝓmittit homini præscito præmium bonorũ, si ea uoluerit agere: & non uerentur hęretici potentiã bene operandi auferre ab illis qui a deo ad mortem ordinati sunt. Deus enim neq; sua prædestinatiõe sic necessitat prædestinatos ad bonum, ut male agere & perire nequeãt: neq; ad gehennã ordinatos sic cogit, ut bene agere & uitam promereri non ualeant. Nam (ut uerbis Augustini utar) nouit deus mutare sententiã, si homo cœperit
Hie. 18 mutare uitã. Vnde ipsemet deus per Hieremiã prophetam loquitur dicens, Si pœnitentiã egerit gens illa a malo suo quod locutus sum aduersus eã: agã & ego pœnitentiã super malo quod cogitaui ut facerem ei. Præterea, certũ est Dauid regẽ fuisse a deo ad uitam æternã prędestinatũ, & tamẽ cum propter adulterium ab eo cõmissum accessisset ad illũ Nathan propheta proponens regi parabolã de homine diuite accipiente ouiculã a paupere, qua idẽ pauper alebatur: Rex Dauid dixit talem diuitẽ esse filiũ

mortis. Quo dicto, prophera Nathan dixit ad Da- 2.re.12.
uid, Tu es ille uir. Quibus uerbis propheta apertis
sime declarauit Dauid regē propter scelus illud esse
filium mortis, & dignū qui morte plecteretur æter
na, nisi deus illius misertus, uitam illi dedisset qua
male actorꝫ pœnitere potuisset. Rursum, Beatus Pe-
trus apostolus prædestinatus est a deo ad uitā æter
nam, qua etiā nunc iam fruitur: hic tñ cum Christū
increpasset eò ꝙ se moriturū dixerat, & mori para-
tum, audiuit ab eodem Christo, Vade post me Sata mat.16
na. Ecce Petrus prædestinatus, qui tamē aliquando
fuit Satanas. Quòd si Satanas fuit, oportet ut tunc
magis ad dæmonē ꝙꝫ ad Christum pertineret. Nam
Theophylactus illum locū Matthæi exponens sic
ait, Satanas aduersarius dicit. Vade igitur post me,
hoc est, ne obsistas, sed sequere uoluntatē meam. Vo
cat autē sic Petrū, quia etiā Satanæ displicebat Chri
stum pati. Hęc Theophylactus. Sed quia nō est ual
de manifestū Petrum tūc peccasse mortaliter, ꝙuis
uocatus fuerit Satanas, (nam sic dictus est, quia di-
uinæ uoluntati aduersabatur. Satanas. n. idē est qđ
aduersarius) ideo aliud manifestissimū illius pecca-
tum producimus, trinam uidelicet negationē, qua
magistrū suum & omniū nostrū deierans negauit.
Deinde Paulus uas electionis, qui testatur sibi esse 2.tim.4
repositā a deo coronā iustitiæ, fatetur se prius fuisse
blasphemū. Si tunc blasphemus, ergo tūc peccator
& iniquus, & per cōsequens tūc dignus morte. nisi
forte isti hæretici censent blasphemū esse dignū præ
mio æterno. Et si peccator tunc erat, oportet ut mē-
brum dæmonis tūc fuerit. Vnde beatus Gregorius
in homilia super euangeliū dominicæ primæ in. xl.
sic ait, Certe iniquorū omnium caput diabolus est,
& huius capitis mēbra sunt omnes iniqui. Hęc ille.
Demum, inter multas assertiones Ioānis Huss quas Concilii Cō-
concilium Constantiense sessione. 15. dānauit, tertia stantie

in ordine est quæ sequitur. Paulus nunc̃ fuit membrum diaboli, licet fecerit actus quosdã actibus ecclesiæ malignantiũ cõsimiles. Et sexta assertio eiusdem Ioãnis Huss sub his uerbis ibidẽ ponitur, Præscitus, etsi aliquãdo sit in gratia secũdum præsentẽ iustitiam, tamẽ nunquã est pars sanctæ ecclesiæ: & prędestinatus semper manet membrũ ecclesię, licet aliquãdo excidat a gratia aduentitia, sed non a gratia prædestinationis. Hæ autem duæ assertiones simul cum alijs pluribus eiusdem Ioãnis Huss in cõcilio Constantiensi damnatæ sunt.

PRAEDICATIO.

Valdẽses. INter multos errores quos Valdẽsibus impingit Æneas Syluius libro de origine Bohemorũ cap. 35. is unus est quo docent liberã esse cuicunc̃ Christiano uerbi dei prædicationẽ, adeo ut quãuis a superiore sit prohibitus ne id agat, illum tñ posse prędicare uerbũ dei asserant. Verùm Guido carmelita in sua summa de hęresibus Valdensium errores recensens, nunquã huius erroris meminit. Eundẽ errorem postea docuit Ioãnes Vuitcleff. Et hunc sequutus est Ioãnes Huss uelut discipulus magistrum. Et quia posteriores hęretici, quò aliquid glorię inanis, quã maxime optant, captare possint, prędecessorum hęreticorũ insaniam augere conantur, ideo hic Ioãnes Huss hanc assertionẽ de libera uerbi dei prędicatione docens, dicit eũ qui propter superioris prohibitionem desinit prędicare uerbũ dei, esse eoipso a deo excõmunicatũ. Hanc sententiã damnat beatus Paulus in epistola ad Rom. dicens, Quomodo prędicabunt, nisi mittantur? Arbitratur nanc̃ Paulus neminẽ posse iustè officium prędicationis exercere, nisi id sibi mandatũ fuerit, & ad illud exercendum missus fuerit. Et in epistola ad Hebręos iterum ait, Nec quisquã sumit sibi honorem, sed qui uocatur a deo tanquã Aaron. Et c̃c̃ hoc loco Paulus de pon

Ioãnes Vuitcleff.

Ioãnes Huss.

Ro. 10

Heb. 5.

tifice loquatur, quia tamē pontificis munus est populum docere, prout ex multis Pauli locis constat: ideo non incōuenienter de prædicatore etiā dicitur, ut nullus eorū sumat sibi honorē, sed qui uocatur a deo tanq̄ Aaron. Præterea primi prædicatores euāgelij quos deus ad hoc elegit, ut in omnē terrā exiret sonus eorū, uocati sunt a Christo Apostoli, hoc est missi, ut ex nominis ratione quisque agnosceret neminē prædicare debere, nisi ad hoc missus fuerit. Mittitur autē, cum a superiore potestatē habente facultas prædicādi cōceditur. Et magnus ille Ioānes Baptista, quo inter natos mulierū non surrexit maior, nunquā prædicare ausus est quousq̄ sibi a deo mandatū est. Sic enim ait Lucas, Anno quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæā &c. factū est uerbum dñi super Ioānem Zachariæ filium in deserto: & uenit in omnē regionem Iordanis prædicans baptismū pœnitentiæ in remissionē peccatorū. Luc. 3.

Quæ uerba interptans Theophylactus ait, Factum est autē uerbum domini sup Ioānem, ut discas illum nō temere neq̄ citra uocationem ad testificandū de Christo prosiliſſe, sed diuino motū spiritu. Per uerbū intellige spiritum sanctum, uel mandatū dei. Hæc Theophylactus. Et Ioannes euāgelista hoc expressius de eodem Baptista refert. Fuit (inquit) homo missus a deo, cui nomen erat Ioānes. Hic uenit in testimoniū, ut testimoniū perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illū. Ioan. 1

Ecce Ioānem Baptistā, qui non audet testari de lumine, nisi prius a deo missus ad hoc fuisset: & non uerentur superbi hæretici cōtra superioris præceptū prædicare. Nullus ergo Apostolus, nisi qui missus est: nullus etiā prędicator uerus, nisi cui prędicationis officium cōmissum est. Vnde beatus Hieronymus libro primo cōmentariorū super epistolam ad Galatas circa principium sic ait, Ad distinctionem

itaq; eorum qui mittuntur ab hominibus, & sui,
Gala. 1 qui sit missus a Christo, tale sumpsit exordiũ, Paulus Apostolus, non ab hominibus neq; per hominem. ἀπόστολος autẽ, hoc est missus. Et parum infra, Vnde & nos possumus colligere Ioãnem quoq; Baptistam & prophetam & Apostolum appellãdum: siquidem ait scriptura, Fuit homo missus a deo cui nomẽ erat Ioãnes. Et paucis interiectis subdit, Quatuor aũt genera apostolorũ sunt. Vnum quod neq; ab hominibus est, neq; per hominem. sed per Iesum Christum & deum patrẽ. Aliud quod a deo quidẽ est, sed per hominẽ. Tertium quod ab homine, non a deo. Quartum quod neq; a deo neq; per hominẽ, neq; ab homine, sed a semetipso. De primo genere potest esse Esaias, cæteriq; prophetæ, & ipse apostolus Paulus, qui neq; ab hominibus, neq; per hominem, sed a deo patre & Christo missus est. De secũdo Iesus filius Naue, qui a deo quidem est Apostolus cõstitutus, sed per hominẽ Moysem. Tertiũ genus est, cum hominũ fauore & studio aliquis ordinatur: ut nunc uidemus plurimos non dei iudicio, sed redẽpto fauore uulgi in sacerdotium subrogari. Quartum est pseudoprophetarũ & pseudoapostolorũ, de quibus Apostolus, Istiusmodi (inquit) pseudoapostoli, operarij iniquitatis, transfigurãtes se in Apostolos Christi, qui dicunt, hęc dicit dñs: & dñs nõ misit eos. Hactenus Hieronymus. Ex cuius uerbis patet illum nõ dici apostolũ, sed pseudoapostolum, qui nec a deo neq; ab hominibus electus est, sed ipse se ingerit, & officiũ prædicationis usurpat. Si autẽ hæreticus dicat se a deo ad prædicandũ missum, quẽadmodũ Paulus qui nec ab homine neq; per hominẽ apostolus factus est, sed a deo: tũc oportet ut hæreticus miraculis & signis ostendat se missum a deo. Nam Moyses coram Pharaone miraculorum claritate probauit se missum fuisse a deo. Et
2.Cor.11 Ibidẽ.

cum Christus misit Apostolos ad prædicandum, prius dedit illis potestatē spirituum immundorꝝ, ut ejicerent eos, & curarent omnem languorē & omnē infirmitatē. Rursum, ut ex sacris literis cōstat, prædicatio uerbi dei interdicta est etiā scientibus illud, cū aliqua causa urgeret pro aliquo tēpore & loco. quoties ergo talis subest causa, licite impedietur ali quis ne uerbū dei prædicet. Ipse enim ueritatis magister cū apostolos suos ad prædicandū misit, prohibuit illis ne in uiam gentiū irent. Huius autē prohibitionis causam assignat Hieronymus sup Matthæū, dicens, Oportebat primū aduentum Christi nunciare Iudęis, ne iustam haberent excusationē dicentes se dñm ideo reiecisse, quia ad Gentes & Samaritanos, Apostolos miserit. Hæc Hierony. Ecce unam iustam causam propter quā iustè potest aliquis prohiberi ne in aliquo loco prædicet, ut uidelicet ne per talē prædicationē in tali loco, desinat prædicare alijs quibus magis tenetur. Nam si quis pastor animarū dimissis propꝛijs ouibus quibus ex officio tenetur prædicare, ad alium locū accedit ut prædicet, iustè potest ibidē prohiberi, ut uel sic prohibitus ad proprias oues recurrat. Potest etiam esse alia causa iustę prohibitionis, ne uidelicet uerbum dei prædicatū tali loco aut tali tēpore, ab audientibus contemnatur. Sanctus enim Paulus & Timotheus prohibiti sunt a spiritu sancto loqui uerbum dei in Asia: & cum uolebant in Bithynia prędicare, non permisit eos spiritus Iesu. Et huius prohibitionis causam reddit Beda super Actus Apostolorū, dicēs, Qui nouit corda deus, beneficij gratia doctorem ab Asia remouit: ne si sanctū canibus daretur, error cordis iniqui de cōtempta prædicatione iudicetur. Hæc Beda. Quoties ergo apparet uerbum dei fore ab auditoribus cōtemnendū, tunc iustè prædicatio uerbi dei potest a superiore prohiberi. Multis

mat. 10

Act. 16

autem modis contingere potest ut uerbum dei contemnatur. Aliquãdo enim cõtemnitur propter solã auditorũ malitiam & duritiã. Aliquãdo etiã ipsius prædicatoris malitia est caussa ꝙ uerbum dei contemnatur. Nam ut dicit beatus Gregorius, cuius uita despicitur, restat ut eius prædicatio cõtemnatur. Quapropter cum publica est mala uita prædicatoris, tũc superior iustè potest eum prohibere ne prædicet: ímo iniustè facit si non prohibet, ne occasione malę uitę prædicatoris, uerbum dei uilipendio
Ps.49. habeatur. Peccatori enim dixit deus, Quare tu enarras iustitias meas per os tuum? Aliquãdo etiam cõtemptus paratur sine malitia p̃dicantis aut audientis, sed propter ętatẽ ipsius docentis. Nam iuuenes eò ꝙ minus experti sunt, nõ sunt apti ad docendũ, sed bene ut doceantur. Si ergo puer aut adolescens doceret, eius doctrina a uulgo cõtemneretur, quoniam indoctũ uulgus non tam cõsiderat quid, ꝙ a quo dicatur. Quapropter Christus qui paruulus natus summa erat sapientia, ante tamẽ tricesimum
Luc.3. suę ętatis annũ prædicare noluit, ut Lucas testatur: & præcursor illius Ioãnes Baptista illa eadem ętate prædicare cœpit: quoniã illa est ętas perfecta, in qua maximè omnes hominis uires pollent. Et hinc, quãtum ego existimo, factũ est ut ecclesia decreuerit episcopos quibus ex officio prædicare cõpetit, nõ ordinari ante tricesimũ ętatis annũ. Illos ergo propter quorum paruã ætatem uerisimile est uerbũ dei fore contemnendũ, iustè potest superior a prædicatione arcere, ne uerbum dei pateat cõtemptui. Vnde beatus Gregorius in pastorali excludit iuuenes & imperfectos ab officio prædicationis, dicens, Admonẽdi sunt ut cõsiderent ꝙ cõceptas soboles fœmineę si priusquã bene formentur proferunt, nequaquã domos sed tumulos replent. Hinc est ꝙ ipsa ueritas, quę repente quod uellet roborare potuisset, ut exẽplum

plum sequẽtibus daret,ne imperfecti,prędicare prę-
sumerẽt:postquã plene de prędicationis uirtute in-
struxit,illico adiunxit·Vos autem sedete in ciuitate Lu.23.
donec induamini uirtute ex alto. Hęc Gregorius.
Tertia adhuc potest assignari caussa,& omniũ ma-
xima, propter quã prędicatio uerbi dei potest imo
debet a superiore alicui interdici, si talis uidelicet
prędicatione sua ecclesiam scandalizat, & illam cõ
turbat. De his Apostolus Paulus Galatis scribens Gala.1.
ait,Sunt aliqui qui uos cõturbant,& uolunt cõuer Gala.5.
tere euangelium Christi.Et postea circa finẽ epis- Pro.22.
tolę de talibus sententiã ferens ait,Vtinam abscindan
tur qui uos cõturbant. Et Sapiẽs in lib. Prouerbio-
rum ait,Eĳce derisorẽ,& exibit cum eo iurgiũ. Quę
uerba interpretans Beda supèr Prouerbia ait, Eĳce
(inquit)hęreticũ quem corrigere nõ potes,de eccle-
sia,& cum illi libertatẽ prędicãdi abstuleris,catho-
licę paci auxilium pręstas. Hęc Beda. Ecce multas
caussas propter quas potest iustè prohiberi alicui
prędicatio uerbi dei.Et generaliter loquẽtes(ut iam
ostendimus) dicimus neminẽ iustè prędicare posse,
nisi a deo aut ab homine potestatẽ habente ad hoc
missus fuerit,ut nemo assumat sibi honorẽ, sed qui
uocatur a deo tanquã Aaron. Melius ergo q̃ isti hę
retici de prędicatione uerbi dei sentiens beatus Frã
ciscus Minorũ institutor,talia fratribus suis in sua
regula mandat,Fratres(inquit)non prędicent in epi
scopatu alicuius episcopi dum ab eo illis fuerit cõ-
tradictum. Et generaliter nullus fratrũ audeat po-
pulo prędicare, nisi a ministro generali huius fra-
ternitatis fuerit examinatus & approbatus, & ab
eo officium sibi prędicationis concessum.Hęc bea-
tus Franciscus. Hęretici tamẽ cum ualde ab humi-
litate beati Francisci distarent, longissime etiam ab
illius sententia separati sunt.Demum in cõcilio Cõ Concilii Cõ
stantiensi hęc assertio damnata est. Nam ex.45.arti stãtiẽsis

culis Ioannis Vuitcleff, quos concilium Constantiense sessione octaua damnauit, tertiusdecimus sic ait, Illi qui dimittunt prædicare siue audire uerbum dei propter excõmunicationem hominũ, sunt excõmunicati, & in die iudicij traditores Christi habebuntur. Et quartusdecimus articulus sic dicit, Licet alicui diacono uel presbytero prædicare uerbũ dei absq; authoritate sedis apostolicæ uel episcopi catholici. Qui duo articuli simul cum alijs eiusdẽ Ioãnis Vuitcleff una super omnes lata sentẽtia ibidem damnati sunt. Et in eodem cõcilio sessione. 15. damnati sunt plures articuli Ioannis Huss, ex quibus tres sunt qui hanc damnatã doctrinam tutantur, uidelicet uicesimus, &. 21. &. 22. Aduersus hanc hæresim scripsit Thomas Vualden in primo tomo doctrinalis fidei antiquæ.

PRAESCIENTIA.

Albanenses. INter multos errores quos Guido Carmelita tribuit Albanensibus, unus est ad hanc rem pertinens. Dicunt enim deum nõ præscire ex se aliquod malum, sed per aduersariũ suum, scilicet dæmonẽ. De quo autẽ malo illi intelligant, Guido nõ expres sit. Duplex enim esse malum sacra docet scriptura. Nam est malũ quod dicitur peccatũ siue culpa: & hoc notissimũ est malum. Est etiã malum quod di-
Esa. 45 citur pœna, de quo per Esaiã prophetã deus loquẽs ait, Ego dñs, & non est alter: formans lucẽ, & creãs tenebras: faciens pacẽ, & creans malũ. Malum hic
Ionç. 3. dixit bellũ, non quod per se malũ sit, sed quia incõmodũ est illis qui bellũ sustinent. De utroq; Ionas propheta loquitur, qui describens quo pacto Niniuitæ ad illius prædicationẽ pœnitentiã egerint, ait, Et uidit deus opera eorũ, quoniã cõuersi sunt de uia sua mala, & misertus est deus super malitiã quã locutus fuerat ut faceret eis, & non fecit. Quo loco cõstat duplicẽ malitiam designari. Cum enim dixit,

conuersi sunt de uia sua mala, malũ culpæ indicauit. Dicens autẽ, misertus est deus super malitiam quã locutus fuerat ut faceret eis, malitiã pœnę aperti ssimè intellexit. De quo autẽ malo Albanenses intelligant deum illud nõ præscire, Guido nõ expressit. De quocũq; tamẽ malo loquantur, cõstat illorũ sententiã esse hæreticam, & in deum blasphemã. De malo utroq; apertissimũ est testimonium quod ipse met deus Moysi dixit cum illum ad Pharaonẽ mitteret. Sed ego scio (inquit ille) q; nõ dimittet uos rex Exo. 3.
Ægypti ut eatis, nisi per manum ualidã: extẽdamq; manum meã, & percutiam Ægyptũ in cunctis mirabilibus meis quæ facturus sum in medio eor. In quibus uerbis & peccatũ regis prædixit, & plagas quibus peutiẽdus erat ille, & populus eius. Vtrũq; ergo malum præscijt deus. De malo culpæ apertissi- Ioã. 6.
mum est quod Ioãnes ait. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, & quis traditurus esset eũ. Vides hic Christũ ab initio præscisse Iudę traditionem, quæ non leue fuit malum. De malo pœnæ tot sunt prophetarũ uaticinia quibus populo prædixerunt mala, ut ea enarrare nõ sit opus, sed illud satis est ad hanc hæresim reuincẽdam, quod Lucas euãgelista de Christo Saluatore nostro loquens ait, Vt appropinquauit, uidens ciuitatẽ, fleuit super illã, dicens: Quia si cognouisses, & tu: & quidẽ in hac die tua, quæ ad pacẽ tibi: nunc autẽ abscondita sunt ab Lu. 19.
oculis tuis: quia uenient dies in te, & circũdabunt te inimici tui uallo, & circũdabunt te, & coangustabunt te undiq;, & ad terram prosternẽt te, & filios tuos qui in te sunt: & nõ relinquent in te lapidẽ super lapidẽ: eò q; non cognoueris tẽpus uisitationis tuæ. Ecce quot plagas, quę mala sunt, Christus prędixit: quas illũ prędscisse, euentus qui postea secutus est, demõstrauit. Quod aũt Albanenses dicunt deũ per aduersarium suum, uidelicet dæmonẽ præscire

mala, tam aperta est blasphemia, ut aduersus eam disputare dedignemur. Nam quæ cõuentio lucis ad tenebras? Quæ cõuentio Christi ad Belial? Quis cõ siliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Et apud Iob. Nunquid deũ docebit quispiam scientiã, qui excelsos iudicat? Peiores sunt isti
Luc. 11 q̃ Pharisæi illi qui Christo exprobrarunt q̃ in Beelzebub principe dæmoniorũ eiecisset dæmoniũ. Sed hoc non passus est Christus, multo ergo minus tolerasset Albanenses si illi dixissent q̃ dæmone docẽ te deus aliquid præsciat. Nec opus est ut in tã aperta blasphemia prosternenda tẽpus teramus, quoniã non puto esse aliquẽ Christo initiatũ, cui hęc irrepere possit cogitatio. Nam q̃uis illã Albanensibus tribuat Guido, nescio tñ an illi in hac parte fidam.

PROPHETA.

Apelles. DE hac re est una satis impia hæresis, quæ dum prophetis detrahit, deum blasphemat. Apelles enim dixit prophetas cõtrario spiritu fuisse inspiratos, & ideo contraria dixisse. Quapropter dicebat prophetias esse falsas, nihilq̃ in illis esse ueritatis, eò q̃ seipsas (ut dicebat) arguunt, & sibi ipsis aduersantur. Quia ergo Apelles in prophetis reperiebat aliqua quæ in speciem pugnare uidebãtur, quæ ille conciliare nesciebat, nõ est ueritus prophetis impingere mendaciũ. Et cum cõtrarias sibimetipsis doceret esse prophetias, & cõtraria ab eodẽ esse non posse nt, ut hunc errorẽ facilius tueri posset, in aliũ peto rem lapsus est, dicens duo esse rerũ principia, a quibus duobus inter se diuersis aut diuisis prophetas dicebat fuisse inspiratos, ut contraria dixerint. Hæc ex Eusebio lib. 5. historiæ ecclesiasticæ cap. 12. Cum hæc hæresis duos simul prouoluat errores, de uno solo est nunc disserẽdum. Nam q̃ tantum sit unicũ omnium principiũ, supra iam cõuicimus in titu. de deo, hæresi prima. Illo enim loco aduersus Apellem

& alios hæreticos ostendimus ex sacris literis Dei unitatem. Superest ut alium huius hæresis errorem reijciamus, quo docetur prophetas falsa docuisse, & sibi inuicem cõtraria dixisse. Et certè non est operosum hunc errorẽ reijcere, quum apertissima sit in deum blasphemia. Quis enim dubitat supremã esse blasphemiam deo impingere mẽdacium? At qui dicit prophetas docuisse falsa, illam falsitatẽ in deum reijcit, qui prophetas ut sic loquerentur inspirauit. Locutus est enim deus (ut ait Zacharias apud Lucam) per os sanctorũ qui a seculo sunt prophetarũ eius. Et propheta regius testatur linguam suam esse calamũ scribæ uelociter scribentis, hoc epitheto spiritum sanctum designans, cuius gratia (ut Ambrosius ait) tarda molimina nescit. Nullus est aũt adeo demens, ut falsitatem scripturæ calamo tribuat, & non potius scriptori qui calamũ mouit. Si ergo deꝰ est scriba, & propheta calamus, ea quæ propheta docuit, deo potius tribuẽda erunt q̃ prophetæ: quo fiet ut si propheta aliqs falsa docuit, ut Apelles ait, deus fallitatis sit arguendus, & nõ propheta. Absit ut in tantam blasphemiã quis incidat, ut deũ mendacem dicere præsumat. Præterea beatus Paulus in ea quæ est ad Hebræos epistola, ait, Multipharíam multisq; modis olim deus loquẽs patribus in prophetis &c. Ecce uides Paulum asserentẽ deum fuisse loquutum ore prophetarũ. Et beatus Petrus ait, Nõ. n. uolũtate humana allata est aliqñ prophetia, sed spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti dei hoies. Ecce prophetas unico spiritu uidelicet sancto inspiratos, & p illius inspirationẽ loquutos. sic inspirati non magis mentiti sunt q̃ deus, cuius inspiratione loquebãtur. Neq; opus est ut aduersus tam apertam blasphemiam amplius contendamus. Luc. 1. Ps. 44 Heb. 1. 2. Pe. 1.

Secunda hæresis docet prophetas fuisse arreptitios, non intelligentes ea de quibus loquebantur.

Montanus. Priscillianus. Huius hęresis author fuit Montanus, quem postea sequutus est in hac parte Priscillianus. hoc enim illi tribuit Bernardus de Lutzemburgo in suo catalogo hæreticorũ. Non enim apud aliquem alium qui de hęresibus scripserit, inuenio Priscillianũ fuisse de hac re notatum. Hæc hęresis apertissime cõuincitur per id quod habetur in primo lib. Regũ. Qui enim propheta dicitur hodie, uocabatur olim uidens. Si propheta est uidens, qui fieri potest ut non sit etiam intelligens? Tanta est enim notitia quã prophetę habent de illis rebus quas prophetizant, ut proxima sit illi notitiæ quã usitata uoce intuitiuã uocant: & propter hanc caussam prophetę appellati sunt uidẽtes, & ipsæ eorũ prophetiæ uocãtur uisiones. Esaias siquidẽ hoc nomine suã appellat prophetiã, dicens, Visio Esaiæ filij Amos. Et eodẽ modo loquitur Ezechiel propheta, dicens, Visiones dei uidi. Et prophetia Naum prophetę tale habet initiũ. Liber uisionis Naum. Et de hac prophetarũ uisione dicitur in Daniele. Intelligẽtia opus est in uisione. Quo fit, ut qui non intelligit quę dicit, propheta non sit dicendus, cuius prophetiã aliquã dicat. Nam corpus Helisæi mortuũ prophetauit, sicut de illo narrat Ecclesiastícus: nullus tñ sanæ mentis dicet corpus illud mortuum fuisse prophetã. Præterea si prophetę fuerunt arreptitij, non intelligentes quę loquebantur, fateri oportet eorũ prophetias nõ fuisse a deo, quoniã (ut est apud Iob) Inspiratio omnipotentis dat intelligẽtiam. Ex quibus uerbis apertè cõuincitur, ut si prophetę non fuerint intelligentes, nõ fuerint etiã inspirati a deo. & si inspirati sunt a deo, intelligentes etiã eos fuisse oportet, quia inspiratio omnipotentis dat intelligentiã. Deinde beatus Paulus in priore epistola ad Corinthios apertissimè docet prophetas esse intelligentes. Nam eum solũ beatus Paulus censet appellandum prophetam, qui ea quę loquitur, scit

Esaię. 1
Ezec. 1
Naũ. 1.
Dan. x
Ec. 48
Iob. 32
1. co. 14

interpretari & exponere ad auditorum utilitatem & ædificationē. sic enim ait, Qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationē & exhortationē & consolationē. Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat. Qui autē prophetat, ecclesiam ædificat. Volo autē uos omnes loqui linguis: magis autē prophetare. Nam maior est qui prophetat, q̄ qui loquitur linguis: nisi forte interpretetur ut ecclesia ædificationem accipiat. Ecce uides eum a Paulo appellari prophetā, qui ea quæ loquitur, interpretari ualet ad ecclesiæ ædificationem. At fieri non potest ut intelligens non sit, qui est interpres. Accedit ad hæc, q̄ de aliquibus prophetis scriptura sacra apertissimè testatur eos intellexisse ea quæ prophetabāt. De propheta siquidē Daniele dicitur q̄ dederit illi deus intelligentiam omnium uisionū & somniorū. Et propheta Ezechiel describens eam uisionem qua uidit Cherubim ambulantia iuxta rotas, ait, intellexi q̄ Cherubim essent. Propheta testatur se intellexisse, & non uerentur Montanus & Priscillianus dicere illos non intellexisse. Iustius est ergo ut credamus hos hæreticos fuisse arreptitios, & a dæmone agitatos: prophetas autem quod deus inspirauit, optimè intellexisse ea quæ prophetabant: adeo ut propter excellentem quam habuerunt notitiam intuitiuæ proximam, uidentes sint appellati. Dan. 1. Ezec. 1.

PVRGATORIVM.

VNus ex notissimis erroribus Græcorū & Armenorum est, quo docent nullū esse purgatorium locum in quo animæ ab hac luce migrantes purgētur a sordibus quas in corpore cōtraxerant, anteq̄ in æterna tabernacula recipi mereantur. Græcos & Armenos imitati sunt in hac parte Valdenses. Ioānes autē Vuitcleff etsi alibi semper Valdēsium errores susciperet & tutetur, de hac tamē re a nullo male audit nisi a fratre Bernardo de Lutzēburgo, qui in Græci. Armeni. Valdēses.

quodam opusculo de purgatorio quod adiecit in fine catalogi hæreticorꝝ, hunc errorẽ impingit Ioanni Vuitcleff, & Ioãni Huss. Concilium tñ Cõstantiense in quo dãnatus est uterq;, neutrum de hoc errore notauit. Et Thomas Valden qui diligentissime oẽs Ioannis Vuitcleff errores inuestigauit, nunq; huius meminit ut illi impingeret. Crederẽ tñ facilè Ioãnẽ Huss ita sensisse, ut nullũ esse purgatoriũ ignem docuerit, qm̃ Bohemi qui ab hoc Ioãne Huss fuerunt seducti, hunc errorẽ (ut dicitur) hucusq; pertinaciter
Luthe. tuentur. Demũ Lutherus hoc nostro seculo etsi purgatorium fateatur, negat tamẽ illud ex sacris literis ostendi posse. Qua in re ualde miror qualiter suę sententiæ fuerit oblitus qua docet nihil esse credẽdum quod nõ possit apertè ex sacris literis colligi. Si sacræ literæ nõ docent purgatoriũ, quare tu Luthere illud credis? Aut quã rationẽ reddes alicui petenti
1.Pe.3. de hac quæ in te est fide? Petrus siquidẽ Apostolus præcipit ut parati simus ad satisfactionẽ omni poscenti reddere rationem de ea quæ in nobis est fide. Nam si credis aliquid quod nullo scripturę sacrę testimonio roborari potest, meritò iuxta tuã sententiam iudicaberis leuis corde, præcipuè cũ iuxta tuã doctrinã ecclesia non possit aliquẽ cogere ad credẽdum nisi illa quæ sunt expressa in sacra scriptura. Ne ergo nos sicut Lutherus leues corde iudicemur, credentes purgatoriũ esse post hanc uitã, oportet ut rationem reddamus de ea quæ in nobis est fide. Primo ergo hoc esse oportet manifestissimũ, in illa futura beatitudine nullam esse maculã, nullas etiam
Esa.35. esse sordes. Hoc enim Esaias propheta testatur apertè, dicẽs, Via sancta uocabitur, non trãsibit per eam
Ap.21. pollutus. Cui consentit Ioãnes in Apocalypsi. Non
Eph.5. intrabit (inquit) in eam aliquid coinquinatũ. Ciuitas enim illa sancta est sponsa illa quã iuxta Paulũ sponsus eius Christus sanctificauit, mundans eam

lauacro aquæ ī uerbo uitę, ut exhiberet ipſe ſibi glo rioſam eccleſiam non habentē maculam neq; rugā, aut aliquid huiuſmodi. Nam q; eccleſia nullam ha beat maculā aut rugam, tunc ſolū implebitur quā do ipſa erit beata, nō autem in hac uita, in qua quo tidie orantes dicere debemus, Dimitte nobis debita Mat. 6 noſtra. De illa enim ſola ſpōſa teſtatur Auguſtinus q; ſit ſine macula, lib. 20. de ciuitate dei, cap. 25. & in libro de hæreſib. ad Quoduultdeum, cap. 88. Et bea tus Hieronymus in cōmentarijs ſuper Hieremiam exponens. 31. caput Hieremiæ, circa finē capituli idē docet. Ex his ergo cōuincimus fore neceſſarium ut nulla anima q̄ aliquā habuerit maculā aut rugā, in tret in gloriam cæleſtem anteq; à tali macula mun detur. At multæ ſunt animæ q̄ decedentes ab hoc ſe culo, plurimas habent peccatorum uenialium ſor des, quas nunq; dum hic uiuerent mūdauerunt. Ta les autem animæ non deſcendunt in infernum, qm̄ nullus in charitate decedens propter ſola uenialia perpetuo damnatur. nec ad gloriam aſcēdunt, quo niam à ſordibus peccatorū uenialium nōdum ſunt mundatæ. ergo oportet dare tertium locum in quo animę illæ recipiantur quouſque ſint tanquam au rum in fornace mundatę, ut ſic purificatę poſſint in trare in illam ciuitatem ſanctā Hieruſalem, in quā nihil coinquinatū intrat. Præterea ſupra docuimus in titulo de pœnitentia, poſt peccatum dimiſſum re ſtare aliquam pœnam tolerandam pro punitione peccati, ut aliquo modo deo ſatisfaciat peccator p debito ad quod ex peccato tenebat. Si ergo aliquis decedat poſt peccatū dimiſſum pro quo adhuc non ſatisfecit, percontari oportet hos hæreticos, quò ua dat talis anima cum primum ſeparatur à corpore. Non eſt certè æquum, neq; decens miſericordiam diuinam, ut deſcēdat ad inferos propter peccatum quod iam illi dimiſſum eſt. Neq; etiam eſt iuſtum,

ut intret gloriam cæleſtem cũ nondum pro ſuo pec
cato ſatisfecerit,nec ꝓ illo iuſtas luerit pœnas. Nã
ſicut nullum eſt bonum ſuo p̃mio fruſtratũ,ita nul
lum eſt malum quod nõ oporteat eſſe punitũ: eſſet
autẽ malũ abſq; punitione, ſi quis poſt peccatũ di-
miſſum pro quo nõ fuit in hac uita punitus,ſtatim
poſt mortem intraret in gloriam.Et certè(ni fallor)
etiam ſi nullum eſſet ſcripturæ ſacræ teſtimoniũ ad
probandum purgatorium: ex his duabus collectio
nibus quas modo protulimus,apertiſſimè conuin-
ci poſſet. Sed ut clarius ueritas fidei omnibus pa-
teat,oportet ut aliqua ſcripturæ teſtimonia profera
Eſai.4 mus.Apud Eſaiam legimus,ꝙ abluet dñs ſordes fi
liarum Sion,& ſanguinẽ Hieruſalẽ lauabit de me-
Mal.3. dio eius in ſpiritu iudicij,& i ſpiritu ardoris.Et Ma
lachias ꝓpheta ait, Ecce uenit, dicit dñs exercituũ:
& quis poterit cogitare diem aduẽtus eius? & quis
ſtabit ad uidendum eum? Ipſe enim quaſi ignis con
flans,& quaſi herba fullonum. Et ſedebit conflans
& emundans argentum,& purgabit filios Leui,&
colabit eos quaſi aurum & quaſi argentũ, & erunt
dño offerentes ſacrificia in iuſtitia. Ex quibus uer-
bis ſatis aperte colligitur eſſe aliquas purgatorias
pœnas in quibus animæ purgantur. Quòd ſi quis
fortè dicat illa Malachiæ uerba eſſe intelligenda de
illa purgatione q̃ fiet in die iudicij, in quo boni pur
gabuntur per hoc ꝙ ſeparabuntur à malis: hoc nõ
ita eſſe, uerba ipſius Malachiæ oſtendunt, quibus
ait,Colabit eos quaſi aurum & quaſi argentum,&
erunt dño offerẽtes ſacrificia in iuſtitia,& placebit
dño ſacrificium Iuda & Hieruſalẽ. Quibus uerbis
propheta docet eos qui mundabuntur,dño oblatu
ros ſacrificia iuſtitiæ, hoc eſt ſeipſos iã iuſtificatos.
tunc enim ipſi erunt hoſtiæ deo gratiſſimę.Et ne qs
miretur ꝙ hæc de igne purgatorij nos interpretati
ſumus,legat beatum Auguſtinũ lib.20. de ciuitate

dei,cap.25.Nam illo loco p hęc duo teſtimonia idē pater credit poſſe conuinci eſſe purgatorias pœnas poſt hāc uitā. Rurſum,ipſe ueritatis magiſter apud Matthæum ait. Quicunq; dixerit uerbū cōtra filiū hominis,remittetur ei: qui autē dixerit contra ſpiritum ſanctum,non remittetur ei neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro. Quibus uerbis ſatis apertè ĩnuit aliquas eſſe culpas q̄ in alio ſeculo remittuntur. Nā ſi nulla culpa ĩ alio ſeculo remittitur, quid opus erat addere,neq; in futuro? Satis enim erat dicere,nō remittetur ei in hoc ſeculo. At cum nullum uerbū fuerit ocioſè aut fruſtra dictum à Chriſto,conuincitur ideo illam particulam eſſe additā, propterea q̄ aliquę culpæ in hoc ſeculo omnino dimittantur: aliæ uidelicet ueniales dimittantur in alio ſeculo cū pro illis in hac uita nō fuerit ſatisfactum. Hoc teſtimonio utitur beatus Gregorius ad probandū purgatorium lib.4.Dialogor̄ cap.39. Eodem utitur beatus Bernardus ſermo.66.ſuper cātica aduerſus quoſdā hæreticos qui ſe dicebant Apoſtolicos, negātes purgatoriū. Deinde poſtq̄ beatus Paulus dixerat Chriſtum eſſe fundamentū,ſtatim ſubiungit,Siquis autem ſuperædificat ſupra fundamentū hoc aurū,argentum,lapides precioſos,ligna,fœnum, ſtipulam, uniuſcuiuſq; opus manifeſtū erit. Dies enim dñi declarabit,quia in igne reuelabitur:& uniuſcuiuſque opus quale ſit,ignis probabit. Si cuius opus manſerit,quod ſuperædificauit,mercedē accipiet. Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit,ſic tamen quaſi per ignē. Ex quibus uerbis ſatis apertè colligitur purgatorius ignis. Nam quod ait,ſi cuius opus arſerit,detrimentū patietur, nō poteſt intelligi de peccato mortali nondū in hac uita dimiſſo,qm̄ ſtatim ſubiungit, ipſe autē ſaluus erit. At qui in inferno ſunt,nunq; ſaluabunt̄. Alius ergo eſt locus in quo detrimentum patiuntur ani-

Mat.12

Apoſtol

1.cor.3.

mæ,& postea saluantr. illũ nos appellamus purgatoriũ ignẽ. Quod si quis concedens locũ purgationis,neget in eo esse ignẽ, sed animarũ detrimentum quod patiuntur, dicens solum esse priuationẽ uisionis diuinæ,attẽdat quid dicat Paul⁹, Si cuius opus (inquit) arserit,detrimentum patietur,ipse autẽ saluus erit,sic tamen quasi per ignem. Ecce iam audis ignẽ in quo patitur detrimentũ is qui saluãdus est. Verùm ne quis nos incuset ꝙ scripturã istã perperã simus interpretati, alio eam detorquentes ꝙ̃ oporteat,duos aut tres proferam scripturæ sacræ clarissimos interpretes,quos ĩ hac parte sum imitatus. Et primo in medium produco Origenẽ, qui homilia sexta super Exodũ,pertractans illum Pauli locum, postꝙ̃ dixerat per ligna fœnũ & stipulã intelligi tri plicẽ maloꝝ uiam,sic ait, Idcirco qui saluus fit,per ignẽ saluus fit:ut siquid fortè de specie plũbi habuerit admixtũ,id ignis decoquat & resoluat,ut efficiãtur omnes aurũ bonũ : quia aurũ terræ illius bonũ esse dicitur,quã habituri sunt sancti:& sicut fornax probat aurũ,sic homines iustos tentatio. Veniendũ est ergo omnibus ad ignẽ,ueniendũ est ad cpnflatorium. Sedet enim dñs & cõflat,& purgat filios Leui. Sed & illuc cum uenitur,siquis multa bona opera,& parum aliquid iniquitatis attulerit : illud parum tanꝙ̃ plumbũ igne resoluitur ac purgatur,& totũ remanet aurũ purũ. Et si quis plus illuc plumbi detulerit,plus exuritur, ut amplius decoquatur, ut & si purum aliquid sit auri, purgatum tandẽ re-
Exo.15 sideat. Quod si aliquis illuc totus plumbeus uenerit, fiet de illo hoc quod scriptũ est, Demergetur in profundum tanꝙ̃ plumbum in aqua ualidissima. Hæc Origenes. Beatus Augustinus ĩ Enchiridio ad Laurentium,postꝙ̃ locum illum Pauli exposuerat de igne tribulationis in hac uita,cap.69.sic ait, Tale aliquid etiam post hanc uitam fieri incredibile

non est, & utrum ita sit, q̄ri potest, & aut inueniri aut latere, nōnullos fideles per ignem quendā purgatorium, quanto magis minus ue bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusq; saluari: nō tamen tales de quibus dictum est q; regnum dei nō possidebunt, nisi conuenienter pœnitentibus eadē crimina remittantur. Hæc Augustinus. Et multo diffusius hunc Pauli locū pertractat & interpretatur de igne purgatorij sermone. 4. de cōmemoratione animarū, qui habet inter sermones de sanctis. Beatus Hieronymus in fine. 18. libri cōmentariorū super Esaiam sic ait, Sicut diabolo, & omnium negatorū & impiorū, qui dixerunt in corde suo, nō est deus, credimus ęterna tormenta: sic peccatorū atq; impiorū, & tamē Christianorū, quorū opera in igne ꝓbanda sunt atq; purganda, moderatam arbitramur & mixtam clementiæ sententiam iudicis. Hęc Hieronymus. Beatus Gregorius lib. 4. dialogorū cap. 39. hunc Pauli locum etiam citat ad probandum purgatoriū ignē. Accedit ad hæc uniuersalis ecclesiæ consuetudo ab ipsis apostolis deriuata, & usq; ad hæc tempora seruata, per quam semper inter missarum solēnia sacerdos pro defunctis orat deum, & pro illis offert deo sacrificium. Nō autē orat pro illis qui iam deo quiete fruūtur, qm̄ illi nō indigent nostris orationibus, nec possunt etiam per illas ullo pacto iuuari. Neq; etiam orat pro illis qui sunt in inferno, qm̄ frustra oraret, cum in inferno nulla sit redemptio. Conuincimus ergo ut solum oret pro his qui sunt in purgatorio. Et hæc ecclesiæ consuetudo uetusta, tanti est momenti ad probandū purgatorium, ut etiā si scripturæ testimonium deesset ad illud probandū, hæc sola iuxta Augustini sententiam sufficeret. Nam in libro de cura pro mortuis agenda, postq; ostēderat ex scripturis sacris prodesse defunctis ea suffragia quæ post mortē eorum fiunt, sic ait, Si nusquam in

scripturis ueteribꝰ omnino legeretur, nō parua hac consuetudine claret authoritas, ubi in precibus sacerdotis q̄ dño deo ad eius altare fundūtur, locum suum etiam habet cōmendatio mortuorꝫ. Hæc Augustinus. Omnia ergo illa testimonia q̄ cōuincunt suffragia q̄ pro defunctis post eorum mortē fiunt, posse illis prodesse, etiam cōuincunt & apertissimè ostendunt purgatorium, qm̄ soli in purgatorio existentes possunt nostris orationibus aut alijs suffragijs iuuari. Quapropter ad illū locum mittimus lectorē, uidelicet ad titulū de suffragijs, ut eo loco capiat q̄ hic desunt testimonia. Illo enim loco profere mus concilij Carthaginensis decretū, quod huic negocio aptissime conuenit. De hac re scripsit Ioānes Eccius opus diffusum quatuor partitum libris.

Secunda hæresis est qua docetur animas in purgatorio existentes nō esse extra statū meredi aut de meredi. Huius hæresis author est Lutherus, docens animas in purgatorio posse adhuc mereri, aut demereri. Hanc Lutheri insanam hæresim apertissimè damnat Sapiens, qui in Ecclesiaste sic ait. Quodcunqꝫ facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas. Nō enim dicit illa apud inferos absolutè nō esse, qm̄ sancti patres tunc temporis apud inferos erant, in quibus tamē erat ratio, & sapientia: sed ideo dicit hæc apud inferos nō esse, quia per illa iam iuuari non possunt ut mereri ualeant. Et iterū apertius, Si ceciderit lignū ad austrum, aut aquilonem, in quocunqꝫ loco ceciderit, ibi erit. Quę uerba interpretans Hieronymus in commentarijs super Ecclesiasten, sic ait, Lignum quod in hac uita corruerit, & conditione mortalitatis fuerit incisum, aut peccauit antè dum staret, & in boreæ parte postea ponitur. aut si dignos austro fructus attulit, in plaga iacebit australi. Et parū in-

Luthe-rus.

Eccl. 6

Eccl. 11

fra, Nec enim possunt proficere si in pristinis sedib⁹ perseuerent. Hæc Hieronymus. Ex cuius uerbis patet sapientis esse sententiam, neminē post hanc uitā posse mereri aut demereri. Præterea saluator noster apud Ioannē ait, Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. uenit nox, quādo nemo potest operari. In quibus uerbis id aduertendū est, q̄ nō dixit, Venit nox, quādo ego nō possum operari: sed ait, ut in uniuersum de omnibus loqui uideat, Venit nox, quādo nemo potest operari. noctē appellans mortē, post quā non licet operari. Augustinus hunc locū pertractans, tractatu. 44. super Ioannem sic ait, Operetur ergo homo dum uiuit, ne illa nocte p̄ueniatur, ubi nemo possit operari. Modo est ut operetur fides per dilectionē: & si modo operamur, hic est dies, hic est Christus. Audi promittentem, & ne arbitreris absentem. Ipse dixit, Ecce ego uobiscū sum. Hęc Augustinus. Et beatus Chrysostomus eodem modo interpretatur illa uerba. Nā homilia. 55. super Ioannē sic ait, Sanè magnū hoc est, donec dies est, dum licet hominibus in me credere. Dū hæc durat uita, laborandū est: uenit nox, hoc est futurum tempus quādo nemo operari potest. Nō dixit, quādo non potero operari, sed nemo potest operari. Et parum infra, Christus mortē futurum tēpus appellat, qm̄ peccatores nihil operari poterūt. Hęc Chrysostomus. Et beatus Hieronymus in cōmentarijs super epistolam ad Galatas exponens illud eiusdē epistolæ, Dum tempus habemus, operemur bonū, illa Christi uerba eodem modo interpretatur. Sic enim ait, Tempus semētis (ut diximus) tempus est præsens, & uita quam currimus. In hac licet nobis quod uolumus seminare. Cum ista uita transierit, operādi tēpus auferetur. Vnde & saluator ait, Operamini dum dies est: ueniet nox, quādo iam nullus poterit operari. Hęc Hieronymus. Ad eundē modū

Ioā. 9.

Gala.

Ioā.9. illa Christi uerba interpretatur Origenes, qui in expositione Psalmi.36. ita inquit, Saluator noster ait, Veniet nox, quādo nemo potest operari. Et hoc dicit de illo tempore quod erit post hoc seculum, quo unusquisq; recipiet pœnas. Tunc ergo dicit mortē illam futurā, quū iam nemo potest operari aliquid, sed unusquisq; tunc pascitur ex operibus suis quæ hic positus operatus est. Hæc Origenes. Ecce quatuor sacræ scripturæ illustres interpretes, q omnes cōcorditer sentiunt noctē illam in qua iuxta sententiam saluatoris nemo potest operari, esse tēpus post mortē. Prudens ergo lector consideret num iustius sit uni Luthero in interpretatione scripturæ sacræ assentire, cū tot clarissimis uiris quoꝝ doctrina fulget ecclesia ut sol & luna. Rursum, beatus Paulus

2.cor.5 i posteriore epistola ad Corinthios hoc ipsum apertè docet, ita dicens, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; propria corporis prout gessit siue bonum siue malum. Ecce iuxta Paulū nullus accipiet nisi secundū proportionem eoꝝ q̄ gessit in corpore: ergo postq; animę sunt exutæ corporibus, nihil amplius mereri poterunt. Vt autem clarius Pauli sententia in hoc loco appareat, operęprecium erit uidere qualiter doctissimus uir Erasmus Roterodamus hunc locū trāstulit. Sic enim eius translatio habet· Omnes enim nos manifestari oportet coram tribunali Christi, ut reportet unusquisq; ea quæ fiunt per corpus, iuxta id quod fecit siue bonum siue malū. Quæ uerba ut sunt propinquiora ueritati Græci sermonis, ita etiā clarius & apertius explicant Pauli sensum, & fidē catholicam, qua creditur post mortem nō esse tempus merendi aut demerendi. Et in epistola ad Galatas idē

Gala.6 apostolus ait, Bonum autem facientes non deficiamus. tēpore enim suo metemus nō deficientes: ergo dum tempus habemus, operemur bonū ad omnes.

Quem

Quem locum exponens Theophylactus ait, Quem admodũ non semper serendi tẽpus, ita nec metendi occasio semper offertur. Quod sanè & uirginũ illarum & Lazari exemplo profertur. Quãdiu autem nobis in hac uita suppetit ætas, non solũ in p̃cepto res, sed in gentiles ipsos & Iudæos q̃ bona sunt operemur, hoc est, beneficentia utamur & eleemosyna. Hæc Theophylactus. Ex cuius uerbis patet, tẽpus illud quod habemus ad bene operandũ, esse tẽpus huius uitæ, & nõ tempus post mortem, qm̃ à mortuo uelut qui non est, perit confessio. Contra hunc errorem scribit Ioannes Roffensis episcopus articulo. 37. in eo opere quod fecit pro assertione damnationis quorundã articulorũ Lutheri factæ à Leone decimo. Scribit etiam Iacobus Latomus in eo opere quod edidit pro assertione censuræ Louanienſis aduersus Lutherũ. alios autẽ si qui sunt, nõ uidi.

Tertia hæresis etiam est à Luthero inuenta, & ex p̃cedẽti deducta. Ex hoc enim errore quo docet animas in purgatorio posse mereri & demereri, colligit eas nõ esse de sua salute securas: & ita corruptã & putridam aquam ex uitiato fonte deducit. Quapropter prostrata hæresi p̃cedenti, q̃ est huius fundamentum, hæc nullo pacto stare poterit, quin statim corruat. Nam si animæ quæ purgantur, nec mereri nec demereri possunt, & hoc eas nõ latet, conuincitur eas esse de sua salute securas. Nulla est enim anima quæ purgetur, nisi quæ in Christo fundata est. & quia super hoc fundamentum superædificauit lignum, fœnum, & stipulam, id est leuia quædam & uenialia peccata, ideo detrimentũ patitur, ut iuxta Pauli sententiam, salua fiat, sic tamẽ quasi per ignẽ. 1.cor.3. Si anima quæ purgatur, charitatem habet, & illam iam (ut in præcedenti hæresi ostendimus) amittere non potest, ergo secura est de sua salute. Charitatis enim pignus quoddam est spiritus, & arra quędam

Lutherus.

felicitatis æternę, per quã ſpiritus teſtimoniũ reddit
om.8 ſpiritui noſtro ꝙ ſumus filij dei. Quod ſi filij, & hæ-
redes: hæredes quidẽ dei, cohęredes autẽ Chriſti. Ex
quibus manifeſtè patet omnẽ animam q̃ purgatur,
cum iam ſciat ſe eſſe in charitate, eſſe certã & ſecurã
de ſua ſalute. Præterea credendũ eſt omnes animas
anteq̃ in purgatorium conijciantur, prius de factis
& dictis examinari, & earum examine facto mitti
ad purgatorium. Alioqui eſſet ordo præpoſterus ſi
prius pœnas luerent, & poſtea producerent ad exa-
men, ut de illis ſententia feratur. Oportet ergo, ut
primùm examinati rationẽ reddant, & ſua merita
& demerita plene agnoſcant, & poſtea dicatur illis
ſententia. Ex quo iudicij ordine conuincitur ut ani-
mæ omnes q̃ ad purgatorium mittuntur, certæ ſint
& ſecuræ de ſua ſalute, quoniam agnoſcunt ex ſen-
tentia in ſe dicta, ꝙ mox ut purgatæ fuerint, in cæle-
ſtem gloriam admittent. Rurſum, percontari opor-
tet Lutherum an ipſe certò credat animas quæ pur-
gantur, eſſe iam extra periculum, an non. Si nõ cre-
dit eas eſſe extra periculum: ergo purgatoriũ iuxta
eum erit etiam ſicut uita præſens tentatio quędam,
& militia, & ſtadium in quo qui currit aut certat,
ob.7. incertus eſt de uictoria. At ex ſententia Iob conſtat
militiam aut tentationẽ eſſe uitã hominis ſuper ter-
ram. quod ſi etiam uita hominis ſubtus terrã eſſet
militia, fruſtra addidit cũ de uita hominis diceret,
ſuper terram. Si uero Lutherus certo credit animas
q̃ purgantur, eſſe extra periculum, qualiter ipſamet
anima q̃ purgatur, hoc ignorat? Nunquid per mor-
tem oblita eſt eorum quę antè ſciebat? Si nos ſumus
certi animas in purgatorio exiſtentes eſſe iam in tu-
to: multo magis ipſęmet animæ erunt certæ de ſua
ſalute, cum in illis ſit eadem fides, ſpes, & charitas,
& in illis etiam corpus corruptibile non aggraue-
animam, nec intellectus earum mendicet à uiſibili-

bus notitiam inuisibilium, sed seipsas nudas clarè intueant. Verùm hic fortè aliquis posset obijcere nobis illud quod ecclesia canit in p̃cibus quas pro defunctis effundit coram deo, A porta inferi erue dñe animas eorũ. & illud, Dñe Iesu rex gloriæ libera animas omniũ fideliũ defunctorũ de pœnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, &c. Si animæ essent de sua salute securæ, superuacaneum esset orare, p illis ut eruant ab inferis, ad quos etiã si, p illis ecclesia non oraret, iam descendere nõ possunt. Respõdeamus iuxta Bedæ sententiam, purgatorij locũ esse maxime uicinũ inferno, & ppter hanc uicinitatẽ, & ppter maximã conuenientiam & similitudinẽ pœnarũ utriusq; loci, purgatorij locũ aliquãdo uocari nomine inferni. Hoc autem ex eo conijci potest, q̃ locus ille in quo erant sancti patres ante Christi mortẽ, qui locus in euangelio dicitur sinus Abrahæ, sæpenumero uocatur nomine inferni, & nomine lacus: cũ tamẽ in illo loco mitius fuerint animæ tractatæ q̃ in purgatorio. Propheta regius ait, Deus redimet animã meã de manu inferi. Et iterum, Eruisti animã meam ex inferno inferiori. Et certum est prophetam non descendisse ad illum locum pœnarum in quo sunt dãnati. Et propheta Zacharias ait, Tu in sanguine testamenti tui eduxisti uinctos q̃ erant in lacu in quo nõ est aqua. Quibus uerbis designans liberationẽ animarum per Christum factam, appellauit locum in quo animæ sanctorum erant, lacum in quo non est aqua. Multo ergo melius poterit appellari lacus purgatorij, in quo acerbissimas animæ tolerant pœnas, infernus & lacus. Et ut ab hoc loco & à pœnis eius animæ liberentur, orat ecclesia. Possumus aliter & fortè melius respõdere, dicentes nõ semper dubitari de illis q̃ petuntur, an ita futura sint ut petuntur. Nam sæpissime petuntur illa q̃ certò sciun-

Psa. 48
Psal. 85
Zac. 6

tur euentura ut petuntur: & huius rei plurima sunt
Ecc.36 testimonia. Ecclesiasticus siquidem deum orans sic
ait: Da mercedē sustinentibus te, ut prophetæ tui fi
deles inueniantur. Nullus tamen sanæ mentis dicet
Ecclesiasticū dubitasse de fidelitate prophetarū dei,
* aut dubitasse ꝙ deus daturus esset mercedē his qui
) sustinēt illum, quod tamē ille petijt.) Paulus certus
erat se nō separandū à charitate dei: certus etiā erat
coronā iustitiæ à iusto iudice deo paratam sibi esse:
orabat tamē deum ut illam assequi mereretur. Et si
cui p̄destinatio sua fuisset nota, orare nihilominus
deberet deum pro suę p̄destinationis impletione: ut
2.Pet.1 (iuxta Petri apostoli sentētiam) per bona opera cer
tam faceret suam uocationē. Sic etiam ecclesia q̄uis
certo sciat animas existentes in purgatorio nō fore
ad inferos damnandas; pro illarum tamē liberatio-
ne orare nō definit. Aduersus hunc errorem scribit
Ioannes Roffensis episcopus eodē loco, quo aduer-
sus præfatam hæresim secundam.

Luthe- Quartam hęresim etiā Lutherus inuenit, qua do
rus. cet animas sine intermissione peccare ī purgatorio,
q̄diu q̄runt requiē, & horrent pœnas, quia q̄runt
(ut dicit) q̄ sua sunt, cōtra uoluntatē dei. Et certè si
res ita se haberet ut Lutherus docet, nihil aliud es-
set animas purgare. q̄; laterem lauare, aut littus ara
re. Nā si animę q̄ purganť, sine intermissione peccāt
q̄diu horrent pœnas: cū omni tēpore horreant pœ-
nas, quia horror pœnarū est oībus à natura insitus:
sequitur ꝙ omni tēpore peccant, & per consequens
ppter peccata illa erunt iterū purgādæ. Et cū illoꝝ
peccatoꝝ purgatione etiā horrebunt pœnas, sequit
ꝙ tunc etiā peccabunt, & ꝙ opus erit etiam eis ut
ab illis peccatis iterū purgenť. Et ita esset abeundū
in īmensum sine fine. Præterea, supra in expugnatio
ne hæresis secundæ de purgatorio, ostēdimus ex sa-
cris literis neminē post mortē posse aut mereri, aut

peccare, peccato quidē quod sit illi imputandū: ergo animæ q̄ purgantur, q̄uis horreant pœnas, non tamen peccant. Rursum, etiam si animæ in purgatorio peccare possent, per hoc tamē cp q̄runt requiem, & horrent pœnas, non peccarent. Nam Dauid non peccauit cum dixit, Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuum, quando ueniam & apparebo ante faciem dei. Paulus etiam uas electionis ait, Cupio dissolui, & esse cū Christo. Si hi nō peccauerunt optantes requiem, cur animę in purgatorio peccabunt cū suam requiem optauerint? Et de horrore pœnarum constat non esse peccatum, cū hic non proueniat ex deliberatione, sed ex natura, cū omnibus sit à natura insitum pœnas horrere. Christus enim propinquus passioni (ait Marcus) cœpit pauere & tędere, & dixit tribus discipulis quos secum ad orationē sequestrauerat, Tristis est anima mea usq; ad mortem. At Christus nēq; peccauit unq̄, neq; peccatū cogitare potuit: nō est ergo peccatū pœnas aut molestias horrere, præsertim cum id nō ex deliberatione, sed ex quodam naturali horrore fit.

Pſa. 41

Phil. 2.

mar. 14

F. ALFONSI DE CASTRO ADVERSUS hęreses, Liber Tertiusdecimus.

REGNVM DEI.

DE hac re fuit quidam error Cerinthi dicentis regnum Christi futurū terrenum post resurrectionem, & in regno illo futuras esse carnis delicias: quod regnum dicebat duraturū in hac uita per mille annos. Verùm de hoc errore iam supra disputauimus libro tertio in titulo de beatitudine, hæreli secunda. Et si quæ sunt alię hęreses quę ad hanc materiam spectent, sub illo titulo sunt à nobis collocatæ.

Cerinthus.

Vuitcleff. VVitcleffiſtę, qui ad hoc nati eſſe uidẽtur, ut omnem ritũ eccleſiaſticũ tollerent, omnes cæremonias ab eccleſia abigerent, inter alias ſuas blaſphemias hanc unã docent, reliquias uidelicet ſanctorũ, hoc eſt carnes & oſſa hominis mortui, non debere à populo uenerari, neque à monumento fœtido extrahi, nec in capſa aurea, uel argẽtea reponi: quia ſic facientes (ut illi aiunt) nõ honorant deum, & ſanctos eius: ſed idololatriam committunt. Hos Vuitcleffiſtas ſequuti ſunt impĳ Lollardi, quorũ unus Guilielmus Albus uocatus Guilielmus Albus, patria Anglicus, publicè & in iudicio pro tribunali in Anglia hæc omnia non erubuit fateri. Sed non ſunt hi primi huius hæreſis inuentores. Nam ante hos ferè per nongentos annos fuit Vigilantius quidam Gallus Barchinonenſis eccleſiæ presbyter, qui (ut infra dicemus) dixit ſanctos nõ eſſe orandos. & quò magis ſanctis, in quorum ſortem ipſe cõputandus non erat, detraheret, docuit ſanctorũ corpora non eſſe ueneranda. Sed neq; hic Vigilantius primus extitit huius hæreſis author, quoniam ante illum fuit Eunomius. nõ tamen longo tempore illum prĳceſſit. De Eunomio autem Hieronymus teſtatur illum hac peſte fuiſſe infectum. Nam in libello quem aduerſus Vigilantium ſcripſit, hæc illi ait, Rides de reliquĳs martyrum, & cum authore huius hæreſeos Eunomio eccleſiis Chriſti calũniam ſtruis. Hæc Hieronymus. Verùm hoc inter Vigilantium & Vuitcleffiſtas intereſt, q̃ Vigilantius ſolam ſanctorũ uenerationem odit, Vuitcleffiſtæ autem in hoc Vigilantio peſtilentiores, ſicut non patiuntur ſanctorũ reliquias uenerari, ita nec Chriſti ſaluatoris noſtri reliquias adoratione aliqua dignas eſſe cẽſent. De reliquĳs Chriſti adorandis nihil nunc dicere ſtatui, eò q̃ ſuprà in titulo de adoratione hæreſi prima aduerſus eoſdem

Guilielmus Albus.

Vigilantius.

Eunomius.

Hieronymus

Vuitcleffistas pugnaui ꝓ adoratione crucis dominicæ: quo loco nonnihil obiter diximus de Christi ueſtibus, & alijs Chriſto adiacentibus. Nã quod de cruce dñica ibidẽ diximus, de alijs etiã oĩbus Chriſto adiacentibus, puta de ueſtibus, de gladio ſi quẽ habuiſſe cõſtiterit, de menſa in qua comedit, de linteo quo manus abſterſit, & de quibuſcunq; alijs ſimilibus cõtactu ſuę uiuificę carnis ſanctificatis idẽ dici poteſt: qm̃ (ut ait beatus Damaſcenus lib. 4. de fide orthodoxa, cap. 3.) ſi amatoꝝ diligibilis dom⁹, & lectulus & hortus, quanto magis q̃ dei & ſaluatoris, ꝓ q̃ & ſaluati ſumus? Hæc Damaſcenus. Præſepe etiam & ſepulchrum ſaluatoris noſtri adorantur. Nã beatus Hieronymus ita faciendũ cẽſet, qui lib. 3. contra Ruffinum ſe hoc feciſſe teſtatur, ſic inquiens, Conſcendi in Aegyptũ, luſtraui monaſteria Nitrię, & inter ſanctoꝝ choros aſpides latere cõſpexi. protinus cõcito gradu Bethlehem meam cõuerſus ſum, ubi adoraui p̃ſepe & incunabula ſaluatoris. Et in epitaphio Paulæ, illã ſanctã Paulã laudat, q̃ p̃ſepe in quo recens natus Chriſtus iacuit, & ſepulchrũ in quo mortuus iacuit, adorauit. Et de hoc ſatis. Ad ſanctoꝝ igitur reliquias nos trãsferamus, & oſtẽdamus illas eſſe aliqua uenerationedignas, cuius non tanta ſicut Chriſti: qm̃ nec ipſoꝝ animæ, propter quas alia illoꝝ uenerant, ſunt tãto honore dignę, quãto Chriſtus, propter quẽ etiã & nõ ꝓpter ſeipſa adorant illa q̃ Chriſto adiacent. Singula igit̃ q̃ ſanctis in uenerationeexhibent, ſuo ordine diſcutiamus. Primùm igitur uenerationis ſanctoꝝ teſtimonium eſt, q̃ baſilicæ in illoꝝ honorẽ ex eccleſiæ inſtitutione fiunt: & qui hoc nõ eſſe faciendum docent, eccleſia eos anathematizat. Nã concilium Gãgrenſe, cap. 20. ſuoꝝ decretoꝝ ſic ait. Siquis ꝓ ſuperbiam tanq̃ perfectũ ſe exiſtimans, cõuentus qui ꝓ loca & baſilicas ſanctoꝝ martyrũ fiunt, uel accuſa

Damaſcenus.

Hieronymus

Concilũ Gãgrẽſe.

uerit,uel etiam oblationes q̄ ibidem celebrant, sper nēdas esse crediderit,anathema sit.De sanctorꝫ corporibus honeste tumulādis antiquissimus est eccle siæ ritus, ab Apłorꝫ tēporibus hucusq; deriuatus.

Diony sij areo pagita. Nā beatus Dionysius Ariopagita Pauli apłi discipulus cap.7. eccleſiaſticę hierarchiæ in hunc modū de hac re scribit. Hæc perficiens summus sacerdos, reponit in domo p̄cioſa corpus cū alioꝫ æq; potentū corporib⁹.Si enim in anima & corpore deo amabilē uitā,qui dormiuit uiuebat,p̄cioſum erit cū sancta anima cōmilitans ei corpus ſecundum diuinas collationes,ubi diuina iuſtitia cū,pprio corpore donabit retributas quietes tanq; coeunti & cōpartici pāti ſacrę,aut cōtrarię uitę.Propter quod & ſacroꝫ diuina legislatio diuinas cōmunicationes ambob⁹ donat. Animæ qdē in pura contēplatione & ſciētia pfectoꝫ,corpori uerò perdiuiniſſimū tanq; in imagine unguentū, diuinæq; cōmunicationis ſacratiſſimū ſymbolū,totū hominē ſacrificans, & uniuerſalē eius ſalutē ſacrificans,& cōſummatiſſimā ipſius reſurrectionē futurā ſore denuncians.Hacten⁹ beatus Dionyſi⁹.In qb⁹ uerbis beatus Dionyſius apertè ſatis indicauit ſanctoꝫ corpora poſt mortem in p̄cioſa domo reponi:& cauſſam propter quā ſic fieri oporteat,expreſſit,quia uidelicet illa ſanctoꝫ corpora ſanctis ſuis animabus ad bonū ſunt cooperata, & inſtrumenta q̄dam animarum fuerunt quib⁹ multa ad dei honorem & ſuam ſalutem illę operatę ſunt. Hæc tamen de illis dicta ſunt quorum merita in uita claruerunt,aut martyrio uitā finierunt.Hoꝫ enim corpora ſtatim poſt mortē uenerationem meruerunt, & ideo in p̄cioſa domo à ſummo ſacerdote reponi dicit.De alīs uero,quoꝫ uita non fuit miraculoꝫ operatione manifeſta, & ob hanc cauſſam non ſunt eorum corpora precioſo loco tunc recondita, ſi poſt mortem, deo ita uolente, illorum prę-

clara merita magis mundo innotescunt, transferun
tur ad honestiorē locum illorū corpora, & maiori
honore dignantur. Ad cuius rei confirmationē, præ
ter uetustissimā ecclesiæ consuetudinē, quę maximi
est ponderis, sunt etiam plurimorū sanctorū uirorū
testimonia, quæ ita fieri docent, & factum laudant.
Et ante omnia patrū ueteris testamenti exēpla pro-
ponere placuit, ut impij Vuitcleffistæ agnoscant nō
esse recentē hunc ecclesiæ ritum de transferēdis cor
poribus sanctorū. Nam corpus Iacob patriarchæ Gē.50.
translatū est ab Ægypto in terrā Chanaan cōtra fa
ciem Mambræ, & ibidē sepultū magna cum uene-
ratione filiorū suorum, & seniorū Ægypti. Neq; hoc
casu factum est, sed ipsemet Iacob in Ægypto exi- Ge.49
stens, anteq; moreretur, sic fieri præcepit, dicēs, Ego
congregor ad populū meū: sepelite me cū patribus
meis in spelunca duplici quæ est in agro Ephron
Hethęi contra Mambrę in terra Chanaan, quā emit
Abrahā cum agro ab Ephron Hethęo in possessio-
nem sepulchri. Et Ioseph patriarcha sanctus etiam
ipse in Ægypto similiter existens, cum propinquus
esset morti, dixit fratribus suis· Deus uisitabit uos, Ge.50.
asportate ossa mea uobiscum de loco isto. Et huius Exo.13
præcepti postea memor Moyses cū populū dei ab
Ægypto eduxit, ossa Ioseph secū tulit. Exeant nunc
Vuitcleffistæ, & filios Israel, uidelicet Ioseph & fra-
tres illius, & Moysen & alios, idololatras appellēt,
eò q; hunc honorē ossibus Iacob & Ioseph detule-
runt. Ad sanctos noui testamēti descendo, in quorū
corporibus tot factæ sunt translationes, ut opero-
sum nimis esset uel centesimā illorū partem referre.
Quapropter unā & alterā referā. De sanctis Geruā-
sio & Prothasio, quorū corpora oībus ferè ignota,
& ideo minus decentibus sepulchris recondita fue
rant, beatus Ambrosius, cui illorū corpora reuelata Amb.
sunt, scribens hæc ait, Iussi eruderari terram eo loci

qui est ante cancellos sanctorũ Felicis & Naboris: inueni signa cõuenientia. adhibitis etiã quibus per nos manus imponẽda foret, sic sancti martyres emi nere cœperũt, ut adhuc nobis silẽtibus arriperetur urna, & sterneretur prona ad locum sepulchri. Inue nimus miræ magnitudinis uiros, ut prisca ætas fe rebat, ossa oĩa integra, sanguinis plurimũ. ingens cõ cursus populi per totum illud biduũ. Quid multa? cõdiuimus integra, ad ordinẽ transtulimus uespere iam incũbente ad basilicam Faustæ. ibi uigilig, tota nocte manus imposítio: sequẽti die trãstulimus ea in basilicã quã appellant Ambrosianã. Dum trans ferimus, cæcus sanatus est. Hæc Ambrosius. Quid ad hęc dicent Vuitcleffiste? forte etiã dãnare non ue rebuntur Ambrosium, propterea ꝙ istoꝝ sanctorũ martyrũ corpora in honestiorẽ & preciosiorẽ locũ transtulerit. Verũ quo pacto translationẽ illam cul pare poterunt, quã deus tanto miraculo cõfirmare uoluit, ut eo tẽporis articulo quo illa corpora trans ferebãtur, cęco uisum restitueritꝰ Quòd si hoc uerũ esse negant, & Ambrosio cui sancto uelut unico testi diffidunt, producã eiusdem miraculi alterũ te stem, non quidẽ auritum, sed oculatũ, beatum Au gustinũ: ut in ore duorũ maneat hęc ueritas stabili-
Augu. ta. Beatus nãq; Aug. lib. 22. de ciuitate dei cap. 8. sic ait, Miraculũ quod Mediolani factum est cum illic essemus, qñ illuminatus est cęcus, ad mutoꝝ noti tiam potuit peruenire: quia & grandis est ciuitas, & ibi erat tunc imperator, & immenso populo teste res gesta est cõcurrente ad corpora martyrũ Protha sii & Geruasii. Quę cũ laterent, & penitus nescirent tur, episcopo Ambrosio per somniũ reuelata, reper ta sunt: ubi cęcus ille depulsis ueterib⁹ tenebris diẽ uidit. Hęc Augustinus. Alterũ huius rei proponam
Corne exẽplum a sancto Cornelio papa & martyre nobis lius ꝑꝑ propositum, qui sanctoꝝ Petri & Pauli corpora in

uaria loca transtulit. Nam ipsemet testatur se hoc fe cisse, qui in quadã epistola sua sic ait, Quapropter rogo uos nobis cõgratulari: quia rogatu cuiusdam deuotæ fœminæ atq; nobilissimæ matronę Lucinę, leuata sunt corpora Petri & Pauli de Catacũbis: & primò quidẽ beati Pauli corpus leuatũ silentio, ac positum est in prædium prædictæ matronę uiæ Hostiensi, ad latus ubi decollatus est. Postea uerò beati apostolorũ principis Petri accepimus corpus, & cõ decenter posuimus illud iuxta locũ ubi crucifixus est, inter corpora sanctorũ episcoporũ, in tẽplo Apollinis in monte aureo, in Vaticano palatij Neronis, tertio calendarũ Iuliarũ die, orantes deum & dñm nostrũ Iesum Christũ ut intercedẽtibus suis sanctis apostolis, maculas uestrorũ purget peccatorũ, & in sua uos cõseruet uolũtate diebus uitæ uestræ, & in fructu boni operis uos perseuerabiles reddat. Hæc Cornelius papa & martyr, cuius uitã & opera ab eo gesta, martyriũ pro Christo consummatũ maxime cõmendat. Et ut finẽ huic liti imponã, Augustinum profero in huius rei testimoniũ. Is enim lib. 1. de ciui. dei ca. 13. de corporibus sanctorũ honorãdis hęc ait, Nec ideo tñ contẽnenda sunt corpora defunctorũ, maximè iustorũ atq; fideliũ, quibus tanq; organis & uasis ad oĩa opera sanctus usus est spirit⁹. Si enim paterna uestis & annulus, ac si quid huiusmodi tanto charius est posteris, quãto erga parentes maior extitit affectus, nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ utiq; multo familiarius atq; cõiunctius q̃ quęlibet indumẽta gestamus. Hęc. n. non ad ornamentũ uel adiutoriũ quod exhibeẽ extrinsecus, sed ad ipsam naturã hoĩs pertinet. Vnde & antiquorũ iustorũ funera officiosa pietate curata sunt, & exequiæ celebratæ, & sepultura prouisa: ipsiq; dũ uiuerent, de sepeliendis uel transferẽdis suis corporibus, filijs mãdauerunt. Hæc Augustinus. Et Augu.

ſtram uidit regem Dauid ſubſilientẽ atq; ſaltantem coram dño. Et cum illũ Michol ob hanc cauſſam reprehenderet, reſpõdit Dauid: Ante dñm qui elegit me potius q̃ patrẽ tuum, & q̃ omnẽ domum eius: & præcepit mihi ut eſſem dux ſuper populũ dñi in Iſrael, & Iudam, & uilior fiam pluſquã factus ſum. Vides quãtum cultum Dauid exhibuerit arcæ dñi: quia ſignum quoddã erat deum repꝛeſentans, cum tñ non uiueret, nec ſentiret. Ad hunc modũ ſanctorum corpora uenerari debemus, quãuis non uiuãt, nec ſentiãt, ſed quia animabus ſanctoꝝ fuerunt cõiunctiſſima, & iuxta Pauli ſententiã habitacula & templum ſunt ſpiritus ſancti. Sed forte non erubeſcent Vuitcleffiſtæ Dauidẽ ob hanc cauſſam reprehendere. Nec mirabor ſi tentauerint: nã qui omnes ſanctos & uniuerſam eccleſiã de hac re arguere nõ uerentur, mirũ non erit ſi Dauidẽ ſimul cũ alĳs ſanctis ob eandẽ cauſſam reum etiã facere contendant. Sed opus eſt ut nos de idololatria quã nobis obĳciunt, purgemus. Nam eos oẽs qui corpora ſanctorum & illorũ reliquias uenerantur, idololatras eſſe cenſent, propterea q̃ (ut ipſi aſſũt) creaturis diuinos honores deferunt. Huiuſmodi obiectioni ego reſpõdere nolo, quia melius q̃ ego reſpõdit Aug. is enim lib. 22. de ciuitate dei, cap. 10. hanc refellit obiectionem, ſic inquiens, Nos martyribus noſtris nõ templa ſicut dĳs, ſed memorias ſicut hominibus mortuis, quoꝝ apud deum uiuũt ſpiritus, fabricamus: Nec ibi erigimus altaria, in q̃bus ſacrificemus martyribus, ſed uni deo & martyrũ & noſtro ſacrificiũ immolamus. Ad quod ſacrificiũ ſicut homines dei, qui mũdum in eius cõfeſſione uicerunt, ſuo loco & ordine nominãtur, non tamẽ a ſacerdote qui ſacrificat, inuocantur. Deo quippe, non ipſis ſacrificat, q̃uis in memoriam ſacrificet eoꝝ: quia dei ſacerdos eſt, non eoꝝ. Ipſum uerò ſacrificium corpus eſt

1. co. 6.

Aug.

Christi, quod non offerẽt ipsis, quia hoc sunt & ipsi. Hæc Augustinus. In quibus uerbis præter intẽtum obiter annotare decreui quod ait corpus Christi eẽ sacrificium quod a sacerdote in altari deo offertur. Quod testimonium apertè pugnat contra Lutherũ & Oecolampadiũ. Nam Oecolampadius (ut in tit. de Eucharistia indicauimus) negat in eo sacrificio uerum corpus Christi contineri, sed solũ materialẽ panem. Lutherus aũt etsi fatetur uerũ corpus Christi Saluatoris illic adesse, negat tamẽ a sacerdote offerri: propter quod dicit missam non esse sacrificiũ. Sed aduersus hanc hæresim iam supra in tit. de missa abunde me dixisse arbitror. Verùm quoniã non erat prætereũdum quod nunc Augustinus dixit, obiter annotare decreui. Hunc igitur intermittẽtes sermonem, eò unde digressa est, orationem reuocemus, & exultemus q̃ tam facilè & luculenter aduersariorũ calũniam beatus Augustinus reiecerit. Sed quia nimis leniter & pro suo ingenio mansuetissime respõdit, & hi contra quos agimus, quemadmodũ Phryges (ut est in prouerbio) non nisi plagis emendãtur,
Hiero. beatum Hieronymũ, qui durius & acerbius pugnare solet, obiicio, ut illos pro suis meritis tractet. Is enim beatus pater aduersus Vigilãtium, qui huius erroris etiã extitit author, scribẽs, ita ait· Quis enim o insanũ caput, aliquãdo martyres adorauit? Quis
Act. 14 hominẽ putauit deum? Nõne Paulus & Barnabas cum a Lycaonibus Iupiter & Mercurius putarentur, & eis uellent hostias immolare, sciderunt uestimenta sua, & se homines esse dixerunt? Non q̃ meliores non essent olim mortuis hominibus Ioue & Mercurio, sed q̃ sub gẽtilitatis errore honor eis deo
Act. 10 debitus deferretur. Quod & de Petro legimus, qui Cornelium se adorare cupientem manu subleuauit, & dixit· Surge, nam & ego homo sum. Et audes dicere, illud nescio quid, quod in modico uase transfe

rendo colis? Quid est illud, nescio quid, scire desidero. Expone manifesti?, ut tota libertate blasphemes: Puluisculū nescio quod in modico uasculo precioso linteamine circundatū. Dolet martyrū reliquias precioso operiri uelamine, & non uel pānis uel cilicio colligari, uel proīci in sterquiliniū, ut solus Vigilantius ebrius & dormiens adoretur. Ergo sacrilegi sumus quādo apostolorū basilicas ingredimur? Sacrilegus fuit Constātinus imperator, qui sanctas reliquias Andreę, Lucę, & Timothei transtulit Cōstantinopolim, apud quas dęmones rugiunt, & inhabitatores Vigilantij, illorū se sentire præsentiā confitentur? Sacrilegus dicendus & nunc Augustus Arcadius, qui ossa beati Samuelis longo pōst tēpore de Iudæa transtulit in Thraciam? Omnes episcopi non solū sacrilegi, sed & fatui iudicandi, qui rem uilissimā, & cineres dissolutos in serico & uase aureo portauerunt? Stulti omnium ecclesiarū populi, qui occurrerunt sanctis reliquijs, & tanta lætitia quasi præsentē uiuentēq; prophetā cernerent, susceperūt, ut de Palęstina usq; Chalcedonē iungerentur populorum examina, & in Christi laudē una uoce resonarent? Hæc Hieronymus: qui non cōtentus est Vigilantij calumnias refellere, nisi illum cōfoderet, & pro suo merito tractaret. Sed ut nullus cōtrouersiæ pateat locus, concilij generalis definitionē in mediū proferam. Concilium nāq; Lateranense sub Innocētio. 3. celebratū, hanc quę sequitur tulit definitionē. Cum ex eo q̄ quidam sanctorū reliquias exponunt uenales, & eas passim ostentāt, Christianæ religioni detractum sit sæpius, ne in posterū detrahatur, præsenti decreto statuimus, ut antiquæ reliquiæ amodo extra caussam nullatenus ostendantur, nec exponantur uenales: inuentas autē de nouo, nemo uenerari præsumat, nisi prius authoritate Romani pontificis fuerint approbatæ. Prælati uerò nō per-

Concilij Lateranē.

ciendam, sed satis esse eleemosynam facere, ut furti & rapinæ peccatū deleatur. Et nequis uerbis meis fidē deroget, putans me hoc falsō tribuere Erasmo, uerba illius quę in quarta huius operis editione habentur, referā. Is enim Erasmus in annotationibus super. 11. cap. Lucæ, pertractans illud Saluatoris dictum, Quod superest, date eleemosynā: post multa denique hæc dicit·Illud annotandū, cum modo fecerit mentionē rapinæ, in remedio non fieri mentionē restitutionis: tantū pollicetur eleemosyna data oīa fore mūda. Hæc Erasmus. Quid hæc uerba doceāt, lector prudens & candidus facilè intelliget. Verùm hanc suspicionē in quinta eiusdem operis editione Erasmus amouit, quoniā post uerba illa quæ proximè citauimus, hæc quæ sequuntur addidit·Sed qui iubetur dare ijs quibus nihil debet, multo magis iubetur reddere siquid cui debet. Quæ uerba omnem prorsus tollunt de restitutione non facienda suspicionem. De hac tamē re admonere uolui lectorē, ne si fortè in tertiam aut quartā operis illius editionē inciderit, uerba Erasmi quæ illic habentur legens, illius authoritate fretus in hunc fortè labatur errorē. Nam in uerbis illis quæ in quarta editione habebātur, magnā erroris præbuerat occasionem, propter quod huic malo mederi uoluit. Vtinā hanc mētem in cæteris suis erroribus habuisset. Sed iam ad Græcorum errorē accedamus, & ostendamus q̄ aliena sit a fide catholica hæc sententia. Primò hęc sentētia pugnat apertè cū lege naturæ, quæ ait, Ne feceris alicui quod tibi oderis fieri. Et rursum·Diliges proximum tuū sicut teipsum. At rarus est qui non odiat se re sua spoliari. Et quisq; iustè optare pōt, ut quod sibi furto sublatū est, restituat, hoc igitur alteri quē ui spoliauit, uiceuersa reddere tenebitur. Præterea Paulus apostolus hoc præcipit, sic inquiēs·Omnibus reddite debitum: cui tributū, tributum: cui ue- Tho. 4 mat. 22 Ro. 13.

ctigal,uectigal:cui honorem, honorē:cui timorem, timorem. Nemini quicquā debeatis,niſi ut inuicem diligatis. In quibus uerbis poſtquā omnibus debita reddenda præcepit,ne fortè ſolo præcepto parum dixiſſe uideretur,prohibitionē, quæ fortius & perpetuū eſt uinculū,ſubiunxit,dicens· Nemini quicquā debeatis. Deinde,ſanctus ille Thobias cum uocem balātis hœdi, quē uxor illius domū detulerat, audiuit, dixit· Videte ne fortè furtiuus ſit, reddite eum dñis ſuis:quia nō licet nobis aut edere ex furto aliquid,aut cōtingere. Rurſum deus ipſe ab illo illo qui ueram agit pœnitentiā,exigit ut rapinā reſtituat,ſi ſuorum peccatorū remiſſionem impetrare optat,ſic inquiēs· Si dixero impio,morte morieris: & egerit pœnitentiā a peccato ſuo, feceritq; iudiciū & iuſtitiam, & pignus reſtituerit ille impius,rapinamq; reddiderit,in mādatis uitę ambulauerit, nec fecerit quicquā iniuſtum:uita uiuet,& non morietur. Omnia peccata eius quę peccauit,non imputabūtur ei. Nihil hoc teſtimonio apertius dici potuit. Nam hac lege & cōditione promittit deus ſe pœnitenti peccata donaturū,ſi rapinam reddiderit. Quo fit,ut cōditione ſublata,hoc eſt non reddita rapina, deus peccata non dimittat. Vnde beatus Auguſt. in epiſtola ad Macedonium ait, Si res aliena propter quā peccatum eſt,reddi poſſit,& nō redditur,pœnitentia nō admittitur, ſed ſimulatur. ſi autē ueraciter agitur,non remittitur peccatū niſi reſtituatur ablatum. Hęc Auguſtinus. Quę uerba habentur in uolumine Decretorū. 14. q. 6. Vereantur ergo ſacerdotes Gręcorū,fures & raptores a rapina abſoluere,quos Deus ſine reſtitutione abſoluere non uult. De his enim ſacerdotibus Hiere. propheta mihi dixiſſe uidetur cum ait, Curabant contritionem filię populi mei cum ignominia,dicentes,pax,pax, & non erat pax. Cum ignominia contritionem filię populi cu-

Tho. 2

Eze. 33

Augu.

Hier. 6

rat, qui peccanti & non legitime pœnitẽti facilè absolutionẽ impendit. Neq; opus est ut aduersus tam pestiferum errorem amplius immoretur.

RESVRRECTIO.

MVlti ex uetustis hæreticis negauerũt carnis resurrectionẽ esse futurã. Quæ hæresis apud Iudæos fuit primum orta. Nam Saducæi (ut patet ex euangelio Matth.) negabãt carnis resurrectionẽ. Ex illis aũt qui semel Christũ per baptismũ induerũt, primus qui hanc hæresim suscitauit, fuit Simon ille Magus, de quo in Actibus Apostolorũ fit mentio. Hoc enim illi impingit Augu. quãuis Tertullianus in libro de hęresibus de hoc Simone faciens sermonem nihil tale illi tribuit. Basilidem tñ dicit in hũc errorem fuisse lapsum, cui similẽ errorẽ non tribuit Augu. Hymeneus & Philetus teste apostolo Paulo dixerũt resurrectionẽ iam esse factã, nec amplius futuram. Carpocratitæ etiã (ut Augu. ait) negarũt carnis resurrectionẽ. Valentinus & Apelles iuxta Augustinum & Tertullianũ hoc idem senserunt. Marcioni & Ophitis hoc idem tribuit Tertullianus, sed non Augustinus. Marco & Cerdoni, & Caianis, & Seuerianis, & Archonticis, & Hierachitis eundẽ errorem impingit Augustinus, nõ autẽ Tertullianus. Seleucianis, & Proclianitis obȝcit hunc errorẽ Philaster Brixiensis eps, quem etiã in hac parte sęqtur Augu. Frater Bernardus de Lutzẽburgo in suo catalogo hæreticorȝ refert Almaricũ, Albigenses, Albanenses hunc errorẽ fuisse tutatos. De Origene refert Augu. ex Epiphanȝ sententia illũ negasse carnis resurrectionẽ. Verũm Theophilus Alexandrinus eps (ut mox infra dicemus) alium errorẽ impingit Origeni, qui cum hoc uelut ex diametro pugnat. qm̃ ex eo cõuincitur Origenem concessisse carnis resurrectionẽ. Vtri autẽ istorȝ sit in hac parte credendũ, uidelicet Epiphanio, an Theophilo, ego nõ uideo. Mea

Simon magus. Basilides. Hymeneus. Philet' 2. tim. 2 Carpocratitę. Valentinus. Apelles Marcion. Ophitæ. Marc' Cerdõ caiani Seueriani. Archõtici. Heraclitæ. Seleucciani. Proclianitæ Almaricus. Albigẽses. Albanenses. Origenes.

quidem sententia neutri eorũ credetur, quoniã aut utriq; eorũ credendũ est, aut neutri. Non est aũt possibile ut utriq; credatur, cum eorũ testimonia aduersus Origenẽ nõ sint cõuenientia, sed inter se pugnãtia. est ergo necessariũ ut nulli credatur, præsertim cum cõstet ex lib. 10. historiæ tripartitæ Cassiodori, utrũq; uidelicet Epiphaniũ & Theophilũ fuisse Origenis nomini infestum. Aduersus hanc hæresim nõ est operosum disputare, cum tam aperta & tã clara sint scripturæ sacræ testimonia q̃bus illa reuinci potest, p̃sertim q̃ nõ aduersus Ethnicos philosophos nunc arma sumimus, sed aduersus eos qui se Christianos iactant, quos oportet scripturæ sacræ testi-
mat.22 moniis credere. Saducæos enĩ negantes resurrectiõnem Saluator noster testimonio scripturæ sacræ cõuicit, dicens, Erratis nescientes scripturas, neq; uirtutẽ dei. In resurrectione enim neq; nubent neq; nubentur, sed sunt sicut angeli dei in cælo. De resurrectione autẽ mortuorũ non legistis quod dictũ est a
Exo.13 deo dicente nobis, Ego sum deus Abrahã, & deus Isaac, & deus Iacob? deus non est mortuorũ, sed uiuentium. Et Paulus apostolus in priore epistola ad
1.co.15 Corinth. redarguens eos qui carnis resurrectionem negant, sic ait, Si autẽ Christus prædicatur q̃ resurrexit a mortuis, qũo quidã dicunt in uobis, quoniã resurrectio mortuorũ nõ est? Si autẽ resurrectio mortuorũ non est, neq; Christus resurrexit. Si autẽ Christus non resurrexit, inanis est prędicatio nostra, inanis & fides uestra. Inuenimur aũt & falsi testes, qũ testimonium diximus aduersus deũ, q̃ suscitauerit Christũ, quem nõ suscitauit si mortui nõ resurgũt. Nam si mortui nõ resurgunt, neq; Christus resurrexit. Quòd si Christus non resurrexit, uana est fides
2.tim.2 uestra. Et in posteriore epistola ad Timoth. dicit Hymeneũ & Philetũ a ueritate excidisse, dicentes resurrectionẽ iam factã, & subuertisse quorũdam fidem.

In symbolo apostolorū docetur carnis resurrectio. Eandem docet symbolū fidei editū in concilio Cōstantinopolitano. Piget plura citare testimonia pro re tam manifesta. Si quis autē plura de hac re nosse cupit, legat quēdam libellū beati Ambrosii in modū orationis qui inscribitur de fide resurrectionis: in quo libro nō solū testimoniis scripturę cōuincit, sed etiā aliis argumentis persuadet resurrectionem.

Secunda hæresis est quæ docet corpus nostrū in illa resurrectionis gloria futurū impalpabile, & inuisibile. Huius hęresis author fuit quidā Eutychius Constātinopolitanus eps dicens corpus post resurrectionis gloriā futurū aere & uēto subtilius, ita ut nec palpari nec uideri possit. Huius autem hæresis caussa beatus Gregorius postea summus pontifex fuit a sede apostolica missus legatus Constantinopolim: quò perueniens corā Tyberio Constantino tunc imperatore eundē Eutychium in fide nostrę resurrectionis erraſſe cōuicit. Quo facto, ipse impator librum quē Eutychi⁹ de resurrectione ediderat, cōburi iussit. Aduersus hunc errorē est illud quod ait Iob, Scio enim q̄ redēptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea uidebo deum: quē uisurus sum ego ipse, & oculi mei cōspecturi sunt, & nō alius. Si corpus quod modo palpabile & uisibile est, postea non est palpabile neq; uisibile, sed aere & omni uento subtilius: ergo alius erit homo qui postea resurget, & alius qui modo uiuit. Et hoc innuere uidetur glossa super illum locū Iob, quę sic ait, Expresse indicat ueritatē resurrectionis. Non. n. alius moritur, & alius resurgit (ut qui dicunt inuisibile & impalpabile corpus futurū, sicut Eutychius dixit) sed idē ipse. Hęc glossa, quę dicitur ordinaria. Vnde patet q̄ misere fuerit deceptus frater Bernardus de Lutzēburgo, qui in suo catalogo hęreticorū

Eutychius.

Iob. 19

duos scribit fuisse hęreticos, unũ Eutycium, & aliũ Eutychium per c aspiratũ. Et ut cognoscas eũ sentire non fuisse eundẽ, aduerte ꝙ postꝯ Eutycium in prima editione catalogi texuerat, in posteriore editione addens in fine eiusdẽ catalogi alios hæreticos qui sibi uidebantur deesse in prima editione, posuit Eutychiũ ꝑ c aspiratũ, tanꝯ hic alius esset ab illo quem prius scripserat. Et cum duos esse crediderit, duas etiã nobis uult ostendere illoꝝ hæreses. Eutycium quidẽ dicit illum sensisse alium hominẽ mori, & alium resurgere. De Eutycio uerò refert illum do cuisse corpora nostra resurgere impalpabilia & inuisibilia. Quod si recte rem prout decebat inspexisset, agnouisset eundem esse hominẽ qui illa docuit, ꝯꝯ in diuersis codicibus diuersis literis scriptum reperiamus, in aliquibus per c simplex, in alijs uerò
* per c aspiratum. * Quæ diuersitas, ex uitio scriptoꝝ oriri potuit, qui sępe aliter ꝯ oporteret transcribũt,
) & orthographiã suo arbitrio peruertunt.) Cæterũ ꝙ hæresis sit eadẽ, ex uerbis glossæ ordinariæ quæ proxime citauimus, apertissimè conuincitur. Nam eadẽ glossa innuit Eutychiũ sensisse alium hominẽ mori, & alium resurgere, & mori corpus palpabile & uisibile, & resurgere impalpabile & inuisibile. Quod si glossa nõ satis aperte illud ostendit, saltem ex beato Gregorio poterat illud cognoscere, qui in libro moraliũ exponens illa uerba Iob quæ proxime citauimus, narrat acta sua cum eodẽ Eutychio episcopo Cõstantinopolitano, & refert illũ sensisse ꝙ alius sit homo qui moritur, & alius qui resurgit: propterea ꝙ credidit corpus hoís mortui esse palpabile & uisibile, & corpus illius qui resurgit, esse impalpabile & inuisibile, quia dicebat illud esse futurum aereũ, & omni uento subtilius. Et ita aduersus errorẽ huius Eutychꝭ Constantinopolitani epi scopi beatus Gregorius profert illũ locum Iob quẽ

proxime citauimus. Hæc dixi ut uideant omnes q̃ facilè errent ñ qui facilè pronunciant anteq̃ res fuerit, pbe(ut decet) examinata. Sed his omissis ad nostrum scopũ redeamus. Eundem hominẽ resurgere qui & moritur, cõuincunt illa Christi uerba quę dixit Marthæ de Lazaro eius fratre tunc mortuo, Re surget frater tuus. Si enim corpus resurgentis esset aereũ & impalpabile, tunc Lazarus qui resurrexit, non fuisset frater Marthæ, postq̃ tunc nõ habuisset illud corpus per quod erat inter illos iuncta cognatio. Præterea, redẽptor noster dubitãtibus de sua resurrectione discipulis ostẽdens manus & latus, palpanda ossa carnemq́ prębuit, dicens, Palpate & uidete, quia spiritus carnẽ & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Qui de hac hæresi amplius nosse cupit, legat beatum Gregorium in moralibus super decimũnonum caput Iob, circa finem. Ioã. u. Lu. 24

Tertia hæresis asserit corpora post resurrectionẽ futura iterũ mortalia, & post illã resurrectionẽ multis seculis transactis dicit corpora in nihilũ redigẽda. Huius hæresis author fuit Origenes. Hoc enim illi impingit Theophilus Alexandrinus episcopus in lib. 2. sui paschalis, quod opus beatus Hieronymus è Græco uertit in latinũ sermonẽ. Et si uerũ est Origenẽ hoc sensisse, oportet ut falsum sit quod Epiphanius de illo refert, illum uidelicet negasse resurrectionẽ. Nam qui dicit corpora post resurrectionẽ futura mortalia, satis apertè resurrectionem fatetur. Verùm quia post istã resurrectionẽ Origenes teste Theophilo docet corpora in nihilum redigẽda, nec amplius resurrectura, fieri potest ut Epiphanius de hac secũda morte intellexerit cum dixit Origenem docuisse post mortẽ non esse resurrectionẽ. An autẽ Origenes ita senserit, an sec?, ignoro. Hoc certo scio, q̃ Theophilus ita illũ sensisse narrat. Quapropter cum iam sit de hac re Origenes notatus, oportet ut Origenes.

ad illius errorem reuincendum aliqua proferamus
ſcripturæ ſacræ teſtimonia. Paulus apoſtolus in ea
Ro.6. quæ eſt ad Romanos epiſto. ait, Chriſtus reſurgens ex
mortuis, iam non moritur, mors illi ultra nō domi
nabitur. Si Chriſtus poſt reſurrectionē amplius nō
moritur, nec noſtra corpora poſt reſurrectionē erūt
mortalia: quoniā reſurrectio Chriſti exemplar fuit
aut ſignum quoddā futurę in nobis reſurrectionis.
1.co.15 Et in priore epiſto. ad Corinth. expreſſius de hac re
nos docet, ubi poſtq̄ propoſuerat ſimilitudinē de
grano ſeminis mortificati, quod tandē uiuificatur,
ad corporis noſtri reſurrectionē reuerſus ita dicit,
Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione.
Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria. Seminat
in infirmitate, ſurget in uirtute. Et parū infra, Ecce
myſteriū uobis dico, Omnes quidē reſurgemus, ſed
non oēs īmutabimur. In momento, in ictu oculi, in
nouiſſima tuba. Canet enim tuba, & mortui reſur-
gent incorrupti, & nos īmutabimur. Oportet enim
corruptibile hoc induere incorruptionē, & mortale
hoc induere īmortalitatē. Nō poterat quicq̄ aper
tius dici ad hunc errorē reiiciendū. Sed audi qd ad-
huc Apoſtolus ſubiungat, Cum aūt (inquit) corru-
ptibile hoc induerit incorruptibilitatē, & mortale
hoc induerit īmortalitatē, tūc fiet ſermo qui ſcript⁹
eſt, Abſorpta eſt mors in uictoria. At non perfecte
eſſet deuicta mors, ſi reſurgētibus corporibus iterū
mors ſæua dñabitur. Neq̄ Chriſtus perfecte deuicīſ
ſet eū qui mortis habebat imperiū, hoc eſt diabolū,
ſi mors iterū noſtra corpora poſſeſſura eſt. Pręterea
Ap.21. beatus Ioānes in Apocalypſi de iuſtis poſt reſurrec-
tionē loquens ait, Et abſterget deus omnē lachry-
mam ab oculis eor̄, & mors ultra non erit, neq̄ lu
ctus neq̄ clamor, neq̄ dolor erit ultra, quia prima
abierunt. Cum hęc teſtimonia apertiſſima ſint, non
eſt opus in hac parte longiore diſputatione.

Quarta hæresis docet Christum surrexisse à mortuis die sabbati post parasceuē hora sexta. Hunc errorem tribuit Guido Armenis: quē semper in recensendis erroribus Armenorum sequutus sum: quia (ut ingenue fatear) neminem alium scriptorē reperire potui quē in hac re cōsulerem. Et quantū ad hūc errorē spectat, certe miror q̄ homo qui euangelia legerit, in tam apertum errorē potuerit labi. Nam cū sit manifestū Christū fuisse mortuū feria. 6. in parasceue, si sabbato proximo resurrexit, quomodo uerum erit illum resurrexisse die tertia? At ipse saluator p̄nuncians discipulis suis ea q̄ futura erant circa ipsummet, ait illis, Ecce ascendimus Hierosolymā, & consummabuntur omnia q̄ scripta sunt per prophetas de filio hominis. tradetur enim gentib⁹, & illudetur, & flagellabitur, & cōspuetur: & postq̄ flagellauerint, occident eum, & die tertia resurget. Præterea, ipse idē saluator noster Iudæis petentibus signū de cælo ab eo, ait, Generatio mala & adultera signū q̄rit: & signū nō dabitur ei nisi Ionæ pphetæ. Sicut enim fuit Ionas in uētre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus dieb⁹ & tribus noctibus. Si Christus moritur feria. 6. & post mortē manet in corde terrę tribus diebus & tribus noctib⁹: fieri nō potest ut proximo die sabbati resurrexerit. Sed de hoc satis. Armeni. Luc. 18 Mat. 12

Quinta de hac re hęresis est, q̄ docet omnes homines in sexu uirili resurrecturos, nullumq̄ esse post resurrectionē futurum fœmineum sexum. Hunc errorem Guido tribuit Armenis, & uigesimo loco inter errores Armenorum illum recenset. Beatus Augustinus lib. 22. de ciuitate dei, cap. 17. huius erroris meminit, dicens fuisse aliquos qui ita sentirent: nō indicat tamē qui fuerint huius hæresis patroni. Fœminas post resurrectionē esse futuras, uel ex eo cōstare potest, q̄ dominus fœminā fecit sicut uirum. Armeni.

Sic enim scriptura ait· Masculũ & fœminam fecit eos. Ex quibus uerbis cõstat sexum fœmineum nõ esse uitium, aut ex uitio, sed ex natura. qm̃ enim ante peccatum fœmina erat, nõ ex uitio contigit ut fœmina fieret. Nec sexus ipse uitium est: qm̃ non fuisset à deo factus. Cum ergo non sit uitium neq; ex uitio fœmineus sexus, sed ab ipsis naturę incunabulis à deo factus, consequens est, ut qui utrunq; sexũ fecit, utrunq; etiam reficiat: & qui utrũq; instituit, utrunq; similiter restituat. Prꝫterea Paulus scribens
Gala.3. ad Galatas ait· Quicũq; in Christo baptizati estis, Christũ induistis. Non est Iudæus neq; græcus: nõ est seruus neq; liber: nõ est masculus neq; fœmina. Omnes enim uos unũ estis in Christo Iesu. Si fœmina etiam est in Christo Iesu sicut masculus, cur nõ erit in gloria sicut masculus? Accedit ad hæc, q; interrogatus dñs à Saducæis negantibus resurrectionem, de muliere q̃ septẽ fratrib⁹ nupserat ut quisq; illorum defuncti fratris semen susciteret, cuius illorum futura esset post resurrectionem, respondit· Er-
Mat.22 ratis, nescientes scripturas, neq; uirtutẽ dei. In resurrectione enim neq; nubent, neq; nubẽtur: sed erunt omnes sicut angeli dei. At si nulla esset post resurrectionem futura mulier, facilius illorum errorem destruxisset, dicens nõ esse futurum muliebrẽ sexum post resurrectionem. Et cum locus esset aptissimus, debuisset illos de hac re docere: ut diceret illã mulierem de qua erat q̃stio, uirum illam esse futuram, nõ fœminam. Verùm non illud dixit, sed hoc· In resurrectione non nubent neq; nubentur. Nuptias ergo post resurrectionem futuras negauit, non sexus uarietatem. Immo hanc uarietatem illic futurã innuit cũ dixit, Non nubent: quod conuenit fœminis: neq; nubentur, quod uiris. Erunt ergo fœminæ quæ hic nubere solent, & uiri qui hic uxores duxerunt: quoniam cum nuptias negauit, sexus uarietatem laten-

ter innuit, qui ad nuptias exigitur. Erunt quidē mē bra illa, sed nō ad antiquum usum deputata, sed ad decorem nouū, & ad dei sapientiam & bonitatem cōmendandam. Sed qui hunc errorem tuentur, obiiciunt nobis illud Pauli ex epistola ad Ephesios. Donec occurramus omnes in unitatē fidei in uirū perfectū in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Ex quo loco arguunt omnes in uirili sexu resurrecturos: qm̄ Apostolus ait omnes nos occursuros in uirum perfectū. Huic obiectioni beatus Augustinus respondet, illo loco uirum capi pro homine siue masculus ille sit siue fœmina. Sic enim alibi scriptura sæpissime capere cōsueuit. Nā illud est manifestum (ut alia interim omittam) quod in Psalmo dicitur. Beatus uir, cui nō imputauit dñs peccatū. Quo loco cōstat nomine uiri fœminam intelligi: qm̄ beata etiam fœmina, cui nō imputauit dñs peccatum. Et beatus Gregorius in homilia illius euangelij, Sint lumbi uestri p̄cincti, hoc idē admonet, sic inquiens. Quia uiris luxuria in lumbis sit, fœminis in umbilico, testatur dñs qui de diabolo ad beatum Iob loquitur dicens: Virtus eius in lumbis eius: & fortitudo illius i umbilico uentris eius. A principali igitur sexu lumborum nomine luxuria designatur cū dominus dicit, Sint lumbi uestri p̄cincti. Hęc Gregorius. In quibus uerbis manifeste satis admonet, nomine sexus masculini tanq̄ principalioris fœminеum sexum designari. Potest etiam aliter responderi, & forte propius ad literæ significationem, ut dicamus illo loco Paulum nec meminisse resurrectionis, sed de perfectione doctrinæ, & agnitione ueritatis. Nam postq̄ dixerat datos esse à Christo quosdam Apostolos, quosdam prophetas, alios euangelistas, alios doctores ad consummationem sanctorū in opus ministerij in ædificationem corporis Christi, statim subdidit: donec occurramus in unitatē fi-

Ephe. 4

Psal. 31.

Gregorius.

Iob. 40

dei,& agnitionē filij dei in uirū perfectū,in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Quæ uerba pertractans beatus Ambrosius in cōmentarijs super epistolas Pauli,hæc ait· Tā diu dicit manere ordinationem,q̄ diu cuncti destinati ad uitā,unius sint fidei. In cognitionē Christi ita elaborandum hortatur,ut perfectio fidei apprehendatur. Cuius hæc ratio est, ut Christū perfectū & plenū deum teneat fides,ne mensura humana metiatur,sed in plenitudine diuinitatis quasi perfectus deus habeat. Nec enim perfectum dicens uirū,tēporali ætate & mēsura significat, sed per hoc dictum perfectos nos uult fieri in plenitudine intellectus diuinitatis filij dei. Hactenꝰ Ambrosius. Et ad eundē modū interpretatur Theophylactus illum Pauli locū. Demū opus est ut ecclesiæ diffinitionē de hac re audiamus. Nā inter ecclesiastica dogmata unū de hac re septuagesimo loco habet,quod tale est·In resurrectione ex mortuis, sexus forma non mutabitur,sed uir mortuus resurget in forma uiri,& fœmina in forma fœminæ.Hæc ibi,& de hoc satis. Aduersus hanc hæresim neminē scripsisse scio præter beatū Augustinū,qui lib.22.de ciuitate dei,cap.17.paucula quędam disserit.

SACERDOTIVM.

Lutherus.

VNus ex pernicioſis & execrādis erroribus Lutheri est quo docet omnes Christianos esse sacerdotes,& omnes Christianos habere æqualē potestatē,nulla status aut sexus discretione facta. Verūm etsi omnes Christianos dicat esse sacerdotes, docet tamen nemini licere illa potestate uti nisi per cōsensum cōmunitatis:quia(ut ille ait)q̄d est oīum cōmuniter,nullus singulariter potest usurpare, nisi uocet. Potestas ergo hęc iuxta Lutheri sententiā primo ad cōmunitatem ipsam derivata fuit,deinde ab ipsa cōmunitate in eū q̄ sacerdotio fungeret.Sed hic Lutherū percontari oportet, an sacerdotiū euāgeli-

cū credat esse abiectius & uilius, q̄ sacerdotiū ueteris legis? Nō puto illū adeo insanire ut inficietur sacerdotium euangelicū esse multo p̄stantius sacerdotio leuitico. At sacerdotiū ueteris legis nō fuit adeo abiectū & uile, ut oībus sine ulla differentia creditū fuerit. In Exodo enim legimus dñm deum Moysi hęc uerba dixisse: Applica quoq; ad te Aaron fratrē tuū cum filiis suis de medio filiorū Israel, ut sacerdotio funganť mihi, Aaron, Nadab, & Abihu, Eleazar & Ithamar filij Aaron: facieso; uestē sanctā Aaron fratri tuo in gloriā & decorē. Ecce uides Aaron & filios eius segregatos ex p̄cepto dñi à tota plebe ut sacerdotio fungerent corā eo. Et in libro Numerorū etiā legimus tribū Leuiticā esse à dño peculiariter electā ad ministeriū tabernaculi, & filios Caath destinatos ad portāda uasa sanctuarij inuoluta ab Aaron & filijs ei?, ut nō tāgerent ea, ne forte morerent. Quid hic dicet Lutherus? Si tantā reuerentiā deus p̄cepit exhiberi uasis sanctuarij, ut non ab alio q̄ à sacerdote tāgi possent, quāto maiorē reuerentiā credendū est nos oportere exhibere sanctissimæ eucharistiæ, ut uasa qb? illa recōditur, ne dicā ipsammet, nō permittamus ab alio q̄ à sacerdote cōtrectari? Si enim tātus honor p̄statur umbræ, nōne iustū est ut maiorē multo honorē tribuamus corpori? Dathan Chore & Abiron absorpti sunt à terra, & uiui descēderunt usq; ad inferos, eò q̄ sacerdotale officiū usurpare tētarunt, & ducēti q̄nquaginta uiri illis cōsentientes ab igne cōsumpti sunt. Et Oza q̄m extendit manū ad arcā dei, & tenuit eam cōtra suæ sortis cōditionē, subito percussus est à dño super temeritate sua, & mortuus est statim ibi iuxta arcam dei. Et Ozias rex Iuda fuit à dño lepra percussus in frōte, eò q̄ sacerdotalis ordinis mun? usurpare p̄sumpsit offerendo incēsum super altare thymiamatis. Balthasar rex temulentus bibens ex uasis aureis & argen-

Exo. 28

Nū. 4.

Nū. 16.

2. reg. 6

2. pa. 26

Dan. 5.

teis q̃ Nabuchodonosor pr̃ eius abstulerat de tẽplo dei quod erat Hierosolymis, uidit manũ scribẽtem in pariete, Mane, Thetel, Phares, & eadẽ nocte illo interfecto Darius Medus successit in regnũ. Si dñs tantũ zelatus est p figura, quanto magis zelabitur p ueritate? Vmbrã nõ permisit tãgi nisi à solo sacerdote, & corp⁹ permittet cõtrectari indiscrete à quolibet? Caueant ergo laici Lutherani, & ad dñm conuertanẽ, ne forte sicut Dathan Chore & Abiron uiuos illos dñs in infernũ conn̄ciat. Prẽterea si institutio ordinis sacerdotalis, & eiusdẽ institutionis tempus bene circũspiciant, facilè huius rei ueritas patebit. Nã sacerdotes fuerunt à dño initiati in cœna ultima, qñ saluator nr̃ cum discipulis suis cœnans dixit illis, Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Fuerunt autẽ cõsummati in sacerdotio, quũ post resurrectio nem dixit eisdẽ, Quor̃ remiseritis peccata, remissa erunt: & quor̃ retinueritis, retẽta sunt. At multo ante hæc tẽpora ipsi discipuli Christiani erant, qa iam fuerant Christũ p baptismũ induti, quũ tamẽ tunc nõ erant sacerdotes. Nõ ergo (ut Lutherus ait) in baptismo efficit̃ quisq; sacerdos: nec oportet ut eo ipo quo aliquis est Christianus, sit etiã sacerdos, q̃ potestatẽ habeat supra corpus Christi uerũ & mysticũ, hoc est, potestatẽ cõsecrandi & absoluẽdi. Rursum, beatus Paulus Timotheo scribens ait, Noli negligere grãm q̃ in te est, q̃ data est tibi p prophetiã cũ imposition manuũ p̃sbyteri. Vel (ut doctissimus uir Erasmus apertius transtulit) authoritate sacerdotij̃. Et iterũ ad eundẽ Timotheũ, Vt resuscites (inquit) grãm q̃ est in te p impositionem manuũ mearũ. Ex q̃bus Pauli locis duo aduersus Lutherũ colligim⁹. Vnũ, q̃ Timothe⁹ fuerit sacerdos ordinatus à Paulo. Alterũ, q̃ talis ordinatio fuerit facta p authoritatẽ sacerdotij̃, & nõ (ut Lutherus ait) p cõsensum plebis. Et ad Titũ scribens ait, Huius rei grã reliqui te

Luc. 22

Ioã. 20

2. Tim. 4

Titũ. 1.

Cretæ, ut ea q̄ desunt corrigas, & cōstituas p ciuitates p̄sbyteros, sicut & ego dispositui tibi. Si omnes Christiani sunt sacerdotes: nō erat necessariū relinquere Titū Cretæ ad cōstituendos p̄sbyteros p ciuitates. Aduerte etiam qualiter Titus fuerit ordinatus à Paulo, & officiū sacerdotale exercuerit Cretæ ex solo iussu Pauli, & nō ex cōsensu aut cōcessione populi. Sicut & ego (inquit Paulus) dispositui tibi. Deinde in epīa ad Hebræos idē Apostolus ait, Nec quisq̄ sumit sibi honorē, sed qui uocat̄ à deo tanq̄ Aaron. At Aaron nō à plebe fuit uocatus aut institutus sacerdos, sed à deo, neq; à plebe fuit sacerdotiū deriuatū. multo ergo minus erit sacerdotiū euāgelicū à plebe deriuatū: cū hoc sit multo augustius illo. Et in priore epīa ad Corinthios idē apostolus enumerans officia à Christo i ecclesia diuisa, ait, Et quosdā quidē posuit deus in ecclesia, primo Apīos, secūdo ꝓphetas, tertio doctores, deinde uirtutes, ex inde grās curationū, opitulationes, gubernationes, genera linguarū, interpretationes sermonū. Quod si unusquilibet oīa potest (ut ait Lutherus) frustra tot distribuit officia. Ideo merito ibidē subiungit Paulus: Nunq̄d oēs Apli? Nunq̄d oēs ꝓphetæ? Nunq̄d oēs doctores? Nunq̄d oēs uirtutes? Nunq̄d oēs gratiā habent curationū? Nunq̄d oēs linguis loquunt̄? Nunq̄d oēs interpretant̄? Ecce iuxta Pauli sententiā nō oēs doctores, nō oēs ꝓphetæ, nō oēs interpretātur: unde colligitur ut etiam nō oēs sint sacerdotes: p̄sertim quū iuxta Lutherū sacerdotiū nihil aliud sit q̄ potestas cōcionandi. * Deinde ipsa ratio excellentissimi sacrificij q̄d est in ecclesia catholica, cogit ut ad illi? oblationē faciendā aliquis sit destinatus sacerdos q sit a reliquo populo distinctus. Nam & gentiles hoc intellexerunt, q ad oblationē eor? sacrificior? q̄ dīs suis sacrificabant & offerebant, peculiares semper habuerūt sacerdotes à reliquo popu-

Heb. 5.

1. co. 12

*

lo distinctos. Neq; hoc sacerdotij munus omnibus passim cõmissum esse uoluerunt. Cũ ergo ecclesia excellentissimũ oium habeat sacrificiũ, conuincitur inde ut optimũ etiã habeat sacerdotiũ à populo distinctum. Lutherus tamẽ negat missam esse sacrificium, sed de hoc supra in titulo de Missa, disputauimus.) Possem ego hic pro huius rei confirmatione plura sacrorũ doctorũ citare testimonia, sed prudens omitto, eò q̃ sacræ scripturæ testimonia q̃ protulimus, sunt satis aperta. Vnũ tamen solũ citabo Tertullianũ, ut ex eo pateat quã uetusta sit hęc Lutheri hæresis. Nã in libro de prę scriptionibus hæreticorũ, illorũ mores describens, illosq; reprehendens, sic ait, Ordinationes eorum temerariæ, leues, incõstantes. Nunc neophytos collocant, nũc seculo obstrictos, nunc apostatas nr̃os, ut gloria eos obligent, qa ueritate nõ possunt. Nusq; facilius, pficitur q̃ in castris rebelliũ, ubi ipsum esse illic, ꝓmereri est. Itaq; alius hodie eꝑus, cras alius: hodie diacon⁹, q cras lector: hodie p̃sbyter, q cras laicus. Nã & laicis sacerdotalia munera iniungunt. Hæc Tertullianus. Ex cuius uerbis hoc ultimũ est aduertendum, quod reprehendens ait hæreticos iniũgere sacerdotalia munera laicis. Si ergo hic est hęreticorũ mos, hoc debuit Lutherus etiam facere, ut à moribus hęreticorũ parentum suorũ non esset alienus. Aduersus hanc hæresim pugnant ea q̃ supra in titulo de ordinis sacramẽto, & in titulo de mulieribus digessimus. Sunt etiã aduersus eam plurimorũ conciliorũ decreta. Cõciliũ Carthaginense quartũ p̃scribit modũ quo aliquis sit in p̃sbyterũ ordinãdus. At si oẽs Christiani (ut Lutherus ait) sunt sacerdotes, superflua est talis ordinatio. Cõcilium Lateranẽse sub Innocentio tertio celebratum, de sacramento eucharistiæ loquens, ita definit. Et hoc utiq; sacramentũ nemo potest cõficere nisi sacerdos qui rite fuerit ordinatus secundũ claues

Concilij Carthaginense.

Concilij Lateranẽse.

ues eccleſiæ,quas ipſe cõceſſit apoſtolis & eorũ ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus. Hæc cõciliũ Lateranẽſe. Hoc aũt decretũ habeẽ in lib.epiſt.decretaliũ in tit. de ſumma tri.& fide catho.cap.1. Conciliũ Remẽſe cap.2.ſuorũ decretorũ per hęc uerba definit·Peruenit ad notitiam nr̃am,q̃ quidã p̃sbyteri in tantũ parui pendant diuina myſteria,ut laico aut fœminę ſacrũ corpus dñi tradant ad deferendũ infirmis: & qbus prohibetur ne ſacrarium ingrediantur,nec ad altare appropinquent, illis ſancta ſanctorum cõmittunt. Quod q̃ ſit horribile,quãq; deteſtabile, omniũ reli gioſorum animaduertit p̃cellentia. Igitur interdicit per omnia ſynodus,ne talis temeraria p̃ſumptio ul terius fiat,ſed omnimodo p̃sbyter per ſemetipſum infirmũ cõmunicet.quod ſi aliter fecerit,gradus ſui periculo ſubiacebit.Hæc concilium Remenſe.Et hą bentur hæc uerba in uolumine decretorũ de conſec. diſtinct.2.in capitulo peruenit. Quod ideo prę monui,quia illius cõcilĩ decreta nõ habentur in eo uo lumine,in quo ſunt aliorũ conciliorũ decreta congeſta per Iſidorũ. Ex huius autem cõcilĩ uerbis patet nõ ſolum eſſe interdictã fœminis & laicis corporis dominici conſecrationẽ,ſed eiuſdẽ corporis contactũ: & hoc dicit eſſe horribile & deteſtabile,ut fœminæ & laici ſacrum dñi corpus cõtrectent. Quid igitur dicturũ eſſet concilium ſi audiret laicos tentantes idem dñi corpus conſecrando cõficere? Non eſt dubium quin atrociorẽ punitionem in eos exer cuiſſet. Sed iam opus eſt ut uideamus quo argumẽto ſuum confirmet propoſitum Lutherus.Sic enim ait,Omnes ſummus ſacerdotes ſecundum illud Petri,Vos eſtis genus electũ, regale ſacerdotium. Sed alius alio non poteſt magis eſſe ſacerdos, quemadmodũ alius alio nõ poteſt eſſe magis homo: igitur ſacerdotes qui uocanẽ, nihil aliud ſunt q̃ laici quidam ſolo uel conſenſu populi,uel q̃i uocatione nõ

Concilĩ Remẽſe.

1.Pet.2.

abſq; populo delecti ad cõcionandũ: & ordo nihil aliud eſt q̃ merum ſine ſacramento miniſteriũ. Hęc Lutherus. O fortẽ argumentatorẽ. O alterũ Ariſtotelem. Si nihil eſt ſacerdotis officium, quia omnes uocant̃ ſacerdotes: oportebit te eadẽ ratione fateri, ut Chriſtus nihil ſit ſupra quenq̃ eor̃ de quib⁹ di-
Pſ.104 ctum eſt, Nolite tangere Chriſtos meos. Præterea, ſi iuxta Petrũ omnes ſunt ſacerdotes, nõne iuxta eundem omnes etiã ſunt reges? Vos eſtis (inquit) genus electũ, regale ſacerdotium. Nõ qualecunq; ſacerdotium, ſed regale: ut oſtenderet eos eſſe reges, perinde ac ſacerdotes. Et uigintiquatuor ſeniores qui figurã
Apo.5. tenent iuſtor̃, in Apocalypſi Ioannis clamabant dicentes, Feciſti nos deo noſtro regnũ & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram. Si ergo nihil magis eſt ſacerdos rite ordinatus, q̃ quilibet Chriſtianus, qa omnes dicuntur ſacerdotes: oportet etiam ut nihil magis habeat rex q̃ quilibet alius Chriſtianus, qa omnes etiam dicunt̃ reges. Quo fiet ut nemo ſit rex Luthero, ſicut nemo eſt illi ſacerdos. Rurſum ſi propter illa Petri uerba oportet fateri omnes Chriſtianos eſſe ueros ſacerdotes, oportebit etiã dicere oẽs
Exo.19 Iudæos fuiſſe ſacerdotes, cũ in Exodo dictũ ſit à domino, Si audieritis uocẽ meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis. Mea eſt enim omnis terra, & uos eritis mihi in regnũ ſacerdotale, & gens ſancta. Cũ ergo apertiſſime cõſtet nõ omnes Iudæos fuiſſe ſacerdotes, q̃uis fuerint à deo uocati regnũ ſacerdotale, cõuincitur ut etiam nõ oporteat Chriſtianos omnes eſſe ſacerdotes, q̃uis eos Petrus uocauerit regale ſacerdotiũ. Verũm ſupereſt ut nos uerũ illius literæ ſenſum oſtendamus. Iuxta Bedę ſententiam ideò uocati ſunt à Petro omnes Chriſtiani ſacerdotes, qa uniti ſunt Chriſto q̃ eſt rex & ſacerdos. Didymus Alexandrinus in expoſitione quę eius nomine ſuper. 7.

epistolas canonicas fertur, dicit Christianos dici genus electum, regale sacerdotium, quia eorum pater uidelicet Christus est rex, & sacerdos. Nam postq; ostendit Christum esse regē & sacerdotem, hæc uerba subiungit: His itaq; dispensatis necessarium erat dispersos ab eo qui simul rex & sacerdos est, electū esse genus, & regale simul atq; sacerdotale. Patre si quidem eorum utrunq; habente principatum, necesse est eos tanq; ex rege regale, & tanq; ex sacerdote sacerdotale esse genus. Quapropter gens sancta dicuntur, uocati ab eo qui sanctus est, ut sancti sint. Hæc Didymus. Possent huic literæ aliæ dari interpretationes, sed eas omitto, qm̄ expositio Didymi mea sententia reliquas omnes excellit, eò q; est literæ germanior. Aduersus hunc Lutheri errorem scripsere Ioannes Eccius in libro de sacrificio missę in Enchiridio cap. 7. & Iodocus Clichthoueus in suo Antiluthero. Ioannes Mensingus scripsit de ecclesię Christi sacerdotio libros duos. Ioānes Romberch Kirspensis fecit panegyricum de dignitate & officio sacerdotij euangelici.

Secunda de hac re hæresis docet omnes sacerdotes esse pares, nullumq; esse inter illos discrimē. Huius hæresis author fuit Aerius. eandē postea suscitarunt Valdenses, Marsilius Paduanus, Ioānes Wuitcleff. Sed de hoc errore iam supra in titulo de episcopis disputauimus. Illo. n. loco aduersus hos eosdē hæreticos probauimus episcopū esse simplici sacerdote & dignitate & potestate superiorem. Aerius Valdēses. Marsilius Paduanus Ioānes Wuitcleff.

Tertia hæresis asserit sacerdotem amittere consecrandi potestatem si peccatum mortale cōmiserit. Huius hæresis authores (teste Guidone) fuerūt Valdenses, dicentes omnem hominem iustum suæ factionis posse cōsecrare corpus domini, etiam si laicus ille fuerit. Si autem peccatum mortale commisisset, dicebant illum perdidisse illam potestatem. Valdēses.

Primã huius hæresis particulam nunc in principio huius tituli de sacerdotio, expugnauimus. Ibi enim ostendimus nullũ hominem laicum posse sacerdotalia munera exercere. Alterã eiusdem hæresis particulam supra in titulo de potestate ꝓstrauimus. Nã in illo loco conuicimus nullam potestatẽ siue laicã siue ecclesiasticam amitti per letale crimen, ita ut si sit rex, aut imperator, aut episcopus, aut papa, aut sacerdos, in eodẽ statu & dignitate maneat peccato quouis nõ obstante, nisi forte esset crimẽ hæreseos, propter quod iuxta aliquoꝝ catholicoꝝ sententiã amittitur dignitas illa aut potestas ĩ cuius collatione non imprimitur character, cuiusmodi est regnũ, aut imperium, aut papatus. Nec tamen per tale crimen hæreseos amittitur sacerdotalis potestas, quia character q̃ ĩ sacerdotñ collatione ĩprimitur, indelebilis est: quapropter sacerdos semel rite ordinatus q̃lecũq; postea cõmittat crimẽ, semp erit sacerdos.

Quarta hæresis reprehendit sacerdotũ cœlibatũ, dicens sacerdotes nõ debere esse cœlibes. Huius hæ-
Luthe-rus. resis author primus (quod sciam) est Lutherus, qui ecclesiam irridet eò ꝙ cogat sacerdotes abstinere ab uxoribus. Nam qui hunc errorem cõfundunt cum errore Iouiniani, non recte mihi facere uidentẽ, quoniam etli Iouinianus æquauerit nuptias uirginitati, nunc̃ tamen reprehendit eos qui uolebant cœlibes manere, nec reprehendit sacerdotes carẽtes uxoribus, quoniam ipsemet Iouinianus (teste Augustino in libro de hæresibus, cap. 82.) carere uoluit uxore, nõ propter maius meritum in futura uita habendum, sed ut molestñs nuptiarum careret. Vnde patet minime inter Lutherum & Iouinianum conuenire de cœlibatu sacerdotum, quanc̃ de uirginitatis merito inter eos conueniat. Aduersus ergo solũ Lutherũ sunt nobis arma sumẽda. Et primo ut clarius pateat Lutheri temeritas, qui nõ ueretur eccle-

siæ matris suæ in qua per baptismū genitus fuit, de creta & ordinationes floccipendere, ostendamus ue tustissimā huius rei in ecclesia consuetudinē, eamq; nō leuem, sed perpeti decreto firmatā. Pro cuius rei intelligētia admonere oportet q; sacerdotē esse coniugatū, duobus modis intelligi potest. Vno modo, ut is qui prius fuerat matrimonio alligatus, postea consecretur sacerdos, in matrimonio eodē manens. Alio modo, ut prius sacerdos, post susceptum sacerdotiū uxorē ducat. Et certe inter hos duos modos latum est discrimen: qm̄ in primitiua ecclesia obseruatū est, ut qui uxorē duxerat, promoueretur ad sacerdotium, nō tamē requirebatur ab eo qui promouendus erat, ut prius uxorem duxisset. Nā Ioannes euāgelista uirgo fuit, & beatus Paulus iuxta oīum sacrorū doctorū sententiam fuit etiā uirgo: eos tamē constat fuisse sacerdotes & episcopos. Nō erat ergo necessariū ut uxorē duxisset qui consecrandus erat sacerdos, cuius id licuisset. Neq; obstat illud Pauli in priore epistola ad Timoth. Oportet episcopū esse 1.tim.3
unius uxoris uirum: qm̄ illa Pauli uerba sunt p̄ exclusionē accipienda, sic uidelicet, ut p̄ illā sententiā indignus episcopatu intelligatur, qui bigamus fuerit, aut secūdam superduxerit uxorē. Oportet ergo ut is qui ad episcopatū erigendus est, non habuerit ultra unā uxorem. Et ita illum Pauli locū interpretantur Hieronymus, Ambrosius, Theophylactus. Hæc ergo consuetudo iuxta quā matrimonio alligatus promouebatur ad sacerdotium, inualuit usq; ad tempora Nicæni concilij, in quo (ut fertur) generali decreto statutum est ne aliquis uxorem habēs, cōsecretur sacerdos. Quod statutū cū ab aliquibus minime (ut decebat) obseruaretur, Siricius papa, quāparum post p̄dictum Nicænū conciliū ecclesiæ uniuersali p̄fuit, de hac re illos acerbissime reprehēdit. Decretum Nicæni concilij cum nō inueniatur, ideo

hic nō est insertum. multa enim illius cōcilij decreta (teste Isidoro) per incuriā, aut forte Arrianorum malitiam deperdita sunt. Verba Siricij papæ subiungā, qm̄ per illa satis aperte redarguitur petulantissima Lutheranorum libido. Is enim pontifex summus in quadā epla ad Cumerium Tarraconensem episcopum, cap. 7. eiusdē eplæ ita ait, Veniamus nunc ad sacratissimos ordines clericorum quos in uenerandæ religionis iniuriam ita per uestras prouincias calcatos atque confusos charitate tua insinuante reperi-
Hier. 9 mus, ut Hieremiæ nobis dicendū sit uoce, Quis dabit capiti meo aquam, aut oculis meis fontē lachrymarū, & flebo populum hunc die ac nocte? Et infra crimē illorum narrans ait, Plurimos enim sacerdotes Christi atq; leuitas post longa cōsecrationis suę tēpora tam de coniugibus propriis q̄ etiam de turpi coitu sobolē didicimus procreasse, & crimen suum hac p̄sumptione defendere, qa in ueteri testamēto sacerdotibus ac ministris generādi facultas legit attributa. Dicat mihi quisquis ille est sectator libidinū, p̄ceptorq; uitiorum, si estimat q̄ in lege Moysi passim sacris ordinib⁹ à deo nostro laxata sunt frena luxuriæ, cur eos quibus cōmittebant sancta sanctorum, p̄monet dicens, Sācti estote, quia & ego sanctus sum dñs deus uester? Cur etiam procul à suis domibus anno uicis suæ in tēplo habitare iussi sunt sacerdotes? Hac uidelicet ratione, ne uel cū uxorib⁹ possent carnale exercere cōmercium, ut cōscientię integritate fulgētes, acceptabile deo munus offerrent. Quib⁹ expleto deseruitionis suę tēpore, uxoris usus solius successionis causa fuerat relaxatus, qa nō ex alia nisi ex tribu Leui quisq; ad dei ministeriū fuerat p̄ceptus admitti. Vnde & dñs Iesus cum nos suo illustrasset aduentu, in euāgelio protestat, qa legē uenerit adimplere, nō soluere: & ideo ecclesiā cuius spōsus est speciosus forma, castitatis uoluit splendore

radiare,ut ī die iudicij cū rursus aduenerit,sine macula & sine ruga eam possit(sicut p Ap'm instituit) reperire. Quarū sanctionū sacerdotes oēs atq; leuitę insolubili lege constringimur,ut à die ordinationis nr̄æ, sobrietati ac pudicitię & corda nostra mācipemus & corpora, dūmodo p oīa deo nr̄o in his quæ quotidie offerimus sacrificijs placeamus. Huc usq; Siricius papa: qui multa alia de hac re in eadē ep'a differit. Nec tamē p illa uerba uideī nouū condere decretū,ut noua lege sacerdotes obliget ad cęli batum,sed potius eos esse aliàs obligatos declarat. Post hęc tēpora nō reperitur q̄ aliquis matrimonio alligatus impune fuerit institutus sacerdos manēte matrimonij usu. Cæterū quod cōsecratus sacerdos post suam cōsecrationē ducat uxorē,nunc̄ ecclesia permisit, nec aliquando impune factū esse reperiet. Vnde apertissime conuincitur effrenata Lutherano rū audacia,& petulans eor̄ libido, qui non uerenī post sacerdotium receptū noua nuptiarum fœdera inire,cū hoc nunc̄ usitatū fuerit in ecclesia,neq; huius rei uestigium aliquod reperire possint, īmo multis cōciliorum decretis cautū est nequid simile fiat. Nā.27.canon ap'or̄ sic ait, In nuptijs autē q ad clerum prouecti sunt,præcepimus ut si uoluerint uxores accipiant,sed lectores cantoresq; tantummodo. Hæc ibi. Ex quibus uerbis apertissime conuincitur ab ipsis ecclesię primordijs nō licuisse diaconis aut p̄sbyteris post susceptos sacros ordines ducer uxores. Concilium Neocæsariense cap.1. suor̄ decretor̄ per hęc uerba definit,Presbyter si uxorē duxerit,ab ordine illū deponi debere statuimus. Quod si forni catus fuerit,uel adulteriū cōmiserit,extra ecclesiam abijci, & ad pœnitentiā inter laicos redigi oportet. Hęc conciliū Neocæsariense. Et quod maxime hanc sententiam cōfirmat,est,quod Græci,q̄bus mos est coniugatos ad sacerdotiū ꝓmouere, nunc̄ permi- Ephe. Canon ap'or̄ Concilij Neocæsariense.

ſerunt aliquē poſt ſuſceptū ſacerdotiū ducere uxorem. Pro cuius rei probatione duos proferā teſtes. Innocentius papa huius nominis tertius, in capitulo, Cum olim, titulo de clericis coniugatis, talia uerba refert, Orientalis eccleſia uotū cōtinentię nō admiſit, qm̄ orientales in minorib⁹ ordinibus contrahunt, & in ſuperioribus utuntur matrimonio iam cōtracto. Hæc ibi. In quibus uerbis id eſt aduertendū quod ait, orientales in ſuperioribus ordinibus uti matrimonio iam contracto. unde cōuincimus illos poſt ſuſceptos ordines ſacros nō contrahere matrimonia, qm̄ iuxta uulgatam iuriſtarum regulam, caſus exceptus firmat regulam in cōtrarium. Et Gratianus in uolumine decretor̄ diſtinct. 28. cap. Syracuſanæ, prope finē capitis idem refert expreſſius, dicens, Orientalis eccleſia nō ſuſcepit uotū caſtitatis. Hoc tamē indefinēti obſeruatione cuſtodit, ut poſt adeptū ſacerdotiū, defuncta priori uxore, cū qua ſacerdos factus fuerat, ſi alteram duxerit, deponatur. Hęc Gratianus. Ex quibus cōuincitur Lutheranos peiores eſſe Græcis ſchiſmaticis, & eccleſiæ rebellibus, quia Lutherani etſi cū ſacris fuerunt initiati, continentiæ uotū emiſerunt, nō uerentur tamē poſt ſuſceptum ſacerdotium uxores ducere. At Græcis hæc fuit perpetua religio, ut nunq̄ fuerint auſi aliquid ſimile attentare. Ex his ergo omnibus colligere oportet hæc duo. Vnū eſt, quod ab ipſis naſcētis eccleſiæ primordijs nunq̄ licuit alicui poſt ſuſceptum ſacerdotium uxorem ducere. Alterum eſt, q̄ etſi aliquando licuit matrimonio ligatum promoueri ad ſacerdotium, iam modo non licet, qm̄ decretum eſt, ut nullus ad ſacros ordines ſuſcipiatur niſi prius continentiā uouerit. Nā Gratianus in diſtinctione illa. 28. cap. Ecce oſtēſum eſt, citat beati Gregorij decretū ſic dicens, Nullū facere ſubdiaconum p̄ſumant epiſcopi niſi qui ſe caſte uicturū promiſe-

rit: quia nullus ad ministerium altaris accedere debet, nisi cuius castitas ante susceptū ministeriū fuerit approbata. Hæc Gregorius. Neq; hoc decretum ecclesia leuiter & sine causa instituit, imo multis ur gentibus causis ita seruādum esse decreuit. Nam in lege ueteri nullus carnes agni qui in figura corporis & sanguinis Christi imolatus est, comedere permittebatur, nisi renes accinctos haberet. Per illam aūt renum cinctura designabatur libidinis refrenatio, qm̄ dns in euangelio castitatē cōmendans, hoc usus est elogio. Sint lūbi (inquit) uestri p̄cincti. Et in. 1. Reg. lib. legimus q; cū, uenisset Dauid ad Achimelech sacerdotē, non prius panes sanctificatos, etiā fame urgente, recepit, cū; se suosq; mūdos a mulieribus testaretur, & hoc nō solum ab alienis aut cōcubinis, sed etiā ab uxoribus proprijs. Ita enim sentit beatus Hiero. in cōmentarijs sup epist. ad Titū. Ex quo facto sacerdotis Achimelech, idē beatus pater colligit oportere multo magis eū qui sacrū dni corpus sit susceptur us, esse castū & pudicū: qm̄ (ut ille ait) tantū interest inter panes propositionis, & corpus Christi, quātum inter umbrā & corpora, inter imaginē & ueritatem, inter exēplaria futuroꝝ, & ea ipsa quæ per exēplaria p̄figurabantur. Pręterea beatus Paulus in priore ad Corinth. epi. admonet matrimonij uinculo ligatos, ut nō fraudent se inuicem officio cōiugij, nisi forte ad tēpus, ut uacent orationi. Per quæ uerba satis apte innuit oportere eos qui orationi uacant, abstinere ab officio coniugij. Cum ergo ad sacerdotes nouæ legis ptineat quotidie pro se & populo deū orare, cōuincitur aperte iuxta Pauli sententiā, ut quotidie ab ꝓfficio cōiugij abstineāt. Et certe ex hoc Pauli loco colligunt Ambrosius & Hieronymus, oportere sacerdotes esse adeo castos, ut ab omni coitu abstineant. Nā beatus Ambro. in expositione prioris epist. beati Pauli ad Timoth. sic

Exo. 12

Luc. 11

1. re. 21

1. co. 7

ait, Si plebis hominibus orationis causa ad tēpus se abstinere p̄cipit Paulus, ut uacent orationi: quanto magis leuitis ac sacerdotibus, quos die noctuq; pro plebe sibi cōmissa oportet orare? Mundiores ergo debent esse cæteris, quia actores dei sunt. Hæc Ambrosius. Et beatus Hiero. in cōmentarijs super epist. ad Titum, eandē facit collectionē, sic dicēs, Si laicis imperatur ut propter orationē abstineāt se ab uxoris coitu, quid de ipso sentiendū est qui quotidie pro suis populiq; peccatis illibatas deo oblaturus est uictimas? Hæc Hieronym⁹. Ecce iam uides quot sint causæ urgētes ad statuendū decretū de sacerdotum cœlibatu. Magna est ergo Lutheranorū temeritas, qui aduersus tot patrū sententias, contra tot cōciliorū decreta, nō uerentur post uotum cōtinentiæ quod in sacrorū ordinē susceptione emiserūt, matrimonia cōtrahere, aliūsq; ut similiter faciāt p̄suadere.
* Sed opus est ut respōdeam⁹ his quæ nobis obiiciūt Lutherani. Dicunt. n. oportere castitatē, sicut omne aliud opus bonū, esse liberā & non coactā: quia nō placent deo coacta seruitia. At ecclesia (ut illi aiūt) cogit sacerdotes ad castitatē, non facit ergo bene illos cogendo. Respōdeo, Ecclesia neminē cogit ad castitatē, sed ipsemet qui cōsecratur sacerdos seipsum obligat ad castitatis obseruationē. Ecclesia autē neminē cogit ad sacerdotiū susceptionē. Si ecclesia cogeret absolute & sine ulla cōditione aliquē ad sacerdotium, iustā ille haberet querimoniæ occasionem. Cum aūt neminē illa cogat sacerdotiū suscipere, nō est q̄ ob hanc causam quis ecclesiam de tyrannide arguat. Si nō tibi placet cœlebs sacerdotiū, abstine a sacerdotio & noli fieri sacerdos, quod nosti huius modi cōditionē sacerdotiū annexā habere. Sed uolo (inquit Lutheranus quisq;) sacerdos esse & uxorē ducere. Respōdeo, hoc nō esse electionis tuę, aut tui arbitrij, sed solius ecclesiæ quę quos uoluerit potest

ad sacerdotiū promouere si dignos illos inuenerit, & a sacerdotio repellere quos nouerit indignos. Nō facit seipsum homo sacerdotē, sed ecclesia illum per prælatos eōs instituit sacerdotē. Ecclesia aūt non uult aliquē ad sacerdotiū recipere, nisi ille uelit cœlibem uitā perpetuo agere, & cætera habeat quę ad bonū sacerdotē exiguntur. Si placet conditio, oportet ut promissum serues. Si uero ante susceptū ordinem sacrū, hęc nō placet cōditio, aliud tibi placens uitæ institutū elige, & noli ordines sacros quib⁹ est castitas annexa recipere. Secūdo obiiciūt illud Pau li. Melius est nubere q̄ uri, Cum ergo (ut dicūt) oēs a cōcupiscentia urantur, bonū erit nubere ut per nuptias talis carnis adustio tollatur. Respondeo, Non oīs qui a carne tētatur, uritur, sed solū ille qui a carne superatur, alioqui Paulus ipse quū carnis stimulum patiebat, adustus fuisse dicet. Qui a carne uincitur, is aduritur. Et de his qui uoto alligati nō sunt, sed liberā habent sui potestatē, Paulus loquēs dicit q̄ melius est nubere q̄ sic uri, id est, a carne supari. Tertio obiiciunt, Difficillimū esse & impossibile castitatē perpetuo seruare, p̄sertim aliquibus qui uehementer a carne impelluntur, & ardētissimos patiuntur carnis ardores. Propter quod Saluator de his q̄ sexpter regnū cælorū castrauerunt, loquens, dixit. Non oēs capiunt uerbū hoc, qui pōt capere, capiat. mat. 19
Respondeo, difficilē certe rem esse castitatē, sed esse difficilē homini, sibiipsi & suis solis uirib⁹ relicto: non est aūt difficilis illi qui a dei gratia adiuuatur. Omnia (inquit Paulus) possum in eo qui me cōfortat. Phil. 3.
Hanc autē gratiā nemini facienti quod in se est, deus negat: sed omni petenti tribuit. Fidelis est deus (inquit Paulus) qui non patietur uos tentare supra id quod potestis: sed faciet cū tentatione prouentū. 1.co.10
Et ipse Saluator ait. Quæcunq; orantes petitis, accipietis. Si ergo Lutheranus se adeo stimulatū a car- m 1.13

1.co.7.

ne sentit,ut resistere nō possit,petat adiutoriū a deo qui seipsum negare unq; sciuit facienti quod pōt.Si quis indiget sapientia(inquit Iacobus)postulat illā a deo qui dat oībus affluenter. Faciat igitur Lutheranus quod Sapiens de seipso ait.Et ut sciui(inquit ille) qm̄ aliter non possem esse continens, nisi deus det,& hoc ipsum erat sapientię scire cuius esset hoc donum,adꝝ dm̄m & deprecatus sum illū.)Verū hic admonere oportet lectorem ne arbitretur nos ideo inusisse Lutherū & eius sequaces hæreseos nota,q; nos credamus ex diuina institutione esse necessariū cœlibatū ad sacrorū ordinū susceptionē, qm̄ (ut iā proxime docuimus)in primordiꝝs ecclesiæ cōiugatos legimus fuisse sacerdotes. Nam cōiugium non obest ex institutione diuina sacerdotio.Cōcilium si quidē Gangrense cap.4.suoꝝ Decretoꝝ sic definit. Siquis discernit presbyterū coniugatū, tanq; occasione nuptiarū offerre non debeat, & ab eius oblatione ideo se abstineat,anathema sit. Hæc cōcilium Gangrense. Ex cuius decreto apertissime cōstat nō esse ex lege diuina necessarium cœlibatū ad sacrorū ordinum susceptionē. Neq; nos ob hāc causam Lutherū & eius sequaces notauimus, sed ideo illos de hæresi accusamus,quia cōtra ecclesiæ statutū de sacerdotum cōtinentia, illi docent sacerdotes ut matrimonia cōtrahant,& ad sic faciendū alliciunt,irridentq; ecclesiam eò q; tale statuerit decretū,dicūtq; illā in sic statuendo errasse. Ob quā causam omnis qui recte(ut decet) de ecclesię firmitate & certitudine senserit,censebit merito illos fuisse de hæresi notatos.De hac re aliq; infra adhuc dicemus,quoniā ea de quibus in titulo de uirginitate, & in titulo de uotis differemus,nonnihil ad hoc negociū spectare uidentur.Sunt enim illa huic materiæ ualde uicina.

Sap.8.

Concilii Gangrense.

Quinta hæresis docet infimū quēq; sacerdotem posse in absentia episcopi exercere munus episcopa

Arma canus.

le. Huius hęresis author est Richardus Armacanus Hibernicus, qui in lib. 6. de quæstionibus Armenorum, cap. 6. dicit minores sacerdotes in absentia epi exercere posse officia sacramẽtalia, qualia sunt cõsecrationes altariũ, olei uel chrismatis benedictio, ordinum collatio &c. *Hic Armacanus floruit anno dñi. M. cccl x. sub Carolo. 4. imperatore, & Innocẽtio. 6. summo pontifice. * Eundẽ errorem tutatus est Ioãnes Vuitcleff. Aduersus hunc errorẽ sępe iam disputauimus. Nam in tit. de cõfirmatione, probauimus illud sacramentũ a solis episcopis posse cõferri, & non ab aliquo minore sacerdote. In tit. de episcopis, cõuicimus tum ex sacris literis, tum ex cõciliorũ definitionibus, episcopos esse & dignitate & potestate alijs sacerdotibus superiores. At si minores sacerdotes possent oia quæ episcopi faciunt, & ipsi facere, essent procul dubio illi episcopis pares, neq; esset inter eos ullum discrimen. Sed qm̃ in illis locis nihil de ordinũ collatione disputauimus, pro illius rei definitione solum proferã quoddã decretũ concilij secũdi Hispalensis. Nam quinto capite Decretor; præfati concilij, hæc quę sequuntur habẽtur uerba. Quinto iudicio ad agnitionem nostri examinis, Agabrensis diaconi relatu deductũ est de quibusdam ipsius ecclesię clericis, quor; dum unus ad presbyteri, duo ad leuitarũ ministeriũ sacrarentur, episcopus eor; oculor; dolore detentus fertur manũ suam super hos tantũ posuisse, & presbyter quidã contra ecclesiasticũ ordinem benedictionẽ dedisse, qui licet propter tantã præsumptionis audaciã poterat accusatus præsenti iudicio dãnari, si adhuc in corpore positus, non fuisset mortis uocatione præuentus, sed quia iã ille examini diuino relictus, humano iudicio accusari nõ potest, hi qui supersunt, & ab eo non cõsecrationis titulũ, sed ignominię elogium perceperunt, ne sibi licentiã talis usurpatio sa

Ioãnes Vuitcleff.

Concilũ Hispalẽse

ciat, decreuimus ut à gradu sacerdotalis uel leuitici ordinis quẽ puerse adepti sunt, depositi, æquo iudicio abiiciantur. tales enim merito iudicati sunt remouendi, quia praue inuenti sunt cõstituti. Hæc cõcilium Hispalense. Ecce de ordinũ collatione cõcilij definitionẽ, per quã decernitur eos non esse ordinatos quibus episcopus manus imposuit, qm benedictionẽ non ab episcopo sed a presbytero receperũt. Post tanti ergo concilij definitionẽ iniustũ esset nos amplius de hac re disputare. Quod si forte lector curiosus plura de hac re nosse cupit, legat Thomam Vualden in libro de sacramẽtalibus, titu. 7. qm illo lõco præfatus author satis copiose de hac re disputat aduersus Armacanũ & Ioãnem Vuitclefum.

SACRAMENTA.

ILle antiquus humani generis hostis, inuidiã humanæ gloriæ semel conceptã nunq; depofuit, & ita quęcũq; potest semper homini nocere satagit, & illũ a cõsecutione æternæ beatitudinis impedire nititur. Quapropter perspiciẽs dæmon quãtum adiutorium præbeant hominibus sacramenta quę deus illis reliquit ad cõsecutionẽ uitæ æternæ, omni qua potuit uia tẽtauit homines ab illorũ perceptione & usu abducere. Vt aũt hoc melius faceret, quosdam hęreticos decepit, quos tanq; suæ militiæ principes instituens, per eos manus alios quos posset subuerteret catholicos & fideles. Fuerunt enim plures hęretici qui sacramẽta ecclesiæ omnia negarent, ut Cathari, non inquã illi Cathari qui alio nõe uocantur Nouatiani, sed alij multo illis recẽtiores, de quibus iam aliàs diximus. Alij fuerunt hæretici qui etsi ali qua admittant sacramenta, plura tamẽ alia negant, prout iam ostẽdimus cum de unoquoq; sacramẽto in propriis eorũ titulis disseruimus. Alij rursum aliqua sacramenta admittẽtes negant aliquod eorum conferre gratiã suscipienti, quantũlibet ad illius su-

Catha-ri.

sceptionē præparet animā suam. Huius erroris authores sunt Armeni. Istoꝝ errorem tandiu ab eccle sia explosum recepit tutandū Martinus Lutherus, qui talia de sacramentis uerba profert·Hęretica est, sed usitata sententia,sacramēta nouæ legis dare gratiam illis qui non ponunt obicem. Hæc Lutherus. Quapropter uidetur mihi esse Lutherus tanꝯ alter Nabuzardā princeps militiæ Nabuchodonosor regis Babylonis,qui muros Hierusalē in circuitu destruxit, & succēdit domum dñi,& sustulit oia uasa aurea & argētea & ærea, in quibus ministrabant sacerdotes in tēplo dño. Quid aliud sunt sacramenta, & aliæ eccleſię cęremonię,ꝯ uasa quædā in quibus deo in hac uita ministratur? Vasa inquā aurea & argentea sunt sacramēta: reliquæ aūt oēs eccleſiasticæ cęremoniæ uasa sunt ærea. Quæ oia cum Lutherus ab eccleſia auferre conatur, aperte demōstrat se esse alterum Nabuzardā,unum uidelicet ex principibꝰ diabolicæ militiæ. Aduersus hanc pestiferā hęresim, etsi de quolibet sacramento sigillatim disputatū sit, tñ hoc impræsentiarū agendum est,ut ostendamus breuissime de omnibus sacramētis in genere,ea fore pro sacramentis habenda quę sancta mater eccleſia uelut alia recipit & tuetur. Nam ꝙ eccleſia non potest errare ex dei adiutorio illi assistente, præsertim in illis in quibus oportet non errare,iam aliās sæpe ostendimus. Et ex hoc collegimus eccleſiam habere facultatem discernēdi diuinas scripturas ab humanis,uerūꝯ earū sensum a falso, deo illā quotidie illustrāte,ne uidelicet erret in his,in quibus error fuisset periculosus. At nullibi periculosior fuisset iactura,ꝙ si falsa pro ueris sacramenta,& traditiones hominum, imo figmēta diaboli pro traditionibus dei eccleſia recepisset, quoniā tunc spem suā eccleſia in fictis ac uanis corporaliū rerum signis,prout magi faciunt,tanꝯ in Christi sacramentis collocasset. Si

Arme ni. Luthe rus.

4. Re. 26.

ergo ecclesia hãc habet a deo collatam potestatẽ, ut uerba dei a uerbis hominum discernat, necessarium est etiã fateri illam etiã hanc habere potestatẽ a deo similiter illi collatam, ut traditiones dei discernat a traditionibus hominũ. Nam aliàs utrobiq; posset pari ratione uitandus error oriri. Christus enim suę ecclesiæ usq; ad cõsummationẽ seculi assistens, non solum hoc agit ut ecclesia hoc aut illo modo nõ erret, sed ne erret ullo. At nullibi maiore cum iniuria Christi posset errare, cũ si fiduciam in illo ponẽdam solo, ponat in signis nulla prorsus fultis gratia, sed omni bono fidei uacuis atq; inanibus, qm̃ id notissima esset idololatria, quã deus supra oĩa alia uitia abominatur. Colligitur ergo ecclesiam non posse errare in suscipiendis sacramẽtis fidei, non inquã magis quàm in suscipiendis scripturis diuinis, in quibus discernendis eam nõ posse errare iam aliàs ostẽdimus. Quapropter merito decretũ est ut quisquis aliter senserit de sacramentis ecclesiæ quàm sancta Romana ecclesia sentit, hæreticus reputetur. Aduersus hanc hæresim strenue pugnat illustrissimus rex Angliæ uno integro libello quem pro assertione sacramentorum ecclesiæ edidit.

Secundus de hac re error est qui negat in aliquo sacramento imprimi characterem. Et huius erroris Luthe rus. author est etiã Lutherus. Verùm de hoc errore iam satis (ut existimo) supra disputauimus in tit. ce charactere. Non est ergo iustum ut iterum hunc errorẽ in contentionem reuocemus.

SANCTI.

NIhil est quod intẽtatum reliquerit aduersarius noster diabolus, ut nos a uitæ æternæ consecutione impediret. Nam quicqd nos ad illam beatã uitam capessendã iuuare potest, a nobis auferre conatur. Qui enim a sacramentor̃ perceptione hominũ mentes auocare nitebatur, idem etiã a uenerationẽ

sanctor̃

sanctorꝝ homines reuocare molitus est, quoniã uidelicet scit nos plurimum illorũ orationibꝰ iuuari. ideo quosdam misit qui in spiritu erroris loquẽtes mẽdacium, dicerent sanctos nõ esse ab hominibus honorandos, neq; oportere illos orare, ut uel sic homines hic uiuẽtes sanctorꝝ qui in cælis sunt defraudarent auxilijs. Huius pestiferę hęreseos author primus (quod sciam) fuit Eustachius quidam, propter hunc errorem & multos alios in cõcilio Gangrensi dãnatus. Eustachius. Post hunc in eodẽ errore successit Vigilantius Gallus Barchinonensis ecclesiæ presbyter, aduersus quẽ beatus Hieronymꝰ bis de hac re scripsit. Vigilãtius. Eundem errorẽ post multos annos tutati sunt Valdenses, qui omnium sanctorũ festiuitates ab ecclesia auferre conati sunt. Valdẽses. Ioã. Vuitcleff cũ semper pro Valdẽsium secta pugnauerit, noluit in hac parte ab illis deficere, ut semper sui similis esset. De Io. Huss non est opus dicere, cum hic in uerba Vuitcleff magis q̃ in uerba Christi iurasse uideatur. Bohemi uero captiuantes intellectus suos in obsequiũ Ioãnis Huss, hunc inter alios tutantur errores. Martinus Lutherus hodie in eadem dãnatione persistit. Ioan. Oecolampadius in expositione quã edidit sup Esa. prophetã, hunc errorẽ sæpissime inculcat. Sanctos esse honorãdos aperte docet propheta regius dicẽs, Mihi aũt nimis honorati sunt amici tui deus. Amicos dei uocat Apostolos & reliquos sanctos, q deũ syncero quodã amore diligunt. Nam ipsemet Christus promisit illis ut post hanc transactã uitam in suã reciperet amicitiã, dicens, Iam non dicã uos seruos, sed amicos. Qui ergo a Dauid honorati esse phibentur, non est dignũ ut a nobis sine ullo honore relinquantur. Præterea ipsamet ueritas apud Ioãnẽ ait, Si quis mihi ministrauerit, honorificauit eũ pater meus qui in cælis est. Quid ergo insipientes hęretici garriunt? Nunquid iustũ est ut quos deus pater Ioãnes Vuitcleff. Ioãnes Huss. Bohemi. Luther⁹: Oecolãpa. Psal. 8. Ioã. 12. Ibidẽ.

honorat in cælis, nos dedignemur honorare? Præsertim cũ honor exhibitus sanctis, exhibeatur deo qui
Psa.67 glorificatur in honore sanctorũ. Glorioſus est enim
Ec.44 deus in sanctis suis, ait propheta regi? Rursum ad honorãdos sanctos hortatur nos Ecclesiasticus dicens, Laudemus uiros glorioſos, & parẽtes nostros in generatione sua. Et postẽ aliquas laudes patrũ ueteris testamẽti protulerat, statim subdit, Oẽs isti in generationibus gentis suæ gloriã adepti sunt, & in diebus suis habent in laudibus. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomẽ narrãdi laudes eorũ. Si ergo licet eos laudare, licebit etiã eos honorare, qm̃ laus quędã honoris species est. Nam per uerba laudatoria testamur quã habeamus de illo quẽ laudamus, existimationẽ, quemadmodũ per genuflexiones, & capitis denudationes testamur eam quã habemus ad alium uenerationẽ. Accedit ad hęc ipsius uniuersalis ecclesiæ authoritas, quæ dies festos in uenerationem sanctorũ quotãnis celebrat, & a toto populo Christiano celebrari præcipit. Et ultra hoc præceptum quod forte recẽs est quo ad plurimos dies festos, est uetusta nimis, & sine initi memoria, semp obseruata cõsuetudo, ut in uenerationẽ sanctorũ ali qui semper fuerint dies festi celebrati. Nã hoc ipsum testantur sermones antiquorũ ecclesię doctorũ quos in celebritatibus sanctorũ, & in illorũ laudẽ coram populo faciebant. Extant sermones Ambrosii, multo plures Augustini, quos in festiuitatibus sanctorũ coram populo prædicarũt, ut eundem populũ allicerent ad sanctorũ, & imitationẽ, & uenerationẽ. At si sancti nõ essent uenerandi, ecclesia illorũ festiuitates esse celebrandas nunq̃ præcepisset, nec deus ecclesiam suam, cui semper usq̃ ad cõsummationem seculi assistit, tãdiu errare permisisset. Ostenso ergo qualiter sacris literis cõsona sit sanctorũ ueneratio, superest ut ostẽdamus licitũ esse, ne dicã meritoriũ,

sanctos orare. Nam hoc etiam hæretici negãt, quasi diuinæ clementiæ derogent, & qui Christo ministra uerit, hoc honore dignus habeaẽ, ut pro alijs interce dat. Abrahã orat pro Abimelech qui Sarram illius uxorẽ acceperat, & exaudita est oratio Abrahã. Et in libro Iob legimus: Voca si est qui tibi respõdeat, & ad aliquẽ sanctorũ conuertere. Quæ quidẽ uerba quãuis illa Eliphat Themanites ad Iob dixerit, nõ tñ ea Iob reprehẽdit, sed cõsilium eius uelut sanũ libenter suscipit, cum tamẽ aliàs illum de male ab eo dictis reprehẽderit. Ad eundẽ modum Heliu dixit, Si fuerit pro eo angelus loquens unus de millibus, & annunciet hominis æquitatem, miserebitur eius deus, & dicet, Libera eum, ut non descendat in corruptionem. Inueni in quo ei propitier. Et in eodem libro post descriptam omnem disputationẽ quam Iob habuit cum amicis suis, in qua illi amici deum offenderant, statim ponitur præceptum dei quo iussit illos ire ad ipsum Iob, ut rogarent illum quatenus pro eis ad deum orare uellet. Quod cum illi (ut dominus præceperat) fecissent, Iob pro illis orans exauditus est. Et Centurio qui puerum habebat paralyticum, seniores Iudæorũ misit ad Christum ut pro salute pueri deprecarentur, eò quòd se indignũ putauit qui hoc impetrare posset a Christo. Cur nõ etiam nos de nostris meritis diffidentes, ad sanctos recurremus, ut ipsi pro nobis deum orent, quò facilius nostras petitiones obtineamus? Sed quoniã hæc & alia sunt plurima testimonia sacræ scripturæ, quibus conuincitur iustos uiros pro alijs deum orantes ab eo exaudiri, ad hoc asylum cõfugere hæretici, ut dicant licere nobis recurrere ad sanctos uiros dum hic uiuunt, & illos pro nobis hic orantes exaudiri, non autẽ cum iam ex hac uita decesserint. Sic enim docet Oecolampadius in cõmentarijs super Esaiam. hoc etiam olim teste Hieronymo dixit

Ge.20.

Iob.5.

Iob.33.

Iob.42

Luc.7

Vigilãtius. Quapropter audiamus quid de illo Hieronymus referat. Sic enim in quodã libro aduersus Vigilãtium ait, Dicis in libello tuo, q̃ dũ uiuimus,
Apo.6 mutuò orare possumus: postq̃ autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio, præsertim cum martyres ultionẽ sui sanguinis obsecrãtes impetrare nequiuerunt. Si apostoli & martyres adhuc in corpore cõstituti possunt orare pro cæteris, quãdo de se adhuc debent esse soliciti, quãto magis post uictorias, coronas, & triumphos? Vnus homo
Exo.32 Moyses sexcentis millibus armatorũ impetrat a do
nũ .7 mino ueniã. Et Stephanus imitator dñi sui, & primus martyr in Christo, persecutoribus ueniã deprecatur. Et postq̃ cum dño esse cœperint, minus uale bũt? Paulus Apostolus ducẽtas septuagintasex sibi dicit in naui animas cõdonatas. Et postquã resolutus esse cœperit cũ Christo, tunc ora clausurus est, & pro ñs qui in toto orbe ad suum euangeliũ credi derũt, mutire nõ poterit? melior q̃ Vigilãtius canis
Eccl.1 uiuens, q̃ ille leo mortuus? Recte hoc de ecclesiaste proponeres, si Paulũ in spiritu mortuum cõfiterer. Hucusq̃ Hieronymus. Sed præter hæc quæ Hiero. obñcit, sunt alia scripturæ sacræ testimonia multo apertiora ad conuincendũ, sanctos qui iam uita de-
Ge.48 functi sunt, pro nobis orantes exaudiri. Iacob enim propinquus morti, cũ benediceret filiũ suũ Ioseph, ait: Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abrahã & Isaac, deus qui pascit me ab adolescentia mea usq̃ in præsentẽ diem, Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis, & inuocetur sup eos nomen meũ, noía quoq̃ patrũ meorũ, Abrahã & Isaac: & crescant in multitudinẽ sup terram. In quibus uerbis illud est aduertendum, q̃ Iacob præcipit, inuocari sup filios Ioseph nomina patrum iam defunctorũ: quoniam etsi mortui sint corpore, & mundo, uiuunt tamen coram deo. Nam ut

ueritas in euangelio ait, Non est deus mortuorū, sed uiuorum. Omnes enim uiuunt ei. Præterea Moyses pro peccato populi deum orans sic ait, Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abrahā, Isaac, & Israel seruorū tuorum &c. Sequitur infra. Placatusq; est dñs ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populū suum. Ecce uides Moysem orantē deum per merita patrum, uidelicet Abraam, Isaac, & Iacob. Si ergo Moysi licet offerre merita patrum, quare ipsimet patres nō melius offerre poterunt suae? Si dicas illos iam recepisse præmium bonorū quæ hic egerunt, nec posse amplius mereri, fateor: uerùm nos nō dicimus sanctos orātes exaudiri ad cumulum meritorū suorum, sed hoc dicimus eos meruisse in uita, ut orantes pro nobis in patria exaudirentur. Quapropter cum exaudiuntur, potius cedit illis in præmium meritorū præcedentium, q̄ in nouū meritum. Et si eos esse extra tempus merendi est sufficiens causa ut non possint pro nobis orantes, nobis prodesse, etiam erit sufficiens causa ut illorū merita prodesse non possint, cū Moyses illa pro populo orans deo offerebat. Et si merita illorū prodesse potuerunt cum Moyses illa offerebat deo, multo magis prodesse poterunt si illi offerant eadem deo. Eodem modo etiā orabat Azarias positus in fornace accensa igni, Nę, quæ sumus (inquit) tradas nos in perpetuū propter nomē tuū, & ne dissipes testamentū tuum, neq; auferas misericordiā tuā a nobis propter Abrahā dilectū tuum, & Isaac seruū tuū, & Israel sanctū tuū, quibus locutus es pollicens q̄ multiplicares semē eorū sicut stellas cæli, & sicut arenā quæ est in littore maris. Sic autē orans exauditus est, q̄m liberatus est cū socijs suis de fornace ardenti. Si merita sanctorū iam defunctorum nihil prodesse possunt post eorū mortē, frustra Azarias deum orans merita illorū patrū obtulisset

Exo. 32

mat. 22

Dan. 3.

deo. At cum non frustra orauerit, sed exauditus fuerit, conuincitur merita sanctorum defunctorũ nobis post eorum mortem posse prodesse, quoniam hoc uiuentes meruerunt, ut post mortẽ suam nobis
Zac.1. prodesse possent. Rursum, apud Zachariã prophetã angelus dei orat deũ pro populo Iudaico in captiuitate posito, dicens, Domine exercituũ usquequo tu non misereberis Hierusalẽ, & urbium Iuda quibus iratus es? Iste iã septuagesimus annus est. Quibus uerbis angelus orat deũ pro redẽptione populi
Hic.29 Iudaici, ducens in recordationẽ Hieremiæ prophetę oraculum quo ex præcepto dei prædixerat post septuaginta annos in suam patriã & libertatẽ populum Iudaicũ fore reducendũ. * Ex hoc loco Zachariæ prophetæ cõuincitur istoꝝ hæreticoꝝ impudentia, qui dicunt sanctos qui sunt in cælo nõ esse a nobis inuocandos, quia ipsi iam non possunt deũ pro nobis orare. Ideoq; dicunt inanẽ esse talem inuocationem sanctoꝝ, quæ ad nihilum ualitura est. Istoꝝ tamen sententiã damnat Zacharias propheta, cum ait angelum dñi iam beatũ, orasse deum pro populo Iudaico in captiuitate detento, ut illũ deus a captiuitate illa eriperet. Deinde, Onias summus sacerdos Iudæorũ post mortem suam apparuit Iudæ
2. Macha.15. Machabæo manus suas extendens, & orans pro oĩ populo Iudæorũ. In qua uisione alius similiter apparuit eidem Oniæ socius, de quo ad Iudã Machabæum Onias ait, Hic est fratrum amator, & populi Israel. Hic est qui multum orat pro populo, & uniuersa sancta ciuitate, Hieremias propheta dñi. Si ergo sancti in limbo extra statũ meriti, & non adhuc deo fruentes pro suis orabant, quanto libentius id facient cum iam deo fruentur, præsertim q; pro alio
2.co.13 deum orare est opus charitatis? Cum ergo charitas, iuxta beati Pauli sententiã, non excidat, imo perficiatur in patria, cõuincitur ut ibidẽ pro nobis mul

to feruentius orent q̄ fecerūt dum hic uiuerent, aut cū ī limbo fuerunt. * Sed hoc teſtimonium ex libro Machabæorū Lutherani contemnunt, propterea q̄ librum illū dicunt non pertinere ad canonē librorū ſacræ ſcripturæ, ſed eſſe mera ſomnia hominis nullam habentis authoritatē. Hoc tamen falſiſſimum eſſe, ſupra libro primo oſtēdimus, ubi probauimus libros Machabęorū eſſe uere canonicos & ſacros. Deinde beatus Ioānes in Apocalypſi uidit quatuor animalia & uigintiquatuor ſeniores qui ceciderunt corā agno, habenees ſinguli citharas & phialas aureas plenas odoramentorū, quæ ſunt orationes ſanctorum. Et in eadē Apocalypſi iterū uidit angelum ſtantē ante altare, habentem thuribulū aureum, & data ſunt illi incenſa multa, ut daret de orationibus ſanctorū omnium ſuper altare aureū, quod eſt ante thronum dei. Et aſcendit fumus incenſorū de orationibus ſanctorū, de manu angeli coram deo. Cum autē ex doctrina Saluatoris homines ſancti in gloria ſint æquales angelis dei: cōuincitur, ut ſi angeli pro nobis orant in patria, etiā homines ſancti pro nobis orare poſſint, & exaudiri. * Denicq̄ diues epulo in tormentis poſitus, orauit pro fratribus ſuis in hac uita exiſtentibus multo ergo magis credēdum eſt, ſanctorū animas in cælo poſitas quæ ardentiori erga proximos flagrant charitate, orare deū pro ſalute fratrū in hoc ſeculo manentium. Nam ſi diues ille qui dū uiueret, nullā ſalutis fratrū curā habuit, pro ſalute illorū mortuꝰ intercedit, multo iuſtius eſt credere ſanctos qui dum uiuerent pro hoībus orabant, hoc ipſum poſt mortē quādo iam dei uiſione fruuntur ferueniius facturos. Vereantur ergo hęretici contra tot ſacræ ſcripturæ teſtimonia, ſanctorū glorię & honori detrahere, & illorū ſuffragijs uiuos hoīes defraudare. Poſſem etiā ad huius rei cōfirmationem plura ſacrorū doctorū teſtimonia citare, quę

* Apo. 5
Apo. 7
Lu. 16
*

prudens omitto, ne metas breuitatis promissę excedam. Quod si curiosus lector ea uidere desiderat, assignabo ei loca unde illa petere possit. Bernardus sermone. 66. super Cant. reprehendit quosdã sui tẽporis hæreticos, qui negabant sanctos esse orãdos. Beda in homilia super euangeliũ Matth. de muliere Chananea. Damascẽ. lib. 4. de fide orthodoxa. cap. 16. Augu. super Ioãnem tractatu. 84. & super Psal. 120. Cyrillus lib. 6. aduersus Iulianũ apostatã. Hierony. in libro cõtra Vigilantiũ, Cyprianus ad Corneliũ papã scribẽs petit, ut si quis eorũ prior decesserit, pro fratribus & sororibus nostris deũ oret: & est hęc epistola oĩum prima. Dionysius Areopagita cap. 7. Ecclesiasticæ hierarchiæ. Post tot apertissima & efficacissima testimonia extãt plurima cõciliorũ decreta quæ de hac re definiunt. Concilĩ Gangrẽse cap. 20. suorũ decretorũ in hunc modum ait, Si quis per superbiã tanq; perfectũ se existimans, cõuentus qui per loca & basilicas sanctorũ martyrũ fiunt, uel accusauerit, uel etiã oblationes quæ ibidẽ celebrantur, spernendas esse crediderit, memoriasq; sanctorũ cõtemnendas, anathema sit. Hæc ibi. Sunt etiã alia plurima cõcilia quæ præcipiunt litanias, hoc est rogationes sanctorũ quotãnis solẽniter in ecclesia fieri, in quibus ad oẽs sanctos orationes & preces emittuntur ut deũ pro populo orent. Nam cõcilium Aurelianense cap. 23. suorum Decretorũ sic ait, Rogationes, id est litanias, ante ascensionem domini placuit celebrari, ita ut præmissum triduanũ ieiunium in dominicę passionis solẽnitate soluatur: per quod triduum serui & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs uniuersa cõueniat: quo triduo omnes abstineãt, & quadragesimalibus cibis utãtur. Hæc concilium. Litanias etiam fieri præcipit concilium Gerundense cap. 3. Cõcilium Toletanum quintum cap. 1. & cõcilium Toletanum sextum cap. secũdo.

Concilĩ Gãgrense.

Concilĩ Aurelianẽse.

Concilĩ Gerũdẽse.

Concilĩ Toletanũ.

Concilium Braccharense secundū cap. 9. Verum hę rogationes quæ ab his tribus ultimis conciliis celebrari mandantur, aliæ sunt ab illis quas celebrari p̄cepit concilium Aurelianēse: qm̄ illæ in uere ante ascensionē dñi fieri mandantur, hæ autē in mēse decembri celebrari p̄cipiuntur. De hoc tamē inter omnia illa cōcilia conuenit, qm̄ omnia illa concilia decernunt & mandant ut aliquo tempore rogationes solēnes celebrentur. At si sancti non essent orandi, nunc̄ concilia p̄cepissent tales litanias celebrari. Si enim ipsi nō audiunt orationes nostras, aut orātes pro nobis nunc̄ exaudiuntur, frustra illos orare p̄cipimur. Veneremur ergo sanctos quos pater cælestis sic honorificauit, ut amicitia sua dignos iudicauerit. In nostris necessitatibus ad eos cōfugiamus, eos orātes, ut pro nobis ad deum intercessores esse uelint. Nec tamen hac fiducia illos orare debemus, ut in illis omnē nostram spem collocemus, tanquā illi potentes sint ad p̄standum ea quę cupimus, qm̄ hoc modo solum deum orare debemus, & i illo solo puppim (ut dicitur) & prorā constituere. Sed hoc solum à sanctis petere & sperare debemus, ut ipsi uelint à Deo petere id quod nos assequi optamus. Hoc enim aperte innuit diuinus Psaltes, dicens, Leuaui oculos meos in mōtes, unde ueniet auxilium mihi? Et ne quis deciperetur credens q̄ ipsi mōtes, hoc est sancti, essent auxilium daturi, statim subiunxit, Auxilium meum à dño, qui fecit cælum & terram. Quæ uerba exponens beatus Augustinus super psalmos ait, Noli putare quia ipsi montes tibi dabunt auxilium. Accipiunt enim quod dent: non de suo dant. Hæc ille. Propter hoc ecclesia à spiritu sancto edocta, in litanijs siue rogationibus quas celebrat, alio modo orat deum, & alio modo orat sanctos. Nam Deum orans sic ait, Pater de cælis deus, miserere nobis. Fili redemptor mundi deus, misere-

Concilium Bracharense

Psa. 120

re nobis. Cum autem aliquem sanctorum orat, nō dicit illi, miserere nobis: sed ait, Ora ꝓ nobis. Itaq; ecclesia orans, à deo petit misericordiam, à sanctis autem intercessionem. Argumenta quibus se hæretici tuentur, qm̄ ridicula sunt, & nullius roboris, breuitati studens omisi, p̄sertim q̄ ex ijs quę diximus, facillime reijci possunt. Aduersus hanc hæresim disputat Iodocus Clichthoueus uno integro libro quē inscripsit de ueneratione sanctorꝝ. Thomas de Vio Caietanus Cardinalis paruū quoddā opusculum de hac re edidit. Albertus Pighius campensis hanc rem perdocte tractat, in libro cōtrouersiarum ratisponę habitarum, controuersia tertiadecima.

SATISFACTIO.

Lutherus. VNus ex pestilentissimis Lutheri erroribus est, quo docet non esse opus peccatori ulla satisfactione pro peccatis perpetratis, qm̄ (ut ille ait) dimissa culpa, omnis etiam pœna q̄ culpę debebatur, dimissa manet. Sed cōtra hunc errorem iam satis supra disputauimus in titulo de pœnitentia. Illo enim loco ostendimus ex sacris literis, post dimissam à Deo culpam oportere peccatorem pro illa aliquā, aut in hoc mundo, aut in purgatorio pati pœnam. Et ita non est opus ut iterū de hac re disputemus.

SCRIPTVRA SACRA.

OMnibus ferè hęreticis hoc unum fuit cōmune, sacris uidelicet scripturis detrahere. Nam eas sæpissime aliter q̄ decet, pro libito interpretantur. Et si forte cōtra aliquam eorum assertionem locus aliquis afferatur tam patens, ut interpretationibus eorum quantūlibet tenebrosis minime ualeat eius claritas offuscari, statim librū illum ex canone scripturæ sacræ reijcere conantur, dicentes librū illum indignum esse qui in catalogo sacrorum librorum
Can. 4 connumeretur. Nam cum scriptura sacra sit mystica quædam turris Dauid, ex qua omnis armatura

fortium & catholicorum uirorum pendet, ideo hæretici conantur scripturas sacras minuere, ne arma habeamus quibus eorum insanas doctrinas pfternere ualeamus. Ideo ab aliquib⁹ unus liber, ab aliis alius reiicitur, prout cuiq; expediens uidetur, & suę assertioni talis libri doctrina repugnat. Hoc tamen loco non est opus aduersus singulas eorum hæreses disputare. Nam cum supra libro primo cap. 2. iam ostenderimus sacroꝝ librorꝝ catalogum, satis nunc erit solum narrare eas hæreses, quæ ex canone librorum ab ecclesia recepto aliquos reiiciunt libros uelut apocryphos, & nullius auctoritatis.

Prima ergo hæresis est, quę totum uetus testamẽtũ reiicit. Huius hæresis primus author extitit Carpocrates, à quo Carpocratiani siue Carpocratitę hæretici dicti sunt. Post hũc Carpocratem successit in eodem errore Cerdon, tempore Iginij papæ & martyris, qui nonus à beato Petro totius ecclesiæ summus põtifex fuit. Hoc enim tribuit Cerdoni Augustinus in libro de hæresibus, cap. 21. Post Cerdonem hanc eandem tutatus est hæresim Seuerus, à quo Seueriani dicti sunt. Hoc enim de Seuero refert Augustinus in eodem libro de hæresibus, cap. 24. Eandem hæresim post aliquot annorum curricula suscitauit Manichæus, sub quo magis innotuit: qua de causa factum est ut à multis credatur Manichæum fuisse primum huius hæresis authorẽ. Constat tamen Manichæum fuisse ferè ducentis annis posteriorẽ Cerdone. Post Manichæum eandem amplexati sunt hæresim Albanenses. Nã Guido Carmelita in sua summa de hæresibus, Albanensium errores enumerans, hunc inter alios sexto loco collocat. Hi omnes hæretici cõuenerunt in unũ aduersus testamentũ uetus, illi exprobrãtes, ꝙ à malo principio factum fuerit: quapropter malum esse etiã illud dicebant. Aduersus hanc hæresim iam supra disputauimus in titulo

Carpocratæs.

Cerdõ.

Seuer⁹.

Manichæi.

Albanẽses.

de lege,hæresi secunda. illo enim loco p testimonia sumpta ex nouo testamēto probauimus legem esse bonam,& à bono principio procedentē. Et in titulo de Deo,hæresi prima,probauimus ex sacris literis unum tantum esse Deum, qui sit omnium rerū principium. Non est ergo opus ut amplius aduersus hanc hæresim disputemus.

Secunda hæresis nō recipit libros Machabæorū. Huius erroris author est Lutherus, dicens libros illos nō esse canonicos, nec dignos qui sacris libris annumerentur. Hoc autē ideo facit Lutherus, quia doctrina in illis contenta apertissime contra suā doctrinā pugnat. Lutherus enim ait orationes aut alia suffragia quę à uiuentibus pro mortuis fiunt,nihil mortuis prodesse. In secundo autē Machabæorū libro laudant talia suffragia q̄ pro mortuis fiūt. Ideo Luther? suū pertinaciter defendens errorē,hos Machabæorū libros,quia suę doctrinæ repugnātes,reiēcit. Quòd autē hi libri inter sacros sint cōnumerandi,testant beatus Augustinus, Damascenus, Innocentius papa huius nominis primus. demū cōciliū Carthaginēse tertiū inter canonicas scripturas hos Machabæorū libros cēsuit collocādos. Quæ omnia supra lib. 1. cap. 2. protulimus. Verùm Lutherus & illius imitatores obiiciunt nobis Hieronymū dicentem tales libros nō esse canonicos. Sed reuera aliter Hieronymus sentit q̄m ipsi putant. Nam in p̄fatione in libros Machabæorū Hieronymi uerba sunt hæc: Machabæorū libri licet non habeant in canone Hebræorū,tamē ab ecclesia inter diuinorū uoluminum annotant historias. Hęc Hieronymus. Ex cuius uerbis cōstat hos libros esse ab ecclesia in sacrorū numerū coaptatos. Quòd si ecclesia censuit hos libros esse pro diuinis recipiendos, quāuis in canone Hebræorum nō habeantur,nullus citra hęresis notam illis repugnare ualebit.

Lutherus.

Tertia hæresis est q̃ euangelia sacra reiecit. Nam Cerdon, de quo supra diximus, solũ recipiebat euã gelium Lucæ, alia tria reiciens. Hoc enim de illo refert Tertullianus in lib. de hæresib⁹. Cerdonis errorẽ postea suscepit Marciõ, eiusdẽ Cerdonis discipulus, prout Irenæus testatur lib. 1. aduersus hęreses. Cerdõ. Marcion.

Quarta hæresis est, q̃ ex omnibus quatuor euangeliis solum recipit euangeliũ Matthæi, reliqua tria contemnens. Hanc hæresim tribuit Philaster Cerintho, in suo libro de hæresib⁹. Verùm Augustinus in cap. 8. sui opusculi de hęresib⁹, de hoc Cerintho differens, nunc̃ huius hæresis meminit. Irenęus lib. 1. aduersus hæreses cap. 26. tribuit hunc errorẽ Ebioni, à quo dicti sunt Ebionitæ hæretici. Cerinthus. Ebion

Quinta hæresis est, quæ Actus Apostolorꝝ nõ recipit, sed illum librum conatur auferre ex catalogo sacrorꝝ librorꝝ. Hanc hæresim tribuit etiam Philaster Cerintho simul cum præcedente, cuius nec meminit Augustin⁹, sicut nec p̃cedentis. Eusebius Cęsarienſis lib. 4. historiæ Ecclesiasticæ refert, Seuerũ, à quo Seueriani hæretici dicuntur, non recepisse librum actuum Apostolorum. Cerinthus. Seuer⁹.

Sexta hæresis est, quæ omnes Pauli Apostoli epistolas docet nullius esse momenti. Huius pestiferæ hæresis primus author fuit Ebion. Hoc enim illi tribuit Irenæus lib. 1. aduersus hæreses cap. 26. Et hoc ideo Ebionem fecisse cõstat, quia Ebion docebat legem ueterem simul cum noua esse obseruandã. Cui doctrinæ cum tam aperte repugnet Paulus in pluribus suis epistolis, ideo Ebion ut suum tutaretur errorem, ad hoc confugit asylum, ut omnes Pauli epistolas reiiceret. Post Ebionem successit in eodem errore Seuerus: quanc̃ Augustinus in libro de hæresibus de Seuero faciens sermonem, nunc̃ huius erroris meminit. Verùm Eusebius Cęsarienſis lib. 4. historię Ecclesiasticę cap. 26. refert Seuerum obtre- Ebion Seuer⁹.

ctaisse Paulo, & omnes illius epistolas refutasse. Et
Tatianus. hoc idē fecisse Tatianū Encratitarū principē aperte innuit, quanquā de Tatiano Augustinus disserens, nunq̄ hoc illi impingit. Hanc eandem hęresim
Elcesaitae. suscepisse Elcesaitas testatur etiam Eusebius libro. 6. Ecclesiasticę historię cap. 27.

Luther. Septima hęresis nō recipit epistolam Iacobi. Huius hęresis author est Martinus Lutherus. Nā licet olim ab aliquibus de illa dubitatum fuerit an esset Iacobi, tunc tamen nō erat adhuc aliquid de illa definitum ab ecclesia. At cum modo iam sit ab ecclesia in multis concilijs recepta, non licet iam de illa dubitare. Quapropter Lutherus qui illam contra ecclesię definitionem reijcit, merito hęreticus hac ratione cēsetur. Quare autem Lutherus hanc Iacobi Apostoli epistolam reijciat, apertum est. Lutherus enim, ut in titulo de fide relatum est, sentit solam fidem iustificare, eamq̄ solam esse satis ad uitā ęternam assequendā, etiam si opera desint: Iacobus autem in sua Canonica epistola docet fidem sine operibus esse mortuam. Quia ergo Lutherus uidit Iacobi epistolā suę repugnare sententię, ideo hanc epistolam negat, dicens non esse Iacobi Apostoli, nec dignam Apostolico spiritu. Et certe miror q̄ Luthe rus tam effrons sit, ut negare audeat epistolam illā esse Iacobi, cum tot illustres uiri ijq̄ uetustissimi testentur esse Iacobi. Augustinus in libro de meritis, & peccatorum remissionib⁹, citat testimonium ex hac epistola sub nomine Iacobi. Hieronymus ī epistola ad Ctesiphontē disputans contra Pelagianos, utitur testimonio huius epistolę. Vrbanus papa huius nominis primus, uir martyrio clarus, in epistola de cōmuni uita & oblatione fidelium, citat testimoniū ex hac epistola sub nomine Iacobi Apostoli. Et Anacletus papa & martyr, qui (ut ipse in quadam epistola testatur) fuit à beato Petro Apostolo

presbyter ordinatus, in epistola de oppressione epi scopor, circa medium citat etiam testimonium ex hac epla sub nomine Iacobi. Iustius est ergo ut his sanctissimis & uetustissimis testibus credamus, qp uni Luthero fatuo atq; amenti, pſertim cū de hac re extet totius ecclesiæ definitio, q illā epla sub nomine Iacobi inter canonicas scripturas collocauit.

Octaua hæresis non recipit Ioannis euangelium, nec illius Apocalypsim. Huius hæresis auctores dicti sunt Alogiani, eò qp filium Dei negabant esse uerbum. Nam logos græce, idē est quod latine sermo, siue uerbū: hinc Alogiani dicti sunt, tanqp sine uerbo. Cū ergo Euangelium Ioannis apertissime testetur filium Dei esse uerbū, ideo illi negant Ioannem scripsisse euangelium, negant etiam eum scripsisse Apocalypsim. Eusebius Cæsarienſis lib. 7. historiæ Ecclesiasticæ refert fuisse aliquos qui Apocalypsim Ioannis reiecerint, dicentes nihil in illa esse Apostolica grauitate dignum, sed librū esse à Cerintho hæretico fictum dicebant. Sed hoc non ita esse, præter ecclesiæ definitionem, quæ maximum est testimonium, plures sacri uetustissimiq; scriptores testantur, qui Apocalypsim tanqp scripturam sacram, & à beato Ioanne cōpositam, interpretati sunt. Omitto recentiores, quibus non tanta fides in hac parte debet. Augustinus interpretatus est Apocalypsim, quam dicit esse Ioannis Apostoli. Dionysius Alexandrinus episcopus, ut testatur Eusebius lib. 7. historiæ Ecclesiasticæ, eandem Apocalypsim interpretatus est sub nomine beati Ioānis, quanqp dicit illū dubitasse an fuerit Ioānis Apostoli, an alterius Ioānis, sancti quidē uiri, nō tamē Apostoli. Cuiuscūqp tamen fuerit, dicit illum fateri scripturam illam esse sacram, & uelut talem ab illo fuisse receptam. Melito Asianus Sardensis episcopus, & Hippolytus, & Irenæus, hi omnes teste Hieronymo in libro de

Alogiani.

uiris illustribus, Apocalypsim Ioānis sunt interpretati. Sed licet horum uirorum testimonia magnam habeant uim ad hanc rem stabiliendam, multo tamen maioris auctoritatis est ipsius ecclesiæ testimonium. Cōcilium nāq; Toletanum quartum cap. 16. suorum decretorum de hac re ita definit, Apocalypsim librum, multorum conciliorum auctoritas, & synodica sanctorum pręsulum Romanorum decreta, Ioannis Euangelistę esse præscribunt, & inter diuinos libros recipiendam cōstituerunt. Et quia plurimi sunt qui eius auctoritatē non recipiunt, eamq; in ecclesia Dei p̄dicare contēnunt: si quis eum deinceps aut nō receperit, aut à pascha usq; ad pentecosten in ecclesia non prędicauerit, excōmunicationis sententiam habebit. Hęc concilium Toletanū.

Concilū Toletanū.

Aduersus omnes has hęreses quę ex catalogo sacrorum librorum aliquem librum auferre conantur, non est opus nunc disputare, quoniam illa quę supra in libro primo cap. 2. diximus, sufficiunt ad omnes has hęreses refellēdas. Ibi enim adduximus aliqua concilia, uidelicet Laodicenum, & Carthaginense tertium, ex quibus constat omnes hos libros quos modo narrauimus fuisse à uarijs hęreticis reiectos, esse ex canone sacrę scripturę. Quanta autem sit in hac parte ecclesię authoritas, non est nunc opus ostendere, cum non sit alia res in qua magis ecclesię authoritas pateat. Vulgatissimum est illud Augustini, Euangelio non crederem, nisi ecclesię crederem. Non enim aliunde quis scire ualet (secluſa dei reuelatione) talem aut talem scripturam esse euangelium, nisi ab ecclesia dicente nobis illam scripturam esse euangelium. Cum ergo ecclesia iam nos docuerit, omnes hos quos modo numerauimus libros esse canonicos, & sacros, non est quòd aliquis citra hęresim illis repugnare quomodolibet ualeat.

Augustinus.

Scientia.

NIhil est quod nō temerarit Lutherus: qui nō est contentus omnia hominum opera damnare, & de peccato notare, nisi etiam scientias omnes infamasset. Nam dicit scientias omnes speculatiuas, errores esse dicendas. Quis iam ferre poterit hominē tam temerarium & effrontem, qui nō solum ea quę fides docet, negat, sed illa quæ sunt euidenti ueritate manifesta, condemnat? Credo firmiter illum nescire quid sit error: quoniam si sciuisset, nequaq; dixisset omnes speculatiuas scientias esse errores. pugnant enim inter se scientia & error: quo fit ut nunq; in unum coire possint. Si scientia est, error esse non potest: si error est, scientia imerito dicitur. Et ut hæc apertiora sint, audiamus Augustinum dicentē quid sit error. Errare (inquit ille in Enchiridio cap. 17.) est approbare falsa pro ueris, aut improbare uera pro falsis, aut habere incerta pro certis, aut certa pro incertis. Hęc Augustinus. Cū ergo scientię plures speculatiuæ doceant multas ueritates euidentissimas, quomodo dicentur errores? Vera sunt quæ docent & certa, & euidentissime manifesta, sicut sunt illa quę docentur in Arithmetica & Geometria: nō sunt ergo illæ de errore notandæ. Sed ut mendacium suū aliquo colore depingat, dicit, propterea scientias omnes censeri ab eo errores, quia procedunt necessario ex corde malo & nōdum sanato per gratiam. Nam iuxta illum (ut supra in titulo de operibus, & titulo de peccato docuimus) omnia opera quamlibet bona sunt peccata: & iustus in omni bono opere peccat. Et propter hanc eandem cautam docet omnes scientias speculatiuas esse cēsendas errores, quia ex corde malo per gratiā nondū plene in haç uita sanato procedunt. Quę argumentatio si bene colligeret, probaret omnes mechanicas artes, imo & omnes artes liberales, Grāmaticā scilicet, Logicā, Rhetori-

Lutherus.

Augustinus.

cam, esse errores, & mathematicas disciplinas quæ sunt omnium certissimę. sed hoc arguit Paulus, qui
Ro.7. in ea quæ est ad Romanos epistola ait: Lex peccatū est? Absit: sed peccatum nō cognoui nisi per legem. legem (inquam) uocalem, aut scriptam, aut mentalem. At cum lex doceat nos cognoscere peccatum, scientia merito dicet. Et hanc Paulus negat esse peccatum. Non ergo omnis scientia dicenda est error, etiam si à peccatore procedat. Prętera etsi daremus Luthero omnē hominē esse peccato deprauatū, nō propterea cogeremur cōcedere, omnia q̄ ab homine peccatore procedunt, esse peccata & errores: quia nō necessario procedunt ab homine secundum id quo malus est: sed possunt ab illo oriri secūdum id quo bonus est: puta secundū dona naturæ, secundum q̄ illa rationalis est, & capax disciplinę, per quā uirtutem naturalem nil obstat quin homo malus bonā artem inuenire possit, & ueram & certam scientiam
Dionysius. intelligere & docere. Nam (iuxta diuinum Dionysium) naturalia in dæmonibus manserunt integra etiam postq̄ obdurati sunt in peccato. Non igitur mirum, si in hominibus adhuc uiatoribus quālibet peccato deprauatis natura sit capax ueritatis, præsertim cum tot sint artes & scientiæ generi humano utilissimę à malis hominibus repertæ: quod nō nisi impudentissime negari potest, cū tot sint graues authores qui de hac re testentur. Demum hanc peruersam Lutheri doctrinam cū alijs multis illiús eiusdē classis damnauit facultas theologiæ Parisiensis: hoc idem fecit academia Louanensis. Nec dignum putaui amplius pro hac re digladiari.

SEPVLTVRA.

Valdēses. AEneas Syluius in libro de origine Bohemorum cap. 35. errores Valdensium recēsens, hunc inter alios miscet, quo illos asserere ait nihil distare quacunq̄ tellure corpora humana sepeliantur, siue lo-

cus sit sacer, siue non. Et certe nescio an hęc assertio hæresis dici mereatur: quoniam si hoc solum docet, ꝙ locus nihil faciat ad augendam uel minuendam animę miseriam, uerũ est quod ait. Nam hoc ipsum docet Augustinus libro de cura pro mortuis agenda. Et lib. 1. de ciuitate dei, cap. 12. eandẽ astruit sententiam, sic inquiens. Nullo modo enim diceret ueritas. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animã autem nõ possunt occidere: si quicq̃ obesset uitæ futuræ, quicquid inimici de corporibus occisoꝝ facere potuissent. Nisi forte quispiam sic absurdus est, ut contendat eos qui corpus occidunt, nõ debere timeri ante mortem, ne corpus occidant: & timeri debere post mortem, ne corpus occisum sepeliri non sinant. Falsum est ergo quod ait Christus. Qui corpus occidunt, & postea non habent quid faciant, si habent tanta quæ de cadaueribus faciant. Absit ut falsum sit quod ueritas dixit. Et quibusdã interpositis subdit. Proinde ista omnia, id est curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis diuorum solatia sunt, q̃ subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura preciosa, oberit pio uilis aut nulla. Hæc Augustinꝰ. Et hoc ipsum quod modo dixit, funera magis esse uiuorum solatia, q̃ mortuorum subsidia, in libro de cura pro mortuis agenda cap. 7. iterum confirmat, sic inquiens. Et tamen ex illo humani cordis affectu, quo nemo unq̃ carnem suam odio habuit, si cognoscant homines aliquid post mortẽ suam suis corporibꝰ suorumq; defunctorum deesse quod in sua cuiusq; gente uel patria poscit solẽnitas sepulturæ, contristantur homines, & quod ad eos post mortem non pertinet, ante mortem suis corporibus timent, ita ut inueniatur in libris Regum deum per prophetam minari alteri prophetæ, qui eius transgressus est uerbum, ꝙ non inferretur cadauer eius in sepulchrũ patrum

Augustinus. mat. 10

3. reg. 13.

eius. Et post pauca subdit Augustinus, quanti hæc pœna pendenda sit, si secundum euangelium cogitemus, ubi post corpus occisum nihil metuendū esse didicimus, ne membra exanima patiantur, nec pœna dicenda est: si autem humanum erga suam carnē consideremus affectum, potuit inde terreri uel contristari uiuus, quod sensurus non erat mortuus: & hęc pœna erat, qm̄ dolebat animus id de suo corpore futurum, cuius cum fieret non doleret. Hactenus Augustinus. Ex cuius uerbis aperte satis patet, locum sepulturæ nihil prodesse animę ad gloriam uel miseriam eius augendā uel minuendā. Et hoc idem docet Innocentius papa huius nominis tertius, sic inquiens, Licet non obsit iustis sepultura nulla uel uilis, impijs tamē celebris uel speciosa nō prodest. Hæc ille. Itaq; si hoc solū Valdenses dixerunt nihil uidelicet prodesse corpori sepulturā ad gloriam animæ augendā, uel miseriam inferni minuendā, bene quidē senserunt, neq; illorū sententia esset de hæresi notāda. Verùm qm̄ absolute dixerunt nihil prorsus prodesse animæ q corpus in loco sacro sepeliatur, ideo merito illorū sententia dānatur: qm̄ etsi nō prosit ad gloriam animæ augendam, aliam tamē habet nō contēnendam utilitatem. Nam uiui qui locū sacrum ingrediuntur in quo corpus sepultū est, quoties recolunt ubi sepultum sit amici uel consanguinei corpus, & uenit in mentem sanctus aut sancta in cuius honorem ille locus sacratus est, illi sancto aut sanctæ animā dilectam cōmendant, ut deum p illa intercedere dignetur. Nec dubium est tales orationes illis prodesse qui in statu salutis decesserunt, qm̄ cum hic uiuerent, hoc meruerunt, ut talia sibi post hanc uitam prodesse possent: cuius & hoc uiui facere possint pro illis qui in locis sacris non sunt sepulti: sed non ita recordarentur nisi illos ut ita faciant, admoneat sepultura. Nam cum sepulchra in

Extra de sepulturis cap. sacris.

locis sacris uisuntur, defuncti qui illic sepulti sunt, ad memoriã reuocantur: & si ibi sepulti non essent, forte nulla esset in loco sacro defunctorũ memoria. Si autem extra locum sacrum illorũ meminisse contingat, animus tamen nõ solet ibi tam paratus esse ut deum pro illis precetur. Propter hoc enim sepulchra monumenta latine dicuntur, q̃ moneant mentem, & uiuos admoneant ut illic sepultorũ recordẽtur. Quod si tanta propinquorũ & amicorũ habeatur obliuio, ut etiam defunctorum sepulchris inspectis nõ meminerint deum pro illis orare, est adhuc aliud quod manifeste cadaueribus in locis sacris sepultis prodesse possit: suffragia scilicet quæ in unoquoq; sacro loco ab illius loci ministris fieri solent pro illis qui intra septa suorũ cœmeteriorũ sunt sepulti. Propter hanc causam sicut semper religio fuit corpora sepelire: ita etiam religio fuit quo loco sepelienda forent, considerare, ut ab impijs fideles mortui perinde ac uiui discernantur. Et hoc non solum à Christianis, uerum etiam à Iudęis fuit obseruatũ. Nam patriarchæ de suorũ corpor̃ sepultura anxie dum uiuerent curauerunt. Abraham siquidẽ agrũ emit ab Ephron Etheo quadringentis siclis argenti in sepulturam Sarrę uxoris suæ: in quo Iacob illius nepos sepeliri se iussit, & Thobias mortuos sepeliẽdo deum promeruit. Hanc suorũ corpor̃ sepulturã patriarchæ reliqui & prophetæ curauerunt. Sed & apud sanctorũ cadauera sepeliri optimũ censebant: sicut de propheta illo Samariæ quem filijs suis præcepisse regũ narrat historia, Sepelite (inquit) me quũ mortuus fuero, in sepulchro in quo uir dei sepultus est: iuxta ossa eius ponite ossa mea. Quę res profuit illi: quoniam Iosias rex cum templa idolorũ euerteret post multos annos, & honorẽ prophetæ sancto deferret, iussit ut alterius prophetæ qui iuxta illum sepultus erat, ossa intacta manerent. Et ex triginta

Gen. 22
Gen. 50
Tho. 12
3. Re. 13
4. re. 23

mat.27 argenteis à Iuda proditore relatis principes sacerdotum emerunt agrum figuli in sepulturã peregrinorum, ne aut insepulti manerent, aut in prophano loco sepelirentur. Et de hoc satis.

SILENTIVM.

FVerunt quidam hęretici in tantũ silentio studentes, ut digitũ naribus & labijs suis opponẽtes, silentium quasi semper exercuerint, nõ aliæ rei q̃p ta citurnitati studium accõmodantes. Qua in re prophetas se imitari dicebant, qm̃ Dauid propheta ait,

Ps.144 Pone domine custodiam ori meo, & ostium circunstãtię labijs meis. Hi hęretici grẹca uoce uocati sunt Pattalorinchitę. πάτταλος grẹce, latine dicit palus. ῥίγχος est nasus. Constat ergo ideo dictos esse Pattalorinchitas, quasi palum uel digitum in modũ pali

Pattalorinchita. super narem ponẽtes. Ex quo patet hanc uocem in Philastro esse deprauatam propter librariorũ ignorantiam: quoniam apud Philastrum uocant Passalorinchitę, cũ tamen Augustinus uocet eos Pattalorinchitas: reddens hanc uocis etymologiam quam

* nos proxime descripsimus. * Quo autẽ tẽpore hæc hæresis cœperit aut quis illius fuerit inuentor, nec

(Philaster neq; Augustinus expressit. Vt autẽ de eorum assertione dicam, magis mihi uidẽtur hi Pattalorinchitę sequi Pythagoricam uanitatẽ, quam prophetarum sapientiam & pietatem. Nam illud prophetę quod ex psalmis citauimus, minime illis suffragatur. Non enim petit propheta in custodiam labiorũ suorũ murũ, sed ostium. Pone (inquit Psalmista) custodiam ori meo, & ostium circunstantię labijs meis. Non dixit murũ, quoniam si petisset murum, omnem uideretur loquendi facultatẽ à se abiecisse. Sed dixit ostium, & non qualecunq;, sed circũstantię, quod uidelicet loco & tẽpore aperiri ualeat. Quibus uerbis solam moderatam & temperatam petiuit loquutionem, & non perpetuum silentium:

ut uidelicet cũ tacendũ esset, taceret: cum oporteret loqui, loqueretur. Nam (ut eiusdem prophetę filius post eum docuit) tempus est loquendi, quemadmodum & tacendi. Et si taciturnitas esset semper cõmendatione digna, nunq; Esaias deplorasset obseruatum à se silentium, dicens, Væ mihi, quia tacui. Certe aduersus tam uanam superstitionẽ piget amplius disputare. Huius hæresis nunquam meminit Guido carmelita in sua summa de hæresibus, cum tamen Augustinus, quem ille in recensendis hæresibus imitatur, illã sexagesimotertio loco inter alias hæreses collocauerit. Eccl. 3. Esai. 6.

SIMONIA.

FVit quædam execranda hæresis, qua creditũ est spiritualia dei dona posse pecunia cõparari. Huius hæresis author fuit Simon ille Magus, de quo in Actibus Apostolorũ dicitur q; postq; baptizatus fuerat in Samaria à Philippo diacono, uidens quia per impositionem manus Apostolorũ daretur spiritus sanctus, obtulit Apostolis pecuniã, dicẽs, Date & mihi hanc potestatẽ, ut cuicunq; imposuero manus, accipiat spiritũ sanctũ. Quia ergo hic primus post susceptũ baptismũ credidit spiritualia esse uenalia, ideo peccatũ illud & hęresis ab illo nomẽ accepit, ut à Simone simonia dicat. In eundẽ errorẽ labuntur græci, qui teste Guidone Carmelita dicunt licere pl̃ationes ecclesiasticas uendere, & sic ab eorũ patriarcha fieri asserit. Eodẽ notantur errore Armeni. Et hæc prima fuit hæresis q; post Christi in cęlos ascensionem in ecclesia est orta, quã statim beatus Petrus redarguit dicens, Pecunia tua tecũ sit in perditionem, quoniam donum dei existimasti pecunia possideri. Et statim illum declarauit excõmunicatum, & a consortio fidelium electum, ideoq; subdit illi dicens, Non est enim tibi pars neque sors in sermone isto, hoc est in sermone fidei. Cor enim tuum Simon magus Actu. 8 Actu. 8

nō est rectum coram deo. Pœnitentiam itaq; age ab hac nequitia tua, & roga deum si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis uideo te esse. Præterea Giezi famulus ꝓphetæ Heliſei fuit à deo lepra perpetua percussus, quia pecuniam recepit pro beneficio sanitatis quod Heliseus cōtulerat Naamā lepro so. Rursum, ipse ueritatis magister discipulos suos ad p̄dicandum mittens, postq; illis dedit potestatē curandi infirmos, sanandi leprosos, eiciendi dæmonia, statim subiunxit dicens, Gratis accepistis, gratis date. Deinde, cum in omni emptione rerū & uenditione, seruanda sit in p̄cio rerū æqualitas, conuincitur ut is qui credit spiritualia dei dona posse p̄cio comparari, credat etiam pecuniam esse æq; bonam & æq; p̄ciosam sicut spiritualia dei dona. At Sapiēs in prouerbijs contrarium sentit dicens, Accipite disciplinam meam, & nō pecuniam: doctrinā magis q̄ aurum eligite. Melior est enim sapientia cunctis opibus p̄ciosissimis, & omne desiderabile ei nō potest comparari. Vnde Tharasius Cōstantinopolitanus episcopus in quadā epistola ad Adrianū papā sic ait, Tolerabilior est Macedonij, & eor̄ qui circa ipsum sunt, sancti spiritus impugnator̄ hæresis impia. Illi enim creaturam & seruum dei patris & filij spiritum sanctum delirando fatentur: isti uerò eundem spiritum sanctum efficiunt suum seruum. Omnis enim dominus quod habet, si uult, uendit, siue seruum, siue aliquid aliud eor̄ q̄ possidet. Similiter & qui emit, dominus eius uolens esse quod emerit, per p̄cium pecuniæ illud acquirit. Hęc ille. Quę uerba citant̄ à Gratiano in uolumine decretor̄ in prima caussa, q̄stione etiam prima, cap. eos. Cum ergo tam graue peccatū sit simonia, per quā tam peruersa de deo habetur opinio, ideo iustissime multis cōciliorum decretis cautum est ne pro alicuius rei spi

4. re. 5.

mat. 10

Prou. 8

ritualis collatione aliquod precium recipiatur. Cõ cilium nãq; Elibertinum cap.48.suorũ decretorũ sic ait,Emẽdare placuit,ut hi qui baptizantur (ut fieri solebat)nũmos in conchã non mittant,ne sacerdos quod gratis accepit,precio distrahere uideatur.Hęc ibi.Concilium Toletanũ undecimũ,cap.8.suorum decretorũ sic definit,Quicquid inuisibilis gratię collatione tribuitur,nunq; quęstu uel quibuslibet pręmijs uenundari penitus debet, dicente dño, Quod mat.10 gratis accepistis,gratis date. Et ideo quicunq; deinceps in ecclesiastico ordine constitutus, aut pro baptizandis cõsignandisq; fidelibus,aut collocatione chrismatis,uel promotionibus graduũ,precia quęlibet uel pręmia,nisi uolũtarie oblata,pro huiusmodi ambitione susceperit,equidẽ si sciente loci episcopo tale quicq; a subditis perpetratur,idẽ episcopus duobus mensibus excõmunicationi subiaceat, pro eo q; scienter maja contexit,& correptionẽ necessariam nõ adhibuit.Sin autẽ suorũ quispiam eodẽ nesciente de supradictis quodcũq; capitulis accipiendum esse sibi crediderit,si presbyter est,trium mensium excõmunicatione plectatur:si diaconus,quatuor.Subdiaconus uerò uel clericus his cupiditatibus seruiens,& cõpetenti pœna & debita excõmunicatione plectendus est.Hęc concilium Toletanũ. Et cõcilium Braccarense secundũ cap.3.idem decernit esse faciendum.Sed de hac re satis. Contra simoniacos scripsit librum unum Petrus Damianus ex monacho Benedictino cardinalis & episcopus Hostiensis.Hunc tamen librum fateor me non dixisse, sed testimonio Ioannis Tritemij in libro de ecclesiasticis scriptoribus id asserentis dixi.

SPES.

TOt sunt peruersa Lutheri dogmata, ut uix sit res aliqua ad fidẽ aut mores pertinens,de qua non docuerit impiũ aliquid Lutherus. Male quidẽ Luthe rus.

sentit de uirtute fidei, male docet de charitate: pessime etiam docet de spe. Dicit enim spem nō procedere ex meritis. Nec mirū ꝙ hæc doceat: quoniā fieri nequit, ut ex impuro & corrupto fonte purā quis hauriat aquā, aut ex putrida arboris radice bonos colligat fructus. Lutherus autē dixerat omnia nostra opera nil prorsus ualere: nam omnia opera nostra dicit esse peccata: ac proinde consequens est ut nullus iam (iuxta illū) operibus fidat, aut propter illa aliquid a deo cōsequuturū se speret. Totam.n. spem suam Lutherus in fide collocat: & sic (ut aliàs diximus) fidem extollit, ut prorsus operibus detrahat: & ob hāc causſam docet nequaq̄ spem nostrā esse in operibus figendā. Quo fit, ut dum nimiū fidei tribuat, spem omnino euertat: quoniā loco spei docet præsumptionē, cum hòmines absq̄ operibus docet gloriā sperare. Nam etsi opera suapte natura indigna sint quæ tanta mercede quāta est gloria cælestis, donentur: tamē propter cōuentionē quā deus cum hominibus fecit, qua gloriā bene operantibus se daturū promisit, iam nostra opera gloria digna censentur. Nam bonus ille paterfamilias cōuentionem fecit cum operarijs ex denario diurno. Et cum operarij qui primo mane uenerant, sperarent se aliquid amplius accepturos, dixit uni ex illis paterfamilias· Nonne ex denario cōueniſti mecum? Tolle quod tuū est, & uade: Amice non facio tibi iniuriā. Iniuriam quidē se fuisse facturū censet, si iuxta conuentionē denarium nō dedisset. Propter hanc causſam dixit denarium esse mercenario debitū, sic inquiens· Tolle quod tuū est. Quid tuum? certe denarium, nam ex illo cōuenerat. Propter hanc eandem causſam alibi dicit idē Saluator· Dignus est mercenarius mercede sua. Ex quibus oībus cōstat gloriā esse debitam iusto, uelut mercedē mercenario. Debitam quidem, quia promissam: quoniā nisi promissa

mat. 20

mat. 10

esset, debita non esset. Nunc ergo hoc iacto fundamento, percontari uolo Lutherū, quid mercenarius qui in alieno agro desudat, speret. Certum est illum sperare mercedē sui laboris: pro hac enim laborat. Sed quare sperat? Nunquid propter solam dñi in cuius agro laborat, bonitatē & misericordiā? Non certè, sed etiam propter suum laborē. Sperat quidē in bonitate dñi: quoniā nisi illi credidisset, & in promissis illius cōfidisset, nunq; in agro illius laborasset. Verùm etsi illius fidem exploratā habeat, & misericordiam & bonitatē agnoscat: scit tamē certò illum mercedē non daturum nisi in agro illius laborauerit: & propter hoc dictis domini fidens, sperat se propter labores suos mercedē accepturū. Ad hūc modum iusti omnes faciunt, qui in bonitate dñi & clementia cōfidunt q; gloriam illis dabit æternā. uerùm quia sciunt q; tam magnā mercedem nō dabit pigris & inertibus, ideo laborare satagunt, ut per labores suos gloriam assequi mereantur. Hinc apud Iob dicitur: Militia est uita hominis super terrā, & sicut mercenarij dies eius. Quæ uerba pertractans beatus Gregorius in moralibus ait, Sciendū quoq; q; mercenarius solicite curat inspicere ne unq; dies uacuus labatur ab opere, & expectat? finis tēporis ne inanis ueniat ad remunerationē. In laboris nāq; studio conspicit quid percipere in tēpore remunerationis possit. Nam cum opus crescit, prēmij fiducia proficit. Cum uerò opus torpuerit, spes a remuneratione labascit. Vnde & electus quisq; uitam suā quasi mercenarij dies pensans, tanto fidentius spe tendit ad præmium, quāto nunc robustius perdurat ad laboris incrementū. Qui sit decursus prēsentis tēporis, pensat. Dies cum operibus numerat, Ne a labore uacua transeant uitæ momenta, formidat. Aduersis gaudet, passione reficitur, mœrore foueē: quia subsequētis uitæ præmijs tanto se remunerari Iob. 7. Grego rius.

largius conſpicit, quãto pro amore illius quotidianis ſe mortibus uerius impendit. Hinc nanq; eſt q̃
Pſ. 43. ciues ſupernæ patriæ, conditori eius, pſalmiſtæ uocibus dicũt, Propter te mortificamur tota die. Hinc
1.co.15 Paulus ait, Quotidie morior propter gloriã ueſtrã
2.tim.4 fratres. Hinc iterum dicit, Ob quã cauſſam hæc patior, ſed non cõfundor. Scio enim cui credidi, & certus ſum quia potens eſt depoſitũ meum ſeruare in illum diem. Sancti igitur uiri quot labores nunc ueritati cõmendantes exhibent, tot iam remunerationis ſuæ pignora intra ſpei cubiculũ clauſa tenent. Hactenus Gregorius. Ex cuius uerbis apertiſſime cõſtat iuſtorũ ſpem a meritis ſuum ortum habere, propterea q̃ illorũ uita eſt ſicut mercenariorũ, qui non ſperãt ſe ſuſcepturos mercedẽ, niſi labores præcedant. Præterea hoc ipſum docet Apoſtolus Pau-
Ro.5. lus in ea quæ eſt ad Rom. epiſtola, ſic inquiens· Nõ ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes q̃ tribulatio patiẽtiam operatur, patientia autem probationẽ, probatio uerò ſpem. Quem lo-
Amb. cum interpretãs Ambroſius ait· Spes, in eo qui probatus uidetur, non immerito dicitur. Dignus enim ſcietur accepturus remunerationẽ in regno dei. Hęc Ambroſius. In quibus uerbis apertè docet illam ſolam meritò dici ſpem, quæ bonis operib⁹ atq; pro-
Anſelmus. batis innititur. Sed apertius hoc docet Anſelmus, qui in cõmento ſuper epiſtolas Pauli præfatũ Pauli locũ interpretans, ſic ait, Probatio operatur ſpẽ, quia unuſquiſq; ex eo q̃ per tribulationes inſuperabilis probatus eſt, incipit habere ſpem, id eſt certitudinem futuræ gloriæ, quę humanę rationi uana uidetur, ſed teſtimonio uirtutis firmatur. Si quis. n. nõdum ſibi probatus præmium ſperat, nõdum ſperat, ſed præſumit. Nam tribulationes quibus patiẽtia fidelium probatur, non ſolũ eas debemus intelligere, quæ extrinſecus accidunt, id eſt de dãnis uel

languoribus,uel ex quolibet corporis cruciatu,sed eas etiã quas intus sibi faciunt aut perferũt,dum in requie positi semetipsos affligunt & atterunt,obsistendo uoluptatibus suis,refrenando libidinẽ:& cętera quæ ad bonum cõtinentiæ uel abstinẽtiæ pertinent,faciendo,ex quibus sine dubio nascitur patiẽtia,quæ probabilis effecta generat spem. Spes autẽ est bonorum expectatio futurorũ. Hæc Anselmus. Quid hic dicet Lutherus cõtra tam præclara testimonia?Si Ambrosium & Anselmũ contẽnere nõ uetetur, dignum tñ est ut saltem Paulũ uereatur, qui ait, Probatio aũt operatur spem.spes ergo nascitur ab operibus bonis, probatis & examinatis. Deinde ipsemet Paulus propter bona opera quæ multa fecerat,sperat haud dubie se gloriã accepturum.Sic enim ait·Ego enim iam delibor, & tẽpus resolutionis meæ instat. Bonum certamẽ certaui,cursum cõ summaui,fidem seruaui,in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi dñs in illa die iustus iudex:non solum autẽ mihi,sed & ñs qui diligunt aduentũ eius.Si aliquis a beato Paulo interroget,unde tam certam cõceperit spem, ut magna cũ fiducia dicat repositã sibi esse coronã iustitiæ,respõdebit inde se certum esse de sua corona, quia bonũ certamen certauit,cursum cõsummauit, fidẽ seruauit. Nec in hoc solum sperat,sed etiã in iustitia iudicis,hoc est dei, qui nemini bene certanti unquã coronam meritam denegauit.Accedit ad hæc,ꝙ ipsamet scriptura sacra docet nos ex parte in bonis operibus sperare.Nam propheta regius ita ait. Sacrificate sacrificium iustitiæ,& sperate in domino. Quę uerba exponẽs Hieronymus super psalmos ita ait· Sacrificium deo immolate iustitiam,& cõsequenter sperabitis ib domino.Hęc ille. Quibus uerbis propheta aperte docet ueram nõ esse spem quã non prędidt sacrificium iustitiæ. Idem etiam docet Paulus

2.Ti.4

Psal.4

Tit.2. in epistola ad Titum, sic inquiens, Sobrie & pie & iuste uiuamus in hoc seculo, expectantes beatā spē: ut securi possimus futurā beatitudinē sperare. hanc enim nomine spei ibi intellexit Paulus. prius admonuit sobrie & pie & iuste uiuere. Ex quibus cōstat ueram spem aliqua ex parte ab operibus nasci. Verum Lutherus quoniā non uult sobrie aut iuste aut pie uiuere, uellet spem uerā absq; his omnibus habere. Rursum spem omnium illorū qui sine meritis sperant, uanam esse sacræ literæ prædicant. Nam in

Iob.8. libro Iob legimus q̄ spes hypocritæ peribit. Non ei placebit uecordia sua, & sicut tela aranearum fiducia eius. innitetur super domū suam, & non stabit. fulciet eam, & non cōsurget. Et in eodem libro iterum

Iob.18. Oculi impiorū deficiēt, & effugium peribit ab eis, & spes impiorū abominatio animæ. Et Sapiens

Pro.10 in prouerbijs ait. Spes impiorū peribit. Et in lib. Sa-

Sap.5. pientiæ, Spes impij tanquā lanugo est, quæ a uento tollitur: & tanquā spuma gracilis, quę a procella dispergitur: & tanquā fumus, qui a uēto diffusus est: & tanquā memoria hospitis unius diei prætereun-

Ecc.34 tis. Et in Ecclesiastico, Vana spes & mendaciū uiro insensato. Vana est ergo Lutheri insensati spes, qui sine operibus confidit se gloriam æternā assequuturum. Demum hæc Lutheri impia & insana sententia reprobata est ab uniuersitate Parisiēsi inter alias illius multas quas facultas illa damnauit.

STVDIA GENERALIA.

QVemadmodū tyrānus aliquis qui ui & uiolentia dominat in populo, omnia arma quibus populus resistere posset tyrānicę dominationi, ab eo aufert, quò facilius prout libuerit, suam exerceat tyrānidem: sic mihi feciſſe uidetur Ioānes Vuitcleff, qui cum plurimas in populo sparsisset hæreses: ne per literarū notitiam impię illius doctrinę resisti posset a populo, omne literarū studium ab eo

Ioānes Vuitcleff.

auferre tentauit, dicens studia generalia esse uana gē tilitare in ecclesiam introducta, & tantum prodesse ecclesiæ, quātum prodest diabolus. Ex qua sentētia satis apertè cōuincitur istum uoluisse eneruare potentiam Christianę religionis, sublata Christianorū scientia. Arma enim militiæ nostræ (ut ait Paulus) 2.co.10
non sunt carnalia, sed spiritualia. Nec fides nostra defendenda est armis carnalibus, sed uerbis, & rationibus & argumentationibus, præsertim ijs quæ ex sacris literis depromi possunt. Paulus enim præparans Ephesios ad spiritualē pugnā, ait, In omnibus sumētes scutū fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi extinguere: & galeā salutis assumite, & gladium spiritus, quod est uerbū dei. Hæc sunt arma quibus catholicus pugnat cōtra hæreticū. Hūc gladium habuerunt in manibus suis doctores sancti & catholici, & per illum fecerūt uindictā in nationibus, increpationes in populis. Vindictam inquā, quia Iudæos & Gentiles, a quibus persecutionem passi sunt, per uirtutē gladij spiritualis, scilicet uerbi dei, occiderūt mundo, & cōuerterunt ad fidē: separauerūt a uitijs, & cōuerterunt ad uirtutes, increpando eorū male acta. Viuus est enim sermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. At si hæc sunt arma quibus prælianduin est, oportet in illis exerceri, ne forte cum tēpus belli aduenerit, miles nunc exercitatus, in bello succūbat. Dexterius enim pugnat militię assuetus, cę is qui nunc arma sumpsit. Ideo meritò milites hastiludi inter se exercent, ut ibidem discant qualiter hostes inuadere, & quo pacto illis resistere oporteat. Ad hunc modum oportet esse exercitiū armorū spiritualium, esse ludi magistros qui doceāt, esse inter discipulos certamina, cōtentiones, quæstiones, ut sic acutius ex cōtention penetrent rectum earū rerum quas discūt intellectum, ut uel sic paratiores & promptiores fiā- Eph. 6
Pſ.149
Heb.4

ad resistendum hostibus, hoc est hæreticis. Cum autem hęc in studijs generalibus melius q̄ alibi fiant, cōuincitur inde iustum esse, imo necessarium, ut studia generalia & collegia instituantur ad literarum exercitium habendum. Præterea si studia nō essent, nec doctores qui alios docerent, a quo docerentur idiotæ? Nunquid quilibet sufficit sibijpsi, ut nullo egeat doctore? Si hoc cōcedit Vuitcleff, audiat Salomonem contradicentē illi, Ne innitaris (inquit) prudentię tuę. Et iterū, Ne sis sapiēs apud temetipsum. Et beatus Paulus ait, Nolite esse prudētes apud uosmetipsos. Quæ uerba exponēs Theophylactus ait, Hoc est, nolite uestræ prudentiæ uel uiribus ita cōfidere, ut existimetis nemine uos indigere cōsultore, & quæ recta sunt, suggerente. Moyses enim etsi dei colloquio frueretur, opus tamē habuit quem cōsuleret socero. Hæc Theophylactus. Dic ergo mihi Vuitcleff, uis ne cōtra Sapientis & Pauli prœceptū, ut quisq; innitatur prudentiæ suæ? Si non oportet esse sapientes apud nosmetipsos, oportet ab alijs discere: quapropter necessarium est ut sint doctores, a quibus ij qui nesciunt, discant. At cum hi doctores non passim habeantur, iustum est ut aliqua sint publica loca, utputa ciuitates aut oppida aliqua, in q̄bus sint aliqui parati docere omnē discere uolentē: sicut in republica qualibet bene gubernata sunt sua plurimis mercimonijs loca deputata, ut emere uolens non discurrat uagus per oppidum, & incertus quo loco illa uendantur. Discere ergo est bonum & necessarium, præsertim ignoranti. ergo docere eadē lege erit bonū & necessarium. Nam sicut quosdam posuit deus in ecclesia sua Apostolos, & quosdam prophetas, ita etiam posuit quosdam doctores. Si utrunq; uidelicet docere & discere, bonum est, cur studia generalia in quibus docēt aliqui, discūt alij, mala erunt? Et si docentes prosunt, qūo uerum erit

Pro. 3. Ibidē. 12. co. 12

quod

quod ait Vuitcleff, q̃ studia generalia in quibus doctores docent, non magis prosunt ecclesię, q̃ diabolus? Cæterũ quod ait hæc studia generalia fuisse introducta in ecclesiam uana quadam gentilitate, falsum est perinde ac reliquũ. Nam apud Iudęos olim ante Christi aduentum fuerunt doctores, qui uocabantur scribæ, & fuerunt qui curam habebant docendi populũ, & hi uocabantur Rabbini. Vnde Augustinus super Ioannem tracta. 44. exponens illud Ioãnis, Et interrogauerũt eũ discipuli eius, Rabbi, Ioã. 9. quis peccauit &c. sic ait, Scitis quia Rabbi magister est. magistrũ appellabant, quia discere desiderabant. quæstionẽ quippe domino proposuerunt tanquã magistro. Hęc Augustinus. Ex cuius uerbis patet q̃ apud Iudęos a Rabbinis discebatur tanquã a magistris, quorũ munus erat docere. Rursum, Iudęi admirati de doctrina Christi, dicebant, Quomodo Ioã. 7. hic literas scit, cum nunq̃ didicerit? Et beatus Paulus in posteriore epist. ad Timoth. ait, Tu uero per- 2. tim. mane in his quę didicisti, & credita sunt tibi, sciẽs a quo didiceris, & quia ab infantia sacras literas nosti. Ex quibus duobus locis satis aperte cõuincitur q̃ apud Iudæos sacrarũ literarum intelligẽtia discebatur ab aliquibus, & docebatur ab alĩs. Cũ ergo tam aperta sint testimonia cõprobantia doctrinam & disciplinã, uideamus quid Ioãnem Vuitcleff mouerit ad dãnandũ studia generalia. Quia in eis (inquit ille) pullulant inuidiæ, cõparationes personarum & patriæ, & multa alia seminaria patris mendacij. Fateor hæc ibi adesse, sicut etiã alibi extra uniuersitates & studia hæc uitia adsunt: nec tamen ista oriuntur a studĩs, sed a malitia ipsorũ studentium. Nam alioqui nullus posset studere quin illis uitĩs macularetur. At cum multi sint studentes etiã in generalibus studĩs huiusmodi uitiorũ expertes, conuincit illa uitia non proficisci ab studio, sed ab ipsis

personis quæ alibi etiam eisdem inficerentur uitijs. Non est(ut credo (ciuitas aut oppidulum quantūli bet paruum,in quo huiusmodi uitia,puta inuidiæ, rixæ,contentiones,suspiciones,mendacia, non sępe cōtingant. Nunquid forte dānanda erit omnis uita quę in cōgregatione aut alioꝝ societate habetur,eò ꝙ semper in qualibet multitudine nascātur? Absit, quoniā talis congregatio sine his uitijs haberi posset. Quòd autē talia habeantur, a malitia aliquorū prouenit:non tamē omnium,quoniā multi sine his uitijs in cōgregatione uiuūt. Non sunt ergo hac occasione dānanda generalia studia, alioqui eadē lege esset dānanda omnis populi cōgregatio. Accedit ad hæc,ꝙ iste scholarū & studioꝝ usus nō est tā recēs ut Vuitcleff putat, sed ab ipsis ecclesiæ primordijs incepit. Nam Antiochiæ fuerat ab Apostolis cōstituta schola ad docēdum, in qua erant insignes do-
Act.14 ctores ad id munus obeundū. Hoc autē ex lib. Act. Apostolorū conijci potest,ut sic dicitur, Erant autē in ecclesia quæ erat Antiochiæ, prophetæ & doctores, in quibus Barnabas & Simon qui uocabatur Niger,& Lucius Cyrenensis,& Manahen,qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus,& Paulus. Ministrantibus autē illis dño dixit spiritus sanctus, Segregate mihi Paulum & Barnabā in opus ad quod assumpsi eos. Ecce opus & officiū ad quod ex omnibus Christi discipulis soli quinq; sunt electi, qui Antiochię doceant: & ex his quinq; duo fuerunt ad Apostolatū euecti, uidelicet Paulus & Barnabas. Ex quo patet tūc aliud fuisse doctoris officiū,aliud Apostoli. Post hanc Antiochiæ scholā alia fuit erecta Alexandriæ schola,de qua Eusebius Cæsariēsis lib.5.historiæ Ecclesiast.cap.10.de tēporibus Antonini Imperatoris loquens, per hæc uerba testatur. Cum per idem tempus scholæ ecclesiasticæ & doctoris officio præesset uir in omni eruditione nobi-

lissimus Panthenus, ex quo apud eos consuetudo antiquitus tradita usq; in hodiernū permanet, diuinarum scripturarū doctores inibi scholæ ecclesiasticæ haberi uiros dūtaxat in scientia & in eruditione probatissimos. Huius ergo officij uelut author quidā & dux, uir de quo supra diximus, satis illustris habebatur: quippe qui etiam in philosophis prius, qui Stoici appellant, nobiliter floruisset. Hæc Eusebius. Post hunc Panthenum dicit idem author successisse in eadem schola Clementē, & post Clementē Origenē, & sic successiue alios narrat doctores qui illi scholæ præfuerunt. Non est ergo tam recens scholarū & studiorū inuentio, ut Ioānes Vuitcleff putat. Sed ut huic finē liti imponamus, uideamus quid cōcilium Cōstantiense de hac re definiat. Concilium nāq; Constantiense sessione octaua dānauit. 45. articulos huius Ioannis Vuitcleff, quorū uicesimusnonus sub his uerbis ibidē ponitur. Vniuersitates, studia & collegia, graduationes & magisteria in eisdem, sunt uana gentilitate introducta, & tantum prosunt ecclesiæ sicut diabolus. Hæc ibi. Qui articulus simul cum alijs, una super omnes alta sententia, ibidem damnatus est.

SVBDITVS.

NVllus est ecclesiæ status quē non momorderit Ioānes Voitcleff, nulla est potestas cui non detraxerit. Nec cōtentus est ipse obedientiā & subiectionē suis superioribus denegare, nisi etiā subditis id idem faciendū persuaderet. Neq; hoc satis esse putauit, nisi subditos superiores suis plātis, & uassallos superiores suis dnis faceret. Dicit. n. populares hoies posse ad libitū suum prælatos & dnos delinquētes corrigere, & ita asserit populū iuste subtrahere decimas a sacerdotibus cū eos peccatores esse cognouerint, & ab alijs dominis subtrahere tributa propter illorū peccata. Qua in re eueniisse cōperim? Ioāne. Vuitcleff.

2.tim.3 quod Paulus de hæreticis ait· Mali homines & seductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes. Talis est Vuitcleff, qui ut fauorē populi acquireret, in hunc lapsus est uesanū & pestiferum errorē, quo nullus alius pestilentior esse posset. Nihil est enim quod magis possit nocere paci & tranquillitati alicuius reipublicę, q̄ si cuilibet populari homini tribuas potestatē corrigendi prælatum aut dominū suum. Erit tūc quælibet respublica umbra

Iob.10 quædam aut imago inferni, in quo teste Iob, nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Qualis q̄so esse potest ordo, ubi is qui corrigēdus est, corrigere uult? & qui corrigere debebat, correctionē patitur? Nullus certe est ordo, imo maximè ordini cōtrariū est, ut is qui præest, corrigatur ab illo cui p̄est. Nullus enim tunc esset alio superior si cum eo⁹ aliquis delinquit, se inuicē possent corrigere. O miserāda talis respublica quæ iuxta Vuitcleffi sententiā gubernanda esset. In ea enim oēs rudes hoies, idiotæ, scelesti, raptores, adulteri, mendaces, prælatos & dīos suos corrigere uellēt, & qui peior esset, uehemētius dīm & superiorē inuaderet, ut ipse a nullo puniretur, sed in sua nequitia impunis maneret. Tūc enim oia essent cōfusa. Puer cōtra senem tumultuaretur, ignobiles surgerent in nobilē, idiotæ cōtra sapiētes, discipuli contra magistrū, filij aduersus parentes. Et ita esset respublica puteus quidā, uel (ut uerius dicam) abyssus scandalo⁹. Quid nō faceret populus tali licentia donatus? Est enim populus fera quędā & imanissima bestia, qua non est alia ferior aut truculentior. Præterea, si licet cuilibet homini ex plebe

1.re.4 dīm delinquentē corrigere: cur Dauid in spelunca existens quā ingressus est Saul ut purgaret uētrem, non interfecit eundē Saulem, cum tunc facillime id agere potuisset? Nōne Saul rex iam malus erat, & regno a dño deo priuatus? Nunqd non iam occiderat

Achimelech ſacerdotem, & alios. 85. uiros ueſtitos Ephod lineo, propterea ꝙ Dauid eſuriẽti panes pro poſitionis dediſſet? Nunqd nõ ipſummet Dauid ſæpiſſime occidere tẽtauerat iniuſte, feciſſetq; niſi dñs ſeruũ ſuum de manu illius ſeruaſſet? Et tñ cum hęc oĩa notiſſima eſſent ipſi Dauid & omni populo, noluit Dauid illũ punire cum poſſet, ſed ſolum oram chlamydis Saul ſilenter præſcidit, nec tñ forte ſine aliqua quãuis leui culpa id fecit: quod ex eo cõuincitur, ꝙ poſtea pœnituit ipſum Dauid eò ꝙ abſcidiſſet orã chlamydis Saul. Quo fit ut multo magis pœnituiſſet eum ſi perſonã Saul percuſſiſſet. Ideo uiris ſuis cõſulentibus illi ut occideret Saul, dixit Dauid, Propitius ſit mihi dñs, ne faciã hanc rem dño meo Chriſto dñi, ut mittam manũ meam in eum, quia Chriſtus dñi eſt. Rurſum, Beatus Gregorius exponẽs illud Iob, Qui regnare facit hominẽ hypocritam, ſic ait, Sed quia rectores habent iudicẽ ſuũ, magna cautela ſubditorũ eſt non temere uitã iudicare regẽtium. Neq; enim fruſtra per ſemetipſum dñs æs nũmulariorũ fudit, & cathedras uendentiũ colũbas euertit, nimirũ ſignificans, quia per magiſtros quidẽ uitam iudicat plebs, ſed per ſemetipſum facta examinat magiſtrorũ. Et aliquibus interiectis, ſubdit: Igitur ſicut ꝑlatis curandũ eſt ne eorũ corda æſtimatione ſingularis ſapientiæ locus ſuperior extollat, ita ſubiectis prouidendũ eſt ne ſibi rectorũ facta diſpliceant. Si aũt magiſtrorũ uita iure reprehenditur, oportet ut eos ſubditi etiã cum diſplicent uenerentur. Hæc Gregorius. Ex cuius uerbis conſtat non licere ſubditis de uita paſtoris iudicare: minus ergo licebit eis paſtoris malã uitam punire. Deinde cum ſuperius in titulo de poteſtate iam probauerimus nullam poteſtatẽ nullumq; dñium amitti per peccatũ mortale, cõuincitur ex eo ſubditis non licere dños ſuos delinquentes punire. alioqui cum deli

Iob. 34

mat. 21

quissent, iam potestatem amisissent, propterea quia peccantes subsunt illis ad correctionē quibus ante peccatum præerant. Demū ex. 45. articulis Ioannis Vuitcleff in concilio Constantiensi sessione. 8. dānatis, decimusseptimus sic ait, Populares possunt ad suū arbitrium dños delinquētes corrigere. Qui articulus simul cum alijs eiusdē ibidem dānatus est.

SVFFRAGIA DEFVNCTORVM.

Lutherus.

NOn satis uisum est Luthero uiuētibus nocere, nisi etiā defunctis nocuisset. Viuentes enim a uenerationē sanctorū auocat, ne uidelicet eorū orationibus iuuentur, qui plurimū apud deū possunt. Defunctos uerò uiuorū suffragijs fraudat. Itaq; & uiuorū & defunctorū hostem se esse demonstrat. De sanctorū uenerationē quia iam disputauimus, superest ut pro suffragijs defunctorū aduersus Lutherū pugnemus. Dicit enim Lutherus nihil prodesse defunctis orationes, sacrificia, eleemosynas quæ a uiuis pro illis fiunt. Nec tū huius erroris primus au-

Valdēses. Albigenses. Græci. Armeni.

thor est Lutherus, quoniā ante eum fuere Valdēses, & Albigenses, qui hunc tutati sunt errorē. Et ante istos eundē errorē docuerunt Græci & Armeni, qui (ut aliàs diximus) negarunt omnino purgatorium, quapropter iuxta eorū sententiā oporteret orationes pro defunctis esse inutiles. Primus huius erroris au-

Aerius

thor, quod sciā, fuit Aerius quidā presbyter. Hunc enim errorē illi impingit Augu. lib. de hæresib. cap. 55. Et certe si defuncti tales sunt quales hi hæretici, fateor nō oportere sacrificia aut orationes pro illis deo offerre, quoniā frustra offerunt talia pro ijs qui in inferno sunt. Verū pro ijs qui sunt in purgationis loco, pium est & utile deū orare, aut alia sacrificia offerre. Nam in purgatorio existentes cū charitatem habeāt, per quā Christo capiti cōiunguntur, fit ut mēbra sint corporis ecclesiæ, cuius & mēbra sunt alij uiuentes. At hoc natura insitum est, ut uni

membro patienti reliqua cõpatiãtur, & se inuicem mẽbra iuuent cũ alterutro egent. Cum ergo in purgatorio existẽtes patiantur, opus est ut uiuẽtes eos iuuent orationibus & sacrificijs. Nã si uiuẽtes pro uiuis orantes exaudiunt, cur non etiã cum pro mortuis orant, si illi egent, & tales sunt qui iuuari possunt? Membro siquidẽ præciso nullũ auxilium præstare potest aliud mẽbrum in corpore manens. Mẽbrum tũ quantũlibet languidũ dum corpori adhæret, ab alijs membris iuuari potest. Et hac de causa orationes uiuentiũ non prosunt existentibus in inferno: quoniã hi sunt mẽbra præcisa: existentes autẽ in purgatorio, mẽbra sunt corpori cõiuncta, & ideo a reliquis mẽbris iuuari possunt. Cum uidisset Iesus fidẽ quorũdam offerentiũ illi paralyticũ, ait paralytico, Fili, dimittuntur tibi peccata tua. Si fides istorũ offerentium tantũ profuit paralytico uiuẽti, cur non fides offerẽtium sacrificia poterit prodesse defunctis, cũ isti sint eiusdẽ corporis mẽbra coram deo uiuentia? Præterea, Thobias senior filiũ suũ bonis cõsilijs erudiens ait, Panẽ tuum & uinũ tuum super sepulturã iusti cõstitue. Nisi enim oblationes pro defunctis factæ aliquid illis prodessent, frustra Thobias suasisset filio cõstituere panem & uinũ super sepulturã iusti. Non enim ponuntur illa ad pascenda corpora defunctorũ, sed uiuentium, pauperũ uidelicet, & sacerdotũ, ut hęc eleemosyna paupibus oblata, in utilitatẽ cedat ipsius defuncti. Rursum in 2. Mach. lib. apertissimũ habẽt pro suffragijs defunctorũ testimonio, ubi sic dicitur, Iudas facta collatione duodecim mille drachmas argẽti misit Hierosolymã offerri pro peccatis mortuorũ in sacrificiũ, bene & religiose de resurrectione cogitans. Nisi enĩ eos qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluũ uideretur & uanũ orare pro mortuis: sed quia cõsiderabat q̃ hi qui cũ pietate dormitionẽ acceperãt,

Mar. 2

Tho. 4

2. Macha. 12.

optimam haberẽt repositam gratiam: Sancta ergo, inquit, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis soluãtur. Hæc ibi. Quibus uerbis nihil potuit expressius dici ad hunc errorẽ prosternendum. Quapropter uidentes hæretici se hoc testimonio uehementissime urgeri, ad hoc cõmune illis asylum cõfugiunt, dicentes illum Machabæorũ librum non esse canonicũ, neq; esse tantæ authoritatis, ut eius testimoniũ sufficiat ad aliquã doctrinã refellendã. Verùm de hoc non est opus nunc disputare, quoniã ne passim talem suscipiaremus laborẽ, supra libro primo capite secũdo ostendimus catalogum eorũ librorũ qui canonici appellantur, quorum testimonio uti oportet in disputatione quæ de rebus ad fidem spectãtibus fit. In quo catalogo inserti sunt duo libri Machabæorũ, qui licet non fuerint ab Hebræis in canone cõputati, ut beatus Hieronymus ait: ecclesia tamẽ tanquã canonicos recepit illos libros, ut patet ex decretis cõcilij Mileuitani. Cæterũ etsi hi libri canonici nõ essent, neq; ullũ esset scripturæ sacræ testimoniũ apertum, efficacissimum esset testimoniũ pro huius rei confirmatione, totius ecclesiæ catholicæ uetustissima consuetudo. Vnde beatus Augustinus in libro de cura pro mortuis agenda, cap. 1. sic ait, In Machabæorũ libris legimus oblatũ pro mortuis sacrificium. Sed etsi nusquã in scripturis ueteribus omnino legeretur, non parua est uniuersæ ecclesiæ quæ in hac cõsuetudine claret authoritas, ubi in precib⁹ sacerdotis qua domino deo ad eius altare funduntur, locũ suum habet etiam cõmendatio mortuorũ. Hæc Augustinus. Sunt etiam plures alij sacri doctores, sanctitate perinde ac doctrina illustres, qui pro hac re testimoniũ dicunt. Et (ut recentiores omittam) a beato Gregorio initium sumo, qui libro. 4. Dialogorũ cap. quinquagesimoquinto. sic ait, Si culpæ post mortẽ inso

lubiles nō ſunt, multū ſolet animas etiā poſt mortem ſacra oblatio hoſtiæ ſalutaris adiuuare, ita ut hanc nonnunq; ipſæ defunctorꝝ animæ expetere uideantur. Hæc ille. Quod autem dixit, ſi culpæ poſt mortem inſolubiles non ſunt, propter eos qui ſunt in inferno dixit, quorum peccata ſolubilia nō ſunt, nec ulla poſſunt iam ſatisfactiōe redimi. Theophylactus ſuper Lucam exponens illud Lucæ, Timete eum qui poteſt corpus & animā mittere in gehennā, ſic ait, Vide enim q̄ nō dixit, metuatis eum qui poſtq; occiderit, mittit in gehennam, ſed habentem poteſtatem mittendi. Nō enim ſemper qui moriuntur peccatores, mittuntur in gehennam, ſed ſunt in poteſtate dei, ut etiam dimitti poſſint. Hoc autem dico propter oblationes & diſtributiones quæ fiūt pro defunctis, quæ nō parum conducunt etiam ijs qui in grauibus peccatis mortui ſunt. Nō omnino igitur poſtq; occiderit, mittit in gehennam, ſed poteſtatem habet mittendi. Ne igitur ceſſemus per eleemoſynas & interceſſiones propitium reddere eum qui poteſtatem habet mittendi, non ſemper poteſtate hac utentem, ſed & ualentem remittere quicquā. Hæc Theophylactus, qui ſatis aperte ſuffragia quę pro defunctis fiunt, commendat, & ad illa facienda ſuadet. Beatus Chryſoſtomus homilia ſexageſima nona, Bernardo Brixiano interprete, huius rei uetuſtiſſimam aſſignat originem dicens, Non temere ab Apoſtolis hæc ſancita fuerunt, ut in tremendis myſterijs, defunctorum agatur cōmemoratio. Sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, utilitatem multā. Hæc Chryſoſtomus. Ex cuius teſtimonio conſtat hanc ab Apoſtolis manaſſe inſtitutionem, ut in miſſę ſacrificio defunctorum fieret cōmemoratio, ut inde aliquid lucri defuncti conſequerentur. Athanaſius in libro de uarijs quæſtionibus ad Antiochum principem, quæſtione triceſimaquarta Luc. 12

hoc modo quęrit, Quid ergo? Num sentiunt aliqua beneficia etiam peccatorum animæ, cum super illis fiunt conuentus & peractiones bonorum operum & oblationum? Cui quæstioni per sequentia uerba respondet, Si non aliquo beneficio participarent ex illo, non utiq; in cura & exequijs fieret cōmemoratio. At sicut uitis floresćit extra in agro, & odorem eius sentit in uase uinum reclusum, sicq; consloresćit etiam ipsum: ita intelligimus peccatorum animas participare aliqua beneficia ab exangui immolatione, & gratificatione pro ipsis facta, sicut solus ordinat & præcipit, qui uiuorum & mortuorum potestatem gerit deus noster. Hæc Athanasius. Et beatus Dionysius Areopagita Pauli Apostoli discipulus libro de Ecclesiastica Hierarchia cap. 7. describens cęremonias quæ in defunctorum exequijs suo tempore fiebant, ait, Accedens deinde uenerandus antistes precem suam super mortuum peragit, postq; precem & ipse pręsul eum salutat, & suo deinceps ordine qui astant omnes. Precatur oratio illa diuinam clementiam, ut cuncta dimittat per infirmitatem humanam admissa peccata defuncto, eumq; in luce statuat, & regione uiuorum, in sinibus Abrahę, Isaac, & Iacob, in loco unde effugit dolor, tristitia, & gemitus. Hæc Dionysius Areopagita. Ex cuius uerbis satis constat tempore Apostolorum fuisse seruatum hunc modum orandi pro defunctis. Post hæc illustrium uirorum testimonia, ut finem huic contentioni imponam, multa diuersorum Conciliorum decreta in medium producam. Concilium Carthaginense quartum capite nonagesimoquinto tale statuit decretum, Qui oblationes defunctorum aut negant ecclesiis, aut cum difficultate reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur. Hæc ibi. Concilium Valense capite. 4. suorum decretorum ita definit, Qui oblationes de-

Dionysi areopagita

Concilia diuersa.

functorum retinent, & ecclesiis tradere demorantur, ut infideles sunt ab ecclesia abꝭciẽdi, quia usq; ad inanitionem fidei peruenire certum est hanc diuinæ pietatis exacerbationem, quia & fideles de corpore recedentes uotorum plenitudine, & pauperes consolatu alimonię & necessaria sustentatione fraudantur. Hi enim tales quasi egẽtium necatores, nec credentes iudicium dei habendi sunt. Vnde & quidam patrum hoc scriptis suis inseruit congruente sententia, quæ ait, Amico quippiam rapere furtum est, & ecclesiam fraudare sacrilegium. Hæc concilij Valense. Et concilium Agathense cap. 4. idem sub eisdem ferè uerbis definit. Concilium Toletanum tertium cap. 22. hanc ponit definitionem. Qui diuina uocatione ab hac uita recedunt, cum psalmis tantummodo & psallentium uocibus debere ad se pulchra deferri præcipimus. Nam funeris precamẽ quod uulgo defunctis cantari solet, omnino prohibemus. Sufficiat autẽ q̃ in spe resurrectionis, Christianorum corporibus famulatus diuinorũ impenditur canticorum. Hæc concilium Toletanum tertium. Denique concilium Florentinum, quod pro unione Grecorum sub Eugenio quarto celebratum est, ita de hac re definit. Item si uere pœnitentes in dei charitate decesserint antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis & omissis satisfecerint, eorum animas pœnis purgatorꝭs post mortẽ purgari: & ut à pœnis huiusmodi releuentur, prodesse eis fidelium uiuorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes & eleemosynas, ac alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro alꝭs fidelibus fieri consueuerunt secundum ecclesiæ instituta. Hæc concilium Florentinum. Possem adhuc plura citare conciliorum decreta, sed hæc sunt satis ad conuincendos hæreticos.

Finis Libri Tertꝭdecimi.

TEMPLVM.

4.re.25

Abuchodonoſor rex Babylonis, q̃ dæmonis figuram gerit, cum Hierosolymam inuaſit, nō fuit contentus templū domini ſpoliare, & omnia uaſa illius precioſa dirigere, ſed & ipſum templum fœdauit, cōſpurcauit, imo magna ex parte deſtruxit, qm̃ colūnæ templi, & baſes, & capitellum, multaq; alia ab eo inde ſublata ſunt. Ad eundē modū fecit Antiochus rex, qui uiolēta manu templū domini inuadens, poſtq̃ ſuſtulit ab eo altare aureum, candelabrū luminis. & uniuerſa uaſa eius, & mēſam propoſitionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & uelū, & coronas, & ornamentū aureum, quod in facie tēpli erat, & cōminuit omnia, nō fuit contentus hęc omnia ſuſtuliſſe, ſed quò nocentiſſimū ſe oſtenderet ſynagogæ hoſtē, prohibuit holocauſta & ſacrificia & placationes fieri in tēplo dei. Eodem modo ille antiquus humani generis hoſtis, omni qua potuit uia facere tentauit. Nam (ut ſupra narrauimus) miniſtros ſuos, quoſdā uidelicet hæreticos ſubmiſit, qui uaſa & alia tēpli ornamenta, hoc eſt ſacramenta, & omnia ſacramentalia, omneſq; cęremonias & ritus ab eccleſia auferrent, dicētes ea omnia eſſe prorſus inutilia, meraſq; nugas. Ecce nunc adſunt alĩ miniſtri eius, qui templum euertant, prohibeantq;, ſi potuerint, ſacrificia & orationes in tēplo fieri, dicentes templa dei nullius eſſe utilitatis, neq; aliquo pacto p deſſe in eccleſia dei. Huius hæreſis primus author fuit Euſtachius quidā de quo in concilio Gāgrenſi fit mentio. Hic baſilicas martyrū, & templa ſub nomine diuorū deo dedicata contēnebat, & omnes qui

5.mac.1

Euſtachius.

ad illa conueniebant ibidē aut sacrificaturi, aut oraturi, reprehendebat. Hunc autē errorem iam diu sepultū, post multa secula suscitarunt Valdenses, qui ut illustriores hæretici mūdo apparerent, Eustachij errorē multo fusius extenderunt, qm̄ ille sola tēpla q̄ in diuoꝝ nomine sunt cōsecrata, irridebat: hi autē omni tēplo detraxerunt, dicētes templū dei late patentis ipsum mundū esse, & coarctare maiestatem eius, q̄ ecclesias, monasteria, oratoriaq; construunt, tanq̄ propitior in eis diuina maiestas inueniatur. Hoc enim illis impingit Aeneas Syluius in libro de origine Bohemoꝝ, quanq̄ Guido nihil tale illis tribuit etiam cū Valdensiū errores recensēt. Post Valdēses fuerunt alij hæretici dicti Pseudoapostoli, qui adhuc maiori cū iniuria de tēplo dei loquuti sunt, dicētes ecclesiam cōsecratā nō plus ualere ad orandum, q̄ stabulum porcoꝝ. Eundē errorē tutati sunt magis ui & armis q̄ scripturę testimonijs, quidam Bohemi hæretici Thaboritę appellati. Istoꝝ dux & princeps fuit Zischa quidā nobilis genere, erroribꝰ Ioannis Huss infectus, qui copiam perditoꝝ hominū cōgregans, ecclesias inuasit, spoliauit, euertitq;. Monasteria destruxit, monachosq; fugauit, aliaq; similia facinora perpetrauit. Vt autē tutus in facinore esset, & alia cū uellet, securius posset perficere, locū natura munitū elegit: hunc mœnibꝰ cinxit, & ut quisq; ex militibus tentoria fixerat, ita ædificare sibi domos imperauit. Huic loco Thabor indidit nomē, & comites suos fratres Thaboritas appellauit, tanq̄ cū tribus Apostolis Saluatoris Christi transfigurationē in monte Thabor uidissent, indeq; suas opiniones mutuati essent, quas fidei ueritates appellabant. Hj ergo omnes p̄fati hæretici cōcorditer sentientes, templum dei contēnunt, q̄uis unus plus alio insaniens magis illud uilipendat. Ad hunc autem errorē reuincendū satis est quod Salomon rex

Valdē-ses.

Pseudo apli.

Thabo-ritæ.

3.par.21 ex p̄cepto dei ædificauit templū Hierosolymæ. Nā cū Dauid prius illud ædificare cogitasset, reiectus est à dño uelut indignus ad id munus obeundū,eò q̄ uir bellator fuerat,& sanguinem fuderat: & hoc onus ædificandi templū transtulit in Salomonē. Si templū dei nullius esset utilitatis, nunq̄ tantum in eius cōstructione laborasset Salomon, nec tantā auri & argenti materiā in eo expēdisset, nec dñs deus templū illud tot tantisq́ priuilegijs decorasset, qualia describuntur lib.2. Paralipomenon cap.7. Præterea si dei templū nō magis ualeret (ut impiē pseudo apostoli asserunt) q̄ stabulum porcorū,nunq̄ dñs
Mat.21 eiecisset uēdentes & ementes ab illo. Nā cū in foro uendere & emere liceat,non autē in tēplo,satis aperte cōuincitur templum dei esse maiori ueneratione dignū q̄ forū,ne dicam q̄ stabulum. Rursum,Dñs noster Iesus Christus eiciens ementes & uendētes de tēplo,ad operis confirmationē citauit pro se testi
Esa.56 moniū Esaię dicētis,Domus mea,domus orationis uocabitur. Ex q̄bus uerbis satis aperte cōuincitur templū dei esse locū magis orationi destinatum q̄ quēcunq̄ alium. Accedit ad hæc,q̄ usus tēplorū nō est recens in ecclesia,sed ab ipsis Apostolis introductus. Nā Eusebius Cæsariensis lib.2. historiæ Ecclesiasticæ cap.17. narrans ea q̄ Philo Iudæus de moribus Christianorū scripserat,sic ait, Post hæc descriptis eorum habitaculis,ut se habeat singulorū qualitas & situs, etiam de ecclesiis q̄ apud eos sunt, ita dicit, Est autem(inquit)in singulis locis consecrata orationi domus, quæ σεμεῖον uel μοναστήριον dicīē. σεμεῖον autem in nostra lingua significare potest honestorū conuenticulū, in quo secedentes,inquit,honestę & castę uitę mysteria celebrant. Hęc Eusebius Philonē scripsisse narrat. Hic autē Philo(eodē Eusebio teste) fuit tēpore Claudij Imperatoris,ad quem à suis legatus est missus, & Romam hac de caussa

uenit,ubi beatũ Petrũ uidit. Patet ergo fuisse tempore Apostolorũ loca aliqua orationi cõsecrata, q̃ nos ecclesias appellamus. Demũ concilium Gangrense cap.5. suorũ decretorũ ita definit. Siquis docet domũ dei contẽptibilem esse debere,& cõgregationes quę in ea fiunt ànathema sit. Hæc ibi. Nec opus est aduersus tam apertũ errorem pluribus agere. Concilĩ Gãgrẽse.

TENTATIO.

INter multos errores quos beatus Bernardus epistola.190. tribuit Petro Abailardo, unus est quo illum sentire ait,dęmonũ in nobis suggestiones cõtactu fieri lapidũ & herbarũ, prout illorũ sagax malitia nouit harũ rerũ uires diuersas diuersis incitandis & incẽdendis uitijs conuenire. Et certe si Petrus Abailardus non in uniuersum de omni tentatione dæmonis loquatur. sed de aliqua,ita ut nõ omnes, sed aliquas dęmonum tentationes in nobis uirtute lapidum & herbarum fiant,ego nõ putarẽ hęresim, sed uerã doctrinam. Nam certum est multas animę tẽtationes à carne propria oriri,qm̃ Paulus ait,Caro concupiscit aduersus spiritum. Et talis carnis cõcupiscentia,quędã tentatio est, qua anima ad peccatum impellitur, sicut Iacob⁹ Apostolus ait, Vnusquisq; tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. quoniam nemo est qui carnis impulsionibus non agitetur. Et iuxta uariam carnis cõplexionem,uariæ sunt hominũ à proprijs corporibus tentationes. Et dęmon qui uniuscuiusq; corporis qualitates & cõplexiones optime nouit, conuenientia adhibet incentiua, quib⁹ caro iuxta suam qualitatẽ magis possit incendi. Vnde beatus Gregorius exponens illud Iob,Diuiditur æstus super terrã,hæc ait, Prius enim complexionem uniuscuiusq; antiquus aduersarius pspicit,& tunc tentationis laqueos apponit. Alius nãq; lætis,alius tristib⁹,alius timidis, alius elatis moribꝰ exist. Quò ergo occultꝰ aduer- Petrus Abailardus Gala.5 Iaco.1. Iob.38 Grego riu⁹

farius facilè capiat, uicinas consperſionibus deceptiones parat. Quia enim lętitię uoluptas iuxta eſt, lætis moribus luxuriam proponit. Et quia triſtitia in iram facilè labitur, triſtibus poculum diſcordiæ porrigit. Quia timidi ſupplicia formidant, pauenti bus terrores intentat. Et quia elatos extolli laudib⁹ conſpicit, eos ad quæq; uoluerit blandis fauoribus trahit. Singulis igitur hominibus uitȝs conuenientibus inſidiatur. Hęc Gregorius. Cum ergo dęmon uariè hominem tentet iuxta uariam (quam optime noſcit) illius cõplexionem: cogimur certe fateri illũ poſſe hominẽ tentare per lapidũ aut herbarũ contactum. Multæ enim ſunt lapidũ & herbarum uirtutes, quæ hominum cõplexionibus conueniunt. De ſmaragdo dicitur & topazione, q̃ libidinis ardores mitigent. Cur etiam non erit alius uirtutis contrariæ lapis, qui ardores hominũ augeat? Pyropum aiunt cordis mœſtitiam prorſus expellere: propter quod poſſibile etiam cẽſeo alium eſſe lapidem, qui contra hunc uirtute ſua pugnet, ita ut cor hominis mœſtitia abſorbeat. Nullus autẽ dubitat dęmonem hæc omnia optime noſſe: quapropter nec ego etiam dubito dęmonẽ per illarum rerum applicationẽ & contactũ poſſe aliquando homines tentare, ſi à deo permittatur. Præterea multi nõ contẽnendæ authoritatis theologi fatentur dæmonũ afflictiones & uexationes poſſe per rerum ſenſibilium applicationẽ
1.Re.16 mitigari, ſicut de Saule legimus, qui cum à dęmone uexaretur, Dauide citharã pulſante leuius ferebat. Hoc cõcedit Nicolaus de Lyra interpretans illum locum in primo Regũ libro. Idem etiam fatetur Richardus de media uilla, quodlibeto tertio, q̃ſtio. 8. qui tam paruã dicit poſſe contingere dæmonis afflictionem, tantamq; eſſe lapidis aut herbæ uirtutem, ut non ſolum mitiget, ſed prorſus tollat dæmonis afflictionem. Si lapides & herbæ poſſunt dæmonis

afflictionem

afflictionem impedire, quid obstat ut alij sint cõtra riæ uirtutis lapides aut herbæ, qui dæmonẽ in affligendis hominibus iuuare possint? Nõ est ergo contra catholicã fidẽ, putare q̃ dæmon possit p̃ contactũ lapidũ & herbarũ homines ad peccatũ impellere. Et si hoc solum sensit Petrus Abailardus, nõ erat hac ratione de hæresi notãdus. Verùm quia ego credo beatũ Bernardũ uirũ doctũ perinde ac sanctum, qui nõ gratis & ĩmeritò Petrũ Abailardũ de hæresi hoc loco notasset: ideo puto illũ de omni dæmonis tentatione fuisse locutũ: ita ut nulla sit dæmonis in nobis tentatio, quæ hoc modo nõ fiat contactu lapidum aut herbarũ. Et si ita sensit Petrus Abailardus, apertissimè errauit. Nã prima dæmonis tentatio nõ fuit mediantibus lapidibus & herbis, sed serpẽte medio, cuius figurã assumpsit, ut per os illius uerba formaret, quibus Heuam primã omniũ matrem alloquens, persuaderet prohibiti cibi esum. Vt autem Adam tentaret, ipsam Heuam adhibuit, non Gen.3. lapides, non herbas. cognouerat quippe uxorem ad hoc opus potentiorẽ esse omnibus lapidib⁹ & herbis. Et cum Sathã appetit tentare Iob, & ad hoc licẽ Iob.1. tiam à deo petit, non postulat sibi permitti lapides aut herbas applicare: sed uallum quo deus uniuersam illius substantiam circũcinxerat, auferre: ut libere posset illum per omnis substantiæ deuastationem tentare. Cũ autem sic parum se proficere uideret, licentiam iterũ postulat personã illius tangendi & percutiendi. Et percussit illũ ulcere pessimo, sperans illum aduersis frangere posse. Deinde cũ Saluatorem nostrum tentauit in deserto, nõ applicatione herbarũ aut lapidũ tentauit, sed locutione, ut euangelica narrat historia. Primò enim illi dixit, Si filius Mat.4 dei es, dic ut lapides isti panes fiant, & reliqua deinceps. Præterea multa alia sunt tentationum genera, quibus nos à dæmone tentari sacra docet scriptura.

2.co.11 Nam aliquando(ut Paulus Apostolus ait) transfigurat se in angelum lucis: qm̃ frequẽter multos tentat Sathanas ostendens se illis quasi angelũ lucis, ut facilius illos decipere ualeat. Vnde Apostoli in naui perterriti, putabant phantasma esse. Et Petrus
Mat.14 apostolus dicenti dño: Nolite timere,ego sum: non facile credẽs,ait,Si tu es,iube me uenire ad te super aquas. ut si firmiter posuisset pedẽ super aquas,sciret uerum esse q̃ nõ erat phantasma quod apparebat. At nullus sanę mẽtis dicet talẽ dæmonis transfigurationẽ qua se in angelũ lucis transfigurat,fieri contactu herbarũ aut lapidũ. Rursum. Aliqua sunt spiritualia peccata,q̃ nullam habent cũ carne uicinitatem, & propterea ab illa minime oriri possunt, q̃ Paulus uocat spiritualia nequitiæ in cælestibus.
Ephe.5 Nullus autẽ est adeo demens, ut dicat tentationem quæ ad huiusmodi peccata solicitat, fieri contactu lapidum aut herbarum: qm̃ cum hæ res sint corporeæ,nullam habent potestatem mouendi spiritum, nisi quatenus cognoscuntur & amantur. Possunt etiam dæmones mouere phãtasmata hominum, ita ut quod illis magis placuerit,offerant imaginationi,& sic hominem tentent: qm̃ quod magis mouet phãtasiam,illud magis urget ut cognoscatur ab intellectu: quod autẽ magis cognoscitur, illud uehementius uoluntatẽ solicitat ad amorem: pẽrtim si concomitetur carnis delectatio. Et de hac re dicta sufficiant. Nec uidi aliquem qui aduersus hanc hæresim disputauerit: quoniam beatus Bernardus sola illius relatione fuit contentus.

TERRA.

Fœlix DE hac re fuit una hæresis, quæ docuit terrã esse deo cœternã. Huius hæresis auctor dicitur Fœlix quidam Manichęus, cum quo beatus Augustinus publice disputauit. Et de actis cum hoc Fœlice sunt duo libri editi qui inter opera beati Augustini

circũferuntur: & in primo illoꝝ libro de hac hæresi fit mentio. Aduersus hanc hęresim nõ est operosum disputare: cum tam expressa sint scripturæ sacræ testimonia. Nam ĩ lib. Geneseos dicitur In principio creauit deus cęlum & terrã. Si deus in principio terram creauit, nõ est ergo terra ęterna: quia quod creatur, aliquãdo habuit initium. Et in lib. Psal. prophetat, Initio tu dñe terram fundasti. Et beatus Paulus apostolus in epistola ad Hebræos eadem prophetæ uerba repetit. Pręterea apud Esaiam prophetã deus ait, Ego feci terrã, & hominem super eam creaui. Et iterum, Hæc dicit dñs creans cælos, ipse deus formans terrã, & faciens eam, ipse plastes eius. Non in uacuũ creauit eam, sed ut habitetur formauit eam. Si deus terrã fecit, & illam formauit, fieri nõ potest ut sit deo coæterna: qm̃ quod factũ est, aliquãdo hãbuit initium. Deniq; aduersus hanc hæresim extat Concilij generalis definitio. Nam cõcilium Lateranense sub Innocẽtio tertio celebratum, de tribus in deo personis loquens, hæc ait Vnũ uniuersoꝝ principium, creator omniũ uisibilium & inuisibilium, spiritualium & corporalium, qui sua omnipotenti uirtute simul ab initio tẽporis utrãq; de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem, ãngelicam uidelicet & mundanã, ac deinde humanã quasi cõmunem ex spiritu & corpore constitutam. Hęc concilium. Quę uerba habentur in uolumine decretalium cap. 1. de summa trinitate & fide catholica. In quibus uerbis illud adnotandũ est quod ait, Ab initio tẽporis omnia creata esse spiritualia & corporalia. Si omnes creaturæ sunt ab initio tẽporis, ergo etiam terra. Si terra est ab initio tẽporis, nõ est possibile ut simul sit æterna. Aduersus tam apertam hæresim hæc pauca sufficiunt.

Gen. 1.

Psa. 101

Hebr. 1

Esa. 45

Concilĩ Lateranẽse.

TIMOR DEI.

Lutherus.

VNus ex Lutheri erroribus pestiferis est quo do

cet timorē dei seruilem esse prorsus inutilē, imo etiā noxium: qm̄ dicit illum esse dignum pœna. De hoc errore supra satis disputauimus in titulo de contritione. Qm̄ Lutherus damnat eam peccatorꝝ contritionem, quæ ex odio gehennę oritur: ideo opus fuit tunc de timore seruili disputare. quo loco ex sacræ scripturę testimonijs ostendimus timorē dei seruilē esse bonum, & esse numerandū inter dona spiritus sancti: quāuis nullus per illum mereatur, nisi sit simul cum charitate: qm̄ nullū est opus quod sit præmio dignum, nisi quod ex radice charitatis oritur. Verùm etsi loco illo dictum sit quod ad hunc errorem reuincendū sufficiat, nō tamen erit inutile hoc loco aliquid superaddere quo ueritas magis elucescat: p̄sertim cū hic sit titulus aptior, sub quo hęc disputatio fieri debeat. Et primo ostēdamus unde habeat ortum iste timor seruilis, & à quibus caussis generetur, ut ostēsa bonitate arboris clarius pateat bonitas fructus: qm̄ iuxta saluatoris nostri sententiam, arbor bona fructus bonos facit. Et certe quātum ego conijcere possum: timor dei seruilis, cū uidelicet quis propter pœnam quā timet, abstinet ab offensa dei, duas habet origines in ipsomet peccatore. Vna est amor sui, & sui cōmodi: unde prouenit, ut fugiat incōmoda. Ideo enim peccator odit & timet pœnā, quia illa aufert quietē, pacem, delectationē, & integritatē patientis. Altera origo est cōsideratio omnipotentię diuinę, & eius sapiētiæ, & iustitię. Cōsiderat enim deum adeo potentē, ꝙ nullus illi resistere, aut manus illius euadere possit, tam sapientem, ꝙ nihil illum latere possit: tam iustum, ut nullis aut precibus aut muneribus possit à iustitia flecti, ut malefactorem nō puniat. Cum ergo peccator odiat pœnā, ad quā infligendam certò credit deum esse potentē, sapientem & iustum, abstinet ab opere peccati, ne talem pœnā patiatur, sic tamen, ut in eo

Mat. 7

peccandi uoluntas etiam auferatur. Talis inq̃ fuga peccati ad euitandũ pœnã, est timor seruilis, quẽ dicimus esse bonũ & utilem, nisi uoluntas peccati (ut ĩ titulo de Cõtritione expressimus) sit illi admixta. Hoc enim satis apertè ostendit parabola illa de Rege uolente ponere rationẽ cũ seruis suis, quã cũ incepisset ponere, oblatus est ei unus debens decẽ milia talentorũ: qui cum non esset soluendo, iussus est uendi, id est (ut Augustinus interpretatur) tormẽtis subñci, cũ uxore & liberis, hoc est, cũ cupiditate & operibus. Quã sententiam cũ audisset seruus debitor, horrore & odio pœnæ cui erat iam destinatus, p̃ces ad dñm fudit, illi humiliter supplicans ut dilationẽ solutionis illi indulgeret. Nec tamẽ passus est repulsam, sed dilationẽ petens, suscepit remissionẽ: q̃ rata permansisset, nisi ipse postmodũ meruisset ne talis indulgentia cassaretur propter inhumanitatẽ quã erga cõseruum suũ exercuit. Ecce istum seruũ, qui nõ aliter ad dñm suum conuertitur q̃ ex odio pœnæ cui uiderat se adiudicatum: & sic conuersus exauditur. At si ille timor seruilis esset peccatũ (ut Lutherus ait) conuersio ex illo orta etiã esset mala: & si illa mala fuisset, nunq̃ fuisset exaudita. Præterea saluator noster suadens nobis pacem & concordiam, per hunc timorẽ nos ad illã inducit. Sic enim ait, Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in uia cũ eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerẽ mittaris. Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimum quadrantẽ. Rursum, Sapiens cõsulit parentibus ut filios suos corrigere & flagellare nõ desinant, ut uel sic filĩ discant abstinere à malo. Qui parcit uirgæ (inquit ille) odit filium suũ: percuties eum uirga, & liberabis animam eius à morte. Et iterum, Stultitia alligata est in corde pueri: uirga disciplinæ effugabit eam. Quid ergo de charitate patris nostri qui

mat. 18

Mat. 5

Pro. 13.

Pro. 22

in cælis est, erga filios suos censebis? Nõne ille etiã puniet & flagellabit filios suos, ut uel sic discant declinare à malo? Nõne castigat eos quos amat? Amat autẽ filius. Omnẽ ergo filium quẽ diligit, corripit.
Heb. 12 Sed quare corripit? Certè nõ ob aliam causam nisi propter disciplinam, ut uidelicet discant declinare à malo, & facere bonum. Hoc autẽ ex ipsis Pauli uerbis apertissime colligitur. Nã postq̃ dixerat Deum flagellare omnem filium quem recipit, statim subiunxit, dicens, In disciplina perseuerate. Tanq̃ filijs
Heb. 12 nobis offert se deus. Quis enim filius quem nõ corripit pater? Quod si extra disciplinã estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulterini & non filij estis. Vides iam ob quã causam Deus corripiat & flagellet filios suos, quia propter solã disciplinam. Sunt enim aliqui adeo indisciplinati, ut benignitate & misericordia nunq̃ mollescant, imo duriores & peiores fiant. Hos flagellare oportet, ut flagellati discant: qm̃, ut ait quidam propheta, uexatio dabit in
Esai. 28 intellectum. At si timor seruilis malus esset, aut operatio ab illo timore procedens esset mala: deus nunq̃ flagellis cingeret aliquem hac intentione, ut ex odio flagelli conuerteretur ad bene operandum. Deinde
Psa. 118 propheta regius ait, Bonum mihi quia humiliasti me, ut discã iustificationes tuas. Dauid testat̃ se didicisse iustificationes Dei propterea q̃ fuerit à deo humiliatus: & propterea reddit gratias deo, quia humiliauerit illum: eò q̃ ex tali humiliatione magnum illi euenerit bonũ, uidelicet discere Dei iustificationes. Nõ est ergo opus aliquod censendũ malum hac sola ratione q̃ à timore seruili procedit. Et si opus ab illo procedens, non est hac ratione malũ dicendum, nec ipse timor erit de malitia notandus:
Mat. 7 quoniam iuxta Saluatoris sententiam, arbor mala nõ potest bonos fructus facere. Pro hac re sunt plura sanctorũ uirorũ testimonia: quorum aliqua in me

dium producere nō erit inutile. Beatus Bernardus in libro de præcepto & dispensatione, sic ait, Bonus quidē obedientię gradus est, si iuxta magistri nostri sententiam propter metum gehennæ, siue ꝓpter professionem sanctam quā professus est quispiam, obedierit, melior tamen cū ex dei amore obeditur. Hęc Bernardus. Richardus de sancto Victore libro. 1. de ꝓparatione animi ad contemplationem, cap. 8. dicit timorem gehennę esse initium sapientiæ, & capite sequente, uidelicet. 9. de eodē timore loquens, sic ait, Quanto quis uehementius metuit pœnā quam meruit, tanto acerbius plāgit culpam quam fecit. Sed sciendum quia quacunq; hora peccator conuersus fuerit, & ingemuerit, saluus erit, secundū illud, Cor Psa. 50
contritum & humiliatū deus non despicies. Quid tibi uidetur? Nonne merito talis filius Symeon, id est exauditio uocatur? Qui enim uere pœnitet, qui ueraciter dolet, absq; dubio & absq; mora indulgētiam accipiet. Oratio quæ ex corde contrito & humiliato profertur, citius exauditur. Humiliato per timorem, contrito per dolorē. Hæc Richardus. Quibus uerbis satis aperte docet timorem seruilem esse bonum: quoniam asserit illum esse primum gradum ad sapientiam, eiusq; primam prolem dicit esse dolorem de peccato cōmisso, aut contritionem, quam fatetur mereri exauditionem, tātum abest ut illam damnare uelit. Beatus Augustinus cum hoc pluribus in locis asserat, expressius tamē super primam Ioannis Apostoli epistolā, tractatu nono, ubi exponens illum locum Ioannis, Timor non est in charitate, sic ait, Quid ergo dicimus de illo qui cœpit timere diem iudicij? Si perfecta in illo esset charitas, nō timeret: perfecta enim charitas faceret perfectam iustitiam, & non haberet quare timeret, imo haberet quare desideraret ut transeat iniquitas, & ueniat regnum Dei. ergo timor non est in charitate.

Sed in qua charitate? Non in inchoata. In qua ergo? Sed perfecta (inquit) charitas foras mittit timorem. Ergo incipiat timor, qa initiū sapientiæ timor dñi. Timor quasi locū prēparat charitati. Cū autem cœperit charitas habitare, pellitur timor qui ei p̄parauit locum. quantū enim illa crescit, ille decrescit: & quantū illa fit interior, timor pellitur foras. Maior charitas, minor timor: minor charitas, maior timor. Si autē nullus timor, non est quà intret charitas. Sicut uidemus per setam introduci linū, quādo aliquid suitur: seta prius intrat, sed nisi exeat, non succedit linū: sic timor primo occupat mentem: nō autē ibi remanet timor, quia ideo intrauit, ut introduceret charitatem. Hucusq; Augustinus. Ex cuius uerbis cōstat q; etsi timor seruilis nō stet cum perfecta charitate, stat tamē cū charitate inchoata, & uia est ad charitatem perfectā. Si timor seruilis (ut Lutherus ait) peccatū esset, nunc̄q; pararet locū charitati. Parat autem locū charitati, non est ergo peccatū. Beatus Basilius in expositione psalmi. 33. sic ait. Timor enim saluatoris qui ad sanctitatem deducit, & animæ diuinitus insitus est, qualis existat si cupis audire, attende. Quādo forte te ad aliquod peccatū uideris paratū, illud horribile mandatum, & Christi iudicium cogita, in quo iudex in alto sedens tribunali, circūfusos undiq; populos coràm habebit, astabitq; omnis creatura eius aductum glorioſum exhorrens rationem gestorū redditura. Deinde qui multa in uita admiserunt, timidi ac tristes apparebunt, uicinum aspicientes ignem, sęuas flammas respirantes, ob malorum præteritorum impœnitentiam ingemiscentes, ob ingentem dolorem & odiū ad omne cōmune noctis aspectibus æquiparandi. Deinde barathrum & tenebras inaccessas, ignemq; obscurum causticas alioqui uires habentem conspicientes. Inde uermium serpentiumq; innumera-

bilium genus uenenosum ac carniuorũ nunq; saturum, intolerabiles dolores morsibus infligens. Postremo omnium durissimã pœnam, probrũ illud & uerecũdiam sempiternã. Hæc tu timebis, hoc demũ timore institutus, quodã quasi freno tuã cohibebis a prauis cõcupiscentijs animã. Talem itaq; domini timorẽ nos pater ille se recipit docere, non quidem eos qui audire negligunt, & ab eo procul absunt, in peccata facilè ruentes, sed qui de salute propria soliciti, ad eius properant doctrinã: non inquã hospites & peregrinos a fide utriusq; testamenti, sed qui per baptismum & adoptionẽ dei sunt facti domestici. Propterea inquit uenite, hoc est p benefacta mihi uos reddite propinquos: filij lucis estote, filij per generationẽ dignati. Audite uos qui aures cordis patentes habetis, timorẽ dñi docebo uos, hunc quem paulò antè uobis descripsi. Hucusq; Basilius. Quibus uerbis nil potuit expressius aduersus Lutherũ dici. Nam cum de timore seruili satis apertè loquatur, dicit illum nos ad sanctitatẽ deducere, & esse diuinitus inspiratum, & quem pater cælestis nos docet. Cum ergo tot & tam aperta produxerimus ad uersus hunc errorẽ testimonia, non est opus ut amplius de illo disputemus, præsertim cum in titulo de contritione alia multa dicta sint.

Secunda hęresis de timore dei, est quã docuit Petrus Abailardus, dicens timorẽ dñi non esse in futuro seculo. Hunc enim inter alios errores illi impingit beatus Bernardus epist. 190. Et certe miror q̃ homo alioqui doctus in tantũ tamq; apertũ errorẽ lapsus fuerit: cum ad illũ reuincẽdum tam manifestum sit testimoniũ prophetæ dicentis, Timor dñi sanctus permanet in seculũ seculi. Quę uerba exponens Augu. super psalmos, sic ait, Timor dñi, non seruilis sed castus, gratis amans, nõ puniri timens ab eo quem tremit, sed separari ab eo quem diligit.

Petrus Abailardus

Psal.

Iſte eſt timor caſtus, non quem conſummata chari
tas foras mittit, ſed permanēs in ſeculū ſeculi. Hæc
1.Io.4 Auguſtinus. Et Saluianus Maſſilienſis ep̄s libro. 3.
Anticimenon prope finē ſic ait, Quomodo perfecta
charitas foras mittit timorē, ſi timor dñi caſtus per
manet in ſeculū ſeculi? Eſt ergo timor ſeruilis, eſt &
timor caſtus. Timor ſeruilis eſt ne patiaris pœnā: ti
mor caſtus ne amittas iuſtitiā. Ergo quod Apoſto-
lus dixit, de ſeruili timore egit. Quod aūt pſalmiſta
loquitur, de caſto illo timore quo in æternum dño
copulabimur, ſentiendum eſt. Hæc Saluianus. Præ
terea, de angelis in cælo manentibus beatus Iob lo
Iob.26 quens ait, Colūnæ cæli cōtremiſcunt & pauent ad
nutum eius. Quòd autē angelos columnarū nomi-
ne appellet, teſtatur beatus Hieronymus, qui in cō
mentarijs ſuper librum Iob, hūc locū interpretans
ait, Stabilitatē ergo ſolūmodo permanentē in natu-
ra angelor̄, columnarū nomine ſentiamus, quia nō
ſolum ímobiliter in ſanctitate perſeuerantes ſunt,
ſed etiā æternę beatitudinis gloria ſpecioſi. Nam de
Apo.3 futura ímobilitate hominū ita ait filius dei, Qui ui-
cerit, faciā illum columnā in tēplo dei mei. Hęc Hie
ronymus. Et beatus Gregorius in moralibus poſt-
quā illa uerba Iob interpretatus eſt de iuſtis homi-
nibus, ad angelos cōuerſus, dicit· Quod (ſicut ſupe-
rius diximus) de ſanctis quoque angelis nil obſtat
intelligi: quia ipſæ quoq; uirtutes cœleſtiū quę hūc
ſine ceſſatione cōſpiciunt, in ipſa ſua contēplatione
cōtremiſcunt. Sed idem tremor ne eiſdē pœnalis ſit,
non timoris eſt, ſed admirationis. Hæc Gregorius.
Et certe quātum ego poſſum conñcere, ex hoc fonte
proceſſit error Petri Abailardi quo putauit non eſſe
aliquem timorē qui nō ſit pœnalis. Aduertere enim
debuiſſet eſſe aliquem timorē ſine pœna, qui dicitur
timor reuerētialis, uel ut uerius dicā, nihil eſt aliud
q̄ ipſa reuerētia. Nam & timoris nomine ipſa reue-

rentia appellatur sæpissime in sacris literis. In euangelio Lucæ legimus q̃ postq̃ dñs suscitauit adolescentem filium uiduæ, accepit oẽs timor, & magnificabãt deum. Quo loco timor reuerentiã designat. Omnes enim qui adstabant, uiso tanto miraculo reueriti sunt deũ, eò q̃ talem prophetã misisset in mũdum, qui tam miraculosa opera faceret. Hoc aũt ex ijs quę sequuntur, facile est conijcere. Nam postquã dixit timorẽ occupasse omnium animos, addidit, & magnificabant deum. Magnificare autẽ deum magis est effectus reuerentiæ q̃ pœnalis timoris. Similiter Paulus apostolus in ea quæ est ad Ro. epi. ait, Reddite ergo oĩbus debita: cui tributũ, tributũ: cui uectigal, uectigal: cui timorẽ, timorẽ: cui honorẽ, honorẽ. Quæ uerba interpretans Theophylactus, sic ait, Nec solũ pecunias debere illis affirmat, quin & timorem, hoc est pudorẽ & uerecundiã, & honoris plurimũ principibus exhibendum: ita ut cui debeatur hic honos, honos reddatur. Timor autẽ duplex est. Altero noxij ex malorũ facinorũ conscientia corripiuntur: alterũ uicissitudine quadã impertiuntur qui mutuo detinentur amore, cuiusmodi timor honor est quidam præcipuus, qualis ille uidetur cum inquit, Nihil deest timentibus eum. &, Timor dñi permanet in seculum seculi. Timor autẽ hoc loco uenerationem quãdam prætendit. Hæc Theophylactus. Aliquis est ergo timor omni carens pœna, & hunc dicimus inesse beatis. Quod si bene intellexisset Petrus Abailardus, nunquã negasset timorem domini esse in futuro seculo.

Luc. 7

Ro. 13.

Psal. 33

Psal. 18

TYRANNVS.

De hac re fuit quædam hæresis docens quẽlibet tyrãnum posse licite & meritorie occidi p quẽcunq; uassallũ suum etiã per clanculares insidias, non obstante quocũq; fœdere inter eos inito, etiam per iuramentum cõfirmato, & hoc absq; sententia

aut mandato iudicis cuiuſcunq;. Huius hæreſis au thor fuit(ut teſtatur Ioānes Gerſon) quidā Ioannes parui. Aduerſus hunc errorē multæ patent uiæ per quas illū expugnare ualemus. Primo ex definitione tyrāni. Tyrānus ſiquidē iuxta eam uocis ſignificationem qua nunc omnes utuntur, ille dicitur, qui nō iure dominatur in republica, aut ultra iuſtas dominij ſui leges poteſtatē ſuam exercet. Quapropter nomen tyrāni nō ſolum cōuenit regi aut alteri principi, ſed cuicūq; alteri aliquod dñium exercenti, ſi illud tale dñium illi non cōuenit: aut ſi conuenit, ad plura ſe extendit q̄ permittat lex ſui dñij. Et ita epiſcopus eſt tyrānus ſi per uim & uiolentiā tenet epiſcopatū: aut ſi iure poſſidet, non tñ ſecūdum iura regit & gubernat, ſed exactiones ultra debitū extorquet, aut alia ſimilia exercet quæ epiſcopo nō licēt. Eodem modo papa poſſet eſſe tyrānus. Ad eūdem modum maritus poteſt dici tyrānus erga uxorē, ſi illam non tanq̄ carnē ſuam, ſed tanq̄ mancipium quoddā tractauerit. Si ergo quilibet tyrānus poteſt occidi a ſubdito ſuo, ex hoc ſequeretur confuſio totius iuſtitiæ: quoniā tunc etiā uxor poſſet occidere maritū ſuum quū tyrānice in illam dominatur: poſſent oues interficere ſuum paſtorē, ſiue ille eſſet unꝰ ſimplex parochus, ſiue epiſcopus, ſiue papa, ſi iſtoꝝ aliquis tyrānice regeret: poſſent etiā filij interficere parentē ſuum, ſi pater legem paternæ dominationis quoquo pacto excederet. Et ita aſſertio illa uiā aperit cuilibet ſubdito non ſolum ad inobedientiā, ſed etiam ad inferendā necem ſuo ſuperiori, quoniā poſſet cauſari illum eſſe tyrānum. Hoc autē q̄ ſit pernicioſum, non eſt nunc opus docere, cum ſit ipſa luce clarius. Præterea, multo peius eſt crimē hæreſeos q̄ tyrānidis. ſed non licet cuilibet occidere hęreticum, ergo nec licebit etiā cuilibet occidere tyrānum. Secunda uia oppugnare poſſumus hanc peſtiferā hę-

resim ex ratione insidiarum: quoniam etsi licitum esset tyrānum occidere, non tñ per insidias & fraudes & deceptiones. Quāuis enim non teneamur hosti reuelare ueritatem omnē, tenemur tamē nunquā illi dicere mendacium: quoniā os quod mētitur, occidit animā. Ideo deus dedit locum refugij in quem posset tute cōfugere is qui casu fortuito alium occiderat sine insidijs. De illo uerò qui per insidias occiderit, oppositā tulit legē, dicens, Si quis per industriam occiderit proximū suum, & per insidias, ab altari meo euelles eū ut moriatur. Tertia uia patet qua eadē hæresis expugnetur ex ratione fœderis iuramento firmati, quia non obstante tali iuramento asserit licitum esse uassallo interficere tyrānum. Diuinus psaltes ait, Perdes omnes qui loquuntur mēdacium. Virum sanguinū & dolosum abominabit dñs. Si omnes qui loquuntur mēdacium, deus perdet, quid illum facturū censebis de ijs qui peierant? Nunquid oēs mentientes perdens, saluabit peierantes? Absit. Nam & periurium mēdacium est, & non qualecūq;, sed iuramento firmatū. Quod si quis dicat iuramētum illud cum tyrāno factum non obligare uassallum ad eius obseruationē, obstant huic responsioni plura sacræ scripturæ testimonia qbus probatur pactum quodcūq; aut fœdus etiā cum hostibus factum debere seruari. Nam hac sola de causa Iacob turbatus est & iratus contra Symeonē & Leui filios suos, quia uiolauerant pactū cum Sychimitis initum. Et hac de causa cum alios filios moriens benediceret, istis maledixit, inquiens, Symeon & Leui fratres uasa iniquitatis bellantia. In consilium eorū non ueniat anima mea, & in cœtu illorū non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt uirum, & in uolūtate sua suffoderūt murū. Maledictus furor eorū, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura. Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos

Sapi. 1
Exo. 21
Psal. 5.
Ge. 34.
Ge. 49.
2. Pa 36

in Israel. Propter eandem etiam causam reprehenditur Sedechias rex Iuda, quia uidelicet rebellauit cõtra Nabuchodonosor regem Babylonis, cum tamẽ prius illi fecisset iuramẽtum de fidelitate seruanda. Beatus Augu. lib. 1. de ciui. dei cap. 15. laudat Marcum Attilium Regulũ Consulem Romanũ, quia ne uiolaret fidem quã iuramento firmatã Carthaginẽsibus hostibus dederat, mortẽ elegit, eamq; pati maluit, q̃ fidem hosti præstitã uiolare. Accedit ad hęc, q̃ si liceret rumpere fœdera etiã iuramẽto stabilita, uia tunc aperiretur latissima ad omnẽ diffidentiã & omnem cõtrouersiam patens. Nullus enim iam fidet alteri aliquid promittenti, quoniã etsi promissa iuramento cõfirmet, quisq; iuste metuere potest ne postea contra iuramentũ faciat, cum id licite facere
Heb. 6 possit. Nullus etiã erit cõtrouersiæ finis, si nulla est obligatio iuramenti, quoniã (ut ait Apostolus) oĩs cõtrouersiæ finis est iuramentum. Alia adhuc patet uia, eaq; apertissima, qua hæc pestifera hęresis prosterni possit, defectus uidelicet potestatis in occidẽte ut aliquem iuste occidere possit. Quãuis enim alius quis sit quãtũlibet scelestus & criminosus, qui mille mereatur mortes, nõ potest tamẽ iuste ab aliquo occidi nisi ab habente potestatẽ & iurisdictionem. Scelestissimus homo fuit Cain, qui primus sanguinem humanũ fudit, fratrẽq; occidit: qui cũ timeret ne ob sua scelera occideretur a quolibet qui illum
Gen. 4 inueniisset, dixit illi deus, Nequaquã ita fiet, sed oĩs qui occiderit Cain, septuplũ punietur. Pręterea, quẽ admodum regula iuris docet, sententia nõ a suo iudice lata, nulla est. Et Paulus apostolus hunc & si-
Ro. 2. miles tyrãnicidas aperte reprehendit dicens, Quis es tu qui iudicas seruũ alienum? Posset enim ab illo subdito qui occidit tyrãnum non expectata sententia iudicis superioris, iustissime peti, In qua authoritate hoc facis? Quis te cõstituit iudicẽ super eum?

Si poteſtatem occidendi habes, oportet ut illam habeas a deo: qm̃ nullus habet in aliquē poteſtatem, niſi illa ſit deſuper data. Omnis enim poteſtas a domino deo eſt. Oſtende ergo ubi deus dederit ſubditis hanc poteſtatē, ut abſq; iudicis ſententia poſſint occidere tyrānos. Nos aūt facilius oſtendemus hoc eſſe a deo prohibitū. Nam per præceptū illud, Non occides, iuxta omnium ſacrorū doctorū interpretationem, prohibetur illa hoīs occiſio quæ propria authoritate & abſq; iudicis ſentētia fit. Qui inſcio prīcipe (inquit lex) bellū gerit, reus eſt læſæ maieſtatis. Rurſum, Rex qui ſupremā habet authoritatem, nō poteſt citra iuris ordinē, aliquem non monitū, non uocatum, non cōuictum interficere: multo ergo minus hoc poterit ſubditus. At qui per inſidias aliquē interficit, contra iuris ordinē id facit: non ergo licet ſubdito per inſidias interficere tyrānū. Deinde, contra naturalē legem eſt q̄ in alicuius cōtrouerſię definitione aut deciſione idē ſit pars iudex & teſtis, qm̃ hoc ſoli deo cōuenit propter ſummā illius ſapientiam & bonitatē. Cum aūt ſubditus ſine ſuperioris iudicis ſententia tyrānum occidit, tunc ipſemet eſt iudex, pars oppoſita reo, & teſtis. Multa ſunt ergo propter quæ hæc peſtifera aſſertio reīci meret. Qua propter cōcilium Cōſtantienſe ſeſſione. 15. hanc doctrinam uelut fidei catholicæ repugnantē dānauit, ita dicens, Præcipua ſolicitudine uolens hæc ſacroſancta ſynodus ad extirpationē errorū & hæreſum in diuerſis mundi partibus inualeſcentiū prouidere ſicut tenetur, ad hoc collecta eſt. Nuper accepit q̄ nōnullæ aſſertiones erroneæ in fide, & bonis moribus multipliciter ſcandaloſæ, reipublicæ ſtatum & ordinem ſubuertere molientes dogmatizatæ ſunt, inter quas hæc aſſertio delata eſt· Quilibet tyrānus poteſt debet licite & meritorie occidi per quēcunq; uaſſallum ſuū & ſubditū, etiam per clanculares in-

Ioā. 19 Ro. 13.

Concilium Cōſtāciēſe

sidias, & subtiles blanditias, uel adulationes, non obstante quocũq; præstito iuramento seu cõfœdera tione factis cũ eo, non expectata sententia uel mandato iudicis cuiuscũq;. Aduersus hunc errorẽ fatagens hæc sancta synodus insurgere, & ipsum fundi tus tollere, præhabita deliberatione matura, declarat, decernit, definit huiusmodi doctrinã erroneam esse in fide, & in moribus: ipsamq; tanq; scandalosam, & ad fraudes, deceptiones, mẽdacia, proditiones, periuria, uias dantem, reprobat, & cõdemnat. Declarat insuper, decernit, & definit q; pertinaciter doctrinã hãc pernicioſissimã asserẽtes sunt hæretici, & tanquã tales iuxta canonũ sanctiones puniendi. Hucusq; cõcilium Constantiense Ioãnes Gerson te statur fuisse editum in concilio Constantiensi librũ quẽdam aduersus hunc errorẽ. Sed fateor me illum non uidisse. Monere tamen uolui lectorẽ, ut si forte illum inuenire posse crediderit, diligentiã apponat.

VERBECVNDIA.

FVit quædã hæresis docens de nulla re quę nobis est a natura donata, erubescendũ esse. Huius hæ resis authores fuere Turrelupini, qui ob hanc sentẽ tiam more Cynicorũ philosophorũ omnia uerenda publicitus nudata gestabãt, & in publico uelut iumenta coibant. Et certe hanc hæresim natura ipsa re darguit, a qua insitam habemus quarũdam rerum uerecũdiam. Quapropter partes illæ inferiores corporis humani per quas mares & fœminæ in coitu cõmiscentur, a uerecũdia & pudore sortitæ sunt nomen, ut uerenda & pudenda dicãtur. Præterea sicut uirtus parit honorẽ, & inde gloriã: ita uitium parit uituperium, & inde uerecũdiam. At licet partes illę inferiores corporis humani ex se non magis uitioſę sint q; reliquæ corporis partes, tñ hoc habent ut testimonium referant illius peccati quod primus homo per inobedientiã cõmisit. Nam cum Adam post

Turre lupini.

habito

habito præcepto diuino de pomo uetito comedit, reciproca inobedientia punitus est, ita ut in suo corpore suorũ membrorũ pateretur inobedientiã, quã in mẽbris genitalibus statim expertus est. Hęc autẽ membrorũ inobedientia, uelut perpetua quædã punitio in memoriã pristini peccati in nobis omnib⁹ remansit. Cum enim omnes reliquæ corporis partes ad nutũ & imperium uolũtatis nostræ moueantur & quiescant, sola mẽbra genitalia nutui uoluntatis repugnant, & obedire recusant. Si uis leuare manum, leuatur illa. Si uis illã inclinari deorsum, inclinatur eadẽ: & ad eũdem modũ reliquæ omnes corporis partes obediunt uolũtati. Sæpe tamẽ contingit ut mẽbra genitalia repugnante uoluntate erigantũr, & eadem aliquãdo renitente deprimantur. Patimur ergo in partibus illis inobedientiam & rebellionem in testimoniũ illius inobedientię quã primus parens noster aduersus deum exercuit. Si ergo de uitio quolibet iuste erubescimus, oportet ut de illis corporis partibus erubescamus, in quibus & punitio & testimonium pristini peccati hucusq; remansit. Rursum, postq; Adam peccauerat, peccatũ suum cognoscens, uolensq; a facie domini in paradiso ambulantis fugere, dixit deo, Vocẽ tuã domino audiui in paradiso, & timui, eò ꝙ nudus essem. quo loco constat timorẽ capi pro uerecundia, quod patere facile potest ex ea quã reddidit timoris causa Timui (inquit) eò ꝙ nudus essem. Inde enim erat timor, hoc est uerecundia, quia in corpore suo nudo experiebatur iam sui corporis inobedientiã, quę sui peccati erat testimonium. Hanc etiã Adæ & Heuæ erubescentiã testantur ea perizomata quæ illi fecerunt cum cognouerunt se nudos, ut illas inferiores corporis partes tegerent. Deinde, si de nulla re naturaliter data esset erubescendũ, iniuste reprehenditur Cham filius Noe eò ꝙ uidens patrem inebriatũ ha

Gen. 3.

Ibidẽ.

bentem uerẽda nudata, nunciauit fratribus suis. im merito etiã alij fratres, uidelicet Sem & Iaphet laudarentur quia uerenda patris operuerunt. At cũ ob illud facinus fuerit Cham maledictus a patre, & alij filij propterea ꝙ patrem operuerũt, fuerint a patre benedicti, conuincitur merito ut aliqua sint de quibus erubescere debeamus, etiam si a natura sint nobis data. Nam ob hanc solam uerecũdiæ çausam Sem & Iaphet uidẽtes patrẽ nudũ auerterunt facies suas, ut uerẽda patris nõ uiderent. Adde ꝙ pars uestis sacerdotalis qua iuxta præceptũ dñi uestiẽdus erat sacerdos cũ intrabat in sancta, erant femoralia
x.39. in tegumentũ earũ partium, ex quibus nudatis maxima oritur uerecũdia. Abeant ergo effrõtes Turre lupini, & quos deus tegit, ipsi denudare uereantur.

VINVM.

euer'. eueri-ni. SEuerus, a quo Seueriani hæretici originẽ duxerunt, docuit nõ licere ullo pacto bibere uinũ, eò ꝙ fabulosa quadã uanitate (ut Augu. ait) dicebat de Satana & terra germinasse uitem. Hunc errorẽ nullus ex his qui de hæresib⁹ scripserunt (quos tamen uidisse licuit) tribuit alicui alteri ꝙꝑ huic Seuero. Beatus tamẽ Hieronymus dicit hunc fuisse errorẽ Tatiani. Nam in cõmentarijs super prophetam Amos, interpretans illũ prophetæ locũ, Propinabatis Nazareis uinum &c. sic ait, De hoc loco hęresim suam Tatianus Encratitarum princeps struere nititur, uinum asserens non bibendũ, cum & lege præceptum sit ne Nazarei bibant uinum, & nunc accusentur a propheta qui propinent Nazareis uinũ. Qui si literam sequuntur in omnibus, & Iudaicas fabulas ecclesiis ingerunt Christi, ergo & comã nutrire debẽt, & uuam passam ac uiridẽ non confedere, & super matre & patre mortuis nõ ingredi. & si forte hęc fecerint, & fuerint humana uel fragilitate uel necessitate superati, radant capita, & irriti sint omnes dies

Tatia-us. Amos

consecrationis & laboris eorꝝ. Quod si hæc non faciunt, neqꝫ possunt more Iudaicorꝝ cauponum miscere aquã uino, umbras ueritati, euangelĩ gratię legis necessitatẽ, ebrietatem illam intelligant, qua curis secularibus inebriatur & obruitur animę uigor, & illos prophetis mandare dicentes, Ne prophetetis, qui liuore superati, prohibent eruditos uiros doctrinæ proferre sermonẽ. Hucusqꝫ Hieronymus. Ex cuius uerbis conctat Tatianũ etiam hanc docuisse hæresim. Augu. tamẽ, aut Philaster, etiã cum errores Tatiani recenset, nunqꝫ huius hæresis meminit. Et certe (ut candide loquar) hæc hæresis nõ solũ nocet animæ, sicut & quęlibet alia, sed etiã nocet corpori: quoniã etsi uinum ĩmodice sumptũ multũ noceat, moderate tñ potatũ plurimas corpori præstat utilitates. Ideo Sapiẽs Ecclesiasticus ait, Exultatio animæ & corporis uinũ moderate potatũ. Sanitas est animæ & corporis sobrius potus. Præterea, si uinũ malum esset ex sua natura, Saluator noster non uertisset aquã in uinũ: neqꝫ initium signorũ illius fuisset uinum ex aqua factũ. Et si non liceret bibere uinum, idem Saluator non p̃cepisset ministrãtibus in conuiuio nuptiarũ, ut ferrent uinum Architriclino. Rursum, ipsemet Saluator cum discipulis cœnans bibit uinum, & potandũ dedit discipulis suis: & uinum in sanguinẽ suum mutauit, eosqꝫ eodem modo facere docuit, dicens, Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Deinde Paulus Apostolus Timotheo scribens cõsulit ut aquã nõ bibat, sed modico uino utatur propter stomachũ suum, & frequẽtes eius infirmitates. Nec opus est plura citare testimonia, cum hæresis sit tam manifesta. Cæterũ quod Seuerus docuit uinũ non bibendũ, quia malũ, & ideo malum, quia dicebat de Satana & terra germinasse uitem: hoc non est opus nunc oppugnare: quoniam iam supra in titulo de creatura, ostendimus omnes crea

Ecc.31.

Ioan.2

mat.26

Lu.22 1.tim.

turas esse ex se bonas, easq; omnes esse a deo, & nō ab aliquo alio principio.

VIRGINITAS.

Iouiniānus. IOuinianus monachus docuit uirginitatem non esse apud deum maioris meriti q̄ cōiugium, sed pares dixit eē nuptias uirginitati. Ob cuius doctrinam multæ uirgines sacræ prouectæ ætatis, postha bito uoto quod emiserant, nupserunt. Ipse tamē Iouinianus, quāuis monachatū deposuit, uxorē duce re noluit: non quia inde maius apud deū meritum se habiturū sperabat, sed ne nuptiarū pateretur mo lestias, se cōtinere dicebat. Hunc errorē etiā impin-

Heluidius. gitHeluidio Hieronymus. Quis autem istor prius errorē hunc docuerit, mihi nō est certum: hoc tamē constat, utrūq; eorū fuisse Hieronymo coæuum, & Hieronymū prius scripsisse aduersus Heluidium q̄ aduersus Iouinianū: quoniā in. 1. lib. cōtra Iouinianum meminit illius libri quē aduersus Heluidium scripserat. Sed uterlibet istor prior altero hūc errorem docuerit, cōstat ex uerbis Hieronymi nullum istor fuisse primū huius hæresis authorē, quia hu-

Basilides. ius hærelis principatū tribuit Basilidi. In. 2. enim li bro aduersus Iouinianū circa finem sic ait Hieronymus, Quadringenti ferè anni sunt q̄ Christi prædicatio fulget in mundo, ex quo innumerabiles hæreses tunicā illius cōsciderunt. Vniuersus penè error de Chaldęo & Syro & Greco sermone processerat. Basilides magister luxuriæ & turpissimor comple xum, post tot annos ita in Iouinianū quasi in Euphorbū transformatus est, ut latina quoque lingua haberet hæresim suam. Hæc Hieronymus. Ex cuius uerbis cōstat hanc hęresim a Basilide initium sumpsisse. Augustinus tamē in libro de hæresib⁹ de hoc Basilide differens, nihil tale illi impingit. Philaster etiam Basilidis errores recensens, nunq̄ huius erro ris meminit. Credamus ergo Hieronymo tanq̄ di-

ligentissimo rerū inquisitori, præsertim cum alij nō cōtradicant, sed taceant. Pro uirginitatis cōmendatione efficacissimū testimonium est quod Christus Saluator noster ait, Sunt eunuchi qui se castrauerūt propter regnū cælorū. qui potest capere, capiat. Nā cum dixisset nō licere alicui dimittere uxorē suam nisi ob fornicationē: discipuli hoc audito graue admodum existimantes onus matrimonij ob uinculū illius indissolubile, dixerunt: Si ita est causa hois cū uxore, nō expedit nubere. Quibus Christus respondit: Non oēs capiunt uerbū istud, sed quibus datū est. Sed quod est hoc uerbum quod nō capiunt nisi illi quibus datū est? Certe hoc quod statim subiungit, dicens, Sunt enim eunuchi qui de matris utero sic nati sunt. Et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus. Et sunt eunuchi qui seipsos castrauerūt propter regnū cælorū. qui potest capere, capiat. Ecce uerbum quod non oēs capiunt nisi quibus datum est, uidelicet castrare seipsum propter regnū cælorū. Et quia nō oēs hoc capere possunt, ne uideretur aliquē cogere ad id quod assequi nō poterat, in cuiusq; arbitrio illud reliquit, dicens, Qui pōt capere, capiat. Ex istis uerbis Christi apertissime cōstat uirginitatem esse prælatā matrimonio. Quis enim non uidet multo excellentius esse illud ad quod assequēdum non omniū uires sufficiunt, q̄; illud quod tam facile est ut oēs illud capessere possint? Nullus est cui integra est natura, qui coire non possit. At rarus est qui possit ab omni specie coitus abstinere. Non. n. omnes hoc capiunt. Præterea, Apostolus Paulus in priore epi. ad Corinth. uiduitatē præfert nuptijs, & uirginitatē præfert ambabus, dicens, Qui matrimonio iungit uirginē suā, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Quid iam amplius desideramus aduersus louinianū? Poterāt ne forte expressius aliqd pro uirginitatis assertione proferri? Qui non iungit ma-

mat 19

1.co.7.

trimonio uirginē(inquit ille)melius facit. Et postea uiduā præferens nuptæ ait, Mulier alligata est legi quanto tēpore uir eius uiuit. Quòd si dormierit uir eius, liberata est a lege. Cui aūt uult, nubat, tantū in dño. Beatior autē erit si sic permanserit, secundum meum cōsilium. Puto autē ꝙ & ego spiritū dei habeam. Antè tñ ꝙ hanc sententiā Paulus diceret, plura disseruit per quę ostendit latā esse inter matrimonium & uirginitatē distantiam. Qui sine uxore est (inquit) solicitus est quæ dñi sunt, qūo placeat deo. Qui aūt cum uxore est, solicitus est quę sunt mūdi, qūo placeat uxori, & diuisus est. Et mulier inupta & uirgo cogitat quæ dñi sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Quæ autē nupta est, cogitat quę sunt mūdi, qūo placeat uiro. Circūspiciamus bene & perpendamus fideliter uirginitatis & matrimonñ discrimē. Virgo dño, maritus uxori placere cupit, & ut uxori placeat, solicitudinē gerit de ȳs rebus quæ in mūdo sunt, & ad mundū spectant: & ita diuisus est, quia qui adhæret deo, unus spiritus efficitur cū eo. Vbi autē unitas, ibi non est diuisio. Virgo igitur non est diuisus, quia soli deo placere cupiens, unicū solum habet spiritū, & hūc diuinū. At maritus qui etiam placere cupit uxori, ac deo, hic diuisus est in duas partes, unam qua deo placere optat, si modo optat: & aliam qua cupit placere uxori. Dicat ergo nunc Iouinianus, Nonne melius est placere deo, ꝙ placere uxori? Nōne præstantius est adhærere deo, & effici unū spiritū cum eo, ꝙ diuisum esse in multas solicitudinū partes & miseriarū? Si placere deo melius, cōsequens est ut uirginitas sit p̄stantior matrimonio. Rursum, Saduceis quærentibus a Saluatore nostro de muliere quæ septē fratribus successiue nupserat, quem illoꝝ post resurrectionē habitu-
mat.22 ra esset, respōdit idē Saluator, In resurrectione neꝙ nubent neque nubentur, sed sunt sicut angeli dei in

cęlo. Ex quibus uerbis cōstat nuptias esse hominū. continentiā autem angelorū propriū munus. Quantum ergo angeli hominibus prestant, tantū uirginitas præponitur matrimonio. Deinde hoc etiā conuincit multitudo uirtutū quas ad sui sustentationē exigit uirginitas, ut tanquā altera Hester illis uelut suis ancillis innitatur. Oportet enim uirginem esse abstemium: quoniā luxuriosa res est uinū. Exigitur abstinentia cibi: qm̄ libidinis ignes, ciborū fomētis increscūt. Summe necessariū est pacisci fœdus cum oculis, prout se fecisse testatur Iob ne cogitaret quidem de uirgine: qm̄, ut ait Ecclesiasticus, specie mulieris multi admirati reprobi facti sunt. Nec minus oportet obserare aures ad turpiloquia: quoniā (ut ait Menāder apud Paulū) corrūpunt bonos mores colloquia mala. Est etiā necessaria oris & labiorū custodia, ut nō declinet cor illius in uerba malitiæ, ne forte ex leui uerbo tuo aliqua uulneretur, & ut par pari referat, illa postea similibus uerbis transfigat cor tuū, & blanditijs labiorū suorū protrahat te, & statim sequaris eā quasi bos ductus ad uictimā. Plurimas certe passurus est molestias, qui uirginitatē intemeratā custodire cupit. Propter quod merito uirginitas similari solet ebori, quod propter nimiam uetustatē uertitur in colorē rubeum, cum tū a natura sit albū, quia uirginitas diu cōseruata æquivalet martyrio, & est quasi quædā sanguinis effusio. Denicq; nunq̄ pōt esse uirginitas sola, sed oportet eam uelut reginā esse ingenti ancillarū comitatu stipatā. At qualiter fieri posset ut nō sit nobilior uirginitas, cui multo plures deseruiunt uirtutes q̄ matrimonio? Demum hæc Iouiniani assertio, prout ratio & fidei regula exigebat, totius catholicæ ecclesię sententia bis dānata est. Nam Siricius papa, habito Romæ sacerdotū concilio, primus eam dānauit, ut ex epistola eius de condēnatione Iouiniani ad ep̄os

Iob. 31. Eccl. 9. 1. Co. 15 Siricius papa.

Africanos, patere põt, in qua ſic habetur, Nos ſanè nuptiarũ uota non aſpernãter accepimus, qbus ue lamine interfuimus, ſed uirgines deo deuotas maiore honorificẽtia muneramus. Facto ergo presbyterio, cõſtitit doctrinæ noſtræ, id eſt Chriſtianę legi hæc oĩa eſſe cõtraria: únde apoſtolicũ ſequuti prę ceptum, quia aliter q̃ accepimus, annũciabant, oĩum noſtrorũ tã presbyterorũ, tã diaconorũ, q̃ etiã totius cleri unã factã cõſtat eſſe ſententiã, ubi Iouinianus, Auſentius, Genialis, Geminator, Fœlix, Plotinus, Martianus, Ianuarius, & Ingenioſus, qui accẽtores nouæ hæreſis & blaſphemiæ inuẽti ſunt, diuina ſententia, & noſtro iudicio in perpetuũ dãnati extra ecclesiam remanerent. Hæc Siricius papa. Et Africani epi hanc Siricñ recipientes epiſtolã, cõcilium in plebe Thelenſi cõgregarũt, in quo re(ut decebat) plene examinata, approbarunt dãnationem Iouiniani per Siricium factã, & eidem Siricio papæ de hoc negocio reſcripſerunt. In quorũ epiſtola hæc habẽtur uerba, Agreſtis enim ululatus eſt, nullam uirginitatis gratiã, nullũ caſtitatis ordinẽ reſeruare, promiſcue omnia uelle cõfundere, diuerſorũ gradus abrogare meritorũ, & paupertatẽ quãdam cæleſtium remunerationum inducere, quaſi Chriſto una ſit palma quã tribuit, ac nõ plurimi abundent tituli prę miorum, ſimulant ſe iſti non donare coniugio. Sed quæ poteſt laus eſſe coniugñ, ſi nulla uirginitatis eſt gloria? Neq; uero nos negamus ſanctificatũ a Chriſto eſſe cõiugium, diuina uoce dicente, Erunt ambo in una carne, & in uno ſpiritu. ſed prius eſt quod nati ſumus, q̃ quod effecti, multoq; præſtantius diuini operis myſterium, q̃ humanæ fragilitatis remediũ. Iure laudatur bona uxor, ſed melius pia uirgo præfertur, dicente domino, Qui iungit uirginẽ ſuam, bene facit: & qui nõ iungit, melius facit. Hæc enim cogitat quæ dei ſunt, illa quæ mũdi: illa coniugalibus

Iouinianus. Auſentius. Genialis. Geminator. Fœlix. Plotinus. Martianus. Ianuarius. Ingenioſus.

mat. 19

1. Cor. 7.

uinculis colligata est, hæc libera uinculorū: illa sub lege, ista sub gratia. Bonū coniugium, quo est inuenta posteritas successionis humanæ: sed melior uirginitas, per quā regni cælestis hæreditas acquisita, & cælestium meritorum reperta successio. Per mulierē cura successit, per uirginem salus euenit. Denicq; speciale sibi donum uirginitatis elegit, & integritatis munus exhibuit, atq; in se repræsentauit, quod elegit in matre. Et aliquibus interiectis, circa finē epistolæ hæc uerba subiunguntur. Itaq; Iouinianum, Ausentium, Geminatorē, Fœlicē, Plotinū, Genialē, Martianū, Ianuarium, & Ingeniosum, quos sanctitas tua dānauit, scias apud nos quoq; secundū iudicium tuū esse dānatos. Hæc conciliū Thelense. Qui plura aduersus hanc hæresim desiderauerit, legat primū librū beati Hieronymi è duob⁹ quos aduersus Iouinianū scripsit. Nā ibidē omnes suæ eloquentiæ uires pro uirginitatis assertione exercuit: adeoq; illā extulit, ut aliquibus (cuius īmerito) parū æquus uideatur fuisse matrimonio. Beatus Augustinus scripsit etiam alium librū pro eiusdē uirginitatis assertione, qui inscribitur de sancta uirginitate.

VNCTIONIS EXTREMAE SACRAMENTVM.

NOn minus est ab hæreticis conculcatū extremę unctionis sacramentum cū reliqua alia. Nam Græci, teste Guidone Carmelita, asserunt hoc sacramentum nō prodesse infirmis ad salutem corporis. Valdenses autem (ut testatur Aeneas Syluius libro de origine Bohemorum cap. 35.) extremam unctionem inter ecclesię sacramenta nō admittunt. Huius tamen erroris nō meminit Guido cum errores Valdensium recenset. Hunc errorem impingit Heracleonitis frater Bernardus de Lutzemburgo in suo catalogo hæreticorum, nescio quem secutus: quoniam Augustinus de Heracleonitis loquens, nihil tale il-

Græci. Valdēses. Heracleonitæ.

lis tribuit. Philaſter de eiſdē diſſerens, nullam huius erroris facit mentionem. Guido qui Auguſtinū & Iſidorū in enarrandis hæreſibus imitatur, nunq̄ huius erroris meminit ut eum Heracleonitis impingeret. Omitto q̄ bonus homo in ſuo catalogo confundit Heracleonitas cum Hierachitis hęreticis, credens eſſe eoſdem, ſolo nomine differentes. Conſtat autem ex Auguſtino & Iſidoro diuerſas eſſe factiones ſub altero, & altero principe militantes. Nā de Heracleonitis diſſerit Auguſtinus cap. 16. libri de hæreſibus, dicitq̄ illos ſic uocari ab Heracleone eorum principe. At Hierachitarum principem uocat Hieracham, & de his diſſerit cap. 47. Et illa quæ de Heracleonitis catalogus refert, quos ipſe putat eriā dici Heraclitas, ſumpta ſunt ex hoc. 47. cap. Auguſtini, & eiſdē uerbis quibus ab Auguſtino referuntur, niſi q̄ bonus homo aliqua inſerit ex ſuo cerebro, quale eſt hoc de ſacramēto extremę unctionis, de quo ait illos aſſerere q̄ non fuerit à deo inſtitutum: cum tamen Auguſtinus, neq̄ Heracleonitis, neq̄ Hierachitis quicq̄ ſimile impingat. Quapropter mirari nō deſino q̄ Iodocus Clichthouęus uir alioqui doctiſſimus eodē modo fuerit deceptus, tribuens hunc errorē Heracleonitis, prout catalogus fecerat. Nam in eo libro quē fecit pro aſſertione ueritatum in concilio Senonenſi definitarū, capitulo de ſacramentis eccleſiæ, de ſacramento extremæ unctionis diſſerens, dicit q̄ negare extremam unctionem eſſe ſacramentum, fuerit error Heracleonitatū. Et tamen idem Iodocus in eodē capite de ſacramento baptiſmi diſputans, teſtatur ſe in notandis hæreticis imitari eam hęreticorum deſcriptionem quam Guido Carmelita fecit, de quo Guidone iam diximus q̄ nihil tale Heracleonitis impingit. Hunc eundem errorē Iodocus Clichthouęus impingit Ioanni Vuitcleffo, cum tamen in concilio Cōſtantienſi, in

Ioānes Vuitcl.

quo errores illius dānati sunt,nō fuerit,de hoc erro re notatus: sed apud Thomā Valden,qui diligētissi me huius Vuitcleffi errores explorauit,certū huius erroris reperio uestigium. De Luthero tamen certò constat illum reiȝcere sacramentū extremæ unctionis: quoniam negat extremā unctionē esse inter sacramenta cōputandam. Contra hanc hæresim apertissimum profert testimonium beatus Iacobus,qui in sua canonica epistola ita inquit,Infirmatur quis in uobis?inducat p̄sbyteros ecclesiȝ,& orent super eum,ungentes eum oleo in nomine domini,& oratio fidei saluabit infirmū,& alleuiabit eum dñs: & si in peccatis sit,remittentur ei. Ecce huius sacramē ti proclamationē ab Apostolo Iacobo factā. Nā ex uerbis Apostoli cōstat in extremæ unctionis collatione omnia adesse quæ ad sacramentū perfectū exiguntur. Est enim ibi materia,uidelicet oleum sacrū quo ungendus est infirmus. Exprimitur etiam forma,sacerdotis uidelicet oratio. Effectum autem huius sacramenti expressit dicens, Et si in peccatis fuerit,remittētur ei. Verùm Lutherus uidens se hoc testimonio conuinci,illud ita reiȝcere conatur,ut epistolam illā neget esse Apostoli Iacobi. Et si Apostoli Iacobi esset,dicit nō licere apostolo sua authoritate sacramentū instituere, hoc est diuinā promissionem cū adiuncto signo dare, cū hoc solius Christi sit munus proprium. Duobus itaq; modis eneruare conatur illud apostoli testimoniū. Primò,q; epistola illa nō sit Iacobi Apostoli. Deinde,etsi sit apostoli,illi tamē dicit nō fuisse facultatem instituendi sacramentum. Horum primum iam satis(ut existimo) supra lib.1.cap.2.confutauimus,cum de canonicis scripturæ libris disputauimus. Illo enim loco ex pluribus conciliorum decretis ostendimus eam Iacobi Apostoli epistolam in catalogo librorum canonicorū esse locatam. Veniamus ergo ad id in quo

Lutherus.

Iacob.5.

aperte oppugnat Apostolum, dicens, Et si sit Iacobi Apostoli, illi tamē non licuit instituere sacramentū. Non est iam quod miretur aliquis Lutherū conuitijs insectari pontificē & Cæsarē, quū de tam atroci crimine notet Apostolum, ut sine authoritate & cō tra fas ausus sit instituere sacramentū. Nullus certe fuit unq̄ tam demens, ac impiæ maledicentiæ, qui diceret Apostolum fuisse tam arrogantē, ut pro sacramento traderet populo quod nō esset sacramentum. Cæterùm quod ait Apostolum nō habere potestatē instituendi sacramentū, nos etiam fatemur: quanq̄ aliorum sit opinio, quę mihi nunq̄ placuit, ecclesiam posse instituere sacramentū. Dicimus ergo apostolū nō instituisse sacramentū, sed uerbis illis id tradidisse populo quod ipse acceperat à Christo, qui alia mūdo uolebat insinuare per Matthæū, alia per Marcum, per Lucam alia, alia rursum per Ioannem. Sunt enim peculiaria quædā cuiq̄ euangelistę, quorum nullus alioꝝ meminit: de qua re extat canon ab Eusebio Cæsarienſi editus. Quid ergo uetat ut quædam etiam nobis innotescere uoluerit Christus per Apostolum suū Iacobum, de quibus nec Euangelistæ ullum sint uerbum loquuti? Præsertim cū constet multa nobis per Apostolum Paulū insinuasse, quæ omnino ab Euangelistis p̄termissa sunt. Hoc autem ita esse, testimonio beati Augustini persuademus, qui lib. 2. de uisitatione infirmoꝝ, docens infirmum debere confiteri, & eucharistiam sumere, & oleo sancto ungi, ita inquit: Nec p̄termit
Iac. 5. tendū est illud Apostoli Iacobi p̄ceptum, Infirmatur quis in uobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmū, & alleuiabit eum dñs, & si in peccatis sit, remittentur ei. Ergo si roges de te & pro te fieri, sicut dixit Apostolus Iacobus, imo per Apostolum suū dñs. Ipsa uidelicet

olei sacri delibutio, intelligitur spiritus sancti typica unctio. Hæc Augustinus. In quibus uerbis illud est aduertendū quod ait, īmo per Apostolum suum dīs. Quibus uerbis satis aperte innuit Apostolum Iacobum fuisse illius sacramenti dūtaxat p̄conem, non autē institutorem. Præterea, Innocentius papa huius nominis primus, in quadā epistola ad Decentium Eugubinum episcopū, capite ultimo sic ait, Sanè quoniam de hoc sicuti de cæteris cōsulere uoluit dilectio tua, adiecit etiā filius meus Cęlestinus diaconus in epistola sua esse à tua dilectione positū illud quod in Apostoli Iacobi epistola conscriptum est, Infirmatur quis in uobis, inducat p̄sbyteros, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmū, & suscitabit illum dīs: & si in peccatis fuerit, remittent ei. Quod nō est dubium de fidelibus ęgrotantibus accipi uel intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis perungi possunt, quod ab episcopo confectum, non solū sacerdotibus, sed omnibus uti Christianis licet in sua aut suorū necessitate inungendo. Cæterùm illud superfluū uidemus adiectum, ut de episcopo ambigatur quod presbyteris licere nō dubium est. Nam id circo de p̄sbyteris dictū est, quia episcopi occupationibus alīs impediti, ad omnes languidos ire nō possunt. Cæterùm si episcopus postea dignū ducit aliquem à se uisitandum, & benedicere, & tangere chrismate sine cunctatione potest, cuius est ipsum chrisma conficere. Hæc Innocentius, uir quidē sanctitate perinde ac scientia illustris. Ex cuius uerbis constat nō esse recentem (ut Lutherus somniat) huius sacramenti institutionē. Innocentius siquidem ante mille & centū annos ecclesiæ uniuersāli p̄fuit, qui ex testimonio Iacobi Apostoli docet infirmos oleo sancto debere inungi. Demū, hoc ipsum confirmat ecclesiæ catholicæ definitio, quæ ad hunc usq; Innocētius primus.

diem semper & ubiq; sensit extremã unctionẽ esse sacramentũ unum è septem ab ea reçeptis. Concilium nãq; Florentinũ sub Eugenio quarto celebratum, sic ait. Quintum sacramentum est extrema unctio, cuius materia est oleum oliuæ per episcopũ benedictum. Hoc sacramentum nisi infirmo de cuius morte timetur, dari nõ debet: qui in his locis ungendus est. In oculis propter uisum: in auribus propter auditum: in naribꝰ propter odoratũ: in ore propter gustũ uel locutionem: in manibus propter tactum: in pedibus propter gressum: in renibus propter delectationem ibidem uigentem. Forma huius sacramenti est hæc. Per istam unctionẽ & suam pꝑissimã misericordiã indulgeat tibi dominus quicquid deliquisti per uisum: & similiter in alijs mẽbris. Minister huius sacramẽti est sacerdos: effectus uerò eius est mentis sanatio, & inquantũ animæ expedit, etiã corporis. Hactenus Concilium Florentinũ. Quapropter qui aliter sentit, hæreticus merito censetur.

Concilium Florẽtinũ.

VOTVM.

QVorundam hęreticoꝝ sententia fuit, nihil esse ex necessitate faciendũ, sed omnia debere fieri libere, propterea q̃ propheta dixit, Voluntarie sacrificabo tibi. Huius hæresis authores dicti sunt Lamperiani, qui hac ratione ducti, omnia uota dãnabant, dicẽtes ea nihil prodesse, eò q̃ necessitatem & coactionem quandã uidentur hominibꝰ inferre. Hanc hæresim iam diu sepultam, post multa secula suscitarunt Pseudoapostoli, dicentes opera illa quę sine uoto fiunt, esse ad maius pmium destinata, q̃s illa quæ ex uoti necessitate fiunt. Eandem hæresim tutatus est Ioannes Vuitcleff. Vltimus huius hęresis propugnator est nunc Martinus Lutherus, dicens uota hodie nõ ualere, nisi ad operum iactantiã & pſumptionem. Aduersus ergo hanc hæresim disputãtes, duo nos oportet ex sacris literis probare.

Psal. 53

Lãperiani.

Pseudoapſi.

Ioãnes Vuitcl. Lutherus.

Primum,ꝙ uota ſemel emiſſa ſunt opere cõplenda, & nõ debent pro cuiuſꝙ arbitrio tolli. Alterum,ꝙ opus ex uoto factum cedit in maius ipſius operantis p̃mium,q̃ ſi libere & abſꝙ uoti neceſſitate fuiſſet effectũ. Ad prioris partis probationem ſatis efficax teſtimonium eſt illud quod in libro Numeroꝝ dñs ait,Si quis uirorum uotum dño uouerit,aut ſe cõſtrinxerit iuramento, non faciat irritum uerbum ſuum,ſed omne quod promiſit, implebit. Præterea idem p̃ceptum iterũ in libro Deuteronomÿ expreſſius reperitur, ubi ſic dicitur, Cum uotum uoueris dño Deo tuo,nõ tardabis reddere, quia requiret illud dñs Deus tuus. Et ſi moratus fueris,reputabitur tibi in peccatũ. Si nolueris polliceri,abſꝙ peccato eris. Quod autẽ ſemel egreſſum eſt de labÿs tuis, obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti dño Deo tuo, & propria uoluntate & ore tuo loquutus es. Rurſum, Sapiens Eccleſiaſtes ait, Si quid uouiſti Deo, ne moreris reddẽ. Diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio. Sed quodcunꝙ uoueris, redde. Multoꝙ melius eſt nõ uouere, q̃ poſt uotum promiſſa nõ reddere. Deinde,per prophetam Baruch de dÿs gentium dñs loquens ait, Neꝙ ſiquid mali patiuntur ab aliquo, neꝙ ſiquid boni, poterunt retribuere: neꝙ regem cõſtituere poſſunt,neꝙ auferre. Similiter neꝙ dare diuitias poſſunt,neꝙ malũ retribuere. Si quis illis uotũ uouerit,& non reddiderit,neꝙ hoc requirunt. Ex quibus uerbis cõſtat ꝙ Deus requiret ab eo qui uotum uouit,ſi non reddit. Et Propheta regius ſæpiſſime in ſuis pſalmis quos Deo decantabat,uotoꝝ meminit, non ut tollenda ſint, ſed ut opere cõpleantur & reddantur Deo ea quę ſemel promiſſa ſunt. Immola Deo(inquit ille)ſacrificium laudis,& redde altiſſimo uota tua. Et rurſum,Reddam tibi uota mea quę diſtinxerunt tibi labia mea. Et iterũ, Vouete, & reddite dño Deo ueſtro omnes

Nũc.30

Deu.23

Eccl.5.

Bar.6

Pſa.49

Pſal.55

Pſal.75

qui in circuitu ei⁹ affertis munera. Ecce uides quot sint testimonia ex ueteri instrumento, q̃ uota cõprobent. Verùm quidã ex istis hæreticis, nẽpe Lutherani, uidentes tam aperta testimonia pro uotor⁹ assertione, ad hoc asylum cõfugiunt, ut dicant uota pro certo tẽpore tenenda posse emitti: non autẽ illa quibus homines ad perpetuam aliquarũ rerum obseruationẽ se astringunt: quoniam (ut aiunt) per talia uota fiunt homines serui, quos tamen Deus libertate donauit. Et nõ attendunt miseri q̃ seruire Deo, regnare est, & q̃ ab hac seruitute Christus nõ liberauit nos, sed à seruitute peccati: quã libertatẽ nullus
Ro.6. melius tenet, q̃ is qui Deo seruit. Nam Apostolus ait, Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ. Præterea, qui duxit uxorẽ, seipsum irretiuit uinculo indissolubili, ita ut uiuente uxore nõ possit ab ea separari, nec⁹ aliam superducere. Quid igitur obstat ut in uoto perpetuo aliquid simile contingat? Si illa seruitus in quã homo per matrimoniũ incidit, nõ repugnat libertati per Christũ donatæ: nec etiã repugnabit libertati Christianæ seruitus illa quæ p uotũ suscipitur, p̃sertim q̃ per matrimoniũ uterq; coniugum subditur alteri: per uotum autẽ subditur Deo. Sed iam ipsam quã execrantur uotor⁹ perpetuitatẽ, per scripturas sacras examinemus. Pro qua
1.Reg.1. re audiamus quid in primo Regum libro de Anna Samuelis matre anteq̃ illum cõcepisset, dicatur. Et Heli sacerdote (inquit historia) sedente super sellam ante postes domus domini, cum esset Anna amaro animo, orauit ad dñm flens largiter, & uotum uouit dicens, Domine exercituum, si respiciens uideris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisq; seruę tuę sexũ uirilem, dabo eum domino omnibus diebus uitæ eius. Ecce uides uotum matris de filio cõsecrando Deo in ministerium templi omnibus diebus uitæ

eius:

eius: post quod uotum exaudiri meruit: tantū abest ut uotum illius apud Deum fuerit dānatum. Et si Anna de filio quem adhuc nō conceperat, potuit tale uotum perpetuum emittere, cur nō poterit quilibet de seipso aliquid simile uouere? p̄sertim cp quilibet habet plus iuris in se, & in suam uoluntatem, cp̄ mater quæcunq; in filium. Præterea, Beata illa Deipara uirgo uotum de uirginitate perpetuò obseruāda emiserat, quod manifeste testātur illa uerba quæ ipsa angelo annuncianti conceptionē filij dei respōdit, dicens, Quomodo fiet istud, quoniam uirū non cognosco? Illa enim negatio uerbo p̄sentis tēporis adiuncta, nō sic accipienda est, ut solum neget actū p̄sentis temporis, sed ut dicat uotum de negatione actus in posterū. Nam alioqui nulla fuberat dubitationis causa, & sine occasione q̄siuisse uideretur: quoniam ut mulier quæ nunc̄ antea uirum cognouit, in posterū concipiat, non est quid difficile, nec̄ illa duo uel in speciem pugnare inter se uidētur. At uotum de perpetua uirginitate, & concipere, uelut ex diametro pugnare uidentur. ideo merito quærit, Quomodo fiet istud, quoniam uirū non cognosco? hoc est, nunquā me uirum cognituram spopondi. Hunc autem esse uerum & germanū literæ sensum testantur aliqui doctores sacri. Beatus Bernardus homilia quarta super euāgelium, Missus est, sic ait, Non dubitat de facto, sed modum requirit & ordinem. Nec enim quærit an fiet istud, sed quomodo. Quasi dicat, Cū sciat dominus meus testis cōscientiæ meæ, uotum esse ancillæ suę non cognoscere uirum, qua lege, quo ordine placebit ei ut fiat istud? Si oportuerit me frangere uotum, ut pariam talem filium: & gaudeo de filio, & doleo de propotsio. Fiat tamen uoluntas eius. Hæc Bernardus. Et uenerabilis Beda in homilia eiusdem euangelij sic ait, Quomodo (inquit Maria) fieri potest ut concipiam pa- Luc.

riamq; filium, quę in castimonia uirginitatis uitam cōsummare disposuit? Non autē quasi incredula uerbis angeli, quomodo hæc impleri ualeant, requirit, sed certe qa oporteret impleri quod & tunc ab angelo audiebat, & prius à propheta dictum legerat: sed quo id ordine implendum sit, interrogat: quia uidelicet propheta qui hoc futurum p̄dixit, quomodo fieri posset, non dixit, sed angelo dicendum reser-
gu- uauit. Hęc Beda. Et beatus Augustinus libro de san-
ius. cta uirginitate, cap. 4. de uirgine Deipara loquens sic inquit, Ipsa quoq; uirginitas eius gratior & acceptior, quia nō eam conceptus Christus uiro uiolaturo quam conseruaret ipse p̄ripuit: sed priusquā conciperetur, iam Deo dicatam, de qua nasceretur, elegit. Hoc indicant uerba quę sibi fœtū annuncianti Angelo Maria reddidit. Quomodo, inquit, fiet istud, quoniam uirū non cognosco? Quod profecto nō diceret, nisi Deo uirginitatem antè uouisset. Sed quia hoc Israelitarum mores adhuc recusabant, desponsata est uiro iusto, non uiolenter ablaturo, sed potius contra uiolentos custodituro quod illa iam uouerat. Hæc Augustinus. Ecce protulimus trium sacrorū doctorū testimonia, ex quib? apertissime cōstat uirginem Deiparam emisisse uotū de perpetua uirginitate seruanda. Hoc etiam uotum creduntur emisisse Apostoli de paupertate seruanda, quādo relictis omnibus secuti sunt Christū. Sic enim sentit
ut.19 Augustinus, qui lib. 17. de Ciuitate Dei, cap. 4. ita inquit, Dixerant enim potentes illi, Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Hoc uotum potentissimi uouerant. Sed unde hoc illis, nisi ab illo de quo dictum est, Dans uotum uouenti? Hæc Augustinus. Rursum, hoc ipsum apertissime cōprobatur
im.5 ex beati Pauli testimonio, qui in priore ad Timoth. epistola sic ait, Adolescentiores uiduas deuita. cum enim luxuriatæ fuerint, in Christo nubere uolunt,

nabentes dānationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Quid est dicere, primā fidem irritam fecerunt? Hoc est, q̄ uotū quod in uiduitate emiserant de continentia seruanda, uiolauerunt, cum post tale uotū emissum nupserunt. Et si Paulus dicit uiduas iuniores habere dānationem, quia primā fidem irritam fecerunt: quid dicturus esset de Luthero, Oecolampadio, Conrado Pellicano, Lamberto, Martino Butzero, aliisq̄ eiusdē farinæ hominib⁹, qui reiecta cuculla quā semel induerunt, contēpto uoto quod Deo uouerant, tanq̄ uxor Loth respexerunt retro, uxores ducentes? Hęc autē Apostoli uerba quę nos proxime citauimus, esse ita interpretanda, quemad modū nos ea sumus interpretati, testatur Conciliū quartū Carthaginense, quod in capite ultimo suor⁹ decretor⁹ ita ait, Sicut bonū castitatis p̄mium, ita & maiori obseruantia & præceptione custodiendū est, ut si q̄ uiduæ quantūlibet adhuc in minorib⁹ annis positæ, & matura ætate à uiro relictę se deuouerunt domino, & ueste laicali abiecta sub testimonio episcopi & ecclesiæ, religioso habitu apparuerunt, postea uerò ad nuptias seculares transierunt, secundū Apostolum dānationem habebunt, quoniam fidem castitatis quam domino uouerunt, irritam facere ausæ sunt. Tales ergo personæ sine Christianorum communione maneant, quæ etiam nec in conuiuijs cum Christianis cōmunicent. nam si adulterę coniuges reatu sunt uiris suis obnoxiæ. quanto magis uiduę quę religiositatem mutauerunt, crimine adulterij notabuntur, si deuotionē quā Deo sponte obtulerunt, libidinosa corruperint uoluptate, atq; ad secundas nuptias transitū fecerint? Quę etsi uiolentia irruente ab aliquo præreptæ fuerint, ac postea delectatione libidinis permanere in coniugium raptori uel uiolento uiro cōsenserint, damnatione superius cōprehensa teneantur obnoxiæ. De talibus ait Apo

Concilij Carthaginēse.

stolus, Cũ luxuriatæ fuerint, nubere uolunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Hucusq; Concilium quartum Carthaginẽse.

Et Concilium Toletanũ quartũ cap. 55. sic inquit: Duo sunt genera uiduarum, seculares, & sanctimoniales. Seculares uiduę sunt quę adhuc disponentes nubere, laicalem habitũ nõ deposuerunt. Sanctimoniales sunt quę iam mutato habitu seculari, sub religioso cultu in conspectu sacerdotis & ecclesię apparuerunt. Hæ si ad nuptias transierint, iuxta Apostolum non sine damnatione erunt, quia se primùm Deo uouentes, postea castitatis propositum abiecerunt. Hęc Concilium Toletanũ quartum. Ex quor; duor; concilior; uerbis constat hanc esse Apostoli Pauli sententiam, uiduas uidelicet quæ perpetuã castitatem domino uouerunt, fore damnandas si ad secundas nuptias transierint. Et certe q; nuptiæ eor; qui semel se domino deuouerunt, sint dãnandæ, plurima testantur concilia. Nam concilium Valentinũ cap. 2. suor; decretor; sic ait, De puellis uero quæ se deo uouerunt, si ad terrenas nuptias sponte transierint, id custodiendum esse decreuimus, ut pœnitentes non statim ad pœnitentiam recipiantur, & cum data tamẽ fuerit, nisi plene satisfecerint deo inquantum ratio poposcerit, eisdem cõmunio differatur. Hęc ibi. Et concilium Auraicense cap. 27. sic definit, Vt uiduitatis seruandę professione coram episcopo in secretario habita, impositam à p̃sbytero uestem uidualem non esse uiolandam. eius uero repudiatorem, uel ipsam talis professionis desertricem merito esse damnandam. Et cap. 28. idem cõcilium iterum ait, Hi uero qui sunt desertores professæ castitatis, prævaricatores habendi, & omnibus per pœnitentiam legitimam consulendũ. Hæc ibi. Multaq; alia sunt conciliorum decreta huic sauentia proposito, quæ citare omisi, ne nimia prolixitate grauarem le-

ctorem. Verùm quia aliquis fortè ea legere desiderabit, loca solùm lectori designabo ubi illa inuenire possit. Concilium Aurelianense cap. 17. Concilium Elibertinum cap. 13. Cõcilium Toletanum quartũ capitibus quadragesimooctauo & quinquagesimo primo. Ex his omnibus patet q̃ iniuste aliqui uotis monasticis conantur inferre calumniam: quoniam si de aliqua re perpetuum uotum emitti licet, multo iustius id licebit de illis tribus rebus p̃ quas triplex mundi huius concupiscentia prosternitur, uidelicet obedientia, castitate, & paupertate. Nã per obedientiam superbia uitę edomatur. Per castitatis uotum, carnis cõcupiscentia coercetur. Per uotum uerò paupertatis, illa insatiabilis cõcupiscentia oculorum cohibetur. Vnde cõuincitur, ut si noxiæ sunt illę tres mundi concupiscentiæ, salutifera cõtrà sint tria quæ in monachatu emittuntur uota, quoniam hæc uelut quædam antidota sunt aduersus illa tria quę mundus propinat uenena: præsertim q̃ hęc tria de quibus sunt monachor̃ uota, sunt ualde à Christo cõmendata. Nam obedientiam cõmendauit dicens, Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suam, & sequatur me. Nõ enim potest quis uerius seipsum abnegare, q̃ cum se totum superioris arbitrio cõmittit, ut non suam iam uelit facere uoluntatem, sed sui superioris. Castitatem perpetuam extulit dicens, Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cælor̃: qui potest capere, capiat. Paupertatem uerò cõmendauit cum dixit, Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me, & habebis thesaurum in cęlo. Cũ ergo tam aperta sint testimonia uota monastica cõprobantia, uereãtur Luthera ni monachi respicere retro ad seculũ, cũ iam semel manũ ad aratrũ miserint: & caueant ne illis contingat quemadmodum uxori Loth, quæ de Sodomis

exiens, cõuersa est in statuam salis, eò q̃ retrorsum
19 ad Sodomam unde exierat respexit. Cũ enim unus
.8 ex discipulis suis dixisset Christo, Dimitte me ut se
peliam patrem meum: respondit illi Christus, Sine
mortuos sepelire mortuos suos. Quæ uerba inter-
pretans Theophylactus ait, Si autem illis nec patrẽ
sepelire licuit, uę his qui monasticẽ professi, ad mũ-
dana regrediuntur negocia. Hæc ille. Vę ergo libidi
noso Luthero, eiusq̃ complicibus, qui monasticen
professi, suæ professionis ĩmemores ad seculum re-
deuntes, uxores duxerunt. Ex duobus quæ proban
da suscepimus aduersus hos hæreticos, iam unum
eorum (ut existimo) absoluimus. Supersit iam ut al
terũ, pbemus, opus uidelicet ex uoto factũ, esse me-
lioris cõditionis, maiorisq̃ apud deũ meriti, q̃ si fie
ret sine uoto. Diuinus psaltes suadet nobis ut domi
75 no deo aliquid uoueamus, dicens, Vouete, & reddi
te domino deo uestro omnes qui ĩ circuitu eius af-
fertis munera. At si nullũ ex uoto accresceret meri-
tum uouenti, male consuleret propheta ut uoueremus: præsertim cũ non reddentes, rei fiant eorũ, quo
rum non essent rei si non uouissent: & ita iuxta hæ-
reticorum sententiam, uouens exoneret se per uo-
tum periculo peccati si non reddit, & sub nulla spe
præmij si reddit. Si ergo ista esset uoti conditio, aper
tè conuincitur male egisse prophetam cum uotum
consuluit. Pręterea quanto aliquod opus à meliore
uirtutis radice oritur, tanto melius est. Nã inde est
q̃ opus ex charitate factum sit melius q̃ quoduis
opus ex alia uirtute procedens quia uidelicet cha-
ritas à qua procedit, melior est q̃ quæuis alia uir-
tus. Non enim aspicit deus quantũ quis offerat, sed
ex quanto. Et ideo laudata est uidua illa quæ cũ so-
lum duo minuta obtulisset, dicta est obtulisse plus
cũbus alĳs. Ex quo aperte conuincitur, apud deum
nõ tam existimari rei oblatæ quantitatem, q̃ ipsius

offerentis affectum. Cum ergo opus ex uoto factū procedat ex radice obedientiæ, quæ melior est q̄ uictima: opus autem simile libere & non ex uoto factum, ex illa uirtute non oriatur, sequitur ut hoc nō sit ita bonū sicut illud. Nam is qui ex uoto aliquid facit, obediens facit, & ut obediat facit: ergo cum sic facit, præter meritum quod habet respondens operi, habet etiam meritum ex obedientia: quod meritum alius non habet qui libere aliquid facit. Rursum, pro hac re sunt plurima sacrorum uirorum testimonia. Beatus Hieronymus pertractans illud Hieremiæ in Threnis, Bonum est uiro cum portauerit iugum ab adolescentia sua, hęc ait: Militum ergo Christi perfectio est exutam mentē habere à cunctis terrenis negocijs, & tumultu seculi, iuxta illud Apostoli, Nemo militans deo, implicat se negocijs secularibus, & cętera: eamq́ quantū humana imbecillitas sinit, festinat unire cū Christo: quā quidem speciē conuersationis boni eremitę, & monachi qui uoto monasticę disciplinę obligati sunt, imitari contendunt: sed rara est, & paucissimis dono dei hęc perfectio concessa. Is enim uere & nō ex parte perfectus, qui & in eremo squallorem solitudinis, & in cœnobio infirmitates fratrū æquali magnanimitate sustētat. Et ideo in utraq́ professione p omnia cōsummationē inuenire difficile est: quia nec anachoreta contemptū ac priuationē materialiū rerū, nec cœnobita theoricam ad integrū potest assequi puritatem. Sed tamen quantū superexcellat serenitas trāquillę uitæ turbulentiā secularis cōuersationis, nouit qui hanc expertus est. Hactenus Hieronymus. In quib⁹ uerbis multa sunt notatu digna. Primū est, q̄ tēpore Hieronymi monachi se uoto astringebant, quod tamen Erasmus Roterodamus pertinacissime negat in plerisq́ suis operibus, præsertim in uita Hieronymi quam idem Erasmus scripsit. At non ita Thre. 3

1. cim. 2

esse ut Erasmus ait, uerba quę nunc ex Hieronymo citauimus, apertè conuincunt. Secundū est, ꝙ talis monachorꝫ uita uoto obligata est bona, & ad imitationem perfectionis Christianæ. Tertiū est, ꝙ hęc monachorꝫ uita præferenda est uitæ aliorꝫ qui secularibus miscentur negocijs. Et hoc est quod nostro proposito deseruit, quod etiam Erasmus negare nō erubescit. Nec tamen miror: quoniam hoc experientia docente cognouimus, nullū esse acerbiorem & magis infestū hostem aliquorꝫ, q̄ꝫ qui transfuga & desertor ab illis defecit. Erasmus autē monachatū quē semel uouerat, reijcere non erubuit, & hinc euē nit ut monachis semper detraheret, & illos quoad licuit atrocissime persequeretur: ut uel hoc argumē to alijs persuaderet se bene feciſſe cū monachatus iugū quod semel susceperat, reiecit. Et tamen Hieronymus bonū esse iudicat portare hoc monachatus
* iugum. * Sed, ut apertius Erasmū Roterodamum alioſq; monasticæ professionis hostes de impudentissimo mendacio conuincam, alium testem multo Hieronymo uetustiorem proferre uolo, Diuū uidelicet Dionysium Areopagitam Pauli discipulū, qui in libro Ecclesiasticæ hierarchiæ, cap. 6. describens ritum consecrationis professioniſq; monasticę, qualis ab Apostolis institutus tunc seruabatur in Ecclesia, sic ait. Porro purgādorum omnium excelsior & sublimior est ordo, Monachorum sacra dispositio, aut sancta distinctio. Expiatione omni, tota uirtute, atq; exactissima suarum operationum castitate mundata, &c. Inde diuini duces nostri appellationibus eos sacris dignati sunt, partim Terapeutas, id est, cultores, à syncero dei famulatu & cultu: partim Monachos, ab indiuidua & singulari uita uni Deo intenta, appellantes: tanquam quæ sanctis complicationibus, aut conuolutionibus inseparabilium, illos ipsos in diuinam, & deo gra-

tam unitatē promoueant. Quapropter & perficien tem eis donauit gratiam diuina sanctio: & quędam eos cōsecratiua inuocatione, dignata est. Deinde for mam illius consecratiuæ inuocationis, & monasti cæ professionis describēs, ait. Stat quidem sacerdos ante sacrum altare, monasticam imprecationē psal lens. Ille autem post sacerdotem astat, non utrunq; ponens genu, non alterum, nō habens imposita sa cra eloquia capiti: uerum sacerdoti tantum astans, mysticam super illum inuocationem persequenti. Qua finita sacerdos ad eum accedēs, interrogat pri mum, an renunciet diuisibilibus omnibus, non so lum cōuersatione, sed etiam phantasiis eorundem. Deinde perfectissimā ei uitam exponit. Illud aperte contestans, oportere illum medio longe antecedere. Vbi uero ille hæc omnia intente promiserit, consignans eum signo crucis sacerdos tondet, trinas di uinæ beatitudinis personas inclamans, exutumq; ueste omni, aliam induit. Et cum sanctis alijs qui ip sum astant uiris, ipsum salutans, diuinorum myste riorum participem facit. Hactenus beatus ille Dio nysius. In quibus uerbis multa notare oportet. Pri mum est, Monachos tunc professionē per uoti pro missionem facere. Quod manifeste ostendit, quum dixit. Vbi uero ille hæc omnia intente promiserit. Non solum ergo tēpore Hieronymi, sed multo ante tempore, utputa in ipsis ecclesiæ primordijs, Mona chi se uoto domino obligabant, promittētes rerum diuisibilium, hoc est, rerum terrenarū quæ a nobis per mortem diuiduntur & separātur, renunciatio nem. Alterum quod ex Dionysio constat, est mona sticam uitam in qua soli deo uacatur, & curis secu laribus renunciatur, esse omnibus alijs excelsiorem & sublimiorem. Beatus Augustinus in epistola ad Armentarium, qui mdo cōtempto & relicto uotū simul cum uxore uouerat, sic ait, Priusq; esses uoti Aug

reus, liberum fuit quo esses inferior: quãuis non sit gratulanda libertas, qua fit ut non debeatur quod cum lucro redditur. Nunc uerò quia tenetur apud deum sponsio tua, non te ad magnã iustitiam inuito, sed a magna iniquitate deterreo. Non. n. talis eris si non feceris quod uouisti, qualis mansisses si nihil tale uouisses, Minor enim tunc esses, non peior. Modo autẽ tanto, quod absit, miserior, si fidem deo fregeris, quanto beatior si persolueris. Nec ideo te uouisse pœniteat, immo gaude iam tibi sic non licere, quod cum tuo detrimento licuisset. Aggredere itaq; intrepidus, & dicta imple factis: ipse te adiuuabit, qui uota tua expetit. Fœlix est necessitas, quę ad me liora compellit. Hęc Augustinus. In quibus uerbis multa sunt, si bene lector aduertat, quę uota cõmen
ego dant. Beatus Gregorius homilia. 20. super Ezechie-
s. lem sic ait, Hoc inter sacrificium & holocaustum distat, quòd omne holocaustũ sacrificium est, sed non omne sacrificium holocaustum. In sacrificio enim pars pecudis, in holocausto uerò totũ pecus offerri consueuerat. Vnde & holocaustũ latina lingua totum incensum dicitur. Pensemus ergo quid est sacrificium, quid holocaustũ. Cum enim quis suum aliquid deo uouit, & aliquid nõ uouit, sacrificium est. Cum uerò omne quod habet, omne quod uiuit, omne quod sapit, omnipotẽti deo uouerit, holocaustum est. Nam sunt quidã qui adhuc mente in mũdo retinentur, sed tamen ex possessis rebus subsidia egentibus ministrant, oppressos defendere festinãt. Isti in bonis quæ faciunt, sacrificium offerunt, quia aliquid de actione sua deo imolant, & aliquid sibimetipsis reseruant. Et sunt quidã hic qui nihil sibimetipsis reseruant, sed sensum, linguam, uitam atq; substantiam quã acceperunt, omnipotenti deo immolãt. Quid isti nisi holocaustũ domino offerunt? Immo magis holocaustũ fiunt. Israeliticus etenim

populus primum sacrificium in Ægypto obtulit: Exo.12
secūdum uerò in eremo. Qui ita adhuc mentē habet Exo.13
in seculo, sed boni iam aliquid operatur, deo sacrificium obtulit in Ægypto. Qui uerò præsens seculū deserit, & agit bona quæ ualet, quasi iam Ægypto derelicta sacrificium præbet in eremo: quia repulso strepitu desideriorū carnalium, in mentis suæ quiete atq; solitudine deo immolat quicquid operatur. Quāuis ergo, sicut dictum est, sacrificium sit etiam holocaustum: maius tamē est holocaustū sacrificio: quia mente quæ huius mundi delectatione nō premitur, totū in omnipotentis dei sacrificio incēditur quod habetur. Hucusq; Gregorius. In quibus uerbis illud est aduertendū quod ait, maius esse holocaustum sacrificio: maiusq; fuisse sacrificiū eremi, q̄ sacrificiū Ægypti. Ex quibus uerbis constat, monachos qui ex toto negauerunt uolūtatem suam, se totos in professione deo per uotum obedientiæ immolantes, fecisse holocaustū. Et ita cōuincitur eadē lege eorū uotum esse sacrificium eremi, & per consequens melius q̄ opus a secularibus libere factum, quoniā illud est sacrificium Ægypti. Beatus Chrysostomus pro uoto perpetuæ paupertatis testimonium reddit, qui homilia. 11. super epistolam ad Hebræos ita inquit, Sunt sacrificia quæ uerò holocaustomata, ut sanctorū martyrū, illic & anima & corpus sunt. Illa enim olfactum magnū bonæ odorationis habēt. Potes & tu si uolueris tale sacrificium offerre, non utiq; cōburendo corpus, sed alio igne potes, igne scilicet inopię uolūtarię, qui est ignis magnæ tribulationis. Cum enim liceret in delicijs & multis impensis esse, eligis laboriosam & durā uitam: nōne tunc holocaustū fis? id est holocaustum mortificatiuū corporis, corpus crucifigens, & accipiens martyriū huius coronā? Quod enim illic gladius operatur, hic desiderium facit, ne te comburat

Chryso stomus

neq; detineat pecuniarum amor, sed comburatur & extinguatur desiderium hoc incõpetens igne spiritus, & incidatur cultro gratiæ. Hęc Chrysostomus qui satis aperte ait in professore uoluntariæ paupertatis hoc agere eiusdẽ paupertatis electionẽ, hoc est uotum, quod gladius materialis operatur in carne. hic enim facit martyrem Christi corporaliter in publico, illic autem fit martyr in occulto. Et sicut sine gladio uel aliqua alia re æquiualente nõ posset esse martyr Christi publicus, ita secluso uoto & desiderio paupertatis, quãuis ab inopia sua prematur, nõ erit tamẽ martyr priuatus. Accedit ad hæc, q̃ omittens id quod se facturum deo uouerat, grauius peccat q̃ si non uouisset. Sapiens nãq; ait, Multo me-
Eccl. 5. lius est non uouere, q̃ post uotum promissa nõ reddere. Hoc loco certe dicitur melius id quod est mi-
mat. 26 nus malũ, sicut alibi dicitur, Melius erat ei si natus non fuisset. Non q̃ alterum illorũ esset bonum, sed quia minus malum esset nõ nasci, q̃ Christum uendidisse. Ita etiã hoc loco intelligẽdum est, q̃ minus malum est (prout malum est omnis bonitatis defectus) non uouere, q̃ post uotum promissa non red-
Vrbanus pp dere. Sic enim Vrbanus primus huius nominis põtifex in epistola de cõmuni uita & oblatione fideliũ ait, Et quicunq; uestrum cõmunem uitam susceptã habet, & uouit se nihil proprium habere, uideat ne pollicitationẽ suam irritam faciat, sed hoc quod domino est pollicitus, fideliter custodiat, ne dãnationem sed præmiũ sibi acquirat: quoniã satius est nõ uouere, q̃ uotum prout melius potest nõ perficere. Grauius enim puniuntur qui uotum fecerũt, & uotum nõ perfecerunt: aut fidem perceperũt, & in malis uitam finierunt, q̃ illi qui uitam sine uoto finierunt, aut sine fide mortui sunt, & tamẽ bona egerũt opera. Hæc Vrbanus papa & martyr. Ex cuius uerbis cõstat tunc tẽporis fuisse iam homines qui pau

pertinem uouentes in cōmunitate uiuerent, prout nunc monachi faciunt. Constat etiam grauius fore puniendos qui uotum fecerunt, & uotum nō perfecerunt: q̄ illos qui uitam sine uoto male finierunt. Si grauius puniuntur qui uota nō reddunt, oportet ut etiam largius p̄mientur cum reddunt. Alioqui enim non esset Deus pronior ad misericordiā q̄ ad punitionē. Demum ne amplius de hac re cōtendamus, audiamus ecclesię definitionē. Concilium Toletanum quartū cap. 49. suor̄ decretor̄ sic ait, Clerici qui monachor̄ propositum appetunt, quia meliorem uitam sequi cupiūt, liberos eis ab episcopo in monasteriis largiri oportet ingressus, nec interdici propositū eor̄ qui ad contēplationis desiderium transire nituntur. Hæc cōcilium Toletanū. 4. Ex cuius sententia hoc cōstat, q̄ monachor̄ uita est perfectior q̄ alior̄ secularium: quod nō aliunde prouenit nisi ex uoto quod emiserunt, quod maiorem perfectionem maiusq̄ meritum illor̄ operibus tribuit. Concilū Toletanū.

VSVRA.

GVido Carmelita in sua summa de hæresibus dicit Græcos sentire, nō esse peccatū dare aliquid ad usuram. Et certe miror q̄ homines in sacris literis uersati, & qui illis aliquā fidem præbent, in tam apertam hæresim lapsi sint, cōtra quā tot tamq̄ manifesta sint sacræ scripturæ testimonia. In Exodo. n. lex domini ait, Si pecuniam mutuo dederis pupillo meo pauperi qui habitat tecum, non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes. Et in Leuitico. Si attenuatus fuerit frater tuus, non accipies ab eo usuras. Et in Deuteronomio, Non fœneraberis fratri tuo ad usuram pecuniā, nec fruges, nec quālibet aliam rem, sed alieno. Quod autē dixit, sed alieno, permissio est Iudæis concessa ob eorum nimiā auaritiam: sicut & aliàs permissus est illis libellus repu Græci. Exx. 22. Leu. 25 Deu. 2

dñ ad durici cordis eor. Non autem permittitur nisi ea quæ mala sunt. malum est ergo ad usuras dare etiam alieno. Diuinus psaltes cum prius interrogasset deum quisnam esset in tabernaculo illius habitaturus, postea eidem quæstioni ipsemet respondens ait. Qui pecuniam suam nō dedit ad uſuram, & munera super innocentem non accepit. Sunt & alia multa in ueteri instrumento pro hac re testimonia, quæ quoniā apertissima sunt, prudens omittit. Ex nouo etiam instrumento apertissimum est illud quod Saluator noster apud Lucā ait, Mutuū date, nihil inde sperantes. Verū ne aliquis proteruus etiā his auditis testimonijs adhuc catholicæ fidei pertinaciter repugnare conetur, operæpreciū erit de hac re ecclesiæ definitionē in medium producere. Concilium Viēnense sub Clemente papa huius nominis quinto celebratum, talem de usuris definitionē præbet. Sanè si quis in illum errorē inciderit, ut pertinaciter affirmare præsumat exercere usuras nō esse peccatum, decernimus eum uelut hæreticū puniendū, locorum nihilominus ordinarijs, & hæreticæ prauitatis inquisitoribus iniungentes, ut contra eos quos de errore huiusmodi diffamatos inuenerint aut suspectos, tanq; cōtra diffamatos uel suspectos de hæresi procedere nō omittant. Hęc cōcilium Viēnense. Quæ uerba habentur in libro Clementinarū decretaliū in titulo de usuris, capitu. ex graui. Neq; opus est ut aduersus hanc hæresim plura citemus testimonia, aut de hac re amplius disputemus. Nā discutere quid sit usura, & qualiter committatur, prolixum nimis exigit tractatum, & a nostro instituto nimis alienum: quoniā non de alia re suscepimus disputationem, q̄ de hęresibus. Cum ergo iam satis (ut opinor) conuicimus esse hæresim asserere licitas esse usuras, non est quod iuxta promissum nostrum amplius possit a nobis exigi.

fa. 14

uc. 6.

onci-
ū Viē
enſe.

HÆ sunt, reuerendissime domine, hæreses quę ab Apostolicis temp[o]ribus ad hunc usq; diem ecclesiam uexauerunt. An autem omnes collegerim, me latet, quoniam multæ fuerunt hæreses adeò occulte, ut in paucorum & forte nullius notitiam uenerint. Aliæ rursum quæ etsi multis fuerunt notæ, non tamen fuerunt qui de illis ullam in suis libris facerēt memoriam: quapropter necessum est ut sint longo temporis decursu traditæ obliuioni. Hoc tamen fateor, me nullam assertionē in hoc opere omisisse ex ijs quas ecclesia proscripsit, cuius memoria apud aliquem scriptorem ex his quos uidere licuit, habeatur. Peroratio.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ.

AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM NNN OOO PPP QQQ RRR SSS TTT VVV XXX YYY ZZZ.

AAAA BBBB CCCC DDDD EEEE FFFF GGGG HHHH.

Omnes sunt quaterni.

BIBLIOTECA

Digitized by Google